BIBLIOTHECA MEDICINÆ PRACTICÆ

QUA

SCRIPTA AD PARTEM MEDICINÆ PRACTICAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS AD A. MDCCLXXVIII RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET FEUDI IN ECLAGNENS.
EQUITE STELLÆ POLARIS;
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS;
PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS;
SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. ACAD. IMP. RUSS. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. SOCC. REG. BRIT. BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ. COLL. MED. EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS II.

AB ANNO 1534. *AD. A.* 1647.

BASILEÆ apud JOH. SCHWEIGHAUSER, & *BERNÆ* apud EM. HALLER.
MDCCLXXVII.

БИБЛИОТЕКА КИШИНЕВСКОГО Гос. медицинского института

Dr Koch

VIRO NOBILI

J. BAPTISTÆ ANTONIO RAST,

MEDICO LUGDUNENSI

PROFESSORI AGGREGATO AD COLL. MED. LUGD.

SODALI ACAD. REG. SCIENT. BON. LITERAR.

ET ARTIUM LUGDUNENSIS

ET SOCIETATIS AGRICULTURÆ.

OB SUA SINGULARIA IN SE MERITA

OPUS AB EJUS HUMANITATE ET LIBERALITATE SUBLEVATUM.

D. D. D.

AUCTOR.

PRÆFATIO.

Poſtquam morbus graviſſimus anni 1775 partem mihi eripuit, non licuit meliorem ordinem huic operi reddere, quem deſtinaveram. Cum ad HOLLERIUM uſque tomum I. producere maluiſſem, ſubſiſtendum fuit in PARACELSO, ne rationes typographorum turbarentur, qui ad nundinas, etiam potiſſimum vernales, ſua opera abſoluta volunt. Ita diminuta primi Tomi portione, ſecundus & ipſe mutilus ſecutus eſt, quem ad SYDENHAMIUM productum volebam, nuuc medio in libro IX. abrumpere cogor, qui cum magno viro novi voluminis initium maluiſſem conjungere.

Repetitiones, incommodiſſimum vitiorum, non potui undique vitare, in ordine chronologico etiam difficilius evitabile: pauca tamen ſunt opuſcula, quæ redeunt, deque iis in *Erratis* monui.

Totius operis idem ſapor eſt, ſpecimina propriarum adnotationum cujuſque auctoris aliquanto pleniora.

Non is mihi ſcopus eſt, qui GOULINI. Non quod contemnam ſtudium, quo pleniſſimus cenſus editionum & verſionum, & annorum ſollicita diſquiſitio continetur. Non ſperno, quod præſtare non potui. Plenos hos editionum catalogos non poſſis, niſi in magnis urbibus, perficere, in quibus ingentes librorum collectiones Tibi pateant: mihi cum meis libris fuit manendum, & cum catalogis aliorum ſcriptorum, ſæpe infidis, potiſſimum ubi de catalogis librorum venalium ſermo eſt. Feci quoad licuit, nihil pleni recepi me præſtiturum, nihil perfecti.

Id mihi ſolum fuit, quam fidem quiſque ſcriptor mereatur, expendere, de vanis, de infidis monere, bonos commendare, eoſque qui propria ſua adnotata poſteris reliquerint. Theorias ſeculo decimo ſexto & decimi ſeptimi initio in Italia imperantes, fere Galenicas, minoris feci.

Propriis

Propriis unice adnotationibus uſus ſum, diario nullo niſi ad titulos.

Erraſſe potui variis modis. Nova calamitas eſt, quod ſenili manu malas literas ducam, ut poſt aliquot elapſos menſes neque amanuenſis nomina ſcriptorum accurate legere poſſit, ſæpe neque ego; ita vitioſa literula in nomen irrepſiſſe potuerit.

Additiones habuiſſem bene multas, quas codici adſcripſi, ad libros natas, qui nuper bibliothecæ meæ acceſſerunt. Verum eædem illæ, infenſæ meis rebus, nundinæ cogunt ea omnia ad finem bibliothecæ practicæ differre. Tunc etiam plenus index accedet, & ex eo ipſo indice repetitiones, quæ hactenus paſſim latuerunt, & detegentur & corrigentur: interim de iis monui, quas adgnovi.

In opere ipſo ego tertium paulo minus tomum abſolvi, ut ſpes ſit, ſi Deus annos aliquos vitæ meæ addiderit, abſolutum proditurum, etſi ſub manubus increvit, a numeroſiſſimis potiſſimum diſputationibus, & a titulis obſervationum etiam earum auctum, quæ in *Ephemeridibus naturæ curioſorum*, aliiſque actis academicis, reperiuntur.

Ill. Rastii auxilium mihi præſtitum hoc in volumine decuit gratum adgnoſcere, qui magnum numerum librorum rariorum, etiam rariſſimos aliquos, mecum communicavit.

Bernæ Helv. d. 7 Mart. 1777.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA
MEDICINÆ PRACTICÆ.
LIBER QUINTUS.
CHEMICI.
§. CCXLVII.

Circa hæc tempora Paracelsus exſtitit, novamque in medicina periodum eſt orſus. Non quidem nullus fuerat chemicorum medicamentorum ante eum hominem in medicina uſus. Arabes mercurium ſublimatum, oleum laterum, aliqua alia introduxerant, parcus tamen erat is uſus. Etſi porro Paracelsus non continuo priſtinam medendi rationem ſuppreſſit, mature tamen, & in Germania potiſſimum, ingens eſt facta animorum converſio. Libris Græcis neglectis, perinde ut Arabicis, morborum obſervatione & diſcrimine ſusque deque habito, ars medendi tota in efficacibus medicamentis poſita eſt, qualia, ex mineris potiſſimum, ars chemica parabat, quibus morbus ſubito quaſi abſcinderetur. Neglecta adeo morbi obſervatione, diæta parvi facta, antiphlogiſtica curatione de febribus rejecta, ad calida & alexipharmaca medici confugerunt. Inertes certe, ut tot libris ejus ſeculi lectis coram video, ſyrupi, & aquæ medicatæ, & pulveres, & longiſſima compoſitorum medicamentorum farrago, imbellia viſa ſunt auxilia, quando efficaces argenti vivi, & antimonii, & acoris mineralis, & opii, & elixiriorum effectus cum Arabica illa coquinaria comparabatur. Reſtiterunt diu Itali, diu Galli, & plerique earum gentium medici in Galeni diſciplina manſerunt. Paulatim tamen chemica auxilia prævaluerunt. Sub finem jam ſeculi XVI. vix princeps in Germania fuit, qui medico alio uteretur, præterquam chemico. Deinde cum Helmontius huic arti in ſubſidium veniſſet, etiam in Gallia, inque Belgio, chemica theoria, chemica praxis, doctam illam ſcholarum loquacitatem ſuperavit, ut videas ipſos Hippocraticos doctores, & Lindenium, & ipſum medicinæ mechanicæ parentem, Cartesium, venæ ſectionem in pleuritide detrectare, Græcorum ſpernere conſilia. Quare, cum cuique periodo ſuum ſit imponendum nomen, chemiæ auſpicia huic

periodo

periodo præfixi, etſi plurimi ſeculi XVI. ſcriptores, Græcorum, multi adhuc Arabum methodum porro ſecuti ſunt.

§. CCXLVIII. Paracelsus.

Philippus Aureolus Theophrastus Paracelsus Bombast ab Hohenheim magnificum nomen eſt, quod ſibi chemicæ ſectæ princeps impoſuit. Laurentius Zelweger, aliquando Patriæ ſuæ rector, me repetito per literas docuit, patriam Paracelso fuiſſe pagum *Gaiſs* Abbatiſcellanorum, non, ut vulgo dicitur, *Einſidlen.* Verum homini nomen fuit Höchener. Patre natus medico, errabundam vitam juvenis vixit, & per plurimas regiones, potiſſimum metalliferas, oberravit, eaque in parte hiſtoriæ naturalis ſe exercuit. Proceſſus etiam, ut vocant Chemicos, ſ. artificioſas medicamentorum præparationes didicit undique, & a quocunque homine, & cum ſubito auxiliis potentiſſimis armatus ad lectos ægrotorum accederet, hydrargyro in acidis liquoribus ſoluto, parum in Germania noto, ſtibio, penitus fere in arte medica ignorato, helleboro pro veneno habito, opii laudano nomine velati uſu, omnium oculos in ſe convertit, ut ipſe demum doctus cautuſque Erasmus, ei potiſſimum homini valetudinem ſuam crediderit. Primus ab a. 1527. Chemiæ publicus profeſſor artem ſuam Baſileæ germanice docuit. Astrucius mortuum facit a. 1534, Stollius a. 1541; hic puto rectius, cum a. 1538. nomen ejus, & civitas S. Viti, in qua ſcripſit, in libro ſubſcriptum reperiatur.

Theoria quidem viri adeo nullius eſt momenti, ut recenſeri vix mereatur. Cum anatomes totius imperitus eſſet, ſpiritibus miſcebat omnia, & aſtris ſubjiciebat. Tria elementa faciebat, ſal, ſulfur, mercurium: non in ſolis corporibus inanimatis, ſed in corpore humano, ut rubrum ſulfur in carne, ſanguine & viſceribus, flavum in adipe, medulla atque omnibus oſſibus; viride ſal in bile: mercurius gravis in carne, levis in pulmone, mediocris in oſſibus habitaret. Pulſum in alia parte corporis prolem eſſe Saturni & Jovis, in alia Veneris & Martis &c. Sudorem eſſe multiplicem: Antimonialem per inguina excerni, arſenicalem per artus, marcaſitam per aures. Cauſas morborum eſſe in his mineris, ut peſtis cauſa in arſenico ſit: plurimi morbi in tartaro radicentur, eryſipelas ſit vitrioli, cancer colcotharis. Cuique corporis parti ſuam digeſtionem eſſe, ſuumque ſtomachum, is ni alimenta rite ſubigat, tartarum naſci, qui debeat a medico in fluiditatem reſtitui: in febre materiam peccantem ſulfuris eſſe & ſalis. Id denique habet incommodi mirus homo, quod longe alio ſenſu receptas voces ſumat, quam vulgo ſumi ſolent. Eos autem errores omnes efficacia auxiliorum compenſabat, & felicitate curationum, quam ipſe ejus doctior famulus, minime ille diſſimulator vitiorum Paracelsi, Oporinus tamen non potuit non adgnoſcere; unde etiam factum eſt, ut nunquam homini erroni & ebrioſo neceſſaria ad victum deficerent.

Pauciſſima vivus edidit, poſthuma plurima prodierunt, quæ ſatis video, me plene recenſere non poſſe: difficulter etiam ſentio me evitaturum, ne idem opus duobus cum titulis redeat, adeo hæc omnia errabundæ vitæ & turbidi ingenii veſtigia gerunt. Recenſebo autem primo loco Germanica opera; germanice enim pleraque ſcripta fuiſſe videntur. In editione ergo, quam Johannes Huserus Argentorati 1603. fol. BB. paravit, ex autographis partim, & partim ex aliorum virorum liberalitate recepta curavit, decem partibus excuſa Strasburg 1616. fol. tomus I. continet.

Paramira de quinque eſſentiis omnium morborum ex autographo. De morborum origine aſtrali. De origine tartari, ſ. ejus vitioſi quod eſt a cibo & potu. De origine morborum ex ſudoribus microcoſmicis; ex elementis; ex quatuor complexionibus. De morbis a malis geniis provenientibus. De morbis ex voluntate Divina homini accidentibus. Ipſi tituli oſtendunt, ex arbitrio & pro lubitu auctoris, hæc de calamo fuiſſe effuſa.

Paramira alia de origine morborum ex ſale, ſulfure & mercurio microcoſmicis.

Paramirum tertium de morbis ex tartaro.

Paramirum quartum de morbis muliebribus, ſ. ex matrice.

Quintum de morbis quorum origo ſupra naturam eſt.

De vi & efficacia mercuriorum, quibus multum tribuebat; *de viribus verborum & characterum*, nam & in iſtis magnam vim putabat eſſe. Hæc omnia nunc primum plenius edita.

De arte aſtrali duo l.

De origine morborum ex mercurio, ſale & ſulfure fragmentum. Hæc inedita.

De morbis ex incantationibus latine.

Iterum alius l. *Paramirorum, ſ. de quatuor columnis medicinæ & fragmentum ad Paramirum.*

Aliud fragmentum.

Fragmentum de matrice. Hæc inedita.

Fragmenta de peſtilentia.

De tartaro aliqua fragmenta latine & germanice.

De tartaro nitreo, latine.

De tartaro mucilaginoſo.

Iterum varia latina *de tartaro.*

De ictero.

Ad L. XIV. *paragraphorum.*

Paragranum libri III. de fundamentis medicinæ. Philoſophia, quo nomine noſter minime eamdem ſcientiam intelligit, quam reliqui mortales. Hic enim ex hyperico vult naturam vermium diſci debere, ex viſco querno naturam epilepſiæ; &

& alterius comitialis morbi ex Pæonia &c. Fundamentum artis II. Aſtronomia eſt, cui plurimum tribuit. Fundamentum III. Alchemia. Fundamentum quartum virtutes medico propriæ.

Aliud *Paragranum*, prioris quaſi compendium.

Chronica Carinthiæ, ſ. catalogus fodinarum & metallorum ejus regionis.

Defenſiones, oder Verantwortungen wegen etlicher Verunglimpffung ſeiner Misgönner. Novæ ſuæ medicinæ, novorum nominum, novorum morborum, novorum medicamentorum, vitæ errabundæ, aſperiorum vocum, odiorum in vulgares medicos, morum inclementiorum, denique curationum minus felicium excuſatio.

Labyrinthus medicorum errantium. Latine Nürnberg 1553. 4. *. Contra vulgares medicos. Non poſſe medicum Alchymiæ cognitione carere. Alias morborum cauſas eſſe, quam ſcholæ doceant. Magiæ laudes.

Adjectus eſt *ein Dialogus*, in quo medicaſter a philoſopho ob malam medendi rationem coram judice poſtulatur.

Das Buch vom Tartaro, vom Urſprung, Urſach und Heilung des Steins. Archæum materiem in calculum congelare. Officium ventriculi eſſe tartarum ab alimento ſeparare, per ſedes deturbare & per urinam, poſtquam per Archæum materia calculi deſtructa fuit. Alii tartari, ut in juncturis, in podagra &c. Rariſſimum tartarum eſſe in Valle Volturena, (*Veltlin*). Curatio, alcali glaciei, alcali aquilegiæ ſpinoſum. Calculum ex ſignatura debere expelli per lapides cancrorum, lyncis, lazuli &c. Ab iſtis cum oleo fellis terræ in ipſa urina calculum ſolvi. Medicamenta ex ſanguine calcinato ejuſque lixivio, cum liquore duræ glaciei miſto, debere per ſyringam injici, calculum fractura.

De viribus membrorum.

De primis tribus eſſentiis, Archæo &c.

Vom Urſprung und Heilung der natürlichen Peſtilenz. Inſanus libellus. In Chamædry eſſe anatomen peſtis, & in gallis quernis. Ad bubones lamium flavum & rubrum valere. Peſtis aer eſt de natura arſenicali & auripigmenti generator. Ad peſtis curationem helleborus albus, ſulfur ſublimatum, mumia, unicornu. Sed quis hæc fando repetat.

Alius libellus *de peſte*.

Et *tertius*, cujus duo ſunt libri.

Latinum opus *de morbis ex tartaro oriundis*, diverſum a prioribus. Agitur etiam de ſynovia, de ventriculi inteſtinorum & hepatis malis, de pleuritide, angina, hydrope.

Epiſtola ad ERASMUM *calculoſum*, quem curandum recipit. DESIDERIO reſpondet: hæc ep. latina eſt.

Tunc libri XIV. *paragraphorum* ex autographo auctoris.

Liber

Liber VI. *de morbis tartareis, podagra, arthritide &c.*

L. VII. VIII. *de amentia, epilepſia, Chorea S. Viti, delirio & inſania varia & diverſis ejus cauſis.*

L. IX. *de contracturis*, etiam *de calculo, colica*, vulneribus. Hi Germanici.

Libri Anonymi *de hydrope, phthiſi, chloroſi, colica, apoplexia, paralyſi, inſania, vermibus, diarrhœa, epilepſia, febre tertiana.*

De podagra libri tres. De fontibus artis medicæ.

L. II. *de podagra ipſa.*

L. III. imperfectus.

Alii duo libri *de podagra*, partim ex autographo.

De curatione epilepſiæ.

De ſuffocatione matricis.

Germanice *de morbis diſſolutis.*

Et latine.

De vermibus, germanice.

Et latine.

De caduco l. latinus ineditus.

Iterum parvi libelli aut fragmenta latina *de hydrope.*

De Colica.

De Paralyſi & apoplexia.

Duo fragmenta *de mania.*

De caduco tria.

De podagra.

Germanice *de phthiſi.*

De chloroſi.

De inſania.

De vermibus.

De diarrhœa.

Germanice *de morbis metallicis, phthiſi & phthiſi metallica, morbis a metallorum fumo, a ſalibus, a mercurio oriundis.*

Iterum latine *de ſanitate & morbo.*

De ſtercore & morbis inde natis, iſte ex autographo.

Latine varia *de generatione morborum tartareorum aliorumque morborum adfinium.*

De generatione contractura & tremoris.

De

De generatione caduci, epilepſiæ, catalepſiæ, ſyncopes, maniæ.

De generatione hydropis, herniæ, tumorum &c.

De generatione ſpaſmi & tetani.

De generatione vermium, fluxuum, apoſtematum, duritierum.

De generatione febrium.

Tabella *de febribus.*

De curatione morborum tartareorum.

Hæc inedita, latina, parva.

Conſilia medica germanica aut latina. Iſta ad colicam, arthritidem. Illa Germanica adverſus catarrhos, ſarcocelen, oculorum mala, podagram, apoplexiam, pleuritidem, calculum. Ratio victus corporis imbecilli. Formulæ vinorum medicatorum.

Latine *Commentaria in I. L. Aphoriſmorum* & I. L. I. Noſter artem brevem, vitam vocat longam. Morbos noſtro ævo deteriores eſſe, quam Hippocratico. Cæterum HIPPOCRATI plerumque conſentit, deque divo ſene reverenter loquitur.

Interpretatio aphoriſmorum ſex libri II.

De purgatione.

De urinis, pulſibus, latine.

Scholia in hos libros.

De urinis germanice.

Alia fragmenta.

De modo pharmacandi, ſ. purgandi.

Archidoxorum libri IX. 1. *Myſteria microcoſmi.* 2. *Myſteria & ſeparatio elementorum.* 3. *Myſteria quintæ eſſentiæ.* 4. *Myſteria arcana.* 5. *Myſteria extractionum*, ſ. magiſteria. 6. *Specifica.* 7. *Elixiria.* 8. *Extrinſeca* 9. *De praxi.* Aquam vitrioli cum ſale ammoniaco ſtillantem odore eſſe moſchi. Dari medicamenta adtrahentia. Cauſticum ex mercurio ſublimato, cui adamas non reſiſtat.

De renovatione & reſtauratione.

De vita longa, germanice.

Aliud fuſius de eo argumento opus, vertente OPORINO, latinum.

Fragmenta.

De præparationibus L. II. latine (proceſſus chemici).

Vitrioli ſpiritum ut præpares.

De natura rerum libri IX. Multa ſingularia. Hydrargyrum, & quæ inde præparantur; vim deſtruere qua magnes ferrum trahit.

De

De tincturis phyſicorum.

L. *vexationum* (fixationum), alia alchemica, quæ omitto.

Invitatio Paracelſi novelli profeſſoris ad ſuas ſcholas.

Latini libri VII. *de gradibus rerum naturalium compoſitionibus medicamentorum, eorum doſibus, & adminiſtratione*, vertente J. OPORINO. Germanice non exſtant.

Scholia & additamenta *ad libros de gradibus.*

Plura fragmenta, ad eos *de gradibus* libros facientia, & ad præparationem oleorum & alcalium ex quaque planta, ad morborum differentias, ad concordantiam remediorum cum morbis, cum partibus hominis.

Herbarium.

L. *de terebinthina, de melle, de xylaloe ſ. guaiaci præparatione, de mumiæ præparatione & uſu*, vertente hoc quidem noviſſime dicto J. OPORINO.

In MACRUM *de herbis.*

L. *principiorum, de ſerpentibus, araneis, bufonibus & medicamentis inde ſiendis.*

Alia inedita *de nonnullis herbis.*

De thermis, & peculiariter *de thermis piperinis* libellus.

In Tomo II.

Philoſophia ad Athenienſes L. III. de creatione orbis, ortu elementorum, & creaturarum.

Philoſophia de generationibus & fructibus elementorum. L. IV. inedita, in iis de mineris, meteoris, plantis, aquarum mineralium generatione agitur.

Ej. *de meteoris.*

Et *alter* liber.

Et *tertius*, in quo etiam de metallis, lapidibus, morbis ab elemento igneo ortis.

Alia *de meteoris.*

Et ad *morbos.*

De generatione metallorum & mineralium l. imperfectus.

De aquis naturalibus ineditum opuſculum.

De divinis operibus & ſecretis naturæ ex autographo. In illis de lunaticis, de ſtultorum generatione.

De ſagis earumque operibus, dæmoniacis, obſeſſis, ſomniis, noctambulis, ſanguine poſt mortem fluente, virtute imaginationis.

De philoſophia occulta, de characteribus virilis imaginationis, de obſeſſis.

Tr.

Tr. V., inter quos *de generatione & conſervatione* quatuor corporum elementarium, de carne & mumia, ſomno & vigiliis ſpirituum.

Fragmenta aliqua, inter ea *de noctambulis*, *de generatione ſtultorum.*

Philoſophia ſagax, *ſ. Aſtronomia magna* L. IV. mirificus liber, in quo etiam paſſim de medico adepto, de donis aſtrorum, de dono augurum, de corpore hominis ſidereo & incorruptibili dicit, &c.

Alia *Aſtronomia.*

Et *tertia* cum ſententia ſignata.

Deque *marte purgante.*

L. *Azoth ſ. de ligno & linea vitæ*, *deque cabaliſtico charactere*, quo poſt lapſum frontes hominum ſignati ſint.

Archidoxeos magicæ L. VII, de ſigillis, characteribus, compoſitione, transmutatione metallorum &c.

Multa magica omitto.

In Tomo III. Argentor. 1605. fol. 1618. fol. * poſt mortem HUSERI excuſo, chirurgica in titulo dicuntur contineri, multa vero utique medica ſunt.

Ita in libro primo Partis I. *chirurgiæ magnæ* tractatus tertius eſt *de morbis venereis.*

In P. II. exſtant *de mala curatione mali venerei* tres libri; *de ejus mali origine* octo libri, *de ſymptomatibus* decem libri, *de curatione* l. unus: *de curatione per lignum Guaiacum* duo libri; & denuo in Parte III. hujus chirurgiæ, liber *de morbo gallico & aliqua ad eum appendix.* Morbum novum eſſe ex Veneris influxu & nimio concubitu natum. Guaiacum parum fideliter morbum ſanare, mercurium vulgarem in unguento aut in ſuffitu periculo plenum eſſe, neque debere integrum, in ſubſtantia, hydrargyrum illini. Et bubonis meminit, & gonorrhϾ, quam vulgo putant anno demum 1540. innotuiſſe, (ſed vide p. 475. T. I.). Noſter turbith minerale dabat, ad bis quinque grana in diem. Quod iſtud medicamentum ſanare non poſſit, ejus medelam fruſtra ab inunctione ſperari: ſudorem nocere, balneum ex aluminis quarta decoctione admitti poſſe.

In T. IV. apocrypha *de curatione nonnullorum malorum internorum*, *ſenſibilitatis nimiæ*, *hæmorrhoidum*, *lepræ.* De venenis, ubi terram ſigillatam pro ſummo remedio prædicat, tum neſcio quod oſtruthium tranſplantatum. Malum mortuum, cui cauterium adhibet, ex flammula, cantharidibus, vel ſulfure in ſpiritu vini liqueſcente. Alii morbi cutanei.

De ulceribus, ubi *de lepra.*

Denuo *de morbo gallico* varia fragmenta latine & Germanice, & de eodem epiſtola ad Noribergenſes.

Chirurgiſcher Bücher Appendix. Manuale Paracelſi, cujus major pars chirurgici eſt argumenti.

Plurima

Plurima tamen pertinent *ad medicamenta arte chemica parata*, *ad morbos varios internos & externos.*

Tunc *analyſis urinæ*, ejus pondera, deſtillatio, uroſcopiæ ſignificatio varia, ſal, ſulfur &c.

Reliqua alchemiſtica.

Latina editio huic Germanicæ, quantum video reſpondens, prodiit Francof. 1603. 4. decem voll., cujus ſingulas partes MERKLINUS recenſet, recuſa Genev. 1658. fol. 3. vol. Prior minor collectio ceperat edi Baſil. 1575. 8. Germanice plenius curante HUSERO 4. decem voluminibus Baſil. 1589. 1590.

Seorſim prodierunt, pleraque multis a morte viri annis.

Das erſte, zweyte und dritte Buch der groſſen Wundarzney Ulm 1536. fol. Augſpurg 1537. GESN. Francf. 1562. 4.

Neue und groſſe vollkommene Wundarzney Francf. 1549. 4. BOEHMER.

Drey chirurgiſche Bücher, quorum tertius eſt *de morbo gallico* Strasburg 1549. 8. 1563. 4. HUHT.

EJ. *Wund- und Leibarzney* Francof. 1549. 8. 1561. 8.

Von der franzöſiſchen Krankheit 3. *Bücher* Nürnberg 1552. 8.

EJ. *labyrinthus medicorum errantium &c.* Norib. 1553. 4.

EJ. *Tractat von der Peſtilenz* Salzburg 1554. 4.

De vita longa L. IV. cum commentario GERARDI DORNÆI Francof. 1560. 8. B. B. recognita ab ADAMO *von* BODENSTEIN 1579. 8. 1583. 8. Multum ab helleboro ſperat.

EJ. *de gradibus, de compoſitionibus & doſibus Recepten und natürlicher Dingen* Mülhauſ. 1562. 4. TR. Baſil. 1562. 8. 1568. 8. Germanice Nürnberg 1608. 8. cum l. *de pulſibus.*

EJ. *das Buch Paramirum durch* A. *von* BODENSTEIN 1562. fol. 1570. 8.

EJ. *Baderbüchlein durch* A. *v.* BODENSTEIN Mülhauſen 1562. 4. TR.

Chirurgia magna vertente JOSQUINO DALHEMIO Oſtfranco, Germanice Frf. 1562. 4. Argent. 1573. fol. B. B. Tomus Chirurgiæ II. ab eodem verſus. *De tumoribus, puſtulis & ulceribus morbi gallici* L. II. *De curatione & impoſturis morbi gallici.* L. VIII. *Chirurgia minor*, ſ. *Berthonia*, *cui acc. de apoſtematibus*, *ſyronibus & nodis*, *de cutis apertionibus*, *de vulneribus & ulceribus renis*, *de vermibus*, *ſerpentibus*, *& maculis a nativitate ortis.* ib. eodem anno. Vertit etiam G. DORNÆUS Baſil. 8. B. B. abſque anno.

Gallice *la grande chirurgie traduite d'après* J. DALHEM par CLAUDE DARIOT Lion 1593. 4. 1603. 4. Montbeillard 1608. 8. Vertente PETRO HAZARD Antwerp. 1567. 8. BUR.

EJ.

Ej. *philoſophica ad Athenienſes, drey Bücher von Urſachen u. Cur der epilepſie: von Urſprung u. Heilung der contracten Gliedern* Cölln 1564. 4. Tr.

Ej. *drey Bücher* I. *eine Verantwortung über die Verunglimpfung ſeiner Miſsgönner;* II. *von dem Eingang der Aerzte; von der Urſprung der tartariſchen Krankheiten, Stein, Gries &c.* Cölln. 1564. 4.

Ej. *etliche Tractaten vom Podagra, Schlag, fallende Sucht, Taubſucht, Unſinnigkeit, kaltem Wehe, Colick, Schwindel, &c.* Cölln. 1564. 4.

Ej. *Holzbüchlein von Nuz u. Gebrauch des Franzoſen Holzes* 1564. 8. Draud.

Opus chirurgicum oder wahrhafte u. vollkommene Wundarzney, curante A. *von* Bodenstein Francof. 1565. fol. Boehmer Baſil. 1581. fol. 1585. fol. ib.

Drey nützliche Bücher von der franzöſiſchen Krankheit Strasburg 1565. 8. Baſil. 1578.

Ej. *de cauſis & origine morborum. De morbis inviſibilibus* Cölln. 1566. 4.

Ej. *de phyſiognomia morborum, terebinthina & utroque helleboro, morbo caduco, matricis peſte, ligno guaiaco: explicatio aliquot aphoriſmorum* Hipp. Cölln. 1567. 4. Lehman. Curatio podagræ, quæ abſolvitur purgatione: de mumia, auro potabili, tunc epilepſiæ, febrium, hydropis curatione, etiam vulnerum, per ſpecifica, characteres. Vaniſſima plurima.

Ej. *Schreiben von den Krankheiten ſo der Vernunft berauben, durch* A. v. Bodenstein 1567. 4. B. Tig.

Ej. *von der Bergſucht drey Bücher* Dillingen 1567. 4.

Ej. *medici libelli* Cölln. 1567. 4.

Von Vitriol und Erdharz Baſil. 1567. 4. B. Tig.

Arzneybüchlein von Franzoſenholz Cölln 1567. 4.

Ej. *Pyrophilia vexationumque liber. Accedunt contracturæ origines & cauſæ. Quatuor morborum capitalium, podagræ, epilepſiæ, paralyſis & hydropis curæ.* Baſil. 1568. 8. Huth.

Ej. *medicinæ utriuſque & philoſophiæ compendium acc. de vita longa.* Vita Paracelsi.

De urinarum & pulſuum judiciis Colon 1568. 4. B.B. Argent. 1568. 4. Lind. Mirificus libellus, in quo Paracelsus proprias & inauditas opiniones ſequitur. Bene quidem diſtinguit urinam cruoris & cibi, & permiſtam ex utraque materia urinam, ſed tartarum vult adgnoſci ex circulo unico plumbei coloris; ex hypoſtaſi ſalis qualitatem; tincturam lotii ſulfuris naturam, fundum copiam mercurii denotare. Mulieris urinam adgnoſci ex parvis bullis inter duas parvas hypoſtaſes interceptis. Mucilago ſignum eſt calculi. Fætor lotii varius & plurima diſcrimina. Sic miri pulſus, etiam globuloſi. Signa ex facie &c.

Ej.

Ej. *von Harn u. Puls Urtheil u. der Phyſiognomie* Cölln. 1568. 4. Argent. 1608. 8.

De præparationibus mineralium, curante Adamo *von* Bodenstein 1569. 8.

Etliche Tractat von naturlichen Dingen, Kräuter, Metallen, Mineralien, Edelgeſteinen Strasburg 1570. 8.

Ej. *Archidoxorum Theophraſtica.* L. IX. *de renovatione & inſtauratione; de vita longa* Cölln 1570. 4.

Et XII. *Bücher Archidoxorum durch* J. Alb. Wimpinæum München 1570. 8.

Et *Tractätlein zu den Archidoxis gehörig der* III *Theil die Medicin zu adminiſtriren. Der* IV *wie man den Thieren das Gift nimmt* München 1579. 4.

Ej. *Archidoxorum X Bücher* Baſil. 1570. 4. Latine 1592. 8. ib.

Ej. *Archidoxa* Baſil. 1579. 8.

Paragraphorum L. XIII. denuo Baſil. 1571. 4.

Paragraphorum L. XIV. Baſil. 1575. 8. *. (*a*). Compendium eſt praxeos. Morbi & medicamenta. Morbi diſſoluti; morbi vermium; morbi caduci. Undimia ſ. morbi reſoluti, tabes, lepra, gutta, aſthma, febres putridæ, cephalalgia, morbi uteri, dolores dentium. Nihil ſani. Caducum eſſe ex chao, inde debere medicamenta ſumi. In podagra opium clanculum dat.

De natura rerum L. VII. *De natura hominis* L. II. Baſil. 1573. 8. Lind.

Ej. *Schreiben de tribus principiis: l. vexationum durch A. v.* Bodenstein 1574. f.

Chirurgia minor ſ. Berthonia vertente Gerardo Dorn Baſil. 8. *. Varia medica intercedunt. Gallice Pariſ. 1623. 8.

Paracelsi *invectiva in medicos academiæ regiæ, morbi interni, l. de vermibus* abſque anno 8.

Ej. *metamorphoſis durch* A. v. Bodenstein Baſil. 1574. 8. 1584. 8. Alchemiſtici potius argumenti.

Teſtamentum Phil. Theophr. Paracelsi Strasburg 1574. 8. Boehm. Alterius puto auctoris.

Volumen medicinæ paramirum. De medica induſtria, von der Aerzte Geſchicklichkeit Strasburg 1575. 8.

Collectio duorum voluminum 1573. 8. Baſil. 1575. 8. B.B. latina, in qua *Archidoxa de vita longa* L. V. *De principiis* L. I. *Deſcriptio Laudani. De natura rerum naturalium* L. VII. *De natura hominis* L. I. *De ſpiritu vitæ* L. I. *Vires membrorum principalium. Tinctura phyſica.* L. *Vexationum. Manuale de compoſitione metallorum, de gradationibus & præparationibus* L. V. *de antimonio, de elleboro* L. VII.

 de

de modo medicamenta adminiſtrandi T. II. *Paramira* L. II. *de cauſa & origine morborum ex tartaro* L. III. *de matrice.* L. I. *de cauſis morborum inviſibilium. Paragraphorum* L. XIII. *de creatione & generatione hominis* L. IV. *de morbis arthriticis* L. III.

EJ. *philoſophiæ ſagacis von der groſſen und kleinen Welt* II. *Bücher* Francof. 1576. 4.

EJ. *etliche conſilia durch* Τοξιτης Strasburg 1516. 8.

EJ. *von der Peſt an die Stadt Sterzingen* Strasburg 1576. 8. Cum commentariis JOBI KORNTHAUER Oppenheim 1613. 4. Francofurt 1622. 4. *. 1640. 4. cum CAPELLUTIO. Libellus eſt, quem PARACELSUS civitati Sterzingen inſcripſerat. Dari peſtem externam, & aliam internam; nullo extus ſigno ſe prodentem. In interna, tres, quas nominat, venas, debere incidi; deinde medicamentum dari, quod ſudorem cieat. Adverſus magnos capitis dolores de pede ſanguinem mitti. Bufones ſiccatos abſceſſui in peſte imponi. In tertia peſtilentia terebinthinam cum ovi vitello intritam laudat. Carbunculum (*Blutdruſe*) ſapphiro circumduci jubet, ita anulum nigrum naſci, & carbunculum ſeparari atque elabi.

EJ. *Schreiben von den Franzoſen in IX. Büchern: Irrthum der Aerzte* &c. Baſil. 1577. 8.

De reſtituta utriuſque medicinæ vera praxi edente GER. DORNÆO Lion 1578. 8. LIND.

Methodus pharmacandi was ein Arzt am Menſchen zu curiren hat Strasburg 1578. 4.

§. CCXLIX. VARII ANNI 1534.

HIERONYMUS MONTUUS (de *Monteux*) Medicus regius, SEBASTIANI fil. dominus in Mirabel.

EJUS ſunt *de medicis* ἐξαλογοι i. e. *ſermones* VI. *quorum* 1. *de ſectis medicorum.* 2. *de diſciplinis quæ dogmaticis neceſſariæ.* 3. *de dogmaticorum officio.* 4. *de excellentia dogmaticorum.* 5. *de eorum conſiliis,* 6. *& ſtipendiis.* EJ. *epitome de humorum differentiis & indiciis* Lion 1534. 8. RAST.

EJ. *de dignitate medici* prodiit cum patris *dialexibus* Lion 1537. 4. Medicum omnia vult noſſe. Hippocratem carpit, qui dialecticam ignoraverit.

EJ. *compendiolum curatricis ſcientiæ longe utiliſſimum acc. ſylloge de purgatione* Lion 1556. 8. *. Collectio generalium & theoriæ meræ.

EJ. *juvenilia.* 1. *Itinerarium.* 2. *De admirandis qualitatibus, quarum cauſæ ignotæ ſunt.* 3. *Selectorum Centuriæ duæ in aphoriſmos redactæ.* III. 4. *De his quæ ad rationalis medici diſciplinam, laudes, conſilia & præmia pertinent* (idem qui p. 537.)

5. *de medica thereſi* L. I. Lion 1556. 8. LIND. Iſta *Thereſis* ſola Lion 1556. 8. LIND. RAST.

EJ. *de activa medicinæ ſcientia commentarii duo,* I. *de ſalubritate non tuendæ ſanitatis, verum ad plures annos producendæ vitæ.* II. *univerſales canones qui curationes morborum explicant* Lion 1557. 8. LIND.

EJ. *haloſis febrium, quæ omnium morborum graviſſimæ ſunt* L. IX. *Morbi venerei curationes: de infantium febribus & pleriſque aliis malis* Lion 1558. 8. LIND.

EJ. *chirurgica auxilia ad aliquot adfectus, qui repentinam exigunt curationem, morbi item venerei curationes* Lion 1558. 4. ASTR. Deſcribit uſum guaiaci, pilularum Barbaroſſæ, ex argento vivo, ſcammonea, rheo, moſcho, compoſitarum in quibus hydrargyrum improbat; tum inunctionem mercurialem, qua etiam deſperati ægri ſanentur, demum ſuffimenta.

EJ. *anaſceve morborum tomis* III. Lion 1560. 8. *. Morborum cauſæ & curationes collectæ ſecundum morbos a capite ad calcem. Multa vana & ſuperſtitioſa. De pleuritide contra BRISSOTUM.

EJ. *practica medica: partes ſex,* 1. *De profligandis humani corporis morbis particularibus.* 2. *de febribus deprehendendis & expugnandis.* 3. *de curandis infantum morbis & febribus.* 5. *de tuenda ſanitate, de ſalubritatis tutela.* 6. *Compendium curaticis ſcientiæ* Venet. 1626. 4. TREW.

EJ. *de infantium febribus* Lion 1558. RAST.

EJ. *commentaire de la conſervation de la ſanté & prolongation de la vie* Lyon 1559. 8. HARL. & 1572.

HIERONYMUS ACORAMBONUS, Eugubinus, profeſſor Patavinus, praxin Romæ ſecutus.

EJ. eſt tract. *de putredine* Venet. 1534. 8. LIND.

EJ. *tract. de catarrho* Venet. 1536. 8. LINDEN, & cum SEXTO PLACITO Baſil. 1538. 4.

EJ. *tr. de lacte* Venet. 1536. 8. *. Nürnberg 1538. 4. BOEHMER. Librum dudum ſcriptum, remiſſum ab auditore qui deſcripſerit, & reparatum eſſe. Quærit, num lac in putrida fabre exhiberi poſſit: quare neceſſe ei fuit agere de lactis natura, de qua apud villicos nonnihil inquiſivit. Lac temperatum eſſe; neque frigidum, neque calidum: opiniones veterum repetit, de caſeo, de ſero lactis, hoc duplex eſſe, frigidum, & in igne paulum calens. In gravidis feminis venam ſecare jubet, ad cavendos abortus. Phthiſin lacte ſanavit. Dari, ubi in febre putrida aqua lactis tuto exhiberi poſſit, tum in declinationibns longarum febrium. Exemplum utiliſſime propinati in putrida febre longa lactis caprilli, aliud in febre longa, & in catarrhali diuturna PETRI BEMBI. Lac caprillum aſinino præfert.

Christophori Heyl *artificialis medicatio*, *ſ. paraphraſis in* Galeni *l. de artis medicæ conſtitutione cum aliis nonnullis* Mogunt. 1535. 4. Haenel.

Vertit idem L. Galeno adſcriptum *de renum adfectionibus*.

Soteris nomine edidit Nicandrum alioſque veteres.

Joh. Agricolæ Ammonii *ſcholia in* Galeni *therapeuticen* Auguſt. Vind. 1534. 8. Falc.

Ej. *medicinæ herbariæ liber ſecundus de medicamentis ſimplicibus & compoſitis* Noriberg 1534. 8. Baſil. 1539. 8. *.

Ej. *Aphoriſmorum* Hipp. L. VII. *in novum ordinem conjecti*. Ej. L. VI. *epidemicorum ex verſione* Fuchsii Ingolſtatt 1537. 8. L.

Ej. *comm. in artem medicinalem* Galeni Baſil. 1541. 8. L.

Ej. *in Galenum de locis adfectis comm.* Baſil. 1537. 4. L.

Idem Nicolaum Alexandrinum *de compoſitione medicamentorum tranſlatum* a Nic. Rhegino cum *ſcholiis* edidit Ingolſtatt 1541. 4.

Collectio Baſileæ prodiit, in qua Agricolæ (puto Johannis) *epiſtola de variis rebus medicis*, Galenus *de inæquali intemperie cum commentariis* J. Agricolæ *& ementatione in præcipuos auctores ſimplicium medicamentorum & in ſcholia omaſtiga apologia* 1539. 8. Gunz.

Joachimi Camerarii, ſenioris, viri doctiſſimi, l. *de theriacis & mithridatiis cum* Galeni *libellis* ejusdem argumenti Noriberg. 1534. 8.

Ej. *victus & cultus ratio quatuor in ſingulos menſes verſibus expoſiti. Cum ſchola ſalernitana* Antwerp. 1562. 16. Lind. Francof. 1582. 8. *.

Ej. *narratio de* Helio Eobano Hesso Lipſ. 1696. 8. Gunz. vide p. 511.

Georgii Bersmanni *Alcon ſ. querela de obitu* Joachimi Camerarii Lipſ. 1574. 4. Gunz.

Domin. Burgauer *ob das Podagra möglich zu curiren, oder nicht* Strasburg 1534. 4. 1558. 8. Trew.

Schola Apiciana Polyonymi Syngraphei *ex optimis auctoribus conſtructa* Francof. 1534. 8. Falc.

Antonii Galfredi, Condriaci, in l. *novæ Academiæ Etruſcorum apologia cum* Symphoriani *nonnullis* Lion 1534. *. Ironia. Acriter in Arabes & eorum medicamenta. Helleboro ne utamur monet.

Michael (C. de V.) Johann Paschalis, Sueſſanus, *de morbo quodam compoſito, qui vulgo apud nos gallicus appellatur* Neapoli 1534. 4. Astr. & in *collectione* Luisini. Summum mali remedium eſſe hydrargyrum in ſaliva exſtinctum, poſt aptas digeſtiones. In ſene debili ſe longo uſu & interpolato copiam hydrargyri compenſaſſe, quo coactus ſit ſubinde abſtinere: Curatio per ſudorem alia; abſque argento vivo, homine in dolium deſidente, qui recipit vaporem marcaſitæ, cui infuſum acetum: huic curationi plurimum tribuit, Guaiaco minimum. Salivationem inunctionem mercurialem ſequi, tamquam rem non perpetuam.

Thomas Elyot, *caſtle of health*. Lion 1534. 12. Osb. 1539. 4. 1541. 12. Ames. & alias.

A much profitable treatiſe againſt the peſtilence, translated by Th. Payner Lond. 1534, 12. Ames., neſcio, quo auctore.

Jac. Genger *conſilium de peſtis regimine præſervatione & cura* Aug. Vind. 1534. 8. Lind.

§. CCL. Valerius Cordus.

Haſſus, Simmeshuſæ natus, Euricii filius; præcocis ingenii & indefeſſi laboris vir, qui, ſi fata ſiviſſent, medicam materiam, quam ſibi illuſtrandam ſumſerat, procul dubio per omnes ſuas partes auxiſſet, animalia, plantas & mineras: ſed eum, cum per æſtivos ſoles in Italia plantas legeret, morbus acutus Romæ abripuit.

Poſt mortem viri eximii cum Gesneri l. *de rebus foſſilibus* prodiit Cordi libellus *de haloſantho*, ſ. *flore ſalis*, quod nomen ſpermati ceti impoſuit eo ævo parum noto. Ejus notas & vires medicatas tradit, quales tunc innotuerant.

Ej. *Diſpenſatorium pharmacorum omnium* Nurnberg. 1535. 8. Lind. Pariſ. Tubing. abſque anno Willer 1548. 12. Venet. 1556. 12. Tr. Lion 1561. 12. Tr. 1680. 16. Lion 1579. 16. 1600. 12. Lind. 1621. 16. 1651. 16. Antwerp. 1560. 16. hic cum Petri Coudenberg notis; & alias ſæpiſſime recuſum (a). Continet primum compoſita medicamenta eorumque vires medicatas: Petrus Coudenbergius in *ſcholiis* ſimplicia medicamenta expoſuit. Deinde libellus hic redit, quem Gesnerus cum Cordi *adnotationibus* in Dioscoridem Argentor. 1561. fol. *. ediderat, in quo noſter agit de natura purgantium medicamentorum & de oleorum deſtillatione, cum encheireſibus, & fuſius de præparatione olei vitrioli &c.

Adjecerunt, in poſterioribus certe editionibus, varios alios libellos, Jacobi Sylvii *de delectu, compoſitione & duratione ſimplicium*, & de adulterationibus eorum cognoſcendis: denique de ſuccedaneis. Matthiæ de Lobel *diarium pharmacorum parandorum.* Tunc *purgantia medicamenta compoſita*, *ſuccedanea.* Porro Rondeletii tr. *de theriaca.* Formulas nuperiorum poſt Cordum inventorum & ſelectorum medicamentorum, & Francisci Dissaldei pharmaceutica biblia: denique Francisci Joel *medendi methodum*.

Lego

(a) Conf. *B. Bot.* I. p. 282.

Lego *le guide des apothicaires par* VALERE CORDUS Lion 1572. 16. RAST. & *Leidsmann in medicynen* Amſterdam 1662. 8. SARRY.

Porro collegium medicum Noribergenſe diſpenſatorium CORDI recenſuit, & novis compoſitionibus auxit; ſenatus vero ejus civitatis ſua auctoritate ſanxit, ut perennis pharmacopœorum norma eſſet. COUDENBERGII *ſcholia* IIDEM retinuerunt, tum fragmenta etiam SYLVII. Hæ editiones ſunt Norib. 1592. fol. 1612. fol. * 1666. fol.

L. *de artificioſis extractionibus*, *de deſtillatione oleorum*, *de deſtillatione olei chalcanthi* prodierunt C. GESNERO edente Argent. 1561. fol. *. Redeunt in editione 1651. 16.

Epiſtola ad ANDREAM AURIFABRUM *de trochiſcorum viperinorum adulteratione* exſtat cum SCHOLZII *collectione* Francof. 1598. fol. &c.

Vitam viri dedit HIERONYMUS SCHREIBER, excuſam Argentor. 1563. fol. * cum *adnotationum* libro V.

§. CCLI. ANNI 1535.

Collectio Veneta I., in qua libelli N. LEONICENI, ULRICI ab HUTTEN, L. PHRISII, JOHANNIS ALMENAR, ANGELI BOLOGNINI, & P. ANDREÆ MATTHIOLI recuduntur Venet. 1535. 8. ASTR.

Inter eos libellus eſt MATTHIOLI, ab ipſo auctore citatus (*a*), anno poſtquam L. PHRISII opuſculum eſt editum, nempe 1531. (*b*) viri opus, inter botanicos celebrati. Morbum gallicum ſecundum quatuor præcipua hominum temperamenta diſtinguit, cuique curationem propriam opponit: ita ut inunctiones mercuriales nunquam omittat. Guaiacum imbelle videri auxilium. Laudat tamen etiam ad hoc malum, adque alios etiam morbos, peſtem ipſam, & melancholiam pro dæmoniaca habitam, mercurium præcipitatum rubrum, & ſpiritum ſulfuris per campanam. Ex oſſe cruris hominis ſæpius inunctionem paſſi hydrargyrum manaſſe. Ut hominem ſanaverit, cui caries oſſis medullam corruperat; igne admoto & unguento mercuriali.

IDEM in magno, ad DIOSCORIDIS ductum, opere, memorabilia experimenta recenſet, de venenis variis reis hominibus Romæ & Pragæ exhibitis, deque eorum venenorum felici curatione. Vim napelli lapide bezoar ſuperatam eſſe; arſenicum vi pulveris cujusdam arcani. Sic plurima alia a Cl. viro adhibita huc faciunt ad venenorum & medicamentorum naturam pertinentia.

In *Epiſtolis*, quarum libri III. Pragæ 1561. fol. * prodierunt, plurima ſunt argumenti practici. Utique vomicam per urinas depurari poſſe, viam eo ducere per venam ſine pari. Guaiaci decoctum valde calefacere, biliofis non conferre. De

(a) *Epiſt.* p. 46.
(b) Conf. T. I. p. 504.

De cauſa morbillorum, num in menſtruo ſanguine ſit. Adverſus quartanam enormis compoſitio, quæ helleborum recipit. De emplaſtro albo DAMOCRATIS & de tryphera. Sagittæ helleboro albo venenatæ: adverſus earum virus mala cotonea valere. In morbis diuturnis per multos dies medicamenta alvum ducentia continuari poſſe. Non debere armenii lapidis ſcrupulum lactenti puero propinari. Argentum vivum adverſus vermes tuto ſumi. Lapides in hepate, in felle humano bubuloque viſi. Ratio præparandæ accurate theriacæ. Variarum compoſitionum *ingredientia*. Mithridatii præparatio. Noxæ a veneris abſtinentia diuturna.

EJ. *conſilia aliqua* ſunt in SCHULZIANIS. Polypharmacus fuit.

GUNDISALVUS FERNANDEZ, ſ. GONSALO HERNANDEZ, vir militaris, in civitate S. MARIÆ Americæ vixit, ejus oppidi rector, & in civitate Dominica. Confirmavit ex inſula hujus nominis morbum inquilinum cum ſecundo COLONI itinere in Europam advectum fuiſſe, perque milites GUNDISALVI FERNANDI (*el grande capitaneo*) diſſeminatam.

Diximus de ejus *ſummario de la hiſtoria general y natural de las Indias occidentales* Venet. 1525. 4. * recuſa cum RAMUSIO, in Tomo III. Venet. 1556. fol. *.

Alterum majus opus fuit, *la hiſtoria general y natural de las Indias occidentales* Toled. 1526. fol. Guaiaci arborem deſcribit & lignum ſanctum. Duo fragmenta eo facientia recuſa exſtant in *collectione* LUISINI. Proprium libellum, ſ. *dos tradados del palo de Guaiaco y del palo ſanto*, NICOLAO ANTONIO dictos, ASTRUCIUS non putat unquam prodiiſſe. Ipſum lego GUNDISALVUM, morbo gallico adfectum, ut curaretur Indiam petiiſſe, & Guaiaci ope integre reſtitutum in Europam reverſum eſſe.

ALEXANDER TRAJANUS PETRONIUS, archiater pontificius.

EJ. ſunt *Propoſita ſ. Aphoriſmi medicinales* 149. Venet. 1535. 8. GESNER.

EJ. *de morbo Gallico* libri VII. & in *collectione* ALUISII LUISINI. Morbum ipſum ortum a. 1493. anno vero 1530. petechias primum animadverſas fuiſſe. Gallicum morbum nuper mitiorem factum eſſe, & ex contagione gigni. Præter guaiaci uſum, etiam Sarſaparillam & Chinæ decoctum recenſet. Perinde hydrargyro hunc morbum ſanari, ſed cum magnis malis; in ſolo tamen hydrargyro ſpem ſupereſſe, quando priora auxilia non ſufficiunt. Suffimenta in malo inveterato admittenda. Pilulas, candelas medicatas & alia recenſet, non ita ut probet. Nullius facit FREINDIUS.

EJ. *de victu Romanorum & de ſanitate tuenda libri V.* acc. L. *de alvo ſine medicamentis mollienda* Rom. 1581. fol. *. vel 1582. fol. ut lego, & 1691. f. nam uterque annus reperitur. Italice *del vitto de i Romani e di conſervar la ſanità &* l. II. *del mantenir il ventre molle ſenza medicine* Rom. 1692. SMITH. Integrum de ratione vivendi, deque qualitatibus omnium alimentorum ſyſtema, cujus exigua

1129
1129
БИБЛИОТЕКА
КИШИНЕВСКОГО
Гос. медицинского института

gua pars Romanos propius tangit. Non debere matutinis horis vulnera deligari, quod aer ſiccior ſit: ſiccam & calidam æſtatem magis noxiam eſſe, quam humidam & frigidiorem. Cum a. 1577. ſeptentrionales venti noctu ſpirarent, interdiu auſtrales, ſalubris fuit annus. Aquæ Romanæ puteales eodem tempore turbidæ fiunt, quo Tiberinæ, quas ipſas noſter excuſat. De acidulis Romanis. Morbi cuti proprii, & *Capiplenium*, a ſanguine in caput congeſto, naribus ſiccis. De *languore*, qui morbus eſt hypochondriacus. Qui æſtate Neapolin petunt, eos fere perire ob æſtum, neque tamen interire, ſi lente iter fecerint. Ambulationem matutinam alvum mollire.

JACOBI ALLAXINI *medicæ diſceptationes, quibus recentiorum & Arabum permulti errores ad veterum diſciplinam expenduntur* Pariſ. 1535. 8. HOUSS.

MATTHÆI VICECOMITIS, Mediolanenſis, *regimen adverſus peſtem* Venet. 1535. 8. LIND.

J. BAPTISTÆ GONFALONERII, Veronenſis, *de vini natura ejusque alendi & medendi facultate diſquiſitio* Venet. 1535. 8. FALC. Baſil. 1535. 8. *. In uno vino calorem eſſe & frigus, & humidum & ſiccum.

ALEXANDRI de VICENTINIS *de foco putridarum febrium continuarum apologia pro* GALENO Venet. 1535, 4. RIV. LINDENIUS annum facit 1635. qui error, ut puto, typographicus eſt.

GEORGII COLLIMITHII *artificium de applicatione aſtrologiæ ad medicinam, de convenientia earumdem, de ratione dierum criticorum, de diebus criticis inveſtigandis ex figura cœli: de adminiſtratione pharmacorum & phlebotomiæ: Canones poſtremi* Argentor. 1535. 8. L.

NARCISSI SOLANI *concordia Barcinonenſium medicorum & pharmacopolarum* Barcinone 1535. ut lego & 1543.

MARIANUS SANCTUS *de putredine* Venet. 1535. 8. L.

EJ. *de ardore urinæ, & difficultate mejendi* Venet. 1558. 8. L.

EJ. *digreſſio de putredine ſuper Fen tertium* QUARTI AVICENNÆ *ad verbum exſcripta* 8. TR.

Officio di Ricette Venet. 1535. 8. RAST.

§. CCLII. HIERONYMUS CARDANUS.

Vel *Caſtilioneus*, ut in primis ſcriptis ſuis ſe dixit, nothus, medicus, mathematicus, aſtrologus, polyhiſtor & polygraphus, vir mirifici ingenii, ad inveniendum in difficillimis mathematicis quæſtionibus idoneus, ſed inſtabilis & irrequietus, bis de catalogo medicorum patriorum rejectus, inque ſuis adnotationibus non ſemper cautus, vanus idem & περιαυτολογος, aliquandiu Bononiæ ſupra ordinem profeſſor fuit. Scripſit adeo rapide, ut *librum de medicamentis ſimplicibus* intra 15. diem abſolverit.

EJ.

EJUS *de malo recentiorum medicorum medendi uſu.* EJUS l. *de ſimplicium medicamentorum noxa* Venet. 1536. 8. * 1545. 8. LIND. Pariſ. 1565. 8. Animoſus juvenis multa medicis ſui ævi objicit. Nimis liberaliter carnem & vinum ægrotis indulgere. Piſces recte carnibus præfert. Pharmacopolis frequentes *qui pro quo* ſubſtitutiones exprobrat. Aquas ſtillatitias univerſas, & purgantia compoſita medicamenta, vulgo benedictas, rejicit. Venam in pleuritide ſecat e directo lateris adfecti. Petechias a morbillis recte ſeparat. Aloen tamen ventriculo nocere. Non debere alvum ſoldanella cieri. Phthiſin nunquam ſanari. Arteriotomen non bene a medicis derelictam eſſe. *Altero* libello oſtendit, ſimplicia medicamenta purgantia nocere poſſe, & recte per artem componi, ut corrigantur.

EJUSD. *contradicentium medicorum libri II.* Lion 1548. 4. Pariſ. 1565. 8, *. Marburg 1607. 8. Spiſſum opus. ARISTOTELIS & GALENI, vel GALENI & ARABUM, aut GALENI & ARABUM varia loca proponit, expendit, pro altera parte decidit, ſæpe contra GALENUM, ſæpe ut ARISTOTELI, ut ipſis etiam Arabibus faveat. Utilitatem aliquam adnotationes addunt, ſed eæ ipſæ tamen alias ſuperſtitioſæ ſunt & eo fine congeſtæ, ut credas fieri, quæ fieri nunquam putaſſes. Ex tertiana febre eſſe, qui perierint. Hiſtoria thermarum Italiæ. De venenis, potiſſimum longis, tractatio.

Acc. ejus *libellus de Sarſaparilla.* Plus valere ad luem veneream quam Cinam. Decocti uncias duodecim in dies ſumi debere. Hiſtoria mali epidemici funeſti anni 1545, febris malignæ cum nauſea & ventriculi inflammatione. In libello *de Cina*; ut ad luem gallicam adhiberi debeat. Impinguare: ſua vi, non per ſtrictum vitæ genus morbum ſuperare. Phthiſicos ſe pluſculos curaſſe, neque neceſſe eſſe china uti. Iſte *de Cina & Sarſaparilla* liber prodiit etiam Antwerp. 1564 8. *.

EJ. *libri de ſubtilitate* XXI. Noriberg. 1550. fol. hic primum, deinde Pariſ. 1551. f. MAITT. 1553. 1554. fol. LIND. Lion 1551. 8. TR. 1553 1554. 1559. fol. 1580. 8. Baſil. 1560. fol. *. 1582. 8. SARRY VICAT. 1611. f. 1664. 4. SARRY. Sed dedicatio eſt anni 1552.

Germanice Baſil. 1559. fol. & *compendium* auctore PANTALEONE 1554. f. TREW. 1591. f. B. Tig. 1593. f. 1597. f.

Gallice vertente RICHARDO le BLANC Pariſ. 1556. 8. NAUDE'. 1584. 8. *. Mala verſio.

Magna rerum varietas & miſcella materies, ut cum cautione qui legerit, non pauca lectu digna, multa etiam ſuſpecta & vana ſit offenſurus. L. I. aquam plantaginis magis quam aquam lactucæ refrigerare. Calculum veſicæ parietaria herba in aquam arte mutata confringi. Poſt plurimos ventriculi dolores, calculum ovi mole in eo viſcere eſſe repertum. L. V. in feminæ cephalea adfectæ, & ante biennium mortuæ, calvaria hydrargyri duas uncias repertas eſſe. In L. VI. narrat Mediolani fuiſſe, qui fuſo plumbo manus lavaret. L. IX. a ſcorpione

pione *alato* prope Patavium percuſſus CARDANUS nihil mali paſſus eſt. L. X. cum rabiens lupus multos homines momordiſſet, perierunt omnes, præter unicum, quem beſtia multis vulneribus pene laceraverat. L. XI. vitiliginem facile ab equis in homines tranſire, & veterinarios medicos inficere. L. XI. qui 20. & 30. dierum inediam tolerarint. L. XII. leproſos balneo primogeniti filii nuper partu editi ſe teſte convaluiſſe. Subito mortua femina, quæ planctu in gravi infortunio abſtinuerat. L. XVIII. oleum populeum temporibus inunctum grata ciere ſomnia. Multa vaniſſima ſpecifica. Se per inſomnia hoc totum opus prævidiſſe. L. XIX. morbus magice curatus.

In editione 1560. adjecta eſt *actio prima in calumniatorem*, nempe SCALIGERUM, qui contra hoc de ſubtilitate opus ſcripſerat.

Ej. *de rerum varietate* L. XVII. Baſil. 1557. f. * &c. Phyſica pleraque: huc tamen faciunt in L. VIII. de homine varia. Ecſtaſis CARDANO familiaris. Capitis dolor periodicus matutinus. Mirificum lotii profluvium. Lapis in jecore humano viſus. Lues aliquæ armentorum. Peſtis: eam præſagiri a pane citiſſime mucorem contrahente. Reliqua vaniſſima omitto.

Opuſcula artem medicam exercentibus utiliſſima. De cyna radice ſ. de decoctis. Conſilium pro principe difficultate ſpirandi laborante. Conſilium pro fluxu ſanguinis coercendo. Conſilium pro lepram patiente. Medicinæ encomium. Actio in calumniatorem librorum de ſubtilitate Baſil. 1559. fol. *. Valde laudat aquæ uſum. Lixivio caput lavare, deinde frigidam ſuperfundere jubet, id ſibi feliciſſime ſuccedere. Scotos, nam Scotiam adiverat, frigidæ omni mane ſe immergere, deinde curſu ſe exercere, quoad incaleſcant. Aquæ uberrimo potu CARDANI patrem ſanatum eſſe, cum auripigmentum bibiſſet. Noſter ſola aqua ter febrem ardentem curavit; eam aquam ſurſum & deorſum purgare: in febre peſtilenti & hectica ſummum eſſe remedium. Aether CARDANI eſt ſpiritus vini, qui ſepties cohobatus ſit, ut pene æque acris reddatur, ac quidem aqua ſeparatoria: eum ætherem ad vitam longam facere. *De chinæ radice* l. dictus eſt.

Conſilia nihil habent memorabile. Unguentum ad ſcabiem deſcribit, quo ſe ipſum, nulla ſervata victus ratione, curavit; id ſulfure fit cum tithymalo in unguentum trito.

In *Encomio medicinæ* divitias & honores extollit, quos aliqui medici ſint conſecuti, tum felices curationes in morbis difficillimis, & quos adſtantes dæmoniis tribuerant. Recuſum eſt Roterdam 1644. 8. 1665. 8. LIND. cum aliis *Elogiis*.

Reſponſio ad SCALIGERUM, aſpera, ambitioſi hominis, qui ab alio perinde ambitioſo homine de throno detrudebatur. Aliqua fatetur a ſe errata eſſe, eaque ſe correcturum.

Memorabilia pauca. Platanos ſe Edinburgi vidiſſe. Mirifica hiſtoria CARDANI, qui in utero materno abortivi pharmaci uſu pene enectus, partu difficili editus, graviſſimis cum morbis ſit conflictatus.

De cyna radice multo plenius: huic radici vires tribuit quam piperis majores. Unciam unicam (tres demum uncias in morbo inexpugnabili) cum quindecim aquæ libris coquit in vaſe clauſo, ad unius tertiæ partis conſumtionem.

Somniorum Syneſiorum omnis generis inſomnia explicata libri IV. L. *de libris propriis. De curationibus & prædictionibus admirandis. Actio in* THESSALICUM *medicum. De ſecretis; de gemmis & coloribus* Baſil. 1562. 4. 1584. 4. LIND.

EJUSD. *in ſeptem aphoriſmorum Hippocratis particulas commentaria.* Ej. *de venenorum differentiis, viribus & præſidiis, præſertim de peſtis generibus omnibus, præſervatione & cura. Acc. de providentia temporum* Baſil. 1564. fol. B. B. Patavii 1653. 4. *. In ſenio hæc ſcripſit, cum coactus de patria deceſſiſſet, amiſſa etiam cathedra. Fuſa in GALENUM diſputatio, quem grammaticum vocat, cujus ſchemata mathematica valde ſpernit, & HIPPOCRATEM fere ubique aliter interpretatur, multus in aſtronomicis, & in aſtrologiam pronus. Adnotationes tamen aliquas pathologicas & clinicas paſſim adſpergit. Vermes planos vidit 23. & 28. cubitorum longitudine. Calculum, qui per inciſionem educere tentant, falli poſſe, etiam quando ſtrepitum adliſi lapilli ſe percepiſſe putant, & ſectionem in hominibus molitos eſſe, quibus nullus eſſet calculus. Pueris in veſica calculum naſci, ſenibus in rene. Invectiva in caldaria Germaniæ. Quæ femina utero dum gerit acuto morbo laborat, ea fere perit. LEONICENUM HIPPOCRATEM male vertiſſe, quem non intellexerit, GALENO tamen ſuo merito præferri. Hujus *commentarii in aphoriſmos, diſſectiones, de pulſu l.* eſſe furta, de diſſectionibus VESALIUM oſtendiſſe.

L. *de providentia &c.* Magiſtratus juſſu ſcriptus; De epidemico morbo pulmonis ſcribit, qui multos mortales interemerit, non tamen ut in abſceſſum verteretur. Ab intemperie aeris malum natum eſſe, cum æſtatem fervidam autumnus pluvius excepiſſet. Pus fuiſſe in vinculo, quod jecur ad coſtas nectit, non bonum: alii aſperæ arteriæ ramos ſaniei lacti ſimilis plenos habebant, alii pulmonem ipſum ſanie plenum, quæ viſceris partem eroderat.

Libri III. de venenis toti pene verſantur in illis veterum claſſificationibus, cum perpaucis propriis adnotationibus. Eſſentiam primum veneni claſſeſque conſiderat, & peſtem ad venena refert. L. II. ſigna venenorum. L. III. curationes aliquas, etiam ſuas recenſet. Vana multa. Lacte familiam curavit, quæ venenum devoraverat, & quam medici peſte putabant laborare. Bolum Armenam morbi lateralis ſpecificum eſſe remedium, ſmaragdum peſtis.

Ars curandi parva, quæ eſt abſolutiſſima medendi methodus Baſil. 1566. 8. 2. vol. B. B. In I. Tomo ipſa eſt *ars curandi.*

Conſilium jam dictum *pro peſte*; aliud *pro difficultate ſpirandi*, aliud pro *ventriculi dolore* & diſpoſitione ad morbum gallicum, aliud ad *ſurditatem*, ad *ſanguinis fluxum*, ad *lepram. Medicinæ encomium, & podagræ, & apologia* ad A. CAMUTIUM.

T. II. præter philoſophica *de aqua aethere & cyna ſ. de decoctis. Ars curandi*

eſt compendium, in quo noſter ſæpiſſime GALENUM corrigit Generalia Pulſus. Pulſum ſuum, cum annos natus ſit 58. habere exiguum dilatationis a contractione diſcrimen. Alia ſigna. Indicatio. Male in capitis vulneribus cranium terebrari, male acetum roſaceum & oleum imponi; gummi elemi ea vulnera debere curari. Superſtitioſus homo morbum mirabilem ſmaragdi pulvere ait ſuperatum eſſe, ſed plumas ambuſtas plus hic effeciſſe credas. Hæmoptoe 34. venæ ſectionibus ſanata. Morbi ex ordine. Febris. Buboni peſtilenti cucurbitulas cum ſcarifatione bene adhiberi. Hemitritæus ſpurius facile ſanabilis. HIPPOCRATIS libri veri & ſpurii in claſſes diſtributi. Se inquit accurate morborum eventa præſagire, per exempla. Inciſio poſt magnum pulmonis morbum: pulmo totus ſanguine nigerrimo & ſanie redundabat, abſque vera ſuppuratione. Conſilium pro difficultate ſpirandi Edinburgi datum, integer liber. Aliud paulo brevius: tertium pro morbi gallici reliquiis, quartum pro ſurditate, quintum pro fluxu ſanguineo coercendo. Sextum pro lepra. Encomium podagræ jocoſum. *Apologia ad* ANDREAM CAMUTIUM eſt refutatio viri, qui a CARDANO diſſenſerat. *De cynæ radice* liber nunc fuſior. *De cauſis, ſignis ad locis morborum* L. I. Hæc collectio prodiit Bonon. 1569. 8. TREW. Baſil. 1583. 8. TR.

In HIPP. *Coi prognoſtica atque in* GALENI *prognoſticorum expoſitionem commentarii abſolutiſſimi. In ll.* HIPPOCRATIS *de ſeptimeſtri & octimeſtri partu, & in* GAL. *commentarios* CARDANI *commentarii. Conſilia ſeptem* Baſil. 1568. fol. B. B. Dedicatio eſt anni 1566. Senilis ſermocinatio, tantum ut GALENUM ubique acriter exagitet. Sparſæ aliquæ adnotationes, ut ulcus veſicæ per ſeceſſum pus fundens, eventu funeſto. Ex ira pulſus inæqualis, ut deficeret tertius, & demum alter pulſus, nullo malo eventu, quod morbi genus ipſe paſſus ſum. Qui cum pulſu maxime inæquali ad nonageſimum annum vixerit. Conſilia de ſeculi more longa, & per omne auxiliorum genus diffuſa. Remedia ſæpe nullius momenti, ſaphiri, ſmaragdi, auri, cum lapide lazuli miſti &c.

EJUS *in* HIPPOCRATIS *de aere aquis & locis commentarios, opus in* 108. *lectiones diviſum.* Acc. *oratio altera ad* THESSALICUM *medicum: Actio ad Cardinalem* ALCIATUM, *de medicorum inſcitia, & occidendi hominis licentia variiſque erroribus. Conſilia tria* Baſil. 1570. fol. B. B. Ad HIPPOCRATIS l. multa phyſica, etiam mathematica. De conſtitutionibus epidemicis. Cum poſt ſiccam hiemem ver pluvioſum ſucceſſiſſet, febres peſtilentes, per imbres copioſos cum borealibus ventis conjunctos, ſub caniculam apparuiſſe. Cum febribus epidemicis inſectorum ranarum &c. abundantiam fere conjungi. In *oratione* ad ALCIATUM aſpere in medicos ſui ævi invehitur. Medicos valde carpit, qui alieno loco, nempe e diverſo latere, venam ſecabant.

Vitam ſuam a. 1554., annos nunc natus 75. deſcripſit. Laudes & vituperia pariter de ſe ipſo effutivit, tantum ut ſe ſingularem hominem eſſe vinceret; curationes ſuas felices bene multas narrat, etiam phthiſeos. Librorum catalogus, quorum multi tantum adfecti. Tres de ſuis operibus libellos noſter ſcripſit, quorum ultimus fuſior.

EJ.

EJ. *opus novum de ſanitate tuenda ac vita producenda* a RODOLPHO SYLVESTRIO *Bononienſi nuper in lucem editum* Rom. 1580. fol. Baſil. 1582. fol. *, A morte viri editum opus, quæ cadit in a. 1575. Multæ peculiares adnotationes, ſed caſu natæ, neque ſatis firmæ, ut tuto poſſis confidere. In GALENUM frequenter invehitur. Opus plenum totum ambitum tituli fuſe amplectitur. L. I. Generalia. Cauſæ mortis, exercitia, balnea, res non naturales. Cibus in genere, ſapor, coctio, cruditas. Nævos ab imaginatione materna ortos & admittit, & eorum rationem reddit. Exempla noxæ a vita nimis ſedentaria accidentis. In omni ſemine oleum habitare. Qui quotidie abſque magna noxa vomuerit. Piſces coctu duriores reddi. Pinguia nimis laudat. MESVEN ob nimium aloes uſum ante diem interiiſſe.

L. II. panis, farina, legumina, olea, condimenta, radices, fructus. Chondrum fieri ex zea diſperma, alicam ex monoſperma, quæ etiam nunc in Italia feratur. Sonchum laudat. Radices coctu difficiles eſſe. Genuenſes papavere cibos condire, Hiſpanos coriandro; neutrum ergo ſemen venenum habere. PAULUM II. pontificem a comeſtis melonibus apoplexia eſſe interemtum, BORROMÆUM antiſtitem ex fungorum eſu. Varia de cibis nimia & vana.

L. III. De carnibus per ſingula. Piſces non eſſe viviparos niſi magnos. Piſces ſollicite, aromata, caryophylli, ſomnus, vigilia, res venerea, animi adfectus.

L. IV. cura ſenum, minutiſſime, ut etiam bracherium ad hernias depingat. Cauſam mortis raro eſſe in ventriculo. ALOYSII CORNARII celebre exemplum, & aliorum ſenum. FREDERICUM Imp. elixirio quodam ætatem ad annum 95. protraxiſſe. Teſtudinum jure ſe utiliter uti. Hernioſos, quibus alvus ſubpreſſa fuerit, fere perire, etiam ſi eam aperueris. MICHAELEM ANGELUM medicamento calculum, quem in veſica alebat, in arenulas comminuiſſe. In MATTHIOLUM, chamæleontis ſuccum veneno carere. Unguentis multum, etiam in tabe, tribuit.

EJ. *de cauſis ſignis & locis morborum* L. I. Baſil. 1582. 8.

Aliud opus poſthumum THEONNOSTOS *de vita producenda & incolumitate ſervanda dialogus, opera* FABRICII CORNARII *Tiburtini* Rom. 1617. 4. editum eſt. In oper. omn. T. II. Strictæ vitæ rationis utilitas. Exemplum ALOYSII CORNARII, & adfine aliud GABRIELIS PANIGAROLÆ. Cibum potus debere eſſe ſeſquialterum: nam de victu ſenili potiſſimum quærit. M. CURTIUM CLEMENTI VII. mortis fuiſſe cauſam, cum uberius cœnare juberet, qui prius uberius prandebat. Olera in jure teſtudinum cocta laudat. Feliciſſima mors DUGNANI, centeſimum & quintum annum degentis. Tota cibi ratio. Cibi utiles, hos inter limaces.

EJ. *opuſcula medica ſenilia* Lion 1638. 8. *. Ex M. S. Bibliothecæ Romanæ, in qua multi codices manu CARDANI ſcripti contineantur.

I. De

I. *De dentibus:* fere ad curationem, ſuperſtitione neque hic noſter purus eſt; certo digito dentem, etiam leviſſime, tactum, dolore vult liberari. II. De rationali curandi ratione l. II. Theoria revulſionis & derivationis, & de venæ ſectionis efficacia ſingularis opinio. L. III. De medicamentorum facultatibus multa generalia & vaga. Cathartica ſeorſim: non exſpectares in ea claſſe camphoram, rorem marinum, carnem erinacei, lapides pretioſos, jus Galli. IV. de morbo regio, aliquanto melius. Ab hepatis & a lienis etiam obſtructione naſci, & a calculo. Inſignes ſuas in hydrope curationes citat.

L. de vita propria ex Bibliotheca NAUDÆI, *cum libro de præceptis ad filios* Pariſ. 1643. 8. Amſterd. 1634. 12. 1654, 12. BAR. Goudæ. 1634. 12.

Ej. & *de libris propriis* Lion 1557. B. BUN.

Ej. *opera omnia in decem tomos digeſta* Rothomagi 1663. fol. 10. vol. B. Bern. curante CAROLO SPON. Præfatio eſt GABRIELIS NAUDE. Auctorem parum ſani cerebri fuiſſe fatetur, aleatorem, litigatorem, mœchum, & quod in ſcriptore magis culpoſum, mendacem, ut ex genio adpareat, quem ſibi modo tribuit, modo aliquem fuiſſe negat. De SCALIGERO tamen triumphaſſe. Abſurdus & imperfectus operum CARDANI catalogus.

In his operibus primum hic prodit l. *de aceti natura.* In T. VI. *contradicentium medicinalium VIII. poſteriores;* ſapor horum librorum idem eſt, qui duorum primorum. Multa GALENI refutatio. Plurimum theoriæ & ratiocinii.

In T. IX. *conſilia* bene multa anecdota.

Librorum, qui dicti ſunt opuſcula ſenilia, *Quintus de arthritide & podagra.* Gonagram ſuam deſcribit, quam paſſus eſt ſeptuagenarius cum eſſet; unguento adſtringente uſus celeriter morbum ſuperavit. Mel a ſucco limonum colliquari. Vivendi ratio.

Examen XL. ægrorum Hippocratis in Epidemicis, nunc quidem non primum prodiit, non vero ſatis novi, quando primum.

In T. X. plurima nova ſunt. Primum in GALENI ad L. Hippocratis *de victu in acutis commentarios adnotationes.* Satis inanes.

Commentarius I. II. III. *in librum* I. *Epidemicorum* HIPPOCR. Multa in GALENUM. Salſam deſtillationem putrida deteriorem eſſe. Se ea adfectum, ne tabefieret, ſe ſervaſſe eduliis inſipidis & tenuis ſubſtantiæ. Morbum adtonitum non ſequi humiditatem, nam in ſicco Florentiæ aere frequentiorem eſſe, quam Mediolani.

In L. II. *Epidemicorum commentarius* l. II.

Tractatus de Epilepſia. Vidit ab abſcendente in caput vapore naſci. Cæterum nihil quod ſatisfaciat.

Tr. *de apoplexia.*

In

In *paralipomenis* L. I. *An peſtis ex mundi conſtitutione ſequatur.* Ex peſte bubula beſtias non laborare, neque homines a lue bovilla. Ranas impoſitas in peſte a. 1541. ſaluti fuiſſe. L. II. narrat ex *Georgii* equidem AGRICOLÆ dialectica, ſurdum & mutum doctum fuiſſe literas; tum portenta narrat, quæ ſibi acciderint credulo. L. VII. Lapis prædurus in pulmone hominis. Mors ex duplici tertiana. Febris epidemica cum lateris dolore: fœtidus humor a morte per os erumpebat. Durum quaſi os per alvum hominis melancholici excretum. L. XV. de nonnullis claris Philoſophis, inter eos de GALENO, cum ſcriptorum ſerie. L. XVI. acre de GALENO judicium.

Ej. *Encomium Podagræ* jam recenſuimus, jocoſum libellum: Hunc morbum aliorum morborum facere vacationem.

Epiſtola *de oxymelle in Pleuritide* eſt inter T. DUNI epiſtolas.

Metopoſcopia cura MARTINI de LAURENDIERE prodiit Pariſ. 1658. fol.

§. CCLIII. ANTONIUS MUSA BRASSAVOLUS.

Ferrarienſis, clinicus, felix in curandis morbis (*a*), MANARDI diſcipulus & LEONICENI.

Ej. *Examen omnium ſimplicium, quorum uſus eſt in publicis officinis* Rom. 1536. fol. LIND. Lion 1537. 8. *. Venet. 1538. 8. SEG. 1545. ID. Lion 1544. 8. 1556. 8. *. Errores MANARDI & Arabiſtarum, quos noſter refutat, & MESVEN ſæpe tuetur. Vires plantarum nonnunquam propriis experimentis ſuperſtruit: de induſtria etiam venenorum efficatiam exploravit. Ex poſteriori parte operis aliqua exempla decerpam. Mannam ex Oriente etiamnum advenire, ſe tamen Calabrinam præfere. Liquida manna valde efficax. Succo cucumeris ſylveſtris oculos adſperſos inflammatos eſſe, & in magnum diſcrimen veniſſe. Scammoneum ad drachmam exhibitum nullas aquas eduxiſſe. Opopanacis plantam in Mutinenſium montibus naſci. Sandaracham utique ſulfur olere contra AGRICOLAM (GEORGIUM, non RUDOLPHUM, ut noſter ſcribit). Gummi ſuccino ſimile ſe in pinetis Ravennatum vidiſſe. Cartilaginem crucis fere forma bis ſe in corde cervi inciſo reperiſſe. Inflammatos pyrites bubones venereos inguinum ſæpe diſcutere. Argentum (vivum) ſublimatum olim in celebri uſu adverſus luem veneream fuiſſe (adeo redeunt, quæ pridem erant inventa): nunc ſuo ævo crudum ſubſtitui. Experimento facto, lyncis mire fœtentem urinam nunquam in lapidem concreſcere. Mumiam aſphaltum merum eſſe, abſque aloe. Oleum montis Zibii prope Mutinam ſcaturiens. Vitrioli fumo, dum oleum inde ſtillabat, omnes in horto arbores occiſæ. Veram bolum Armenam ſiccæ & pallidæ calci ſimilem eſſe, & in pulverem teri: eam ſe vidiſſe. Terebinthinam veſtigia variolarum non delere.

Ej. *de bona valetudine conſervanda inſtructio* Nurnberg 1538. 4. Sic lego.

(a) AMAT. p. 293.

Ej. *in octo libros aphoriſmorum* HIPPOCRATIS & GALENI *commentaria & adnotationes* Baſil. 1541. fol. fuſiſſime.

Ej. *in libros de ratione victus in morbis acutis* HIPPOCRATIS & GALENI *commentaria & adnotationes* Baſil. 1541. fol. LIND.

Ej. *examen omnium ſyruporum, quorum publicus uſus eſt*, prodiit Venet. 1545. 8. Lion 1540. 8. *. Non omnes ſyrupos recenſet, aliquos tamen, & ſimplicia, quæ eos ingrediuntur medicamenta. Sericum de confectione Kermes repudiat, quod alumen ejus tincturam ingrediatur.

Ej. *examen omnium catapotiorum vel pillularum, quarum apud pharmacopolas uſus eſt* Baſil. 1543. 4. TR. Lion 1546. 16. LIND. 1549. 12. RIV. 1556. 16. LIND.

Ej. *examen omnium electuariorum, pulverum & confectionum catharticarum, quarum in officinis uſus eſt* Venet. 1548. 8. TR. Lion 1549. 12.

Ej. *examen omnium trochiſcorum, ceratorum, emplaſtrorum, cataphaſmatum & collyriorum, quorum frequens uſus eſt apud* FERRARIENSES *pharmacopolas* Venet. 1551. 8. Lion 1555. 16. LIND.

Ej. *examen omnium looch, linctuum, ſufſuf, i. e. pulverum, aquarum, decoctionum, oleorum, quorum apud Ferrarienſes pharmacopolas uſus eſt. Acc. de morbo gallico tractatus* Venet. 1553. 8. Lion 1555. 16. BUR. TR. 1561. 12. TR. In poſteriori libello innumeras fere luis gallicæ ſpecies facit, per ſymptomata diſtinctas. Inter nova ſymptomata intra vigeſimum annum orta (a. 1531.) gonorrhœam numerat & ophthalmiam. Per anum frequenter recipi, neque niſi laſcivis geſtubus aut per mammas inficere. Cum ſuffitu quotidie alvum ducit. Sic cum liminentis, ne os exulceretur & fauces. Inunctionem pene certo morbum tollere. Sed neque decoctum Guaiaci ei diſplicet. Luem per mammas receptam concumbentem virum non inficere. In LUISINI *collectione* redit.

Ej. *reſponſio ad quæſtiones de ligno Indico* ALEXANDRI FONTANÆ. Anno 1525. in Italiam primum advectum eſſe, ſe primum Ferrariæ adhibuiſſe, & in aqua decoctum, deinde & in vino. Mite eſſe auxilium, ſe ſexenni puero dediſſe: ſenibus & confirmatæ ætatis viris cum vino. Ad podagram & alios multos morbos valere. In aqua Aponenſi decoctum lignum cachexiam ſuſtuliſſe. Oleum ut inde paretur.

Ej. *de radicis Chinæ uſu* pariter *in coll.* LUISINI. Se huic radici non fidere. Cauteria in morbo gallico non conferre, & in mala abire ulcera. Pilulas ex mercurio præcipitato fictas neminem ſanare. Fuſiſſime de alopecia ex veteribus. Thapſiam cum terebinthina illitam profuiſſe. Auxilia ad dentium & unguium caſum. Gonorrhœam decocto ligni ſancti ſanari & emollientibus. FREINDIUS BRASSAVOLUM deſpicit.

Ej. *de medicamentis tam ſimplicibus quam compoſitis catharticis, quæ unicuique humori ſunt propria* Tigur. 1555. 8. *. Lion 1555. 16. LIND. Soldanellam laudat; naſturtium

naſturtium alvum ducere, ſed parce. Pſyllium tormina civiſſe, neque alvum duxiſſe. A porris crudis copioſe ſumtis, diarrhoea & crudorum porrorum egeſtio. A cantharidibus devoratis ſanguinis mictus, abſceſſus ad femora, mors. Flores geniſtæ alvum ducere, tum florum ſuccum & radicem. Hypercatharſis enormis, ut ſanguis & inteſtinorum ramenta decederent, ab integro colocynthidis pomo devorato. Turbith ad drachmam ſumtum commode alvum ciere. Sic hermodactylo crudo comeſto, qui ſapore ſit caſtaneæ, eum naſci in monte Apennino (nonne Colchicum?). Sic & ſagapenum alvum ducere. Ita per omnia, quæ non licet recenſere, utilis certe auctor, quod eventus ſibi ipſi viſos recenſeat. Elleborum nigrum dudum obſoletum primus auſus eſt propinare, eoque maniacum hominem ſanavit. Conf. *B. Botan.* p. 278.

Ej. *in primum Hippocratis aphoriſmum commentarius* Ferrar. 1594. 4. LIND.

Ej. *index perfectiſſimus in omnes* GALENI *libros* Venet. 1597. fol.

Vitam ejus dedit HIER. BARUFFALDUS Ferrar. 1704. 4.

§. CCLIV. BENEDICTUS VICTORIUS.

Faventinus, LEONELLI nepos, magnus clinicus, primarius Profeſſor Patavinus, inde Bononienſis.

Ej. *de pleuritide liber ad* GALENI & HIPPOCRATIS *ſenſum. Acc. Quæſtio de tribus doctrinis ordinariis* Venet. 1536. 4. * Florent. 1551. 8. Pleuritidem eſſe phlegmonem pleuræ, non muſculorum intercoſtalium, neque diaphragmatis inflammationem. Dum materies fluctuat, in pleuritide debere ſanguinem mitti ex latere contrario adfecti, & in univerſum lateris dextri pleuritidem requirere ſectionem venæ cubiti lateris ſiniſtri.

Ej. *morbi gallici curandi ratio* Baſil. 1536. 4. *. in *collectione*, dictata ab auctore JOSEPHO TECTANDRO, qui & edidit. Ad ulcera virgæ adſtringentia, plumbea; ad morbum ipſum ſudor varie expreſſus, balneum. His non ſufficientibus, unguentum mercuriale: ſi neque hoc reſponderit, guaiacum cum aqua decoctum, quadraginta continuis diebus potum. Libras ſex ligni cum ſedecim libris aquæ coquit. In majori opere hunc minorem libellum pro ſpurio renunciat.

Ej. *empirica medicina de curandis morbis totius corporis & febribus, cum exhortatione ad medicum recte ſancteque medicari cupientem* Venet. 1550. 8. LIND. 1555. 8. *. Lion 1572. 12. FALC. 1558. 16. Francof. 1598. 8. TR. Liber Julio III. dicatus, omnino empiricus. Morbi recenſentur a capite ad pedes; ad eos farrago medicamentorum ſæpe vaniſſimorum.

Ej. *liber de morbo gallico* Florent. 1551. 8. LIND. alius a priori; Per oſcula lues concepta, ut interim partes genitales nihil paterentur. Urinam ſubalbidam abſque ſigno coctionis eſſe ſignum ejus mali. Concipi abſque venere in ſanctis monia-

monialibus. Unctionem mercurialem periculi plenam eſſe, fumigationem etiam deteriorem; tutiorem curationem a guaiaci ligno repeti. Thermas tamen prodeſſe. Inter ſymptomata cancer penis, gonorrhœa, bubo.

Ej. *medicinalia conſilia ad varia morborum genera* Venet. 1551. 4. Tr. 1554. hic aucta. 1556. 8. auctius Falc. Inter ea eſt conſilium de *morbo gallico*. Non vult unctionem mercurialem adhiberi, & guaiaci uſum ſuadet.

Ej. *in* Hippocratis *prognoſtica commentarii. Acc. Theoricæ latitudinum medicinæ liber ad* Galeni *ſaporem in arte medicinali* Florent. 1551. fol. Lind.

Ej. *commentaria in* Hippocratis *aphoriſmos* Venet. 1556. 4. Trew. Paraphraſta.

Ej. *compendium de doſibus medicinæ* in *collectione* Patavii 1556. 8. 1579. 8. *. edita, & Lion 1584. 8. Lind. Perexiguus libellus, in quo aliqua præcepta.

Ej. *practicæ magnæ de morbis curandis ad tyrones tomi duo.* Venet. 1562. fol. *. Francof. 1628. 8. Tr. Italice *pratica d'eſperienza* interprete Thoma Terra Nuova Venet. 1570. 8. Tr. Huic operi auctor inmortuus eſt, ut ultra morbos capitis & pectoris nihil hic reperias. Fuſiſſima ad morem ſeculi ſermocinatio. Balnea & embrochas multum laudat, & multas aquas Italiæ medicatas recenſet. Non vult capitis verticem embrochæ ſubmitti. Venas poſt aures incidi poſſe, arterias tangi non debere. Ad memoriæ jacturam & paralyſin embrochæ. Ad tremorem balnea. Peragraſſe ſe Dalmatiam: Raguſæ aquam per plumbeos canales ductam ſapore metallico imbui. Menſes ex pulmone ſe teſte fluxiſſe. Nuſquam vero expertum clinicum adgnoſcas.

§. CCLV. Amatus Lusitanus.

Ut ſe amabat dici, aut J. Rodericus de Castello Albo, Ferrariæ & alibi medicinam fecit; demum Theſſalonicam ſe contulit, & palam ſe Judæum profeſſus eſt. Clinicum ex ſuis ſcriptis inſignem fuiſſe putes, verum vanitatis inſimulatur & mendacii.

Ej. *exegemata in duos priores Dioſcoridis libros*, jam a. 1536. 4. Antwerpiæ prodierunt, tum in Dioscoridis L. V. *enarrationes* Venet. 1553. 8. Lind. & alias.

Dedit porro medici ſcopi opus, *curationes medicinales.* Earum *Centuria* I, tum *commentatio de introitu ad ægrotantem & criſion tractatio* Florentiæ prodiit 1551. 8. Falc. Tr. tum Venet. 1654. (forte 1554.) 12. Lind.

Centuria altera, quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Chinarum locupletius deſcribit Venet. 1552. 12. Gesner. bibl. Pariſ. 1554. 12. Tr.

Duæ hæ Centuriæ conjunctæ excuſæ ſunt Lion 1580. 12. Lind.

Tertia & quarta ſeorſim in Italia prodiit, & cum prioribus Baſil. 1560. fol. Astr. Rom 1565. 12. Tr.

Centuria

Centuria IV. cum l. *de introitu medici ad ægrotantem, de criſi & diebus decretoris* Venet. 1566. 8. Tr. Baſil. 1556. fol.

Quinta & ſexta, in quarum priori agitur etiam de curandis capitis vulneribus Venet. 1560. 12. Tr. 1564. 12. Tr.

Septima . . . .

Centuriæ VII. *conjunctæ* cum libellis prioribus adjunctis Venet. 1557. 8. (a) 1563. 12. Trew. Lind. 1566. 8. Lion 1560. 12. 1580. 12. Burdigalæ 1620. 12. *. Barcinon. 1628. fol. Lind. Francof. 1686. fol. Lind.

Juvenis per aliquot annos in duobus noſodochiis Salmanticæ chirurgiam exercuerat: adultior medicinam fecerat. Galenum legerat ſatis diligenter & Arabes. *Curationum medicarum*, multæ enim ſunt chirurgicæ, aliqua hic exempla decerpam. In *Cent. I.* colica aqua frigida curata, ſic duplex tertiana. Lumbricorum vomitus ſanatus. Pleuritidem curavit veſica impoſita, & ſanguine detracto, de loco adfecto (venam enim ſecat loci adfecti). Virginem, cui menſes ſubpreſſi erant, & puſtulæ undique erumpebant, vena ſecta & laxantibus alvum medicamentis ſanavit. In pleuritide poſt diem duodecimum iterato venam ſecuit, & monet, in eadem ſanguinis miſſione ſanguinem & rubrum, & lividum, & demum aqueum de vulnere fluere. In febre continua, cum dolore circa coſtas ſpurias, vinum ægro indulſit & carnium uſum. Puellæ decennis febris ſanguinis libra integra de naribus effuſa ſuperata. In angina emplaſtrum de nido hirundinis laudat. Prægnantem feminam cauſo laborantem vena inciſa, alvo ducta ſanavit. Terebinthina ad nucis molem ſumta, nephriticum arthritidi conjunctum dolorem ſedavit. Cui mercurius ſublimatus proprinatus fuerat, ejus vita excitato vomitu ſervata. Hydrocephalus infantis, nuper ut credo partu editi, ſanatus. Ex rutæ eſu deliquia, tremores, alia mala, vomitu moto ſuperata. Decocto radicis Chinæ per 25. dies epoto ſanata iſchias. Lues venerea per puerum, inde per nutricem late propagata. Carbunculus palpebræ curatus. Cum angina & aſperam arteriam obſideret & guttur, ægra ſuſtentata per clyſteres nutritios &, demum ſanata. Hæc centuria ſcripta eſt Anconæ a. 1549. Secunda Romæ 1551. Tertia 1552. Quarta Anconæ 1553. Quinta a. 1556, Sexta 1559. Septima Theſſalonicæ eodem anno, aut potius ſequente, cum morbos citet anno 1560. adnotatos.

Aliqua decerpſi ex centuria I. Ecce ex ſeptima. Opiſthotonus intra menſem ſanatus, caſtoreo fere extus impoſito & intus ſumto. Convulſio ex nimia venere immedicabilis. Dolor maximus mediaſtini, fotu ſuperatus. Coli dolor opii uſu compreſſus. Carnea excreſcentia de ore ventriculi pendens, lethifera. Pus de pectore vomitu rejectum in aqua ſubſidere. Pleuritis abſque miſſione ſanguinis curata. Somnus ſpontaneus gravis in febre ardentiſſima ſalutaris. Febris eryſipelatodes funeſta. Vena in febre acuta puerperæ die ſeptimo, critico, feliciter ſecta.

(a) Non poteſt, cum ultima curatio Theſſalonicæ a. 1560. ſcripta ſit.

ſecta. Carbonum fumo exſtincti. Icterus ſubinde gravi cum dolore recurrens, a calculis, ut puto, felleis, nequidquam a medicis curatus. Tertiana in febrem malignam peſſimam degenerans. Abſinthii infuſum in tertiana exquiſita recte propinari, contra ALEXANDRUM TRALLIANUM. Uterus inflammatus in ulcus abiit: quod oborto femoris abſceſſu ſanatum eſt. Locus AVICENNÆ arabicus reſtitutus. Phlegmone recti inteſtini, & alia mala, ex improvido uſu ſeminis urticæ. Sanguinis quadraginta libræ intra ſex dies de naribus manantes. Philonium in pleuritide funeſto eventu propinatum. Vena medinenſis, Theſſalonicam aſportata. Vitiligo Albaras incidentibus & aromaticis medicamentis ſanata. In pleuritide, dum menſes fluebant, tamen vena ſaphena inciſa, felici eventu. Angina duodecima hora interficiens. Synochus quarto die ſanguine de naribus fluente terminatus. Tertiana ſyncopalis funeſta.

In *centuria* II. tr. de *decocto radicis ſinarum*, a LUISINO recuſus eſt. Decocta guaiaci & ſarſæ parillæ valere ad ſuperandum morbum venereum: etiam ſmilacem aſperam & buxum noſtratem. Efficacius omnibus eſſe decoctum radicis ſinarum, quo noſter plurimum utebatur. Meliorem ex China advehi, deteriorem ex America. Si ea fruſtra ſint, inungendum hydrargyrum, os vero a fœditate ſervandum interpoſito pilularum uſu. De caruncules exſtirpandis dixi in in chirurgicis. LACUNÆ medicamentum AMATUM reprobat. Se veram rationem curandi ab eo ipſo M. PHILIPPO habere, a quo LACUNA.

§. CCLVI. VARII.

ANTONIUS FUMANELLUS Veronenſis. Ej. *commentarius de vino & de facultatibus vini deque quorumdam quæſitorum diſſolutione* Venet. 1536. 4. TREW.

Ej. *febrium dignoſcendarum & curandarum abſoluta methodus. Hiſtoria & curandi ratio pro urinæ reddendæ difficultate. An mineralis aqua urinæ difficultati conveniat: de balnei ferrati facultatibus ferrique natura. De balneis aquæ ſimplicis* Baſil. 1543. 4. *. Cum febre incredibilis farrago medicamentorum, & de victus ratione, potu omnigeno, herbiſque & alimentis longiſſima tractatio. Sic ad morbum veſicæ uberima farrago, & lithontripticorum integra dictionaria, ex antiquis & nuperis collecta.

EJUSDEM *opera cum ad tuendam ſanitatem, tum ad profligandos morbos plurimum conferentia* Tig. 1557. fol. B. B. Pariſ. 1592. fol. LIND. In hac collectione eſt, *Compendium vitæ & morum* GALENI. *Comm. de ſenum ſalubri victu. De balneis aquæ potabilis. De vini temperatura & facultatibus commentarius.* BACCHI *ſylva de vitium, uvæ, vinique facultatibus. Reſponſio ad J. Gonſalvum* BARREDAM *de vini facultatibus. Epiſtola ad Andaſium, in qua errata de vini facultatibus corriguntur. Tria propugnacula adverſus aſſerentes vinum humidum eſſe. De roſarum & omnium, quæ ex roſis fiunt, facultatibus. De compoſitione medicamentorum generis cujuſcunque ad diverſos morbos. De peſtis curatione. De lepra & elephante morbo. De rheumate ſ. deſtillatione a capite; de ventriculi adfectibus præter naturam.*

De

De capitis uſtione in oculorum & pulmonis malis. Ep. de recrementorum corporis humani præternaturali retentione & evacuatione l. De dolore in percepto ardore urinæ & calculo. Conſilium adverſus ſterilitatem. De totius corporis virium imbecillitate, capitis præcipue, vertigine, renum dolore & calculo. De morbis variis in viis urinariis contingentibus comment. Omiſi chirurgica. L. *de balneis* redeunt in *collectione* Veneta.

SYLVIUS ZEPHIRUS, Romanus, medicus JULII III. *de putredine ſ. de protrahenda &c.* libellum edidit Romæ 1536. 4. MANDOS. contra nonnullos Patavinos.

GUILIELMUS PLANTIUS, Cenomanus, GALENI *commentarium in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos latine reddidit & adnotationibus illuſtravit* Lion 1536. 8. 1561. 12. LIND.

IDEM *libros aphoriſmorum latinitate donavit, & paraphraſi illuſtravit* Genev. 1595. 12.

Idem FERNELII opera edidit, *vitam* viri ſcripſit, & in methodi medendi libros ſeptem *adnotationes* Pariſ. 1567. fol. *.

CHRISTOPHORUS OROSCIUS (de HOROSCO) *adnotationes in* AETII *interpretes* Venet. 1536. fol. L.

EJUSD. *caſtigationes* in PAULI *Aeg. interpretes* Venet 1536.

J. FRANCISCUS BRANCALEO Neapolitanus. EJUS eſt l. *de balneis, quam ſalubria ſint, tum ad ſanitatem tuendam, tum ad morbos curandos, dialogus adverſus neotericos* Pariſ. 1536. 8. LIND. Noriberg 1536 8. *. Balneorum uſum adverſus objectiones tuetur, GALENI auctoritate, qui quotidie lavabat. Ad curandas febres intermitentes conferre. Materiam morbi gallici balneo digeri & evacuari. Contra nimium uſum medicamentorum purgantium.

MATTHIÆ APIARII *hortus ſanitatis* Argent. 1536. fol. ſi huc facit.

JACOBI PRÆFECTI, *Nerini*, Siculi, archiatri, *de diverſorum vini generum natura* Rom. 1536 8. SEG. Venet. 1559. 12. B B. Vires vini medicas, vireſque pariter valetudini adverſas, ex veteribus repetit: variaque problemata ſolvit huc ſpectantia.

Zahn Arzneyen mit dem Holz guaiaco h. e. Franzoſenholz, alte Schäden, Löcher Wundbeulen gründlich zu heilen Francof. 1536. 4. ASTR.

Collectiones duæ libellorum *de lue venerea*, *Baſileenſis* altera, 1536. 4. *, altera *Lugdunenſis* 1536. 8. RAST. Continet illa libellos MATTHIOLI, ALMENARII, MASSÆ, POLLII, BENEDICTI VICTORII, ANGELI BOLOGNINI.

Non ſerius prodierit *Magenbüchlein von allerley Gepreſten des Magens, Milze, und Leber, auch wie man ſanfte Stulgäng oder Laxativen machen ſoll* Argent. 4. *. abſque anno.

Horti

Horti ſanitatis editio plenior eſt Argentorati 1536. f. *. qua, omiſſis plantis, agitur *de animalibus*, *de reptilibus*, *de avibus & volatilibus*, *de piſcibus & natantibus*, *de gemmis & in venis terræ naſcentibus* additæ proprietates potiſſimum medicatæ ex PLINIO, ALBERTO, ISIDORO, cum malis iconibus.

§. CCLVII. ANDREAS VESALIUS.

Bruxellæ natus, patre Germano, magnus idem inciſor, inter archiatros fuit CAROLI V. & PHILIPPI II. vir melancholicus, & de ſua valetudine ſæpe conqueſtus, WELSCH.

EJUS eſt *paraphraſis in nonum librum* RHAZÆ ad ALMANZOREM *de adfectuum ſingularum corporis partium curatione* Baſil. 1537. 8. *. Wittenberg. 1586. 8. TREW. Compendium medicinæ practicæ, ſuo ævo claſſicum, hac paraphraſi utilius reddere adgreſſus eſt, qua morbi a capite ad calcem deſcribuntur, & eorum curatio adjicitur. Aliqua, non multa, ſua interpoſuit. In totum opus ad ALMANZOREM meliores commentarios paraverat, qui interierunt.

EJ. eſt *epiſtola docens venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam, & melancholicum ſuccum ex venæ portæ ramis ad ſedem pertinentibus purgari* Baſil. 1539. 4. *. Lucem ab anatome mutuatam hic medicinæ clinicæ præferre tentavit. Derivationem in univerſum ad inflammationes internas requiri. Deinde, cum vena azygos venas intercoſtales producat, ea vero vena in latere dextro cavæ ſe venæ inmittat, dextram cubiti venam propius cum omnibus thoracis venis conjungi, eam ergo in pleuritide ſecari debere. Si vero pleuritis in ſuperioribus coſtis ſedem fixerit, quæ venas habent ad venam cavam pertinentes, tum dextra vena cubiti ad dextri lateris pleuritidem, ad ſiniſtram ſiniſtra tundenda eſt. Hæc in P. BRISSOT adverſarios, qui etiam apud Cæſarem agebant, ut legibus ſuam revulſionem tueretur. Sed Principem etiam Pedemontii vena oppoſiti lateris pertuſa interiiſſe ajebant. Porro hæmorrhoides ſedem habere in ramis venæ portarum, non ad venam cavam.

EJUSD. *radicis Chinæ uſus* Baſil. 1546. fol. *. Lion 1546. 16. *. Epiſtola eſt *ad* JOACHIMUM ROELANDS, *quam* FRANCISCUS VESALIUS noſtri frater edidit. Radici Chinæ parum tribuit, qua etiam CAROLUS V. negligentius uſus ſit.

In magno ſuo opere anatomico, paſſim morborum etiam rariorum veſtigia indicavit, quæ in cadaveribus inciſis detexiſſet.

In *chirurgia magna* VESALII multa ſunt clinici argumenti, ſi omnino ſummi viri opus eſt; ſunt enim qui FALLOPIO potius tribuunt. De peſte pluſcula, potiſſimum de peſtilentia anni 1528. quæ fuit & bubonacea & carbuncularia. Corpus luteo colore tinctum fuiſſe adnotat auctor, & ægrotos difficulter ſpiraſſe, doloremque circa pectus ſenſiſſe maximum. Inde aliqua ad eryſipelas, ſcirrhum. Liber VI. totus huc fere facit, agitque de medicamentis purgantibus aliiſque. Demum L. VII. eſt de medicamentis ſimplicibus.

Opera

Opera RAZEI ad ALMANSOREM cum TORINO & TOLETANO latine reddidit.

EJ. *conſilium pro viſu partim depravato, partim abolito* eſt inter *conſilia* MONTANI inque *adpendice* Baſil. 1583. fol. B. B. p. 129.

De arthritide conſilia aliqua ſunt in collectione HENRICI GARETII Francof. 1592. 8. *.

Alia *de uſu l. guaiaci in epilepſia in* SCHOLZIANIS Francof. 1598. fol. &c.

§. CCLVIII. VARII AD ANNUM 1537.

ALFONSUS FERRUS, Neapolitanus: medicus & chirurgus PAULI III.

EJ. *de morbo gallico & ligni ſancti multiplici medicina, & vini exhibitione* Rom. 1537. 4. ASTR. FALC. Baſil. 1538. ID. Pariſ. 1540. 16. RAST. 1542. 12. FALC. & *in collectione* LUISINI. Gallice Pariſ. 1540. 12. ASTR. per NIC. MICHEL; & Poitiers 1546. 16. RAST. Germanice vertente G. H. RYFF, omiſſo nomine veri auctoris, Argent. 1541. 8. ASTR. Fuſiſſime de eo ligno, & de ejus externis & internis qualitatibus utendique ratione & modo. De morbis a capite ad pedes curandis per l. ſanctum. Symptomata morbi gallici & eorum curatio.

EJ. *de morbo gallico* L. III. Virgæ ulceribus adſtringentia & viride æris opponit. Alia ſymptomata. Ea ſi noluerint prioribus præſidiis, & ligno ſancto cedere, ad argentum vivum deveniendum eſſe, etſi multæ ſint ejus medicamenti noxæ. L. IV. de vini exhibitione cum eo ligno, & temporibus in quibus utile ſit.

EJ. *de caruncula ſ. callo quæ cervici veſicæ innaſcitur* Lion 1553. 4. 1559 4. LIND. in *collectione* chirurgica GESNERI 1555. fol. *. & Antwerp. 1581. 4. LIND. Candelarum ad id malum varietas: debere primo loco callum molliri. Inter cathæretica præfert id, quod fit ex ſabinæ pulvere exſiccato, acrius vero aliud habet ex vitriolo, auripigmento, viridi æris cum ceruſſa, quod idem LACUNA præſcripſerat; ſanatos conſervari decocto guaiaci & candela cerea oleo myrteo illita, & in urethram inmiſſa. Eſſe qui ſolo ſpecillo curati ſint.

DOMINICI ZONELLI conſilia ſunt inter LAUTERBACHIANA, hoc vero ævo auctor vixerat.

JOH. EICHMANN, vulgo DRYANDER, Wetteræ natus, profeſſor Marburgenſis, reddidit J. VOCHSII libellum repurgatum Colon. 1537. 8. cum titulo *opuſculum præclarum de omni peſtilentia, ſ. ab aere corrupto, ſ. ab aquis putridis, aut a cadaveribus. Et de diuturna peſte morbi gallici, quæ non ceſſabit donec putredo ejuſdem morbi funditus eradicetur.*

EJ. *der ganzen Arzney gemeiner Inhalt* Francf. 1542. fol. TR. 1557. fol. TR. Anatome, phyſiologia, res cibaria, materies medica, medicamenta compoſita, evacuationes & venæ ſectio; demum morbi a capite ad calcem, cum curatione, ex genio ſeculi.

EJ.

EJ. *von rechtem chriſtlichem Brauch des Arztes und der Arzney* Francf. 1535. 8. RIV. TR.

EJ. *de balneis Emſenſibus* Marburg 1535. 8. & in *collectione* Veneta de balneis.

EJ. *neu arzney und practicier Büchlein* Francf. 1563. 8. TREW. 1572. 8. *B. Tig.*

MICHAEL SERVET, Villanova Aragonica natus, hinc paſſim VILLANOVANUS dictus, etiam LINDENIO.

EJ. *ſyruporum univerſa ratio ad* GALENI *cenſuram diligenter expoſita, cui poſt integram de concoctione diſputationem præſcripta eſt vera purgandi methodus cum aphoriſmo concocta medicari* Pariſ. 1537. 8. *. Venet. 1545. 8. GUNZ. TR. Lion 1546. 8. ID. Contra Arabes, pro GALENO & Græcis fontibus. Sirupos breviter tangit, quos non vult totos negligi. Multo fuſius agit de concoctione materiei morbificæ. Eam concoctionem unicam eſſe, neque multiplicem. Quæ concoqui debeant. Concoctionem ſemper incraſſare. Expoſitio aphoriſmi, *concocta debent purgari.* AVICENNAM Græcos male legiſſe. De ſiruporum compoſitione & uſu vario. Veteres Græcos habuiſſe ſuos ſirupos, aut certe linctus ex ſucco mororum cum melle cocto. Facultates ſyruporum variæ. Quid poſt purgationem agere oporteat, omnia ex GALENO diligenter lecto.

EJ. in L. FUCHSIUM *apologia* 1536. 8. *. Exiguus libellus *Pariſiis* datus; partim Theologicus, partim medicus. SYMPHORIANUM tuetur, Scammonium defendit aliud Græcorum eſſe, aliud Arabum, doſeſque utriuſque ſcammonii longiſſime docet differre: CAMPEGIUM morbum gallicum negat pro lichene habuiſſe.

Vitam viri dixi in B. anat. Eſt etiam aucta & anglice reddita Lond. *hiſtory of M. Servet burnd for hereſy* Lond. 1724. 8. B. B. CHAUFFEPIE *life of Servetus* vertente T. YAW. Lond. 1772. 8. Tum P. ab ALWOERDEN & Ill. viri LAURENTII v. MOSHEIM integrum opus.

GUILIELMI PUTEANI, Blangiaci, J. MESVE *aloen non aperire ora venarum, aliaque ſimilia non pauca adverſus* J. MANARDUM & L. FUCHSIUM *alioſque neotericos defenſio ad ſimplicium medicamentorum facultates noſcendas non parum utilis.* Lion 1537. 8. *. Aloen ventriculo non nocere, cum rheum non ſine noxa exhibeatur. Sirupum berberum ventris fluxu laborantibus officere. Aliqua generalia.

EJ. *de medicamentorum quomodocunque purgantium facultatibus nuſquam antea dictis* L. II. *Prior facultatem, quæ a ſubſtantiarum ſimilitudine, ſuccos trahere & purgare dicitur ab omnium purgantium conſortio excluditur. Poſterior eorumdem purgantium omnium medicamentorum veram & genuinam rationem certa methodo atque ordine noſſe demonſtrat* Lion 1552. 4. LIND. 1554. 8. FALC. (LINDEN. 1654.).

Reperio apud MORELLUM, GUILIELMUM didiſſe a. 1536. l. *gallicum de phlebotomia*, quo ſe BRISSOTI diſcipulum profitetur, qui primus apud Delphinates contrariæ ſententiæ addictos venæ ſectionem in latere adfecto adminiſtraverit.

JOHANNES

JOHANNES TAGAULT, prope Ambianum natus, medicus Pariſinus. EJ. *commentariorum de medicamentis purgantibus ſimplicibus* L. II. *Priores Canones* JOHANNIS MESVEI *ad pharmacopœam ſpectantes compendiaria ratione deſcribuntur. Altero ſimplicia medicamenta purgantia examinantur, reſectis illis, quæ ad ſeplaſiariam artem parum facere videbantur* Pariſ. 1537. 4. RAST. Lion 1549. 16. 1553. 12. TR. Pariſ. 1571. 8. MAITT.

EJUSD. *de inſtitutione chirurgica* L. IV. Pariſ. 1543. fol. *. Lion 1547. 8. L. 1560. 8. *. 1567. 8. PORT. Venet. 1549. 8. LIND. & in collectione J. GESNERI Tiguri 1555. fol. *. & UFEENBACHII Francof. 1610. fol. *. Gallice Lion 1549. 8. Pariſ. 1579. 16. 1579. fol. DRAUD. 1629. 8. RAST. Germanice vertente GEORGIO ZOCHENDORFER Francf. 1574. fol. GESN. 1584. 8. DRAUD. Diximus GUIDONIS de CAULIACO opus eſſe, nitidiori ſermone expreſſum, reſtitutis veterum locis, quos GUIDO corruptos citaverat, erroribus aliquibus expunctis. Quare quæ de GUIDONIS opere diximus, hic ea poſſunt repeti.

Neſcio an differat *metaphraſis in* GUIDONEM, quam LINDENIUS citat Pariſ. 1545. 4.

EJ. *conſilium pro calculoſo* eſt in SCHOLZIANIS.

ANTONII MARIÆ BETTI *de cauſa conjuncta deque bilis coctione in febribus* Bonon. 1537. 8. TREW. 1566. 8. LIND.

EJ. *de prandio & cœna l. adverſus* ODDUM *de* ODDIS. Mediolani 4. anno non addito.

EJ. *in quartum Fen primi canonis* AVICENNÆ *commentarius*, &

EJ. *quæſtio de rhabarbaro* Bonon. 1562. fol. LIND. 1591. fol. *. Quærit num magis pulvis datus alvum ſolvat, an potius aqua in qua rheum infuſum fuerit. Commentarii vaſti ſunt, & ad genium ſeculi.

HIPPOLITI BRILLI de LENDENERIA *de colico affectu tractatus* Venet. 1537. 8. TREW.

EJ. *opus de vermibus in corpore humano* Venet 1540. 8.

FRANCISCI EMERICI, Oppavienſis, medici Viennenſis, *medicorum auxiliorum dexter uſus ad veram* HIPPOCRATIS & GALENI *mentem depromtus* Noriberg. 1537. 4. FALC. TR. 1627. 4. FALC.

JACOBI SCHOLL *faſciculus totius medicinæ, theſes aliquot medicæ & maxime ſimpliciores breviſſime complectens* Argent. 1537. 4. GESNER. Bibl. EJ. *Aſtrologiæ ad medicinam applicatio brevis, deque convenientia canones* una excuſi.

RODERICUS (RUY) DIAZ de ISLA, Hiſpalenſis, Noſocomii in ea urbe medicus ſcripſit, *tratado contra el male ſerpentino que vulgamente en Eſpanna es Uamado bubas que fue ordinado en el hoſpital de todos los ſanctos de Lisboa* Lisboa 1537. f. C. de V. & a. 1555. ut putat ASTRUC. Ficus Indicæ radicis aquam amariſſimam,

quæ

quæ febrem equidem, ſed tantum duodecim horarum excitet, numerat inter medicamenta ad malum venereum.

Jacobi Champerii Symphoriani F. *de Græcorum atque Arabum ſcammoneo diſſ.* 1537. 8. Gunz. Heb.

Gabriel Humelberg, Ravenſpurgenſis ad lacum Bodamicum, edidit Ant. Musam *de herba Vetonica*, Apuleium *de medicaminibus herbarum* L. I. Iſni (alii Tiguri) 1537 4. *. ſuis cum commentariis. Sextum *de medicina animalium* Tigur. ib. 1539. 4. Serenum Tiguri 1540. 4. Lind. C. Apicium 1542. 4. Minime certe indoctus aut indiligens ſcriptor.

J. Antonius Roverellus, Bononienſis. Ejus eſt *tractatus de morbo Paturſa, adfectu, qui vulgo gallicus adpellatur* Cypris Italiæ 1537. 8. Astr. cui librum non videtur contigiſſe videre.

Idem Astrucius Cheireddinum vulgo Barbarossam principem Algeriæ ad hunc annum recenſet, ob pilulas antivenereas, quas dicitur cum Francisco I. communicaſſe, & quæ ejus piratæ nomen ferunt. Mercuriales omnino, quarum variæ formulæ exſtant.

Anonymi libellus *de pulſibus* paſſim ex Galeno *collectus & veluti in formulam redactus* Pariſ. 1537. 4 Platn.

Martini Schurfi *comm. in IX. Almanſoris* a. 1537. Manuſcriptus eſt in *Bibl. Auguſtæ Vindel.*

Epulario, overo del modo di cucinare Breſſa 1537. 8. Zocha. Venet. 1579. 8.

Christistella Ohimonius, Ejus eſt *divulgatio profeſſionis praxeos medicæ in morbis curandis, quorum medica non poſſibilis eſt profligatio, inter quos eſt podagra, coxendicis dolor, & arthritis* Antwerp. 1537. 8. L.

Sebastian Singkeler, profeſſor Baſileenſis, *medicorum ſcholam*, hoc eſt Galeni *iſagogen & diſinitiones medicas* Græce & Latine edidit Baſil. 1537. 8. L.

§. CCLIX. Johannes Fernelius.

Ambianus ex oppido Clermont, vir eloquens & puriſſimi ſtyli, idem mathematum gnarus, & acuti ingenii vir, ut etiam ultra Galenum in practicis auderet ſapere, profeſſor Pariſinus, magnus clinicus, & medicus Regius, qui ſuis conſiliis Catharinæ Mediceæ fecunditatem, Galliæ quidem funeſtam, reddiderit (*a*).

(a) Suaſiſſe ut Rex uxoris amplexus adiret menſibus fluentibus: ſordido conſilio.

Pleraque ejus opera poſt mortem auctoris prodierunt. Hoc loco virum recenſeo, quod in Douglassii *bibliotheca anatomica* phyſiologiæ libri VII. dicantur a. 1538 prodiiſſe.

Partem efficiunt magni operis, cujus titulus eſt, *Univerſa medicina, ſ. opera medicinalia, quæ continent Phyſiologiæ libros* VII; *Pathologiæ libros* VII, *Therapeuticæ univerſalis libros* VII: *in ſeptimum* Guilielmi Plancii, qui pleraque Fernelii edidit, *ſcholia.* Porro *febrium curandarum generalem methodum* Pariſ. 1554. fol. Trew. Idem opus ut puto *Phyſiologia* eſt, & *Pathologia* Venet. 1555. 8. B. Tig. (*medicina theorica & practica*). Porro Venet. 1564. 4. Pariſiis, hic utique 1567. fol. * Pariſ 1602. fol. Francofurt 1577. fol. Trew. 1592. fol. 1593. 8. Tr. 1603. 8. 1607. 8. Trew. Lion. 1597. 8. Hanov. 1610 fol. Leid. 1645. 8. 2. vol. Trew. Utrecht 1656. 4. *. Genev. 1619. 4. maj. Vicat. 1679. fol. in catalogo; curante Boneto. Reperio etiam J. Fernelii *de naturali parte medicinæ* L. VII. *mendis expurgatos* Venet. 1545. 8. Trew., puto Phyſiologiam.

In poſterioribus editionibus multa acceſſerunt, quæ in mea Ultrajectina ſunt, & a Pariſina 1567. abſunt; *Vita* Fernelii a G. Plantio ſcripta; L. *de lue venerea*, L. *conſiliorum*, *Obſervationes* O. Heurnii. Genevenſi editioni multa acceſſiſſe Lindenius, quod non videtur verum, niſi ordo librorum etiam mutatus ſit.

Nunc hæc opera oportet ſigillatim laudare, nam & merentur.

Phyſiologiam diximus in *B. Anat.*

Pathologiæ libri priores in generalibus verſantur, ſubtiles iidem. L. III. eſt de urinis & pulſibus. L. IV. de febribus. L. V. VI. de morbis a capite ad calcem. Paſſim tamen interſperguntur aliquæ obſervationes, ex inciſis cadaveribus ſumtæ, in l. 5. ulcus cordis; in l. 6. tumor ventriculi os obturans, ut ægra omnia adſumta revomeret. De calculis veſicæ felleæ uberius, quam hucuſque factum fuerat. Ab uſu mivæ cydoniorum inteſtinum clauſum, deinde ruptum. Vermes in renibus geniti, & cum urina redditi. Hic Fernelius ſtatuit, omnem calculum in rene naſci, nucleum nempe: deinde deſcendere in veſicam, ibi nova cruſta augeri. Cum urinæ iter obſtructum eſſet, prodiit eadem per umbilicum. L. VII. eſt chirurgici argumenti.

In *methodo medendi*, ſ. *Therapeutica* L. I. in generalibus verſatur. L. II. eſt de evacuationibus. In morborum acutorum principio venam noſter ad deliquium uſque ſecat, in univerſum ſanguini mittendo pronior, cum & illa illuſtris Catharinæ curatio venæ ſectioni fere debeatur. L. III. de alvi purgatione. Caſſiam hic rejicit. Reliqui libri *materiam medicam* continent, dicti in *B. Botan. Therapeutica* ſola prodiit Lion 1569 8. Lind. Francof. 1574, Tr. 1581. 8. Id. 1593. 8. Id.

Libri II. *de abditis rerum cauſis* prodierunt Pariſ. 1548. fol. Astr. 1560. *. Baſil. 1579. 8. Francof 1579 8. eadem forte editio, 1581. 8. *. 1597 8. cum aliis, prodierunt iidem 1593 8. 1619. 8. cum J. Capellani *conſilio de peſte*, & cum Simonis Pietrei conſiliis ſex, alteriuſque medici doctiſſimi conſilio de renum adfectibus & Fernelii univerſa medicina. Plurima generalia continet L. I. neque noſtri ſaporis eſt;

In L. II. multa facit divina, multas occultas functiones. Inde de morbis epidemicis ait, eos a tota ſubſtantia provenire, quos morbos primus introduxit & iis annis ſævire docet, quos oporteret eſſe quam ſaluberrimos: eos epidemicos morbos pluſculos recenſet & deſcribit, ut ſudorem anglicum anni 1525., & dyſenterias graves anni 1538. Porro epidemias omnis generis animalium. Admiſcet fabuloſa aliqua, credulus, ut de lapide quodam Indico, de dæmoniacis, de metallorum tranſmutatione. Paſſim contra GALENUM, omnes effectus medicamentorum deducentem a notiſſimis illis 4. qualitatibus, quos noſter morbos etiam ex toto ſubſtantia naſci malit, & cibos neget a calore coqui. Luem veneream deſcribit, mercurium infidam curationem vult præſtare. Febrem non oriri a putredine, & deſtructa putredine febrem tamen ſuperfuiſſe, equidem intermittentem. Gonorrhœam vidit, ſed non primus, ut FREINDIO excidit. Negat apoplexiam ab obſtructis cerebri ventriculis naſci, perinde enim apoplexiam fieri, ſi ſanguis venarum in alia regione cerebri effuſus fuerit. Inciſiones corporum epilepticorum.

Ej. *febrium curandarum methodus generalis* ſeorſim prodiit Francof. 1577. 8. B. Tig. Supplementum Libri IV. eſt, a priori L. IV. diverſum, recuſum in Ed. *Ultrajectina*. Gallice vertente CAROLO de ſ. GERMAIN Pariſ. 1655. 8.

Ej *pathologiæ liber* IV. *de febribus cum prognoſi & curatione* RUTGERI LOENII Amſterdam 1664. 8. in editione HEURNIANA.

Ej. *de vacuandi ratione* Venet. 1548. 12. TR. 1549. 8. ID. TR. Apud J. ANT. v. der LINDEN legas *de curandi ratione* Pariſ. 1545. 8. Venet. 1547. 8. Francof. 1612. 12. ut idem liber videatur uterque.

Ej. *de cura morbi*, *de venæ ſectione* Lion 1589. 8. eſt quaſi ſupplementum abſolutæ therapiæ.

Ej. *emiſſi ſanguinis obſervatio* Francof. 1631. 12. LIND.

Ej. *pharmacia* cum G. PLANTII & F. SAGUYER *ſcholiis* Hanov. 1605. 12. TR. puto Therapeutices libros eſſe poſteriores.

Porro a morte viri prodiit l. *de luis venereæ ſ. morbi gallici curatione perfectiſſima* Antwerp. 1579. 8. *. Patav. 1580. 8. In *coll.* LUISINI p. 524. Gallice vertente MICH. le LONG. Pariſ. 1633. 12. Vehementer toto libello in uſum hydrargyri invehitur. Contagium Indicum admittit. Malum conſeneſcere; ulcera ingentia & fætidiſſima obſolevіſſe. Gradus mali, eorum peſſimum fauces nareſque putrefacere. Exempla hominum, quibus hydrargyrus enormem noxam intulerit, vapor nempe inter deaurandum ſuſceptus. Poſt inunctionem cerebrum ipſum in abſceſſum converſum, alia inde graviſſima mala facta. Ad Guaiacum redit, quod venereæ luis ſit alexipharmacum; denique ad, ſuam aquam mirificam ſtillatitiam ex aromatibus parandam. Curationum aliqua exempla producit.

Ej. *experimenta medicamentorum facile parabilium* Francof. 1570. 8. Non redit in *poſthumorum* editione Ultrajectina.

Ej.

Ej. *conſilium pro epileptico cum* ÆMILIO CAMPOLONGO *de arthritide* Lion 1578. 8. TR. Spiræ 1592. 8. Lion 1597. 8. cum SNEBERGERO. Francof. 1581. 8. *. & in ed. Ultrajectina prodiit.

Ej. *Conſiliorum medicinalium liber ex adverſariis* 400. *conſiliorum ſelectus* Pariſ. 1582. 8. TR. 1585. 8. Francof. 1584. 8. TR. 1593. 8. TR. cum titulo *Conſ. Med. Centuria* & cum *reſponſis quibusdam medicorum Pariſienſium* Francof. 1593. Hanov. 1607. 4. Redeunt etiam in *poſthumis*, & in Ultrajectina operum editione. Conſilia ſunt 72. brevia, pro medico potius quam pro ægro ſcripta, generalia, abſque eventu, JULIANUS PALMARIUS edidit.

In *Theurapeutices* ll. exſtat *commentarius* J. RIOLANI *ſenioris* Montisbelig. 1588. 8. *. & alias excuſus, & *de morbis univerſalibus & particularibus* libri IV. Lond. 1675. 8. TR.

§. CCLX. VARII AD. A. 1538.

ALOYSIUS MUNDELLA Brixianus.

Ej. *epiſtolæ medicinales*, *variarum quæſtionum & locorum* GALENI *difficilium expoſitionem continentes.* Ej. *annotationes in* A. MUSÆ BRASSAVOLÆ *ſimplicium medicamentorum examen* Baſil. 1538. 4. 1543. 4. *. Cum natura quidem ipſa vix conſuevit, laudari tamen meretur, quod ab Arabibus ad Græcos legendos ſuos coætaneos revocaverit. Smaragdum recte negat vires poſſidere ad febres putridas efficaces. Exemplum, frigidam in febre acuta nocuiſſe. Solventia medicamenta iis in malis potius nocere, rhabarbarum cumprimis, quod calidum ſit & ſiccum. In febribus ſolum debile vinum concedi poſſe. In morbillis, antequam prodeant, venam ſecat, non facile, quando nunc prodierunt. In febribus, ni quid obſtiterit, cubiti venam ſecare jubet. Burmienſes thermas vidit; eas monet non paucis nocuiſſe, etiam mortis fuiſſe cauſam. Ad gravem auditum etiam cranii perforationem ſuadet & cauterium. Animadverſiones in BRASSAVOLAM pertinent ad materiam medicam.

EJUSDEM *dialogi medicinales decem*, *nunc primum in lucem editi* Baſil. abſque anni indicio 4. B. B. Scopus fere viro eſt, oſtendere, ſæpe ſe ad aliis medicis in medendo diſſenſiſſe, recte ſemper, ut eorum errores vel MUNDELLA emendaverit, vel mors ipſa manifeſtos reddiderit. In hernia ſe adhibere medicamenta emollientia, clyſteres, venam ſecare. Cum ægrotus inflammato crure flava vomeret noſter ſaburram ſubeſſe ratus, clyſtere uſus eſt, venam ſecuit, hirudines adpoſuit. In febre poſt venam repetito ſectam, hirudines hæmorrhoidibus admovit, fruſtra quidem omnia. AETIUM, jam Arabibus propiorem, doctrinam confuſam ſapere. Non in omni colico dolore alvum ciendam. Feminam moribundam, frigidam, aphonam, pulſu deſtitutam, inciſa ranina vena ſervavit. Levitatem inteſtinorum fere meliori victus ratione & aqua ferrata compreſſit. In pleuritide exquiſita, poſt venam repetito ſectam, miro conſilio butyrum & jura carnium exhibuit, denique cauterium inuſſit. Podagricos tamen ſæpe a cauteriis

riis admotis ægrius habere. Gravidam feminam acute febrientem reſtituit venà inciſa. Alias ſola victus ratione mutata febres ſuſtulit. Corticem ligni Guaiaci ipſo ligno eſſe validiorem. Arabes fere omnia ſua a Græcis habere, multa etiam vitia commiſiſſe.

Ej, *theatrum* GALENI, i. e. *univerſæ medicinæ a* GALENO *diffuſe traditæ, promtuarium* Baſil. 1568. fol. *. Colon. 1587. fol. LIND. Index locuples in GALENI opera.

Ej. *epiſtola ad* JOH. VALDANIUM, *quo tractatur quæſtio, utrum in lienis adfectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad anularem digitum ſiniſtræ manus* Patav. 1567. 8. LIND.

Epiſtolæ medicinales J. MANARDI. N. MASSÆ A. MUNDELLÆ. J. B. THEODOSII & J. LANGII conjunctæ prodierunt Lion 1551. fol.

ODDUS de ODDIS, Patavinus, ab a. 1535. in patria profeſſor. Vixit autem ſenex ad annum 1570. Ej. *de prandii & cœnæ ratione* Lion 1538. 8. LIND. cum BAGELARDO *de infantum cura*, & cum l. *de peſte* Venet. 1570. 4. *. Pugnat pro cœna, quam vult prandio uberiorem.

Ej. *de peſte & peſtiferorum adfectuum omnium cauſis, ſignis, præcautione & curatione libri* IV. Venet. 1570. 4. Peſtis Patavina anni 1555. bono ſeni ſcribendi cauſa fuit. Aeris vitium & humorum corruptionem, ſed & conſtellationes cauſas eſſe ejus luis. In L. II. hiſtoria morbi, non ſatis ad naturam ſcripta, & cujus finis a capite 14. eſt MARCI filii. L. III. eſt de præcautione & curatione, & ipſe MARCI opus; immenſa medicamentorum farrago, calidorum etiam potiſſimum. In libro IV. morbum ſuum comparat cum HIPPOCRATICIS epidemicis. Negat veteres petechias deſcripſiſſe.

Ej. *apologia pro* GALENO. L. I. *logicus adverſus Arabes*. L. II. & III. *phyſiologicus*, quem MARCUS filius a capite 6. libri III. ſupplevit.

Ej. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *ad priores duas ſectiones dilucidiſſima interpretatio caſtigatior multo & locupletior* Venet. 1572. 8. LIND. ut prior aliqua editio fuerit; tum Patav. 1589. 4. ID. & prima ſectio ſeorſim Patav. 1564. 8. ID.

Ej. *in primum totum fen primi l.* CANONIS *dilucidiſſima & expectatiſſima expoſitio edita & completa a* MARCO *filio* Venet. 1575. 4. Patav. 1652. 8. LIND.

Ej. *de natura morbi* Patav. 1589. 4. LIND.

Ej. *in librum artis medicinalis* GALENI *minutiſſima & dilucidiſſima expoſitio a* MARCO *filio edita & caſtigata* Brix. 1607. 4. LIND. Venet. 1608. 4. ID. Vita viri eſt inter THOMASINI elogia.

J. CÆSAR SCALIGER. Inter alias artes etiam medicinam coluit, etſi ex gente principum *della Scala* ſe ortum perſuaſus fuit, vir doctiſſimus certe & peracuti ingenii, linguæ Græcæ pariter & Latinæ peritiſſimus.

EJUS

EJUS eſt *in l.* HIPPOCRATIS *de inſomniis commentarius* Saligniaci 1538. MORLion 1538. fol. 1561. f. LIND. Amſterdam 1654. 12 *. Gieſſ. 1610. 8. L. & alias Alia editio Burdigalæ prodiit fol. ſine anno, GUNZ. Pugnat pro ſectione venæ in latere oppoſito, ejuſque quam remotiſſimæ, ut eo plus ſanguinis in vulnus veniat. Sua etiam exempla adducit. Acute cæterum magis ſcripſit, quam utiliter.

Ej. *loci ejuſdam* GALENI *difficillimi explicatio doctiſſima*. Edidit JOACHIMUS MORSIUS Leid. 1619. 4. *. Non facit ad medicinam & vocem exponit, Præco ad pedem dicit.

Ej. *de ſubtilitate libri* XV. ad CARDANUM Pariſ. 1557. 4. RAST. Francof. 1582. 8. *. & alias. Leviter practica tangit. De vi corruptrice aeris. De venenatis animalibus pluſcula. Thermæ. Eſculenta, potulenta, plantæ etiam medicæ copioſæ; vires medicæ lapidum. Calculi fellei. Lues venerea. Bua, eſſe vocem Malabaricam. FERNELIUM pungit, qui omnia a cælo deducat, & per dæmones aiat agi. Animi adfectuum efficacia.

EJUS *vita* ſcripta a JOSEPHO filio cum l. *de vetuſtate gentis Scaligerorum* prodiit Leid. 1594. 4. & cum epiſtolis JOSEPHI Leid. 1627.

THOMAS PHILOLOGUS Ravennas, vero nomine JANOTHUS & poſtea RANGONUS, Profeſſor Patavinus. Ej. *morbi gallici ſanandi ope vini ligni & aquæ unctionis cerati ſuffumigii præcipitati reliquorum modi omnes* Venet. 1537. 4. B. B. 1538. 1545. TREW. ASTRUC. 1575. ASTR. Literati hominis, non quidem clinici, mirificum opuſculum. Morbi initia ad a. 1494. refert, neque tamen novum morbum eſſe vult, nam a. 1455. HUGONEM BENZIUM ſimilis mali meminiſſe: ejus originem a ſiderum conſenſu, vel a contagio, aut ab aeris inclementia derivat, de America ſilet. Deſcriptio mali, ulcera, ſcirrhi, nodi, puſtulæ, non in pudendis ſolis: ulcera veſicæ. Cavendum eſſe a mulieribus albo fluxu laborantibus. Cina, Sarſa, Huyſan eorumque decocta. Lignum ſanctum, ſ. ejus aquam in Hiſpania a. 1508. in uſum veniſſe, in Italia a. 1517: eſſe omnino Hebenum DIOSCORIDIS, ſudorem ciere & urinam. Curatio quæ fit per unctionem mercurialem. Per ceratum. Incommoda utriuſque curationis. Fumus cinnabaris. Mercurius præcipitatus. Tota curatio, etiam cauteria. Decoctum corticis ligni ſancti nuper inventum. ASTRUCIO hoc opuſculum non contigit vidiſſe, ego primam editionem legi.

Ej. *de repentinis. mortiferis, & ut ita dicam, miraculoſis noſtri temporis ægritudinibus* Venet. 1535. 4. ASTR. Aſtrologiæ & Cabalæ credulus.

Ej. *de modo collegiandi* Venet. 1565. 4. *. 1574. 4. LIND. De ſignis temperamenti in facie aliisque corporis conditionibus apparentibus. Res non naturales & præternaturales. Morbus in genere, ejuſque curatio per victum, per venæ ſectionem, per medicamenta evacuantia, quorum formulas proponit, Medicamenta ad varias indicationes. Sal theriacus, quem Venetum vocat, & nuper eſſe detectum putat, & tamen ex AETIO citat, atque vehementer laudat. De

balneis,

balneis, thermis, aquis mineralibus Italiæ, Germaniæ, quarum cenſum dat. De venenis. Exempla curationis per ſingulos dies ad tertianam duplicem, febrem malignam, peſtilentem, pleuritidem, abſceſſum. Bolos valde extollit in febre maligna, tum cucurbitulas cum ſcarifatione, etiam ſeptenas, etiam repetito, admotas etiam quando maculæ eruperunt, denique hirudines. Febrem vocat pulicarem.

Ej. *de vita Venetorum commoda conſilia* Venet. 1558. Lind.

Ej. *de vita hominis ultra centum viginti annos producenda* Venet. 1550. 4. Tr. 1553. Riv. 1560. 4. Italice Venet. 1560. 8.

Ej. *de microcoſmi affectuum, maris, feminæ, hermaphroditi, gallique miſeria* Venet. 1575. 8. Lind.

Sebastianus Austrius, Rubeaquenſis prope Colmariam. Ej. *de ſecunda valetudine tuenda in* P. Æginetæ l. *explanatio, univerſalem ſuper hac re materiem complectens* Argent. 1538. 4. Gunz. Baſil. 1540. 4. Lind.

Ej. *de infantum ſ. puerorum morborum & ſymptomatum dignotione tum curatione: ex Græcorum, Arabum & latinorum placitis concinnatus. Add.* Hippocratis *aphoriſmi noviter natorum affectus commemorantes. In calce vero ſenſus aphoriſtici alii ex auctoribus hinc inde citati. Eorumdem de bona puerorum valetudine præcepta* Baſil. 1540. 8. *. Lion 1549. 12. Pl. Trew. Verus auctor fuit Cornelius archiater Mekelburgenſis. Cum vero iſte Arabes unice legiſſet, & barbare ſcripſiſſet, noſter ſtylum ornavit, Græcos adjunxit. Morbi 54, & qui inter eos chirurgici videntur, tamen fere per medicamenta tractati. Mera cæterum compilatio. Adſerit ſe emplaſtro ex ſemine cumini & felle taurino facto vermes expuliſſe, & per umbilicum plurimum aquæ & ſaniei. Vix quidquam ultra proprii.

Lego etiam *opuſculum de puerorum morbis cum appendicibus* Petri Toleti Lion 1538. 4. Tr.

Petrus Ponserrada. Ejus eſt *apologia in qua multa contra vulgarem medicorum uſum inveniuntur* Zamoræ 1538. 8. Seguier. Duo dialogi, ignorati a N. Antonio.

Prosperi Calanii *paraphraſis in libros* Galeni *de inæquali temperie & de tuenda valetudine, de atra bile, de ſanguinis miſſione in pleuritide, de ſapore auſtero, acri & acido, de cordis tremore, de melancholia flatuoſa* Lion 1538. 8. Trew. Gallice *de l'entretenement de ſanté* Pariſ. 1550. 12. Falc. Nempe de tuenda valetudine commentarius: de atra bile: de miſſione ſanguinis in pleuritide morbo: de ſapore acri, auſtero & acido: de cordis tremore; de melancholia flatulenta quam mirachialem vocant, cum pluribus ſymptomatibus complicata.

Nicolai Pletii *comp. de victus ratione pro anni & ætatis partibus inſtituenda* Pariſ. 1538. 8. Falc. 1639. 8. Lind.

Roberti Geopretii *regimen ſanitatis* Gandavi 1538. 4. Platn. Lindenius habet Pariſ. 1539. 4. 1540. 12. cum tr. *de peſte*.

Mar-

Martinus Akakias, Catalaunenſis, Profeſſor Pariſinus. Ej. *ars medica, quæ eſt ars parva* Galeni Pariſ. 1538. Gesn. bibl. Venet. 1543. 4. Gunz. 1587. 8. Lion 1548. 16. Baſil. 1549. 8. Lind.

Ej. Galeni *de curandi ratione ad* Glauconem *libri* II. *ipſo interprete cum commentariis* Pariſ. 1538. 4. Lion 1551. 16. Lind. Pro venæ ſectione adfecti lateris.

Ej. *ſynopſis eorum, quæ quinque prioribus libris* Galeni *de facultatibus ſimplicium medicamentorum continentur* Pariſ. 1555. 8 Gesner. bibl.

Ej. *de morbis mulierum libri duo.* Exſtant in collectione Bauhini & Spachii.

Ej. *conſilia inter* Scholziana.

Simon Portius Neapolitanus, peripateticus. Ej. *de capitis dolore* Neapoli 1538. 8. Lind. Florent. 1551. 4.

Ej. *de bonitate aquarum epiſtola* Bonon. 1543. 4. Rom. 1545. fol. Lind.

Ej. *de dolore* Florent. 1551. 4. B. B. De definitione doloris, quæ eſt in ſenſu triſti, & in qualitate, non in intemperie & ſoluta unitate. Pro Aristotele contra medicos nuperos.

Poggii Florentini, utique multo antiquioris, *utra artium medicinæ an juris civilis præſtat* Baſil. 1538. fol.

Ej. *de puella germanica, quæ biennium fere vixerat abſque cibo potuque* Florent. 1551. 4. ni fallor.

Ej. *opuſcula*, ſi huc faciunt Neapoli 1578. fol Lind.

Petri Jac. Toleti, medici Lugdunenſis, *app. ad opuſculum* P. Bagelardi *de morbis puerorum* Lion 1538. 8. Lind.

Idem edidit 1540. 8. Gallice Galenum *de humoribus & de ratione curandi per phlebotomiam* Gesner.

Id. ſcripſit *paradoxe de la faculté du vinaigre contre les ecrits des medecins* Lion 1549. 8. Falc.

Ej. *actio judicialis ad ſenatum Lugdunenſem in unguentarios peſtilentes & nocturnos fures* Lion 1577. 8. Falc.

J. Aethon a Freudenberg *de abuſu & impoſtura medicantium libellus* Noriberg 1538. 8. Boehmer.

Medicorum Auguſtanorum concluſiones & propoſitiones univerſam medicinam per genera complectentes Vind. 1538. 4. Gunz.

Ein bewärt Büchlein den alten und jungen Erbgrind aus dem Grund zu heilen u. wiederum Haar zu ziehen Strasburg 1538. 4. Tr.

Ein

Ein kunſtreich Urtheil und Secretbüchlein des Harnes von allerley Farben zirklen ſamt den allernützlichſten aller einfachen und zuſammengeſetzten Arzneyen Strasburg. 1538. 4. Trew.

Ein neues Büchlein von Krankheiten der Augen Strasburg 1538. 4. Trew.

Ein nützlich Bad und Arzney den Bruch ungeſchnitten zu heilen Strasburg 1538. 4. Trew.

Hieronymi Schaller *conſilia* ſunt inter Scholziana, data a. 1538.

Edits de François I. *concernant la faculté de medicine & des arts* Paris 1538. 4.

§. CCLXI. Jacobus Sylvius.

Vero nomine *du* Bois, Ambianus, ex pago *Louvilly*, profeſſor Pariſinus veteranus, magnus Græcorum admirator, Galeni etiam potiſſimum; idem novorum contemtor inventorum, acerbus Vesalii adverſarius, vir doctus, ut tamen ad veterum morem ſe fere in generalibus continuerit.

Ej. *l. de ordine & ordinis ratione in legendis Hippocratis & Galeni libris* Pariſ. 1539. 8. Astr. recuſus ib. 1561. 8 *. & *in collect. oporum omnium.* Medica ars in titulos diſtincta; ad quemlibet titulum recenſi libri Hippocratis & Galeni, qui eo ſpectant.

Ej. *methodus ſex librorum* Galeni *de differentiis & cauſis morborum & ſymptomatum, in ſex tabellas conjecta* Pariſ. 1548. fol.

Ej. *de ſignis medicis ſalubribus, inſalubribus & mortis comment.* Pariſ. 1539. fol. 1561. 8. Venet. 1554. 8. Ita Lind. Placita veterum methodo tabulari proponit.

Ej. *de medicamentorum ſimplicium præparatione, delectu, miſtionis modo* L. III. Pariſ. 1542. fol. Trew. Lion 1548. 16 *. 1555. 12. Falc. 1584. 16. Lind. Gallice vertente Andre Caille Lion 1574 8. *la pharmacopée françoiſe.* In botanicis diximus: ad totam tamen materiam medicam pertinet; ſigna bonæ notæ per ſingula medicamenta: modus, ut conſerventur, & ſubſtituta. Tum variæ encheireſes, quibus pharmacopolæ Galenici in præparandis medicamentis utuntur, pariter per ſingula.

In L. II. præparationes magis compoſitæ: formulæ ſyruporum & aliarum compoſitionum magiſtralium. Harum rerum Silvius peritus erat.

Ej. *methodus medicamenta componendi ex ſimplicibus, quatuor libris diſtributa* Pariſ. 1541. fol. Trew. 1544. fol. Lion 1548. 12. Trew. 1555. 12. Trew. 1558. 12. 1584. 8. &c. Venet. 1556. 8. Tr. Primum recenſio medicamentorum ſimplicium, cum eorum utilitate medica, fere ex Græcis L. II. Compoſitiones cauſæ & modus. Vires medicatrices, ex qualitatibus primis deductæ. Tempora moduſque ſumendorum medicamentorum. L. III. Succedanea. Operationes

tiones pharmaceuticæ, inſtrumenta, pondera, menſuræ. L. IV. Antidoti veterum, theriaca etiam potiſſimum.

Ej J. Mesve *de re medica* L. III. Sylvio *interprete* Pariſ. 1542. fol. *. Lion 1550. 8. & alias, vide *B. Bot.* Ex optimis Sylvii operibus eſt.

Ej. *in* Hippocratis *elementa commentarius* Pariſ. 1542. fol. Lind. 1561. 8. Venet. 1543. 8. Baſil. 1556 16. Ita Lindenius: ſed vix huc facit.

Ej. *victus ratio ſcholaſticis pauperibus paratu facilis & ſalubris* Pariſ. 1542 16. *. 1579. 12. *. Parcus ipſe, nummis parcere norat; frigus ipſum ut abſque ſumtibus ſuperaret, ciboſque ſeligere minime ſumtuoſos ingenioſus.

Ej. *morborum internorum pene omnium curatio brevi methodo comprehenſa ex* Galeno *præcipue &* M. Gattinaria Pariſ. 1545. 8. B. B. tum 1554. 8. Lind. Venet. 1549. 16. *. 1572. 8. Trew. Tiguri 1555. 8. Id. Colon. 1579. 8. Lion 1549. 12. Tr. 1620. 16. Titulo reſpondet. Cereos in iſchuria habet.

Video citari ll. *de differentiis febrium* Venet. 1672. 8. Verum cum ejusmodi liber in operum Sylvii collectione non occurrat, puto ſermonem eſſe de eo, quem continuo dicemus.

In L. priorem & poſteriorem Galeni *de differentiis febrium commentarius* Venet. 1555. 8. Lind. Baſil. 1556. 12. Id. Pariſ. 1561. 8. Id. De more ſeculi Galenum ex Galeno explicat.

Ej. *de febribus commentarius ex* Hippocrate & Galeno *ſelectus* Pariſ. 1554. fol. B. Tig. Venet. 1555. 8. *. 1556. 8. Rast. Lion 1560. 8. Pariſ. 1561. 8. Lind. Ut reliqua ad lampadem ex librum veterum nata, non ad ægroti lectum.

Ej. *De victus ratione paratu facili ac ſalubri pauperum ſcholaſticorum. De duro & parco victu lib. latinus factus. Conſilium adverſus famem & victualium penuriam latine factum. De peſte libellus latine factus* Pariſ. 1557. 16. *. Libelli de victu facili, de duro ac parco victu & conſilium adverſus famem etiam Pariſiis prodierunt 1577. 12. Riv. In l. *de duro & parco victu*, iterum docet, cibos deteriores ut arte poſſis facere ſalubriores, & artis coquinariæ aliqua præcepta dat.

In *l. adverſus famem* exempla proponit aſitorum. Ut potus nutriat. Cibi qui alant, & qui melius alant. Ut viliores cibi magis ſumtuoſis ſubſtituantur. Gallice iſte prodiit *Conſeil contre la famine & remede d'icelle* Pariſ. 1546. 12. Falc.

Ej. *de peſte* inexperti auctoris conſilia vana alia, quædam & noxia continet. Bubonis & carbunculi curatio. Accedit peſtis Anglicæ regimen, ejuſdem generis.

Ej. *de menſibus mulierum & hominis generatione* Venet. 1556. 8. *Baſil.* 1556. 8. & in *muliebribus* Bauhini & Spachii. Habet etiam morbos a ſuppreſſis menſibus natos, & eorum curationem, menſes immodicos, alia mala muliebria.

Cum *Iſagoge anatomica* prodierunt Pariſ. 1561. 8. *. *obſervata in variis corporibus ſecandis*, in quibus etiam morborum per inciſiones detectorum veſtigia ſunt. Scirrhus cartilagineus in genu. Atrophia a glandulis ſcirrhoſis.

EJ. *de arthritidis præſervatione & curatione conſilia* in collectione GARETIANA Francof. 1592. 8. *. De more ſeculi.

EJ. *conſilia varia medica* apud L. SCHOLZ Francof. 1598. fol. ad duplicem quartanam &c.

Aliqua in G. H. WELSCHII *conſiliorum* Cent. II.

Hæc omnia redeunt in *collectione* operum J. SYLVII, quam RENATUS MOREAU edidit Genev. 1630. fol. B. Tig. LIND. 1635. fol. *. cum titulo, J. SYLVII *opera omnia in ſex partes digeſta*. Acceſſerunt hic iis, quæ enumeravimus, *ſcholia ad* J. GUINTHERII *verſionem commentariorum* GALENI ad HIPP. *de natura humana*.

Schema rerum omnium, ex quibus alimenta hominum depromuntur, de quibus tribus libris GALENUS diſputavit.

Introductio brevis in methodum medendi generalem GALENI.

Quæſtio de vini in febribus exhibitione.

De ſenectute, ſ. de tuenda valetudine in ſenio, ex GALENO *præcipue & prælectionibus* JACOBI SYLVII per RAIMUNDUM FILHOLUM ſelecta.

Vita JACOBI SYLVII.

LUDOVICI ARRIVABENI *Sylvius ocreatus*. Satyra in SYLVIUM.

CLAUDII BURGENSIS *apologia pro* JACOBO SYLVIO *optimo jure ocreato*.

SYLVII *de delectu, compoſitione & duratione ſimplicium; de eorum adulterationibus cognoſcendis: & ſuccedanea* redeunt in CORDI diſpenſatorio Venet. 1556. 12. TR. Noriberg 1612. fol. *. Leid. 1651. 16. *. & alias.

§. CCLXII. VICTOR TRINCAVELLIUS.

TRINCAVELLA, Venetus, profeſſor Patavinus.

EJ. *de vena ſecanda in pleuritide medica ratio* Venet. 1539. 8. *, Patav. 1563. 8. *. loco non addito. Contra BRISSOTUM & CURTIUM pro Arabum ſententia, & pro ſectione venæ in latere oppoſito. HIPPOCRATIS & GALENI locos, qui ſectionem venæ ejuſdem lateris ſuadent, noſter putat peculiari de caſu dicere, eoſdem viros quoties in genere loquuntur, jubere ſecare venam oppoſiti lateris. Tutius etiam in pleuritide venam ſaphenam incidi, quam cubiti, ut ex nonnullis, perpaucis equidem experimentis, adpareat.

EJ. *quæſtio de reactione juxta doctrinam* ARISTOTELIS & AVERRHOIS Patav. 1556. 8. LIND.

EJ. *duæ quæſtiones medicæ; Altera num in lienis adfectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad anularem digitum ſiniſtræ manus ab* JOH. VALDANIO, ALOYSIO MUNDELLA, HIERONYMO FEROLDO & J. BARTHOLOMÆO GUIONO *tractata: Altera, utrum in morborum initiis, ſolum cum materies turget, purgantibus medicamentis*

mentis

mentis uti liceat, a VICTORE TRINCAVELLIO *explicata* Patav. 1567. 8. *. J. VALDANIUS valde laudabat ſectionem ſalvatellæ, torquebat adeo & mutabat lectionem GALENI, ut ſecum ſentiret. FEROLDUS iis ſubtilitatibus contemtis, ſpreta minima venula, ſecandam cubiti venam tuebatur. TRALLIANI etiam & ARETÆI auctoritate fultus. MUNDELLA pro FEROLDO ſentiebat. TRINCAVELLIUS reſpondet, utique in principiis morborum alvum moveri poſſe, etſi materies non turget.

EJ. *de medicæ artis uſu apud Venetos, doctrina apud Patavinos, & de compoſitione & uſu medicamentorum* Baſil. 1570. 8. TR.

EJ. l. tres & quarti fragmentum *de compoſitione & uſu medicamentorum a* LAUR. MARUCCIO *recogniti* Venet. 1571. 4. Baſil. 1571. 8. LIND.

EJ. *in* GALENI l. *de differentia febrium & in priorem de arte curandi ad* GLAUCONEM *explanationes, cum pulcherimo tractatu de febre peſtilentiali* edit. a BELISARIO GADALDINO Venet. 1575. fol.

EJ. *enchiridion medicum de ratione curandi particulares corporis humani affectus prælectiones in XII. libros diſtinctas* edidit BELISARIUS GADALDINUS Venet. 1575. fol. TR. Baſil. 1588. 8. TR.

EJ. *conſilia tria muliebria*. In BAUHINI & SPACHII *muliebribus*.

EJUSD. *conſilia medica poſt editiones Venetam & Lugdunenſem acceſſione* CXXVIII. *conſiliorum locupletata. Epiſtolæ item de philoſophicis & medicis quæſtionibus. Tr. de reactione, de venæ ſectione in pleuriticis: de febre peſtilenti*, iſte novus Baſil. 1587. fol. B. B. Conſilia ſæpe non ſolius ſunt TRINCAVELLII, ſed FRISIMELICÆ etiam, BELLACATI, FRACANZANI, CAPIVACCII. Paſſim tamen VICTOR, ut expertus, loquitur. Lignum ſanctum non ad omnia valere, ut vulgo ſoleant venditare, neque, morbo gallico excepto, ſe magna ab ejus ligni uſu miracula vidiſſe. Sæpe ægrotos ad aquas medicatas relegat. Sed neque omnes lue venerea adfectos guaiaco aut china ſanari potuiſſe. Peſtilentiam poſt 30 annorum intervallum funeſtiſſimum ingruiſſe.

Epiſtolæ pariter ſunt de quæſtionibus medicis, ad genium ſeculi.

Vita viri præmiſſa perbrevis eſt, auctore LAURENTIO MARUCCIO.

EJ. *controverſiarum medicarum practicarum libri* V. *potiſſimum de ſanguinis miſſione innoxia. Poſthumum opus* Francof. 1617. 4. TR.

Multa GALENI interpretatus eſt, *de conſtitutione artis medicæ, de elementis: commentarios in* HIPP. *de natura humana*. L. *de plenitudine. Contra eos, qui de typis ſcripſerunt. De natura humana*.

Libellum ſ. *commentarium in* GALENI *l. de compoſitione medicamentorum* HIPPOCRATIS, *& in prognoſtica* HIPPOCRATIS *poſthumum edidit* G. HIERONYMUS WELSCH Ulm 1676. 4. Gangrænam ſpontaneam dixit Paracenteſin nunquam reſpondiſſe.

Opera

Opera omnia duobus tomis folio prodierunt Lion (apud JUNTAS) 1586. fol. RAST. 1592. TREW. Venet. 1599. fol. Continent priora, & DOMINICI CASELLI *oratiorem*, habitam in funere VICTORIS TRINCAVELLI.

Neſcio an diverſum ſit ab a paulo priori opus, *Exercitationes familiares in ſecundum l. prognoſticorum Hippocratis & Galeni, nunc primum in lucem editæ.*

Commentariorum in IX. RHAZIS codex eſt in *B. Vindob.* LAMBEC. II. p. 837.

Conſilia aliqua ſunt inter ea, quæ WELSCHIUS cum ſuis IV. centuriis edidit Aug. Vind. 1698. 4.

§. CCLXIII. VARII ANNI 1539.

NICOLAUS MONARDES Hiſpalenſis, *de ſecanda vena in pleuritide inter Græcos & Arabes concordia ad medicos Hiſpalenſes.* Hiſpali 1539. 4. C. de V. Antwerp. 1551. 16. *. 1564. 8. *. 1565. 8. LIND. cum libellis *de roſa & ejus partibus,* De ſucci roſarum temperatura; de roſis Perſicis ſ. Alexandrinis, de malis citriis, aurantiis, ac limoniis libelli. In libello primo loco dicto BRISSOTI ſententiam exponit & Arabum, & contendit, nullum eſſe eorum diſſenſum: tres fuiſſe apud Græcos revulſionis modos, tres apud Arabes. Græcos in pleuritide venam quidem lateris adfecti incidiſſe, tamen etiam venam lateris oppoſiti, ARCHIGENIS exemplo, etiam GALENI, qui altera manu ipſe laborabat. Arabes in principio ſaphenam ejuſdem lateris, deinde baſilicam lateris alterni incidiſſe, poſt aliquot dies ex latere conſentiente in latitudine. Eventa nil definire; nam ſervari & qui adfecti lateris venam ſecant, & qui oppoſiti: eoſdem fines per utramque fere diverſionem obtineri. Si fluxio in partem aliquam jam decubuerit, debere venam partis adfectæ ſecari, non venam aliquam longe diſtantem, & eo in caſu cum periculo errari. Baſilicam præfert. Nimis parcas paucarum unciarum ſanguinis miſſiones rejicit.

Roſas Perſicas omnibus ad laxandi ſcopum præſtare. Damaſcenas nuper admodum innotuiſſe.

Citrum medicam pomiferam aliam fuiſſe a *Citro* menſaria.

EJ. *de lapide bezoar & herba ſarza: de ferro & ejus facultatibus, de nive & ejus commodis a* CLUSIO *verſa cum exoticis* Leid. 1605. fol. *. Seorſim cum l. *de roſa & malis citriis* Antwerp. 1601. fol. LIND. Hiſpanice *dialogi de hierro y ſus grandecas neceſſidad y virtudes con un trattado de la nieve* Sevilla 1571. 8. C. de V. & 1574. 4. ib. cum hiſtoria medicinali rerum in India adlatarum. Gallice de aqua nivata Lion 1663. 8. HOUSS.

GUILIELMUS BUDÆUS, vir doctiſſimus, *de curandis morbis articularibus* Pariſ. 1539. 12. maj. OSB. BOEHM.

EJ. l. *de aſſe* hactenus ob pondera huc facit.

FR. BERNARDINI *conſervator ſanitatis* Spir. 1539. 8. LIND.

THEOBALDI LEPLEIGNII Vindocinenſis *iſagoge de uſu pharmaceutices in concinnandis medicamentis* Antwerp. 1539. 8. forma longa *. alii Lion. Barbara dictione tradit formulas medicamentorum compoſitorum efficaciorum, quales Arabes & nuperorum etiam nonnulli, ipſeque J. de VIGO præſcripſerant; longa fere & indigeſta farrago.

Hoc anno in catalogo BARONIANO prima typis edita *diſputatio* Pariſina recenſetur, quo poſtea genere libellorum uberrime res medicæ traditæ ſunt: JACOBUS nempe *de* FORMENT diſputavit in hæc verba *E. medendis ventriculi adfectibus, pharmacia magis occurrendum eſt.*

MARTINUS DORCHESINO, quod fictum eſt nomen, ſcripſit *le Triomphe de très-haute & puiſſante Dame Verole Reine du Pays d'amours* Lion 1539. 12. ASTR. De ferocitate ſua malum venereum remiſiſſe; Rothomagi tamen vehementer ſævire. Hæc ASTRUC.

FRANCISCUS BERNHARDINUS Calidonius. Ejus eſt *præſervatio ſanitatis* carmen Spir. 1539. 8. L. 1549. 8. L.

§. CCLXIV. AD. A. 1540,

GUILIELMI INSULANI, Menapii, l. *de ratione victus ſalubris* Baſil. 1540. 4. *. & Colon. 1540. 4. cum M. FICINO. Victus univerſi ratio ad ſaporem veterum. Olera, frumenta, vina perſequitur, nomina nuperorum ad veterum nomina adaptat. Voces arabicas ex veteribus adjicit.

EJ. *encomium febris quartanæ: adjecta eſt quartanæ febris curandæ exactiſſima ratio ex Græcorum Latinorum atque Arabum monumentis deprompta* Baſil. 1592. 8. *. RAST. Grevibergi, quæ ipſi patria fuit, hunc libellum edidit, ingenii luſum. Phlebotomiam tuto ferri & tutius quam a tertiana feratur. Contagio carere.

JOSEPHUS STRUTHIUS, Poſnanienſis, SIGISMUNDI Regis medicus. EJ. *ars ſphygmica, ſ. pulſuum doctrina ſupra* 1200 *annos perdita & deſiderata, omnibus tamen medicinam cum nominis celebritate maximaque utilitate facere volentibus ſumme neceſſaria* L. V. Baſil. 1540. 8. 1555. 8. 1602. 8. *. Medicinam etiam apud SOLIMANNUM fecit, & artem Patavii docuit a. 1535, & in Poloniam reverſus ibi conſenuit; non ille meticuloſus, qui in peſte pulſum tentare non timuerit. Ex libris quidem veterum plurima ſumſit, & ex arithmeticis calculis, ex natura minus. Quinque fecit claſſes pulſuum, magnum, celerem, frequentem, vehementem, mollem. His ex claſſibus, cum mediocritate conjunctis pulſus fecit ſimplices 15, compoſitos 17. Quietem *ſuperam* vocat, quæ poſt diſtenſionem, *inferam*, quæ poſt contractionem ſuccedit. Habet & alia nova nomina, pulſum *eurhythmum*, qui pro temperamenti & ætatis ratione ſaliat; *arhythmum*, qui ætati non reſpondeat, *heterorhythmum*, qui ætatis alienæ ſit, *ecrhythmum*, qui nullius. Hos porro rhythmos cum arte muſica comparat, ex diſtenſione longa, brevi, ſemibrevi, minima, exceſſu duplo, triplo, ſeſquialtero, ſeſquitertio. Alias claſſes ſumit ex ſpaſmo, quos pulſus miris figuris exprimit. Trementem, hecticum, ſerpentem diſtinguit. L. II. De pulſu dignoſcendo. Subtilem poſcit digitum, quo

conſtrictiones diſtinguat & dilatationes. Anomaliæ pulſuum ab arteria pro-
funda, reſecta. Pulſus modicus, depreſſus, figuris expreſſi non illepidis. Raritas
& crebritas a quiete longa & brevi ſumta. Vehementem pulſum definit a pon-
dere quod ſuſtineat. Ut medicus digitis ſuis 15 gradus pulſuum ſimplicium diſtingere
poſſis. L. III. De cauſis, ſubtilis ſed ex theoria natus l. L. IV. De pulſubus ſexuum,
ætatum, temperamentorum, temporum anni, regionum, exercitii corporis, bal-
nei, cibi, potus, veneris, doloris, inflammationis, animi adfectuum. Ex pulſu
amorem ſe divinaviſſe. Subita mors ex gaudio. Pulſus ſerrans, vibratus. Hæc
pars operis reliquis melior eſt. L. V. Prognoſes ex pulſu, aſphyxia, pulſu
febrili, viſcere adfecto. Pulſus criticus.

Antonius Gallus, Pariſinus, D. Pariſienſis. Ej. *de ligno ſancto non permiſ-
cendo in imperitos fucatoſque medicos* Pariſ. 1540. 8. Astr. & apud Luisinum.
Morbi gallici deſcriptio. Obſtetrix a femina infecta, cui adſtabat. Arcana for-
mula mercurii cum auro in pulverem compoſiti. Inter internas formulas mercurium
præcipitatum rubrum præfert. Hydrargyri curationem aſperam eſſe, ſed præter
guaiacum unicam: malum denique guaiaco radicitus exſtirpari. Doctus certe
liber. Hic iſte Gallus dicitur, Franciscum I. ſuaſiſſe inunctioni ſubjici.

Ferri librum hoc anno gallice edidit Nicolaus Michel, medicus Pictavi-
vienſis cum titulo, *de l'adminiſtration du St. Bois* Pariſ. A540. 12. Astr. 1546.
Notas aliquas adjecit, & Ferrum ſuum in poſteriori editione contra Antonium
Gallum tuitus eſt.

Matthias Theodorus Melanelius, medicus Antwerpienſis L. græcum
de melancholia ex Galeni, Rufi & Aetii *voluminibus collectum latinum fecit una
cum* Stephani Magistri *exquiſitiſſimo oculari collyrio, nunc primum latine edito*
Antwerp. 1540. 4. Gesner Bibl.

Jacobus Schegk, Schorndorfenſis, profeſſor Tubingenſis, Medicus, Juris-
conſultus, philoſophus, polyhiſtor, artem medicam docuit, non tamen exercuit,
idem autodidactos M. Adami

Ej. l. I. *De cauſa continente* Tubing. 1540. 8. BB. Baſil. 1559. 8. 1558. 8.
in catalogo: partim philoſophicus eſt, partim medicus. Galeni ſententiam de-
fendit, eſſe eam cauſam, qua præſente morbus adſit, qua abſente, abſit idem.

Ej. *diſputatio de febribus* Tubing. 1568. 4.

Ej. *tractatuum phyſicorum & medicorum tomus primus.* L. I. *de occultis &
manifeſtis medicamentorum facultatibus, non ſola craſi tantum elementorum, ſed forma
etiam ſubſtantiali inimicis.* L. II. *Purgantia medicamenta non ſimilitudine purgandi
humoris, neque tractu ejuſdem efficacia dici debere.* L. *de caloris vi & efficacia,
tum in generandis rebus naturalibus, tum in corrumpendis.* L. VI. *rigoris in febre
cauſam a* Galeno *vere propoſitam, perperam a quibuſdam reprehendi.* L. VII.
contra S. Simonium, *qui contra* Galenum *ſentiens negat, febrium putridarum
cauſam*

cauſam eſſe putredinem Francof. 1585. 12. Lind. 1590. 12. Hic acceſſit com-
mentarius *utrum morbus aliquis ſubſtantialis poſſit dici*; titulus etiam novus
eſt, *Diſputationum medicarum & phyſicarum* Libri VIII.

Ej. *prælectiones in* Galeni L. *de arte parva* edidit Sebastianus Bloss
Francof. 1589. 8. Lind.

In ejus obitum *oratio funebris* Georgii Liebler prodiit Tubing. 1587 8.
B. Bun.

Justi Velsii, Hagani medici & theologi, *Oratio, utrum in medico varia-
rum artium ac ſecretiorum cognitio requiratur* Baſil. 1540. 4. Lind. 1543. 4. *.
Requiri, etiam muſicam.

Una prodiit Hippocratis *de inſomniis.* Galenus *de ea, quæ ex inſomniis
habetur adſectuum dignotione. Quinti* Hippocratis *aphoriſmi vera lectio, &* Ga-
leni *ſupra eumdem enarratio & ratio caſtigationis quinti aphoriſmi.* Prodierunt
iſta Antwerp. 1541. 8. *.

Ej. *epitome medica* Antwerp. 1540. 8. *. Fuſa enumeratio materiæ medicæ.
Deinde ſummi tituli morborum, ſignorum, febrium.

Hercules Bonacossus. Ej. *de ligno ſancto* Bonon. 1540. Mazzuch.

Ej. *de affectu quem Græci* δυσεντεριαν *latini v. tormina appellant ac de ejus cu-
randi ratione* Bonon. 1555. 4. Lind.

Ej. *de curatione Pleuritidis ab* Hipp. Gal. Aetii, Alexandri, Pauli,
Philiothei *monumentis depromta* Bonon. 1553. 4. Lind.

Ej. *de humorum exſuperantium ſignis, ſerapiis ac medicamentis purgativis
opportunis l. acc. varia auxilia experimentis comprobata. De compoſitione theriacæ
cum ejus ſubſtitutis nuper Bononiæ inventis. De modo præparandi aquam l. ſancti.
De curatione catochi* Bonon. 1553. 4. Lind.

Antonii Lodovici *de re medica opus* Olyſſipone 1540. fol. B. B. a. 1543.
fol. Lind. Continentur ea collectione *Erotematum, ſ. commentariorum in* Gal.
l. de criſibus L. III. *Erotematum libri* VI, *in quibus tota fere ars medica continetur.
Erotemata de difficili reſpiratione.* Galeni *l. de priſana. Adnotationes in aphoriſmos*
Hipp. *Expoſitio in aphoriſmum XVI. primæ ſectionis* Hipp. Galeni *de præcognoſ-
cendo. Expoſitio in Avicennæ de humoribus diffinitionem. De erroribus* Petri Aponensis
in Problematibus Aristotelis. Totus Galenicus, plerumque alio ordine voces
Galeni repetit.

Ej. *de occultis proprietatibus* L. V. Olyſſipone 1540. f. B. B. *Additi de em-
piricis & miſcellaneis* L. I. *de pudore* L. I. Phyſiologica primum aliqua de faculta-
tibus, deinde de vi adtractrice ſeminum nonnullorum aliorumque corporum, qua
venenum telave infixa trahant, aut demum vitioſos humores. De alexipharma-
cis: de cibo medicato, de hypercatharſi. Galenum potiſſimum contra Avi-
cennam defendit. Vires medicatæ venenorum & animalium venenatorum ex
ordine per ſingula. Marſi. Pſylli. Canis rabidus. Hippomanes. Dolor colicus.

Medicatio

Medicatio & mirificæ nonnullorum proprietatis. Tarantula & vis ſaltationis adverſus ejus morſum. Plantarum vires medicatæ. Varia alia ad vires medicatas.

Ejusd *problematum libri* V. Ulyſſipon 1539. fol. B. B. Ad modum Aristotelis, phyſica, medica, phyſiologica, ac de atra bile. Proprietates animalium, herbarum. Blæſi. Senſus. Ad morbos aliquos. Peculiariter medica, diætetica, alia, collectanea omnia.

Valentini Polydami *diatribe medica de pulſibus cum propriis & dilucidis interpretationibus* L. I. *de urinis* Lib. II. *De capitis dolore cum experimentis. Medicinæ encomium. Epiſtolarum libellus* Baſil. 1540. 8. Lind.

Christ. Hegendorfini *Fundament der Medicin en chirurgie* Antwerp. 1540. fol.

Ej. *antidotus contra peſtilentiam* Lipſ. 1540. 8. Lind.

Tarquinii Schnellenberg ſ. Ocyorii *Bericht von bewährten Balſamen, Oelen &c.* Francfurt 1549. 8.

Ej. *zwanzig Peſtilenzwurzel u. gewiſſe u. bewährte experiment* Francfurt 15468. Tr. 1552. 8. 1563. 8. Tr. Strasburg 1580. 8. 1579. 8. 1613. 8. Tr. 1614. 8. Hansen. &c. B. Bot. I. p. 253.

D. Marten *glaſſ of health* Lond. 1540. 12. Ames.

Sebaldi Busch *regimen pro peſtilentia ſcriptum* Erford. 1540. L.

J. Sigm. Gorlizer *kurzer Unterricht u. Regiment, wie man ſich zur Zeit der Peſtilenz bewaren u. halten ſollen* Wittebr. 1540. 4. Tr.

Georgius Pylander vertit Hipp. *de morbis* Pariſ. 1540. 4. L.

Ein nüzliches Arzneybüchlein leibliche Geſundheit zu erhalten Confect Conſerven u. dergleichen zu machen, deren Natur, Kräften u. Würkung beſchrieben Francf 1540. 4. Hansen.

Collectio Pariſina ll. Gatinariæ, Blasii, Astiarii, Landulphi, Sebastiani Aquilani Pariſ. 1540. 8. *.

Joh. Maillard & Valentin Hieraume diſſ. in hæc verba E. *morbos experientia & ratione oppugnat medicina* Pariſ. 1540.

§. CCLXV. Conradus Gesner.

Tigurinus, vir ſummus, eruditione, plantarum cognitione, in omnes bonas artes ardore, pietate, admirationem gnarorum meritus, idem medicinam fecit, & pertæſus imbellis ſui ævi medicinæ, ad maſcula auxilia veterum medicos revocavit.

Multa ſcripſit, quæ medicinam tangunt. Cum editione libri Actuarii *de medicamentorum compoſitione* dedit *ſuccedaneorum medicaminum tabulam, quorum uſus habetur reciprocus* Græce & latine Baſil. 1540. 8. *. Eam ſcripſit non ſupra 24. annos natus. Galeni primum *ſuccedanea* ſunt, græce & latine excuſa. Deinde loci Galeni, Aetii, Dioscoridis atque Pauli, qui pertinent ad vires ſalutares medicamentorum ſimplicium, ciborum etiam ſalubrium & nonnullarum compoſitionum.

Idem *compendium ex Actuarii l. de differentiis urinarum, judiciis & providentiis. Univerſalem doctrinam* Claudii Galeni *de compoſitione medicamentorum ſecundum locos adfectos decerpſit & in ordinem redegit; demum ſylvulam experimentorum* Galeni, *medicamenta nempe ab eo viro, ſed etiam ab* Aetio *paſſim ſuis in operibus ad varia mala data decerpſit, ſuaſque notas addidit, quibus obſcuriora medicamenta ſimplicia aliqua adjecit* Tiguri 1541. 8. *.

Ej. *apparatus & delectus ſimplicium medicamentorum. De compoſitione medicamentorum ſecundum genera.* Pauli *de compoſitione ſecundum genera; univerſalis methodus ex* Galeno; Edidit Lion 1542. 8. *. Venet. 1542. 16. Primus libellus eſt dictionarium materiæ medicæ ſimplicis ex Græcis decerptum; deſcriptio cujuſque medicamenti, modus colligendi, præparandi, adhibendi; hæc fere ex Dioscoride, ut aliqua ex Arabibus atque Mesve acceſſerint. Ex Paulo ſumſit, ut quæque formula medicamenti componatur. Paſtillorum, unguentorum, collyriorum &c. formulæ ut nunc vocant. Tertia pars eſt de oleis, emplaſtris, celebrioribus medicamentis compoſitis; de eorum formulis, & ſimplicibus quæ ipſa ingrediuntur medicamentis, ſola vero externa medicamenta hic reperias.

Ej. *de lacte & operibus lactariis* Tiguri 1543. 8. * philologica & medica. Utilitates medicas lactis, caſei, & butyri tradit.

Ej. *Bibliotheca univerſalis, ſ. catalogus omnium ſcriptorum locupletiſſimus tribus linguis latina, græca & hebraica exſtantium & non exſtantium ad* a. D. 1545. *excuſorum, & in bibliothecis latentium* Tigur. 1545. fol. B. B.

Eadem *bibliotheca reſtituta & collecta a* C. Gesnero, *in epitomen redacta, & novorum librorum acceſſione locupletata* a Jos. Simler Tigur. 1555 fol. tum 1574. f. *. Gesnerus judicia ſua & nonnunquam ſcriptorum judicia addiderat. Contraxerat Lycosthenes bibliothecam: reſectis his additamentis addit Simlerus nuperos a morte viri editos libros. Plenius Jacobus Frisium recudi fecit 1589. f. BB.

Cæterum Gesnerus veteres ex Athenæo & aliis ſollicite collegerat, tum ex Paulo, & ex *bibliothecis.* Tituli ad prænomen ſcriptorum diſpoſiti. Nuperi multum, clam ſæpe, hoc immenſo labore uſi ſunt. *Codices* MS. recenſet.

Ej. *enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorum & alvum bonam facientium* Tiguri 1546. 4. non vidi.

Ej. *Pandectæ ſ. partitionum univerſalium* L. XXI. Tiguri 1548. fol. & T. II. 1549. fol. B. B. Ad medicinam non proprie facit, liber enim XX. nunquam prodiit, quo de re medica erat acturus. Hic cæterum v. c. arborum titulos recenſet, ad eos libros citat, qui de ea arbore ſcripſerint. Inmenſum in viro 32. annorum opus.

Galenicorum operum editioni Baſileæ 1549. & 1562. fol. * multa addidit, etiam ſua, inter iſta brevem *bibliothecam medicorum ſcriptorum* cum judiciis.

Ej. *de ſecretis remediis theſaurus* Euonymo Gesnero *philiatro auctore* Tiguri 1554. 8. *. Francof. 1578. 8. f. Lind. Lion 1558. 8. Tr. 1620. 12. Id. Germanice vertente J. Rudolfo Caldenberger Tiguri 1555. 4. 1582. 4. 1583. 4. 1608. 4. Gallice Lion 1555. 4. Tr. Anglice 1559. 4. 1564. 4. 1565. 4. *new book of diſtillation called the treaſure of Evonymus* vertente Morvyng. Operationes pharmaceuticæ & chemicæ, quæ eo ævo innotuerant; hæ paſſim ex Ulstadio. Plantæ medicatæ, earum aquæ, & variæ præparationes. Compoſita etiam medicamenta varia, quæ eo ævo quotidie nova priſcis addebantur. Aquarum ſtillantium maxima varietas, etiam per deſcenſum; tum olea, ſic porro: Undique enim, etiam ab empiricis, noſter colligebat. Oleum vitrioli tunc novum laudat, & deſcribit, etiam dulce.

Partem II. a morte viri edidit Caspar Wolf Tiguri 1569. 8. *. Frf. 1578. 8. Lind. Ejusdem generis, ſed cum interim chemia in Germania valde invaluiſſet, multo ditior collectio, pariter undequaque ſumta.

Ej. *hiſtoriæ animalium L. I de quadrupedibus viviparis* Tigur. 1551. fol. * huc poteſt referri, ob vires medicatas animalium, quo etiam reliqui tomi ſpectant, & potiſſimum ob capita de morbis epidemicis armentorum.

Ej. *de thermis & fontibus medicatis Helvetiæ & Germaniæ libri duo* Venet. 1553. fol. in *collectione de balneis.* Libellum iſtum in *vita* promittit ſe pleniorem redditurum.

Ej. *enchiridion rei medicæ triplicis; 1. de pulſibus l.* ex Galeni *ſcriptis collectus auctore incerto. 2. De judiciis urinarum l.* Vassæi *Meldenſis morborum internorum curatio auctore* J. Sylvio. 3. *De ratione victus in morbis acutis auctore* Brudo Tigur. 1555. 8.

Idem *collectionem chirurgicorum ſcriptorum* edidit 1555. fol. *, qua Tagaultii, Hollerii, Mariani Sancti, Angeli Bolognini, Mich. Angeli Blondi, Bartholomæi Maggii, Alfonsi Ferri, J. Langii, Jacobi Dondi chirurgica continentur, cum Galeni l. *de faſciis* Vido V. interprete, & Oribasii *de laqueis* ex eodem. Tum *examen leproſorum* innominati ſcriptoris, & Gesneri præfatio *de medicinæ chirurgicæ præſtantia & antiquitate. Cum catalogo operum chirurgicorum, quæ hactenus prodierunt. Hunc theſaurum* Petrus Uffenbach recuſum dedit Francof. 1610. *.

Ej.

Ej. L. *tres medicinales. I. De ſanitate tuenda. II. Contra luxum conviviorum. III. Contra notas aſtrologicas ephemeridum de ſectione venæ* 1556. 8. Gesn. *ſcript. propr.*

Idem in l. *de rerum foſſilium, lapidum &c. figuris & ſimilitudinibus* Tiguri 1565. 8. *. calculos etiam per morbos in variis corporis humani partibus natos habet.

Xenocratem *de aquatilibus* edidit Tigur. 1559. 8. tum Cassium Felicem Tig. 1562. 8. *. & Dioscoridis *Euporiſta* ex ſchedis Moibani Tig. 1565. 8. *.

Porro Val. Cordi *compoſitiones medicinales non vulgares* Argent. 1561. f. *.

Moschionis codicem emendaverat, quo uſus eſt C. Wolf in editione 1566. 4. *. & C. Bauhinus 1586. 4. *.

A peſte exſtinctus a. 1565. plurima adfecta diligentiæ & fidei Caspari Wolfii commendavit, quorum aliqua prodierunt. Casparus Wolfius cum *vita* viri ediderat *pollicitationem* de Conr. Gesneri *ſtirpium hiſtoria* Tiguri 1566. 4. *. In *vita* a Joh. Simler ſcripta, reperias *catalogum authenticorum ſcriptorum* Gesneri ad annum 1562. Opera viri botanica ad Camerarium, Volcamerum, Trewium pervenerunt, quorum partes aliquas vir Ill. Casimir Christophorus Schmiedel edidit, vitamque etiam Gesneri luculentam addidit. *Vita* etiam germanice prodiit Zittau 1711. 8. *.

Gesnerianarum *epiſtolarum* L. III. Tiguri 1577. 4. *. edidit C. Wolfius, quæ ad J. Cratonem, A. Gasser, Th. Zwinger, F. Platerum, B. Aretium, Ad. Occonem, Holzachium, J. Fabricium &c. datæ ſunt. Nullo ſtudio procurata eſt hæc editio, neque temporum ratio obſervata; valde tamen placent varietate, candore, & eruditione, quibus undique plenæ ſint. Multa ad praxin faciunt & ad medicam hiſtoriam. Paracelsum, & Phædronem Paracelſicum, mitiſſimus homo averſatur. Lapidum pretioſorum & auri vires medicas non admittit. Monſpeſſulana ſtudia, quæ viderat, non valde probat. Vomitu ſe ipſum juvit, cum arthritidem pateretur. Oleum vitrioli in febribus dedit. Felici Wurzio ob cephalalgiam maximam arteriam temporum juſſit aperiri, optimo eventu. Herbam Parindem antidotum eſſe repetit ad maniam & ad dolentes hæmorrhoides. Badenſes thermas bibit, qui utendi modus in deſuetudinem abiit. In animalibus venenorum vim exploravit. Belladonnæ ſuccum dyſenteriam curare, dolores tollere expertus eſt. In pleuritide venam in pede ſecare mavult. Bullingerum peſte laborantem curavit, carbunculos igne & medicamento cauſtico aperuit. Qui in peſte venam ſecuerant, eos omnes periſſe J. Bauhino teſte. Herbarum medicatarum in ſe ipſo experimenta fecit, in cane paridis, nucis vomicæ, balſamines feminæ. Ita multarum herbarum medicas vires per experimenta conſtituit. In ischiade emplaſtrum impoſuit, quod euphorbium recipiebat. In pleuritide oleum lini propinavit. Eclegma de ſpina cervina invenit.

Adjectus eſt libellus *de oxymellis elleborati utriusque deſcriptione & uſu.* Elleborum album cum aceto deſtillabat, non eum venenatum futurum: ei medicamento

mento multum tribuebat in febribus longis, viſcerum obſtructione. Nigri hellebori liquorem cum ſpiritu vini ſtillantem nihil habuiſſe purgantium virium. Deinde duo ex nigro helleboro oxymella compoſuit: his alvum abſque noxa ſolvebat, menſes promovebat, omni generi lenti (frigidi) morbi ſubveniebat. Hiſtorias etiam ſanatorum ægrotorum addidit, in ipſa epilepſia, dyſpnœa, arthritide, quartana. Aliqua alia medicamenta GESNERI.

Succeſſit liber epiſtolarum *quartus* Witteberg. 1584. 4. *, cujus etiam antiquus apud me codex eſt. Hæ omnes ad JOHANNEM KENNTMANN ſcriptæ ſunt. De MOSCHIONE multa, quem latine vertit.

Ej. etiam ſunt *menſuræ apud veteres Græcos & latinos ſcriptores uſitatæ* Tiguri 1584. 8. LIND.

Et *de ſimplicibus medicamentis* l. ex GALENI l. *de facultatibus medicamentorum ſimplicium* Sangall. 1584. 8. cura C. WOLFII. Non vidi.

Ej. (C. GESNERI) *Onomaſticum* prodiit cum CALEPINO Baſil. 1590. fol. In præfatione citat primam *Onomaſtici* editionem Baſil. 1544. Nomina ſunt propria & inter ea regionum, montium, fontium, ſylvarum, ſtagnorum, populorum, paludum, ventorum, fluviorum, lacuum, ſpeluncarum, clarorum virorum, etiam medicorum, ſectarum, animalium & plantarum quorumdam rariorum &c.

Aliquæ epiſtolæ ad J. BAUHINUM Baſil. 1591. 8. *. excuſæ, fere botanicæ ſunt.

Cæterum vide *B. Bot.* I. p. 282. ſqq.

§. CCLXVI. AUGERIUS FERRERIUS.

Toloſanus, quem J. C. SCALIGER, non ille facilis judex, doctiſſimum dixit. Ejus eſt l. *de diebus decretoriis ſecundum Pythagoricam doctrinam & Aſtronomiæ obſervationem* Lion 1541. 16. LIND. 1549. 16. ID. OSB.

Ej. L. *de ſomniis.* HIPP. *de inſomniis.* GALENI *de inſomniis.* SYNESII *de inſomniis* Lion 1549. 16. LIND.

Ej. *de pudendagra, gravi lue Hiſpanica* l. II. Acc. *de radice Chinæ & ſaſſaparillæ Cortice judicium* Toloſ. 1553. 12. tum Pariſ. 1564. 8. OSB. Antwerp. 1564. 8. * & in LUISINI collectione. Aliis etiam acribus unguentis ſe uſum, quæ argentum vivum non reciperent, neque in iſto metallo ſe aliquid præcipui reperiſſe. Hydrargyro tamen ſanatos, qui male adfecti fuiſſent. Eſſe qui ejuſmodi emplaſtris tecti per urbem ambularent. Lotiones etiam cum ſublimato mercurio parari, quarum idem ſit effectus. Guaiaci uſus: cum vino vulgo decoqui. Radix Chinæ, Sarſaparillæ, Juniperi. Aquæ ſtillatitiæ. Se fere ſuavibus purgantibus uti, quæ & indicat, inter ea etiam recenſet pulverem mercurialem. Methodus compoſita, inunctiones per triduum, decocta per alios dies, tum iterum inunc-

inunctiones aut fumus, iſte quidem acerbiſſimus, demum apozemata purgantia, denique ſudorifera. Symptomatum curatio. L. II. morbi deſcriptio.

Subjicitur in editione mea *compendium gallice ſcriptum* prioris operis.

Sed in ea non reperitur *de radice Chinæ liber, quo probatur diverſam eſſe ab Apio* Toloſ. 1553. 8. ASTR. LINDENIUS diverſum facit & annum indicat 1554. Apium ſua ætate ligno ſancto ſubſtitui, & auri pretio vendi, cum in gallia ſponte naſcatur. Valde diverſam eſſe Apii & Chinæ adminiſtrationem docet.

Ej. *Vera medendi methodus duobus ll. comprehenſa.* Ej. *caſtigationes practicæ medicinæ* Toloſ. 1557. 8. Lion 1574. 8. 1602. 8. Venet. 1587. 8. TR.

EJUSD. *remedes preſervatifs & curatifs de peſte* Toulouſe 1628. 12. RAST.

§. CCLXVII. GUALTHER HERMANN RYFF.

Chirurgus, medicus, erro, homo famoſus, polygraphus & compilator. Ej. eſt *neuerfundene und bewährte Arzney, nicht allein die Franzoſen u. böſen Blattern, ſonder auch andere ſchwere Krankheiten durch den Gebrauch des indianiſches Holzes Quaiacum oder Franzoſenholzes zu heilen* Straſburg 1541. 8. TREW. Ej. *l. Franzoſencur vermittelſt des Guaiaci* Baſil. 1659. 8. A LINDENIO non debuit recenſeri, qui non ſit latine ſcriptus. Cæterum ASTRUCIUS adnotat, ex libris quaternis, in quos diſtribuitur, opus eſſe ALFONSI FERRI *de ligni ſancti multiplici medicina & vini exhibitione*, ejuſque quatuor libros, dictos p. 33.

Ej. *Handbüchlein gemeiner praxis der ganzen Leibarzney* Straſburg. 1541. 4.

Ej. *der kleinen deutſchen Apothek Confect oder Latwergenbüchlein* Straſburg 1541. 4. *zweiter Theil* 1542. 4. TR. tres partes 1552. 4. *Neu ausgerichtet durch* A. AGERIUM Noriberg. 1602. fol.

Ej. *Unterweiſung und Anzeigung aller latwergen, confect, conſerven, einbeizungen und einmachungen von allerley Früchten, Blumen, Kräutern und Wurzeln ſamt andern Stucken, wie ſolche in den Apotheken gemacht und verkauft werden* II. *Theil* Straſburg 1540. 4. & 1542. 4. TR.

Ej. *Gebrauch, Vermiſchung und Zubereitung aller laxativen purgierender oder treibender Arzneyen* Straſburg 1541. 4. HUTH. TR.

Ej. *practicirbüchlein bewährter Arzneyen* Francfurt. 1564. 8. TR.

Ej. *von allerhand apothekeriſchen Confectionen, Latwergen, Oel, Pillen, Tränken, Trochiſken* Francf. 1552.

Ej. *Confectbuch und Hausapothek* Francf. 1544. 8. TR. 1548. 8. TR. 1558. 4. 1567. 8. TR. 1575. 8. RIV. 1578. 8. RIV. 1584. RIV. 1593. 8. TREW. 1610. 8. TR.

Ej. *reformirte deutſche Apothek, contrafeitung der fürnemſten Kräuter, ihrer Kraft und Würkung, Latwergen, Confecten, Theriak und Mithridatum, und purgiren-*

den

den Arzneyen Strasburg 1573. fol. 1593. 4. 1600. fol. 1602. fol. *. a Nic. Agerio recognita.

Cum chirurgia minori prodiit *unbetrügliche Probbeſichtigung und Cur der Auſſäzigen oder Feldſiechen* Strasburg 1542. 4. 1545. fol. 1558. fol. 1562. fol. Gunz. Idem puto libellus, quem latinum Gesnerus dedit.

Cum *neue Feld und Stadtbuch bewährter Wundarzney* antidotarium edidit Francf. 1556. 4. 1576. 4.

Ej. *Spiegel und Regiment der Geſundheit auf die Deutſchen gerichtet* Francf. 1542. 4. Huth. 1555. 8. Id. 1552. Huth.

Ej. *koch und kellerey von allerley Speiſen und Getränken, Latwergen, Confecten, Conſerven, einbeizung von Früchten, Blumen, Wurzeln* Francf. 1645. 4. Hirsch. An idem ſcriptum quod paulo prius dixi p. 57.

Ej. *Luſtgarten der Geſundheit im Hausgemach Viehzucht &c.* Francf. 1546. fol. Trew.

Ej. *Beſchreibung der Natur, Eigenſchaft Kunſt und rechte Gebrauch in Speiſe u. Trank* Würzburg 1549. 4. Boehm.

Ej. *gründliche u. bewährte Cur des Steins Gries u. Nierenblaſenſteins* Strasburg 1543. 4. Puto Cordi libellum eſſe T. I. p. 521. Würzburg 8. Tr.

Ej. *kurzer Auszug u. ſummariſcher Bericht der Natur, Eigenſchaft und Würkung der wurzel China aus lateiniſch und bohemiſcher Sprach transferirt* Würzburg. 1548. 4. Riv. Tr.

Ej. *neue heilſame und nützliche Badenfahrt* Würzburg 1549. 4. Tr.

Ej. *nützlicher Bericht wie man die Augen und das Geſicht ſchärfen und geſund erhalten ſoll* Würzburg 1548. 4.

Idem librum Brunschweigii *de arte deſtillandi* auctum reddidit Francof. 1545. fol. 1555. fol. 1556. fol. 1597. fol.

Ejus ſunt, etiam ut ſuſpicatur Conradus Gesner, Pſeudonymi Q. Apollinaris libelli p. 52.

Ej. *neuer Albertus magnus &c.* Argent. 1549. 4. &c. *B. Bot.* I. p. 253.

Ej. *kurzes Handbüchlein und experimentirte Arzneyen* Francf. 1560. 8. Trew. 1563. 8. *. &c. 1570. 8. Trew. 1577. 8. Id. Strasburg 1578. 8. Tr. 1594. 8. Id. 1607. 8. Id. 1633. 8. B. Tig. 1641. 8. Id. An forte jam ſit inter ll. p. 57.

Ej. *Hebammenbuch ſ. Schwangerer Frauen Roſengarten* Francf. 1545. f. Tr.

Ej. *auserleſenes Arzney u. Kräuterbuch* Francf. 1594. 8. Erf. 1626. 8. Riv. Trew.

Ej. *ein neues Kochbuch wie man kranken Perſonen warten und pflegen ſoll*, Strasburg 1545. 4. Francf. 1569. 8. 1608. 8.

Ej. eſt *Enchiridion remediorum facile parabilium variis humani corporis adfectibus curandis accommodatum, vertente* Rodolfo Goclenio Francof. 1610. 8. Riv Trew. Magna harum compilatioum eſt adfinitas. Aquarum deſtillatarum varietas. Videtur *kurzes Handbüchlein* p. 58.

Dioscoridem repetito edidit, & Petri Bauerii conſilia medica.

Latine ſcripſit *de memoria artificiali, quam memorativam artem vocant, & quomodo memoria medicinæ beneficio augenda & conſervanda capitis & cerebri bona contemperatione & roboratione* Argent. 1541. 8. *. Vix huc facit. Imaginibus utitur & locis.

Ej. *medicinæ theoricæ & practicæ enchiridion ſemejoticis aphoriſmis totam rem complectens medicis & chirurgis accommodum acc.* C. Celsi *ſententiæ ſelectæ* Argent. 1542. 12. Tr.

Ej. *intromathematicæ* i. e. *medicationis adcommodatæ ad Aſtrologicam rationem enchiridion. De criſi deque inveſtigatione & inventione dierum criticorum, indicatoriorum, intercadentium & vacuorum. Cum canonibus aliquot & multis aliis futuro medico neceſſariis* Argent. 1542. 12. Lind.

§. CCLXVIII. Varii ad A. 1541.

Jacobi Theodosii, medici Bononienſis, *medicinales epiſtolæ 68, in quibus complures variæque res ad medicinam phyſicamque ſpectantes traduntur* Baſil. 1553. 8. *. Philippus filius epiſtolas edidit, patris jam a. 1541. mortui. Pleræque ſunt clinici argumenti, & medicæ, ut vocant, conſultationes. Medicamenta dabat copioſiſſima, neque ſuperſtitione pura. Multum balneis utebatur. A tarantula demorſos cantu & ſaltatione levari ſcripſit. In peſte præter morem ſeculi theriaca non utebatur: adverſus venena eam nihil poſſe, in columba expertus fuerat. In calculoſis cum urina gluten terebinthinæ ſimile decedere. Phthiſi qui laborabat, fruſtra contraria momente Theodosio, balnea Luccana cum peteret, in iis interiit. Ad celebrem illum Franciscum Guichardinum ſcribit, ne diabeten metuat, rariſſimum eſſe malum, ſe bis tantum vidiſſe, cum quadageſimum nunc annum medicinam faciat: terebinthinam in dolore renum & juncturarum nunquam ſpem ſuam eſſe fruſtratam. Cannabim negat aerem inficere. In medicos barbaros. Lapidem lazuli cum periculo ſumi. Podagricis aquam thermalem potam nocere.

Aliæ Cl. viri Epp. cum epiſtolis J. Langii, Manardi, Massæ, Mundellæ prodierunt Lion 1557. fol. tum *aliquæ de transmutatione metallorum* ad Capellanum & Miletum cum Campegii epiſtolis T. I. p. 497.

J. Echtius medicus Colonienſis, Botanices peritus. Ej. *de ſcorbuto vel ſcorbutica paſſione epitome.* Lego prodiiſſe jam 1541. recuſa eſt Witteberg 1585. 8. cum

RONSEO & aliis &c. 1624. 8. *, ſed obiit circa a. 1554. Brevis & nullius momenti libellus.

REMACLUS FUCHS, Lymburgenſis, (qui ſæpe nomen ſuum FUSCHIUM ſcribit) Canonicus Leodienſis. Ejus eſt *morbi Hiſpanici, quem alii gallicum, alii Neapolitanum vocant, curandi per ligni Indici, quod Guaiacum vulgo dicitur, decoctum, exquiſitiſſima methodus* Pariſ. 1541. 4. *. non 8. Non vidiſſe contigit ASTRUCIO, ut eo fuſiorem in recenſendo eſſe mihi viſum ſit. Cauſæ mali, ex theoria. Signa. Contagium. Sæpe malum inſanabile recrudeſcere, ob inſcitiam inunctorum, hydrargyrum male exſtinguentium. Errores medentium. Lignum Indicum. Decocti ſumendi modus. Eſſe, qui corporis exercitio, purgatione, phlebotomia, a morbo incipiente præſervati fuerint. Stricta victus ratio. Symptomatum curatio. Oſſa corrupta urit, etiam ſerra dividit & excidit. Non videtur viri quidquam experti opus.

Ej. *compendium medicinæ* Pariſ. 1541. RAST.

Ej. *illuſtrium medicorum, qui ſuperiori ſeculo floruerunt ac ſcripſerunt, vitæ. Annexus in calce quorumdam neotericorum medicorum catalogus, qui noſtro ſeculo vixerunt. Auctore* SYMPHORIANO CAMPEGIO Pariſ. 1541. 8. FALC.

Ej. *hiſtoria omnium aquarum quæ in communi hodie practicantium ſunt uſu, vires & recta deſtillandi ratio. Acc. conditorum & ſpecierum aromaticarum, quorum uſus frequentior apud Pharmacopolas tractatus* Pariſ. 1542. 8 B. B. 1552. 12. TR. Venet. 1542. 8. LIND. Aquæ ſtillatitiæ, & ea occaſione, plantarum ex quibus ſtillant deſcriptio; reliquæ etiam aquæ compoſitæ, ut meliſſæ aqua, quam religioſi D. HIERONYMI prope Bononiam præparant. Aquam radicum urticæ valde laudat. Conſervæ.

Ej. *de ſimplicium medicamentorum delectu tabella, cum dialogo de herbarum notitia* Antwerp. 1544. 8. PL.

Ej. *plantarum omnium quarum hodie apud Pharmacopolas uſus eſt magis frequens nomenclatura* Pariſ. 1544. TR.

Ej. *Pharmacorum omnium; quæ in communi ſunt practicantium uſu tabulæ decem* Pariſ. 1569. 16. B. B. Addit LIND. Lion 1578. 8. Venet. 1598. fol. Cum LANFRANCO Lion 1550. 8. B. B.

Ej. *purgantia medicamenta ſimplicia cum corrigentibus.* Conſervæ, emplaſtra, aliæ formulæ.

GILBERTI PHILARETI *conciliatio* AVICENNÆ *cum* HIPPOCRATE *ac* GALENO Lion 1541. FOPPENS. GILBERTUS REMACLI frater fuit.

Ej. *gerocomica h. e. ſenes rite educandi modus ac ratio* Colon. 1551. 8. RIV.

Ej. *commentarius de fontibus Ardenæ & potiſſimum Spadanis* Antwerp. 1559. 8. LIND.

JOHANNES

JOHANNES VASSÆUS, Meldenſis. Ej. *de judiciis urinarum tractatus ex probatis auctoribus collectus in tabulæ forma* Pariſ. 1541. 4 Venet. 1549. 12. *. Lion 1549. 12. *. Tigur. 1555. 8. LIND. Colon. 1579. 8. WILLER. Varietates urinarum, morbi qui ex lotio dignoſcuntur, ejuſque urinæ ſignificatio. Vis colorum, hypoſtaſium. Ex veteribus abſque proprio experimento compilatus libellus. Fatetur admiſto felle taurino ſibi impoſitum fuiſſe (a)

Ej HIPPOCRATIS *liber de ptiſana cum* GALENI *commentario gr. lat. ex verſione* J. VASSÆI Pariſ. 1543. 8. FALC. Prolixa eſt epiſtola, qua ptiſanæ uſum adverſus J. MANARDUM defendit.

IDEM GALENI *comm.* III. *in primum prorrheticorum* HIPPOCRATIS *& commentarios* IV. *in l.* HIPPOCRATIS *de victu acutorum* latine reddidit Lion 1563. 12. LIND.

LIPPI BRANDOLINI *de humanæ vitæ conditione & toleranda corporis ægritudine dialogus* Baſil. 1541. 8. FALC.

PETRI PLANTINÆ, Cremonenſis, *de tuenda valetudine natura rerum & propria ſcientiæ* Baſil. 1541. 4. THUAN.

J. BAPTISTA de CAVIGLIOLIS *de morbis novis cum nonnullis paradoxis* Pictav. 1541. LIND.

EJUSD. *tr. des proprietés du vinaigre*, anno, ut videtur, 1547. 16. Librum habet VERDIER: ſed annus & locus deſunt.

HENR. EGGELING *diſp. quanta ex* PAULI AEG. *lectione utilitas ſperanda ſit* Francof. Viadr. 1541. 8. GUNZ.

ANGELI FORTII, Aſtrologi, qui invito collegio medico Venetiis medicabatur, *veritatis medicinæ militia* Venet. 1541. 8. GESNER Bibl. Deinde ejus L. *de mirabilibus vitæ humanæ naturalibus fundamentis* Venet. 1543. 8.

J. URSINUS *proſopopoeiam animalium* edidit Viennæ 1541. 4.

EJUD. *de peſte, deque ea medicinæ parte quæ in victus ratione conſiſtit* Alexandriæ 1549. 4. L.

JAC. OLIVARII *ſcholia ad eam proſopopoeiam, in quibus de eorum animalium proprietatibus medicis agitur* Vienn. 1541. 4.

Vorſehung Leib und Seel Francf. 1541. 4. conf. T. I. p. 505.

FERDINANDO FLORES *Regimento de ſanidad* Hiſpali 1541. 4.

§. CCLXIX. A. LACUNA.

ANDREAS a LACUNA, Secobienſis, variis in regionibus medicinam fecit, etiam ex JULII III. archiatris fuit.

 Ej.

(a) *B. Anat.* I. p. 157.

Ej. *compendium curationis præcautioniſque morbi paſſim populariter graſſantis*, i. e. *febris peſtilentialis* Argent. 1542. 8. Gunz Riv. Tr.

Ej. *della preſervation de la peſte y ſu curacion* Antwerp. 1556. 8. Salamantic. 1560. C. de V. Idem, ut videtur, liber.

Ej. *victus ratio ſcholaſticis pauperibus paratu facilis & ſalubris* Colon. 1550. 8. Ita Linden: & in meo exemplo manu Laculæ nomen adſcriptum eſt. Sed idem Lindenius eumdem l. J. Sylvio tribuit, vide p. 45.

Ej. *de articulari morbo commentarius.* Cl. Luciani *tragopodagra* Rom. 1551. 8. Lind. *Il remedio della podagra con l. Tragopodagra di Luciano* Rom. 1582. 8. Trew.

Ej. *methodus cognoſcendi exſtirpandique excreſcentes in collo veſicæ carunculas. Ulyſſipon* 1560. 8. *. Rom. 8. Lind. (*a*) Carunculas ex gonorrhœa naſci: & omnino poſt ortam primam gonorrhœam carunculæ demum innotuerunt. Candelas ad id malum utiles a M. Philippo Caroli V. Chirurgo habuit.

Idem multa veterum edidit, aut in compendium contraxit.

Ejus eſt *epitome* Galeni *operum in quatuor partes digeſta: accedit vita & liber de ponderibus & menſuris* Baſil. 1551. fol. 1571. fol. Tr. Lion 1553. 16. Vicat. Tr. Argent. 1604. Tr.

Ej. *adnotationes in* Galeni *interpretes quibus varii loci in quibus impegerunt lectores & explicantur & ſumma fide reſtituuntur* Lion 1553. 16. *. In Nicolaum Rhegienſem, Linacrum, Copum, Cruserium, Guintherum, Cornarium. Plerumque ſuo vetuſtiſſimo codice utitur.

Ej. Galeni *de artidotis epitome* Antwerp. 1587. 16. *.

Ej. *epitome omnium rerum & ſententiarum quæ adnotatu dignæ in commentariis* Galeni *in* Hippocratem *exſtant. Acc.* Galeni *enantiomata* Lion 1551. 8. Lind.

Ej. *adnotationes in Dioſcoridem* Lion 1555. 16.

Ej. *libri octo ultimi ex commentariis Geoponicis olim* D. Constantino *Cæſari adſcriptis ad fidem vetuſtiſſimorum codicum latini facti* Colon. 1543. 8. cum caſtigationibus in Cornarii verſionem.

Ej. fuit *epiſtola apologetica* ad Cornarium Lion 1554. 8. Lind.

§. CCLXX. J. Gorræus.

J. Gorræi (Gorris), Pariſini, profeſſoris Regii, docti viri, *Hippocratis jus jurandum, de arte, de antiqua medicina Gr. lat. interprete* Gorræo *cum ejus ſcholiis* Pariſ. 1542. 4. Maittaire.

Ej.

(a) *B. Chir.* I. p. 204.

Ej. *in* Hipp. *l. de medico adnotationes & ſcholia* Pariſ. 1543. 8. Lind.

Nicandri *theriaca & alexipharmaca cum ſcholiis* edidit Pariſ. 1549. 8. & *alexipharmaca* ib. 1557. 4. cum nova præfatione Lind.

Idem Galeni *in prognoſtica* Hippocratis *libros* VI. *interpretatus eſt* Lion 1552. 12.

Poſthuma prodierunt *opuſcula quatuor. Quæſtiones duæ Cardinalitiæ.* 1. *An medicorum Pariſienſium phlebotomiæ jure vel injuria accuſantur.* 2. *an methodus Pariſinorum ſaluberrima.* 3. *De uſu venæ ſectionis ad curandos morbos ſecundæ cogitationes.* 4. *Brevis animadverſio in libellum* J. Lanæi, *chirurgi togati Pariſienſis, quo aphoriſmos* Hippocratis *in novum ordinem digeſſit* Pariſ. 1660. 4. Gunz. Tr.

Sed præcipua viri laus eſt ab opere *Definitionum medicarum libri* XXIV. Pariſ. 1564. fol. *. Francof. 1578. fol. *. 1601. fol. Lind. & Pariſ. 1622. fol. hic cum Nicandro, cum Hippocratis ll. *de genitura, de natura pueri, de jure jurando, de arte, de priſca medicina, de medico,* Gorræo interprete cum ejus ſcholiis, & Petri Gorræi, *Biturigis, formulis medicamentorum* Lind. Lexicon eſt, cujus prima vox græca eſt, interpretatio latina. Gorræus Græcos diligenter legerat, & eorum voces docte exponit, ultra ne ſperes.

§. CCLXXI. Varii Anni 1542.

Simon Grynæus prof. Baſileenſis. Ejus eſt *Encomium medicinæ* Baſil. 1542. 8. *. cum nonnullis a Torino editis T. I. p. 539.

J. Kuefner, medici ad *Salinas Oeni*, qui ſe *Trochoreum* vocabat, forte *Radeberg* aut *Lauffenberg*, *Pharmacoliterion*, *ſ. medicamenta compoſita ſecundum ordinem effectuum alphabeticum.* Ingolſtad 1542. 8. Gesner. Tr. Riv.

Ej. *adverſus peſtilentiam locis compluribus exitialiter graſſantem cephaleæ tabella curativa* Ingolſtatt 1543. 8. Boehmer.

Ej. *de vita longa & profliganda epidemica contagione ad* Pancratium *epiſcopum Ratisbonenſem epiſtola prophylactica ſaluberrima* 1543. 8. B. B. Formulæ medicamentorum calidorum & aromaticorum, quibus etiam Wolfgangi Beysseri, Ingolſtadienſis medici, aliquas ſcriptiones addidit, & Stokeri Colonienſis, quibus uſus ſit in peſte a. 1494. & multos præſervaverit: multum ibi reperias boli Armenæ &c. Alia editio eſt 1544. 8. Riv.

An alius eſt *de peſte libellus ex antiquiſſimis medicis excerptus* Ingolſtatt. 1543. 8. Lindenio dictus.

Ej. *encomiaſtici generis brevicula concio in artis medicæ & celeberrimi Gymnaſii profeſſorum Ingolſtadii habita, cum* Leonello Faventino edita Lion 1546. 8. Gunz.

GUNZ. Venet. 1558. 8. *. Lion 1574. 12. LIND. cum nonnullis ad LEONELLUM *ſcholiis.*

EJ. *de morbis puerorum appendix ad* L. FAVENTINI *opuſculum* Venet. 1557. 8. *. Lion 1574. 8. L.

NICOLAUS ROCHEUS *de morbis mulierum curandis l. partim ex veterum Græcorum, Arabum & latinorum monumentis, partim experientia propria confectus* Pariſ. 1542. 12. TR. & in *muliebribus* BAUHINI & J. SPACHII. Omnino compilatio, & innumerabiles formulæ. Nihil reperi proprium.

In *Bibliotheca Scorialenſi* ſervatur ejus viri *antidotarium* MS. & *modus diſpenſandi medicamenta.*

GERARDI BUCOLDIANI *brevis enarratio de puella, quæ ſine cibo & potu per aliquot annos in pago Roed egit* Pariſ. 1542. 8. MAITT. Faſtidium ciborum præceſſerat, quod in plenam inediam abiit, ut ne æſtuoſo quidem cœlo biberet. Nulla fraudis ſuſpicio. Cum APOLL. SCHREYER inedia prodiit etiam Bern. 1604. 4.* & Gieſſæ 1673. fol. & germanice *von dem Meydlin, welche ohn eſſen und trinken lebt* Speir 1542. 8. TREW.

COL. PIERI SALUTATI *tractatus de nobilitate legum & medicinæ* Venet. 1542. 8. TREW.

RICH. du TARTE & FR. MOCET. *E. ventriculi & jecoris affectus excrementa ſatis indicant* Pariſ. 15,2.

J. CUCHOT, vel a VICO, & THEOBALD GRIGUEL *E. morbi omnes omnibus fiunt temporibus* Pariſ. 1542.

LIB.

LIBER SEXTUS.

SCHOLA HIPPOCRATICA.

§. CCLXXII.

Potuiſſem a JACOBO SYLVIO hanc periodum artis medicæ ordiri, niſi nimis propinquus PARACELSO fuiſſet. Nempe exagitatis Arabibus, literis ita reſtitutis, ut ſordidæ verſiones, quæ unicæ erant, intolerabiles viderentur, aucta opportunitate legendorum librorum græcorum, Pariſiis etiam potiſſimum docti viri ad HIPPOCRATEM legendum ſe converterunt, & princeps HOLLERIUS, cum diſcipulis. In univerſum quidem in grammatica & ſcholaſtica interpretatione divi ſenis laborarunt, neque libertatem ſibi permiſerunt dubitandi. Morbos tamen tanto a doctore moniti didicerunt accuratius cum ſuis eventis obſervare, & ipſe princeps HOLLERIUS bene multa ex ſua propria experientia utiliter adnotata reliquit, plura GUILIELMUS de BAILLOU. Hanc ſcholam equidem GALENI auctoritas nunquam ſivit ad puritatem HIPPOCRATICAM ſe evehere, neque aliæ ſcholæ optimum exemplum imitatæ ſunt: Exiſtimavi tamen, poſteros his viris, primis verioris medicinæ reſtauratoribus, gratæ venerationis monumentum debere. In Germania interim chemica ſecta magis & magis ad dominationem artis medicæ adſpiravit, in Italia miſtæ GALENICIS Arabicæ theoriæ & ſcholaſticæ ſubtilitates porro prævaluerunt.

§. CCLXXIII. J. HOULIER.

JACOBUS HOLLERIUS (HOULIER), Stempanus, medicus Pariſinus, HIPPOCRATICUS, vir doctus & clinicus.

Ejus *materies chirurgica ſ. liber ſextus cum* TAGAULTII *chirurgicis inſtitutionibus editus* Pariſ. 1543. fol. *. 1552. 8. LIND. 1565. 8. TR. 1571. 8. TR. 1611. 4. Lion 1560. 8. *. 1588. 8. *. Francof. 1589. 12. TR. 1603. 12. & in *collectione* GESNERI atque UFFENBACHII. Germanice Francf. 1574. fol. 1584. 8. Gallice Pariſ. 1544. 4. Materies eſt medica, quatenus ad chirurgiam facere poteſt. Etſi auctor pleraque a veteribus ſumit, non tamen nullas proprias adnotationes habet. Ita mendicum lue venerea vehementer laborantem defoſſione univerſi corporis in fimum, & excitato ſudore, curatum fuiſſe meminit. Conſerva, ut

ut exareſceret, novo humore rorida, & conſtanter renovata, os fractum conferbuiſſe, ad veterum ſenſum.

Ej. *tr. de remediis facile parabilibus* Galeni, a J. Guintherio latinitate donatus, nunc ex prælectionibus J. Houlier *plurimis mendis repurgatus & adnotationibus marginalibus illuſtratus* Pariſ. 1543. 16. *. Aliquæ utique in Græco textu emendationes, aliquæ adnotationes medicæ.

Ej. *commentarii in aphoriſmos* Hippocratis Pariſ. 1579. 8. Lind. 1583. 8. Id. Lipſ. 1597. 8. Francof. 1597. 16 Lind. 1604. 4. Id. Genev. 1620. 8. *. 1644. 8. 1673. 8 Additur hos comm. per J. Liebaultium editos eſſe, qui ex præceptoris Dureti prælectionibus ad l. V. priores dicit ſe ſua ſumſiſſe. Spiſſum opus, paraphraſticum, & ad defendendum Hippocratem ſcriptum. Pariſinos ob ventos aquilonios venæ ſectionem bene ferre, male Narbonenſes ob ſuos ventos auſtrinos. Cæterum perpaucæ bonæ adnotationes, & raræ viſorum hiſtoriæ hic intercurunt. Vermes & capillos per urinam decedere, hos ex pituita factos. Sectio VIII. ſola ſcholia continet L. Dureti.

Ej. *de morbis internis* L. II. *cum* Lud. Dureti *adnotationibus &* Antonii Valet *exercitationibus* Pariſ. 1565. 8. 1567. 8. Rast. 1571. 8. 1611. 4. Venet. 1572. 8. Lind. Lion 1578. 8. Tr. 1588. 8. *. Francof. 1589. 12. B. B. 1603. 12. Genev. 1620. 4. 1635. 4. * quæ omnino eadem eſt editio cum Pariſina 1611. 4. *.

Ad ultimas editiones Renatus Charterius præfatus eſt, titulumque fecit, *Opera omnia*; ſed nihil continent ultra ea, quæ ſunt in editione Lion 1588. Nam in editione 1588. 1589. & 1611. jam acceſſerant libri *de febribus, de peſte, de remediis* κατα τοπυς.

Libri II. de morbis internis continent morborum hiſtoriam & curationem a capite ad calcem, ad græcorum ſaporem. Adjecta ſunt *ſcholia*, in quibus ſubinde proprias adnotationes reperias. Hemicrania curata fronte ſubinde frigida lota. In ſummo æſtu ſemuncia opii devorata. In frigida & auſtrina aeris conſtitutione frequentes eſſe apoplexias, per exempla. In cataleptico homine pulmo & hepar corruptum, ſerum in cerebro. Paralyſin ex gypſi politura frequentem ſupervenire. Ex levi vulnere partis ejuſdem reſolutio; hinc mors, pus inciſo cranio inventum. Μεγιλαλος epiſcopus a freno linguæ non ſucciſo. Detectum, hominem incubo laboraſſe, qui ſe a ſodalibus pene ſuffocatum adfirmabat, adſtricto collo. A liene vapor, inde quando ea aura præcordia adtigerat, epilepſia. Alia exempla mali caduci ab adſcendente de inferioribus corporis partibus cauſa, a digito, a manu. Mors ſubita a laryngis inflammatione. Servatus reſecta uvula, qui ſuffocabatur. Aſthma pulmone ſano, ſed abſceſſus in vena ſine pari & in vena arterioſa (aut pulmonali) repertus. In alio ægroto pulmo tamquam ſpongia liquore ebrius. Pro vena e directo in pleuritide ſecanda: in peripneumonia noſter vix ſanguinem mittit. In cadaveribus cor inflammatum vidit, etiam abſceſſu corruptum, & in eo calculos. Cordis palpitatio levata vinculis tibiarum laxatis,

laxatis, flatubus expeditis. Syncope funeſta a liene rupto, a venæ arterioſæ abſceſſu. A ſanguinis magna jactura ſingultus, non tamen lethalis. Singultus perpetuus a fruſtulo œſophago impacto, eo rejecto ſolutus. Icterus morbis acutis ſuperveniens non ſemper ſalutaris, & per recidivam funeſtus. Hydrops ſponte diſpulſus: in hydropico inteſtina ſiderata. Mors ab iſchuria, ren alter conſumtus, alterius ureterem calculus occupabat. Colon inteſtinum ſcirrhoſum, arctatum, ut nihil transmitteret. Britonibus frequenter colica in paralyſin tranſit. Lientericorum mortes; ulcus fere in poſtremo inteſtino, aut in hepate purulento reperitur, aut in ſiderato meſenterio. Ipſam nonnunquam fibroſam inteſtinorum ſubſtantiam decedere. Dyſenteriæ in febre maligna ſalutares: alias inteſtinorum involucra pure accurate plena. Calculi in capite, in utero reperti, in veſicula fellea, iſti numeroſi & natatiles, tum in meſenterio, jecore, ventriculo, liene. Vermiculi in urina & cum calculis ejecti. Filamenta urinæ: Urina feminæ purulenta, cum veſica ſana eſſet. Bini cum abſceſſibus in corde calculi. Diabetem ſæpe noſter vidit, ut etiam 6. pintæ (12 ℔.) urinæ in diem decederent. Vermis craſſus de nare ejectus. Qui vermes ſubinde vomitu reddebat. Cum pus & ſanguis cum lotio fluerent, hæmorrhoide aperta ſtatim malum ſedatum eſt. Poſt alvum perfecte ſtrictam rotundus tophaceus globus demum egeſtus.

Memoratu dignæ ſunt *ſingulares aliquæ* Hollerii *obſervationes, quæ ad conſilium curandi* pertinent, peculiares nempe auctoris curationes. Anevryſma, ut videtur, tibiæ, funeſto conſilio apertum. Febris vehemens cum lateris dolore. Pulmo putris repertus. Empyema apertum poſt pleuritidem, pleura ſiderata, pulmo ſcirrhis obſitus. Sanatus, cui pus de alvo decedebat. Sanatus impotens. Funeſta febris tertiana ſoporoſa. Pleuritides funeſtæ. Vomica de pulmone integra egeſta. Cui vena in hepatis regione ſubinde aperiebatur. Pleuritides per urinas nigras judicatæ.

In L. II. qui eſt *de febribus*, non perinde fuſa ſcholia, neque peculiares obſervationes reperiuntur.

Valeti *exercitationes* ſunt iterum integræ morborum hiſtoriæ & curationes, ad veterum ſaporem. Pauca habet propria, ut calculum, qui veſicam rupit & demum per rectum inteſtinum extractus eſt. Cæterum ipſe Valetus opus edidit ex chartis Pastorei generi Hollerii. Dureti nihil video, niſi breves notas marginales.

Hollerii ad libros Galeni *de compoſitione medicamentorum ſecundum locos Periochæ* VIII. cum priori opere Pariſ. 1565. 8. 1567. 8. 1571. 8. Francof. 1589. 12. 1603. 12. Tr. Lion 1578. 12.

Ej. ſunt magni Hippocratis *Coaca præſagia cum interpretatione & commentariis*, Desiderii Jacoti *opera nunc primum editis* (omitto quæ ſunt Jacoti). Lion 1576. fol. B. B. Vaſtum opus. Primum locum Hollerii *commentarii* tenent, quibus variæ lectiones & græci textus emendationes, vocum interpretationes

tiones, & locorum parallelorum collationes ſubjiciuntur. Fuſiores ſunt, & medici magis, quos ſuo loco dicemus, Desiderii commentarii.

§. CCLXXIV. Ad annum 1543.

Antonius Stoppanus *diſpenſatorium* Nicolai multum auctius reddidit Lion 1543. Quadrio.

J. Danz v. Ast *de ſimplicium medicamentorum facultatibus in genere, de iiſdem per rationem & experientiam inveſtigandis dialogi* IV. Baſil. 1543. fol. Falc.

Ej. *canones* Mesves *cum Sylvii adnotationibus & medicamentis ex* Galenio Baſil. 1545. fol. cum Pictorii *in* Mesven *locis communibus.*

J. Franc. Lombardus *de aquis Puteolanis, & ſynopſis auctorum qui de miraculis Puteolanis ſcripſerunt, una cum balneis Aenariarum* Neapoli 1543. 4. Lion 1559. 8. Tr. Venet. 1566. 4.

Aliqua Galeni & Hippocratis Idem edidit.

Henrici a Cuellar *in prognoſtica* Hipp. *commentarii* Conimbricæ 1543. fol. 1582. fol. L.

Gabriel a Tartagua Burdigalenſis. Ejus eſt *comm. ſuper caput de regimine ejus quod editur ac bibitur tertiæ fen I. Canonis* Avicennæ Burdigal. 1543. fol. L.

Bartholomæi ab urbe vetere in *antidotarium* Mesves, *cum declaratione ſimplicium medicinarum, & ſolutione difficilium terminorum cum* Palea Venet. 1543. fol. Pariſ. 1546. 8. 1550. 8. L. cum Andreæ Paleæ *in antidotarium* Mesves *opere.*

Jacobus Ferdinandus, Barienſis, *de regimine a peſte præſervativo libellus* Cracau 1543. 8. Lind.

Pauli Grisignani *de* Salerno *l. de pulſibus & urinis* Salerni 1543. 8. Lind.

Ej. *in aphoriſmos* Hippocratis *expoſitio* Salern. 1544. fol.

Medicina de cavalli compoſita da diverſi antichi ſcrittori e del greco tradotta Venet. 1543. 8. Fuerint veterinarii a Ruellio editi.

Precepts of good health Lond 1543. Osb.

J. Fernelii & El. Becquet E. *frigidas deſtillationes febris maturat* Pariſ. 1543. Baron.

§. CCLXXV. J. Philippus Ingrassias.

Rachalbutenſis Siculus, & protomedicus ejus Regni, poſtquam Neapoli publice docuerat, veteribus quidem addictus, non tamen ut nihil adderet ſui.

Ejus *de Jatrapologia l. quo multa adverſus barbaros medicos diſputantur, collegiique modus oſtenditur, atque multæ quæſtiones tam phyſicæ, quam chirurgicæ diſcutiuntur.* Ej. *quæſtio, quæ capitis vulneribus atque phrenitidi & pleuritidi medicamenta conveniant* Venet. 1544. 8. *. Napoli 1549. & 1558. 8. Lind. Liber ipſe ob litem chirurgicam ſcriptus eſt, in qua noſtri adverſarii ad Arabum auctoritatem provocaverant. Quare noſter fuſiſſime & acerrime Arabes exagitat, qui græcos exſcripſerint. Modum deſcribit, quo medicos deceat in collegium convenire. Quæ dotes medicum perfectum faciant. In febre leni lentius, in acri & æſtiva febre acrius medicamentum debere propinari. Senem medicum juniori, cæterum pari, præferendum eſſe. Cæterum quod ad annum adtinet, quo hic liber prodiit, quæſtio *de capitis vulnere* a. 1544. ſcripta eſt. *Iatrapologiæ liber ſecundus* a. 1547, ut a. 1544. non potuerit prodiiſſe. Mea editio nullum annum præfixum habet.

Quæſtio eadem eſt ut puto, quam alio paulum cum titulo repetit Lind. *Prægrandis utiliſque medicorum omnium deciſio, utrum in capitis vulneribus phrenitideque atque etiam pleuritide exſolvens nuncupatum medicamentum, an lenius duntaxat congruens ſit* Panormi 1545. 8.

Etiam cum titulo lego J. P. Ingrassias *de morbis capitis* Panhorn. 1545. 4.

Ej. *de tumoribus præter naturam* T. I. *occaſione ſumta ab* Avicennæ *verbis tertiæ fen quarti libri tractatus* I. Neapoli 1553. fol. *; non alius autem tomus prodiit. Comprehendit etiam medicos tumores, & ipſum lethargum. Græcos noſter accurate legerat, & Arabes, & emendationes varias dat ad Pauli, Aetii, aliorum libros caſtigandos, neque caret adnotationibus in cadaveribus factis, quæ poſt mortem inciſa viderit. Non probant aliqui miraculoſas curationes hydromphali &c.

Ej. *raggionamento fatto ſopra l'infirmità epidemica dell anno* 1558. Palermo 1560. 4.

Ej. *quæſtio de purgatione per medicamentum, atque obiter etiam de ſanguinis miſſione, an ſexta morbi die fieri poſſit: & de omnibus aliis diebus, in quibus purgare, vel ſanguinem mittere poſſumus. Quæſtio utrum victus a principio uſque ad ſtatum procedere debeat ſubtiliando aut potius ingroſſando. Quod veterinaria medicina formaliter una eademque cum nobiliori hominis medicina ſit, ex quo veterinarii quoque medici ad regiam protomedicatus juriſdictionem pertineant* Venet. 1568. 4. *. reliqua enim chirurgica ſunt.

In primo libello, primo & ſexto die, & quovis alio & criſimo ſ. indicante evacuari poſſe docet, niſi natura ipſa evacuet.

In *ſecunda* quæſtione fuſe verſatur, & poſt quamcunque majorem evacuationem metuendum eſſe docet; de victu vero ſtricto & laxo non poſſe in univerſum definiri, ſed ad morbi & ſymptomatis normam eſſe reſpiciendum.

In *ultima* excuſat ſe, quod accipitrem proregis medicatus fuerit.

Ej. *informatione del peſtifero e contagioſo morbo, il quale affige ed ha afflitto queſta citta di Palermo nell anno* 1575. 1576. *con regimento preſervativo e curativo* Palermo 1576. 4. *. An cum noſtro idem fuerit liber *brevis methodus curandi peſtiferum contagium quod a.* 1575. & 1576. *Panormum invaſit latine converſua ex Italico* Argent. 1583. 8. Lind. Non puto, nam noſter non exiguus liber eſt, quem non facile cum aliis in volumen 8 forma compegerint. Cæterum opus Italicum reliquis Ingrassiæ operibus prætulerim. Politiam peſtis curandæ & arcendæ totam continet, qualem homo minutiarum ſtudioſus dare poterat, qui adtento animo media in peſte ſit verſatus. Fuſam dictionem & frequentes veterum citationes toleres. Hiſtoria peſtis, quæ non fuit ex ſæviſſimis. Advenit ex Barbaria in navicula piratica, cujus ductor cum ſcorto melitenſi concubuerat. Excuſat noſter medicos Panormitanos, qui non continuo morbum adgnoverint, etſi & bubones videbant, & carbunculos. Eundem errorem Massæ accidiſſe. Meſſinam contagium cum pannis ejuſdem naviculæ veniſſe. Recte deſiderat noſter tria Noſodochia; pro ſuſpectis; pro infectis; & pro convaleſcentibus. Paulatim adgnito malo, ut infectæ veſtes in diſtantes locos transferrentur publicis legibus eſt proſpectum, ne malum ultra ſæviret: quæ omnia hic excuſa ſunt, cum tota cura magiſtratus. Medici, aliique ægrotorum adjutores plurimi exſtincti. Contubernalibus pereuntium excluſio 40 & 50 dierum ab omni commercio imperata: pueris matrum peſte pereuntium nutrices negatæ, ne eas porro inficerent. Malum non niſi per contactum, neque per aerem ad diſtantes locos tranſiiſſe. Ingrassias lautiſſimo ſtipendio cum peſtilentiæ curandæ ſe dediſſet, calumnia motus, gratis porro ægris inſerviit. Cura publica ſollicita fuit: medicatio ex genio ſeculi. Venæ ſectionem noſter tuetur, tum theriacam & calida auxilia. Carlinam (non noſtram) venenatam eſſe, & pluſculos homines exſtinxiſſe, (forte chamæleonem nigrum). Amuletum arſenicale in pectore geſtam laudat, & ſervatos fuiſſe teſtatur, quibus fonticuli manarent. Purgationem in principio ſufficientem ſalutarem fuiſſe. Bubones vix recidivam feciſſe, niſi per aliquum errorem: petechias ipſis anthracibus magis funeſtas fuiſſe. Ferrum ignitum, potius quam medicamenta erodentia, buboni admovebat, cantharides in carbunculorum vicinia: ſudores medicamentis ciebat. Far piſtum neſcio quod pernicioſum accuſat.

Ej. *de frigidæ potu poſt medicamentum purgans* Macerata 1586. 4. Lind. Venet. 1535. 4. Trew.

Galeni *ars medica* Ingrassia interprete cum *novo pluſquam commentario* prodiit Venet. 1573. 1574. fol. Lind.

Avertimenti contra la peſte racolti delli ſcritti di G. P. Ingrassia Genova 1650. 12.

§. CCLXXVI. Johannes Caius.

Norwicenſis, Anglus, vir græce & latine doctus, collegium Gonvilenſe Cantabrigiæ reſtituit & ornavit, atque ſuum cum primi fundatoris nomine conjunctum reliquit. Ex Italica ſchola profectus eſt, totus Galenicus.

Ej.

Ej. ſunt, *de medendi methodo ex* Galeni & J. B. Montani *ſententia* L. II. Baſil. 1544. 8. Lind. 1558. 8. Lind. Lovan. 1556. 8. *. recogniti & aucti. Titulus librum deſcribit. Videtur jam a. 1542. (*a*) in Italia prodiiſſe.

Ej. *opera aliqua & verſiones.* Iſtas continuo dicemus; una vero prodiit Lovan. 1556. 8. *. *de ephemera Britannica* L. I. recuſus Lond. 1721. 8. *. Prior de eadem febre liber methodo populari ſcriptus eſt. Morbus a. 1551. Salopiæ inceperat, & multos prima, altera, tertia demum poſt ſudorem hora interemit, totamque regionem miſere devaſtavit. Rogos noſter accendere jubet. Cæterum Galenicus potius quam clinicus.

De propriis libris L. I. Londin. 1570. 4. Lind. 1729. 8. *. edente Samuele Jebb. Vitam viri continet & ſtudia, Bibliothecas ſui ævi Italicas, quas valde laudat, libros quos ſcripſerat enumerat, etiam qui non prodierunt.

Edidit autem libros partim, ineditos, partim caſtigatos, Galeni de Hipp. & Plat. *decretis* L. I. *latine verſum.* L. *de comate ſecundum* Hippocratem L. *de ſuccedaneis* pleniorem. Hipp. *de pharmacis* L. I. Baſil. 1544. 4.

Tunc Lovanii a. 1556. 8. *. edidit verſos Galeni libellos *de libris ſuis, de ordine legendorum ſuorum librorum, de ratione victus in morbis acutis, de* Hipp. & Plat. *decretis* L. I.

In catalogo porro huc pertinent L. I. *de thermis Britannicis* (*b*).

De libris Galeni *qui non exſtant* L. I.

Adnotationes in Celsum.

In Scribonium.

In *Galeni de ſanitate* L. VI.

Ej. *de ptiſana* l. I. Baſil. 1557.

Ej. *de parva ſphæra* l. I.

Ej. *ad Thraſybulum* l. I.

Caſtigavit *de compoſitione medicamentorum* L. XVII.

De ſimplicium medicamentorum facultatibus L. XI.

De placitis Hipp. & Platonis L. IX.

Περι ὑγιεινων Baſil. 1549.

De medendi methodo L. XIV.

Plurimoſque alios, quorum pleroſque non puto prodiiſſe.

§. CCLXXVII. Thaddæus Dunus.

Cardani diſcipulus, Locarnenſis helvetus tranſalpinus, ob religionem profugus, Tiguri in Helvetia fere vixit.

Ejus

(a) De *libris propr.* p. 134.
(b) p. 205.

Ejus ſunt *de ratione curandi per venæ ſectionem* l. III. Pariſ. 1544. 8. Tigur. 1570. 8. *. dedicatio tamen data eſt a. 1557. & liber tertius annum 1560. præfixum habet, & L. II. *in quo derivationis, revulſionis & evacuationis tota ratio exponitur* Tiguri excuſus eſt 1571. 8 Lind. 1579. 8. & denuo prodiit *nova conſtitutio artis revellendi, derivandi & ſimpliciter evacuandi per venæ ſectionem* Tigur. 1557. 8. 1560. 8. idem, ut puto l. II. In libris III, quos ſolos præſto habeo, primus jubet in inflammationis principio revellere, inflammatione facta derivare, in ſtatu dubio & revellere & derivare. Revulſionem ſemper vult per brachii venas fieri. Ob plenitudinem venam remotiſſimam ſecandam eſſe in brachio, ſi partes inferiores patiantur, in pede ſi ſuperiores. Ita intelligo, nam in hac ſui ſeculi loquacitate, non ſemper facile eſt, mentem auctorum perſpicere. In L. II Fuchsium refutat. In omni pulmonis & cordis morbo dextram axillarem ſecari debere. In Amatum, Fernelium, alios. Parvam venam ſecare inutile videri. Subjecta eſt *epiſtola* Fuchsii *apologetica*, quam noſter libro tertio refutat.

Ej. *epiſtolæ medicinales de oxymelitis facultatibus, curatione pleuritidis &, morborum articularium. De hemitritæo libellus. Miſcellaneorum de re medica* l. Tigur. 1555. 8. Lind. 1592. 8 *. De oxymelle jam a. 1551. ſcripſerat, eximium eſſe in morbis acutis medicamentum. De eodem auxilio cum Cardano *dialogus.* 2. *Epiſtolæ de podagra* ad J. P. Turrianum: 3. *de hemitritæo*; in Fuchsium: differe a tertiana continua. *Miſcellanea de diebus criticis*: *de pleuritide Anaxionis* Hippocrati dicta. Phrenitici præter ſpem ſervati hiſtoria. Contra facultates ignotas medicamentorum & contra empiricos. Allio in colica abſtinendum, ut flatuoſo. De mola & uteri ſuffocatione. Scorpionis ictum ligato digito, qui percuſſus fuerat, & data theriaca innoxium reddidit. Uterum non adſcendere. Pleuritis anni 1564. maligna & contagioſa fuit, quæ ex Anglia Tigurum venit, ejus utilis deſcriptio: alvus bono eventu ducebatur. Venam in pleuritide recte ſecari. In tertiana duplici, cum ſanguis de naribus ſponte manaret, venam puero 13. annorum feliciter ſecuit: fluxerant una vice quinque ſanguinis libræ, & in univerſum libræ 15. amiſſæ fuerunt. Cephalalgiæ Wurzianæ per inciſam arteriam ſanatæ teſtimonium. In cordis palpitatione vena ſecanda. De morbis cum delirio conjunctis. Lumbricus latus. Tremor. Thus non adſtringere. Hydropico robuſto in principio mali bene venam ſecari, non ita in eryſipelate. Fetum mortuum de utero balneo depulit, in quo helleborus albus erat & cyclamen, tum dato dictamno.

Ej. *muliebrium morborum omnis generis remedia ex* Diosc., Galeno, Plinio *barbaris & Arabibus collecta & diſpoſita* Argentor. 1565. 8. *. Ad quemque muliebrem morbum remediorum cenſus, ex veteribus compilatus, ordine alphabetico.

Ej. *de reſpiratione* l. Tigur. 1588. 8. *. Phyſiologica diximus: miſta ſunt aliqua practica. De apoplecticorum reſpiratione, & de eo morbo in univerſum. Paſſim in Galenum.

§. CCLXXVIII. Vidus Vidius.

Vidus Vidius ſenior, Florentinus, Francisci I. archiater, & profeſſor Pariſinus, deinde Piſanus. In *collectione chirurgica*, quam Pariſiis 1544. f. * edidit, huc hactenus revoces Hippocraticum libellum de *officio medici cum tribus commentariis.*

In *Chirurgia* a morte viri Venet. 1611. fol. *. edita, huc aliqua capita retuleris, evacuationes varias.

Poſthumi ſunt *de febribus libri* VII. & *Inſtitutionum medicarum* L. III. Florent. 1583. 4. Lind. Patav. 1590. 4. B. Tig. 1595. 4. Lind.

Ej. *de curatione generatim* P. I., *qua rerum præter naturam ad humanum corpus pertinentium cognitio ac curatio in univerſum traditur* Florent. 1587. 4. B. Tig.

De curatione generatim Partis ſecundæ ſect. II. ſ. *curatio omnium adfectuum ad quaſcunque corporis humani partes pertinentium* Venet. 1586. fol Tr. 1594. fol. nempe libri 35. ante mortem ab auctore editi, undecim vix inchoati, & a nepote Vido Vidio elaborati prodierunt Francof. 1596. fol *.

Secunda ſectio Partis ſecundæ Venet. 1586. 4. Non legi, ſed ex fragmento *de lue gallica* non diſplicet, etſi guaiaco plurimum tribuit, & hydrargyrum venenatum fere invitus adhibet, quod adulta lues non alio auxilio poſſit ſuperari.

Ej. *ars medicinalis, in qua cuncta quæ ad corporis humani valetudinem tuendam & abſentem revocandam explicantur, per* V. Vidium *recognita, aucta.* Venet. 1611. fol. 3. vol. Francof. 1626. fol. 1645. fol. 1667. fol. in *operibus omnibus.* Hac *collectione* continetur præter priora *de ratione victus* L. VIII. de medicamentis L. VIII.

In operibus omnibus Francof. 1626. fol. Tomus I. continet *Inſtitutiones medicinæ*, l. de *tuenda valetudine generatim*, & *membratim* L. XIV. Tomus II. de *curatione generatim Partis primæ* libros XVII. partis *ſecundæ* libros XIII, de *curatione membratim* libros XI. Tomus III. de *ratione victus* libros VIII. de *medicamentis* libros VIII. præter anatomiam & chirurgiam.

§. CCLXXVIIII. Varii ad. A. 1544.

Emanuel (ſic lego in C. de V. catalogo) Brudus Luſitanus, Dionysii medici filius, qui in Anglia aliquamdiu medicinam fecit, *aromatibus* Salerni præfectus. Ejus eſt amplus liber *de ratione victus in ſingulis febribus ad Anglos* Venet. 1544. 8 *, quæ editio totidem paginis redit ib. 1559. 8. *. Prodiit etiam Tiguri 1555. 8. *. curante Gesnero, & Colon. 1579. 8. Ex veteribus: potiſſimum oſtenſum it, non debere ægrotis nimis tenuem victum præberi, & virium ſemper rationem habendam eſſe, jus etiam pulli ubique admittit. Abſurdam tamen Luſitanorum medicorum conſuetudinem improbat, qui febrientes a purgatione caponum & gallinaceorum pullorum carnibus alunt. Deinde monet, Anglis victum

nimis tenuem non debere imperari. Denique victus rationem per ſingulas febres tradit, & ad ſymptomatum modum. Febrium ſtadia, ſymptomata & criſes deſcripſit.

Ejus etiam viri partum eſſe Dionisium ſ. *dialogum circa quaſdam quæſtiones in medicina* 4. abſque anno Seguier.

Johannes Pollto Galeni *de purgantium medicamentorum facultate; de iis quos purgare oporteat, quibus medicamentis & quo tempore: de ptiſana* interpretatus eſt, & Pariſiis edidit 1544. 4. *.

Dionysius Fontanonus Medicus Monſpelienſis, circa a. 1544. obiit. Ej. eſt *practica medica, ſ. de morborum internorum curatione* l. III. editi a J. Renerio Lion 1599. 8. Tr. Libri IV. *adjecta epiſtola de priſcis & anatomicis & medicis eorumque ſcriptis & curandi methodo in præſenti praxi uſurpata* Lion 1550. 8. Gesner. Astr. 1556. 8. 1558. 12. Tr. Lind. 1574. 12. Tr. 1605. 12. Id. Francof. 1600. 8. 1611. 8. Non legi. Video venam e directo ſecare, non vero poſt quartum diem.

Caput *de morbo gallico* in Aloysii Luisini *collectione* redit, quo curationem morbi per guaiacum commendat.

Sixti Kepseri (Kescher Tr.) *conſultatio ſaluberrima de cauſis & remediis peſtiferi morbi Bambergam vaſtantis* Bamberg 1544. 4. Haenel. Linden.

Daniel Ulierd *epiſtola oſtendens medicum non corpori ſoli, ſed & animæ ſuppetias dare* Baſil. 1544. 4. Ej. apud Garetium eſt *conſilium*.

Andreas Alpagus, Bellunenſis, vir doctus, Armingardi Blasii *verſionem canticorum Avicennæ caſtigavit* Venet. 1555. fol. Serapionis *practicam* vertit, & Avicennam *de ſyrupo acetoſo* Venet. 1544. 1555. fol. Baſil. 1556. fol. L.

J. Gessler Ingolſtadienſis, *præſtantia ac dudum experta contra peſtem remedia, ex antiquis medicis excerpta* dedit Ingolſtad. 1544. L.

Thom. Phayre *a book of childern and regimen of life, a treatiſe of the peſtilence* Lond. 15 . 4. Ames. 1560 8. Ames 1596. 4. H

Johannis Thiebault *tréſor de remedes preſervatifs & curatifs de la peſte & des fievres peſtilentielles, des cauſes de la goute, de l'épilepſie, de l'apoplexie, de la pleureſie* Pariſis 1544. Pasch.

Zuarte Saraceno, medici, *recettario di* Galeno *ottimo e probato a tutte le infermità che accadono a gli homini e a le donne di dentro con remedio di conſervar la ſanita* Venet. 1544. 8. Gunz. Videtur eſſe Galeni opus de compoſitione medicamentorum ſecundum locos.

Bâtiment de receptes contenant cinq petites parties de receptoires Poitiers 1544. 8. Falc. Pariſ. 1546. 12. Falc.

Udalr. Summer *Regiment und Ordnung wie man ſich in den gefährlichen Zeiten der Peſtilenz halten ſoll* 1544. 4 Tr.

Kuch

Koch und kellerey von allerley Speiſen u. Getränken Francf 1544. 4. Tr.

Raoul de Monvert *fleurs & ſecrets de médecine* Id.

Ruberto *libro de Guiſados manjares y potages* Toledo 1544. 4. Falc.

Recenſet etiam antiquum librum *le vivandier pour apareiller toutes manieres de viandes par* Taillevent *queux du Roi* 4. Gothice Falc.

§. CCLXXX. Ad. A. 1545.

Johannes Curio Berkenſis.

Ejus & Jacobi Crellii *de conſervanda bona valetudine opuſculum ſcholæ ſalernitanæ* Francof. 1545. 8, Tr. 1551. 8. Id. 1557. Id. 15 9. Id. 1573. 8. Id. 1582. *. Eſt *ſchola ſalernitana* verſiculis germanicis reddita, cum amplo *commentario*, in quo vires medicatæ ciborum colliguntur.

Accedunt in editionibus 1551. 1557. &c. Anastasii *de ratione victus poſt inciſam venam*, Joach. Camerarii *victus & cultus ratio*; Othonis Cremonensis *declaratio ſimplicium*; Polybi tr. *de victus ratione*; Melanchthon *de moderatione cibi & potus*.

Ej. Hermotimi *nomine inſcriptus dialogus; in quo primum de corroborativo illo medicinæ genere agitur, deinde & de illo recens ex chymicis furnis nato eductoque altero* Baſil. 1570. 4. Boehmer.

Bartholomæus Moles. Ej. *ſpeculum ſanitatis, ſ. de ſanitate conſervanda l.* Salmanticæ 1545. 8. C. de V.

Nicolai Magni *de medicis pulveribus libellus* Pariſ. 1545. 8. *. Ex arabibus, Al. Benedicto aliis nuperis ad varios morbos ſcriptiones.

Vincentii Mustelii *admonitio de vitanda morbi peſtilentis contagione* Pariſ. 1545. 8. Falc.

J. de Avinnon *medicina Hiſpalenſis* Hiſpali 1545. 4. 2. vol.

Bernardinus Laredo, monachus M. D. obiiſſe dicitur a. 1545. Ejus *modus faciendi medicinam* prodiit Compluti 1612. *Metaphora medicinæ* C. de V.

J. Ant. Bozavotra *opus de venæ ſectione in uterum gerentis, adverſus negantes hujuſmodi auxilium pro cautione abortus* Pariſ. 1545. 4. Falc.

Ej. *apologia* ib. 1545. 4.

Ej. *tractatus quatuordecim medendi methodi* ex Galeno Neapoli 1549. 8. Lind.

Collectio Veneta 1545. 8. *. a Petro Gorræo Biturige collecta. *Praxis medicinæ quovis illuſtriori inſcribenda titulo. Acc.* Celsus *de natura & proprietate ciborum decerptus a* Petro Gorræo. *De urinis, ex optimis auctoribus.* Dioclis *epiſtola ad* Antigonum. *Ex Pauli* L. II. *de prægnoſcendis ægritudinibus.* Ej. *de tuenda valetudine de regimine vitæ per quatuor anni tempora.* Sunt receptæ ad omnes medicamentorum formas.

Idem

LINDENIUS cæterum JOHANNI GORRÆO *de urinis libellum* iisdem annis excuſum tribuit, qui fuerit hujus repetitio. Et auctor *Praxeos medicinæ* in mea editione anonymus eſt.

Idem fuerit opus, cui titulus *formulæ remediorum, quibus vulgo medici utuntur* Pariſ. 1560. 16. LIND. Lion 1584. 8. Genev. 1612. 12. LIND.

Ej. *diſcours des remedes aux maladies traduit par Jean* RIVIERE Pariſ. 1581. 16. TREW.

PET. PAULI PARAVICINI, Comenſis, *de Maſinienſium & Burmienſium thermarum hactenus incognitarum ſitu, natura & remediis* Mediolani 1545. 4. & in *coll. de Balneis* Veneta MANDOS.

Medicinæ praxis ſcripta ad uſum eorum qui ſe ad praxin conferunt Venet. 1545. 8. TR.

FRACISCI RABELÆSII *aphoriſmi Hippocratis recogniti & præſagiorum libri* III, & *de ratione victus acutorum* ll. 3. Lion 1545. 12. latine.

Inſtitution pour ſervir & guerir la peſte Paris 1545. 12. FALC.

ARISTOT. AVIC. GAL. ALBERTI *problemata* Strasb. 1545. 4. TR. Germanice.

CAR. de LAUNAY & JAC. de Ste. MARTE. E. *aeri peſtilenti convenit exſiccatio* Pariſ. 1545. BARON.

§. CCLXXXI. J. BAPTISTA MONTANUS.

Veronenſis, clinicus; profeſſor Patavinus, demum in villam ſe recepit: vir ſuo ævo ſummæ famæ, illuſtriſſimorum medicorum præceptor.

Pleraque ejus ſcripta poſt mortem viri prodierunt. EJUS ſunt *tabulæ in tres libros artis parvæ* GALENI, *per quas unuſquiſque uno intuitu totam artem medicam poterit contemplari* Patav. 1546. fol. LIND. Venet. 1558. fol.

Metaphraſis ſummaria eorum quæ ad medicamentorum doctrinam pertinent in ll. AETII AMIDENI Patav. 1550. 8. LIND. Aug. Vind. 1550. 8.

Ej. *de differentiis medicamentorum & cauſis diverſarum virium & facultatum in medicamentis, excerptus ex ore enarrantis in quartam partem primi libri* AVICENNÆ Witteberg 1551. 8. *. Edidit CASPAR PEUCER. Nihil ſe dicturum fatetur MONTANUS, niſi quod apud GALENUM ornatius dictum ſit; & certe promiſſis ſtetit. Ingenioſa & ſcholaſtica eſt ſermocinatio, nihil habens proprii, nihil publice utilis. Annum 1553. LINDENIUS habet, non bene, ut puto.

In *aphoriſmos* HIPP. *lectiones* Venet. 1553. 8. & in L. II. ab 1554. 8. TREW.

Ej. *explanatio eorum quæ pertinent ad tertiam partem de componendis medicamentis* Venet. 1553. 8. LIND.

Ej. *de excrementis* l. II. *utiles ad cognitionem: libri II. prognoſticorum* HIPPO-
CRATIS, *unus de fæcibus, alter de urinis* Patav. 1554. 8. *. Pariſ. 1555. 16.
ID. & in *Gynæciis* hic cum tr. *de morbo gallico. De excrementis* l. II. *num medi-
camenta æqualia ſint* l. I. *De morbo gallico* l. I. Venet. 1516. 8. TR.

*Quæſtio examinans quomodo medicamentum dicatur æquale aut inæquale, videli-
cet calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum* una cum priori editione Patav. 1554.
8. *. Idem ſemper libri ſapor eſt.

Ej. *ſummaria declaratio eorum quæ ad urinarum cognitionem maxime faciunt, ita ut urinarum vel pulſuum obſervatio certiores notas ſalutis vel mortis medico præbeat, utilis enaratio* FRANCISCI EMERICI 1552. 4.

Ej. *opuſcula de characteriſmis febrium, quæſtio de febre ſanguinis. De uterinis
affectibus* a VALENT. LUBLINO *collecta* Venet. 1554. 8. *. 1564. 8. TR. Ite-
rum *prælectiones*. Libellus *de uterinis affectibus* ſeorſim prodiit Pariſ. 1556. 16.
LIND. & *in Gynæciis* BAUHINI & SPACHII, cum duodecim de eadem re conſiliis.
Sapor omnibus idem. Generalia omnia, propriæ adnotationis nihil.

Ej. *explicatio locorum medicinæ ſine quorum intelligentia eam nemo recte poteſt exercere* Pariſ. 1554. 12. TR.

Ej. *in I. fen libri I. Canonis* AVICENNÆ *explanatio, collecta a* VAL. LUBLINO Venet. 1554. 8. GUNZ.

Ej. *in tertiam* L. I. *epidemicorum ſectionem explanationes a* VALENTINO LUBLINO *collectæ* Venet. 1554. 8. TR.

Ej. *in artem parvam* GALENI *explanationes ab eodem collectæ* Venet. 1554. 8. LIND. Lion 1560. 12.

Ej. *in nonum librum* RAZIS *ad Almanzorem enarratio* a VAL. LUBLINO edita Venet. 1554. 8. ZOCHA TREW. Baſil. 1562. 8. TREW. integritati reſtituta a J. CRATONE.

Ej. *explanatio eorum quæ pertinent tum ad qualitates ſimplicium medicamentorum, tum ad eorumdem compoſitionem* Venet. 1555. 8. LIND.

Ej. *in quartam Fen primi Canonis* AVICENNÆ *lectiones* (iterum) a V. LUBLINO *collectæ* Venet. 1556. 8. GUNZ.

Ej. *in* GALENI *libros de arte curandi ad* GLAUCONEM *explanationes* Venet. 1554. 8. TR. Lion 1556. 16. TR.

Ej. *conſultationum medicinalium Centuria I. collecta* a VALENTINO LUBLINO Venet. 1556. 8. TR.

Ej. *in ſecundam Fen primi Canonis lectiones, de cauſis, ægritudinibus, accidentibus, pulſibus & urinis* a FRANCISCO SEGOLOTTO collectæ Venet. 1557. 8. GUNZ. TR.

Ej. *conſultationes medicæ de variorum morborum curationibus opera* HIER. DON-

zellini & Phil. Becchii *congeſtæ* Baſil. 1557. 8. Lind. Noriberg 1559. f. Id. Lego etiam *conſultationes medicinales in duos ll. diſtinctæ* cura H. Donzellini & Phil. Becchii ſumma cura D. Reineri recognitæ. An ejus Reineri *conſiliorum medicinalium ll. duo* Lion 1560. 12. Tr. Deinde Montani *conſult.* duplo auctæ a J. Cratone prodierunt Baſil. 1583. f. Tr. Diſtinguit Lindenius hanc editionem ab alia editione 1583. fol. abſque loco edita, aucta ex Ludovici Du Moulin codicibus, quæ exſtat in *B. Bern.* & quam ab Hieronymo Schweiker Tyrolenſi novis conſiliis dicit auctam eſſe, etiam Francof. excuſam 1587. f. Ampliſſima eſt collectio; conſilia non adeo fuſa, ut eo ævo ſolebant, tota ut exſpectes Galenica. Intercedunt conſilia Fracanzani, Frisimelicæ, Vesalii. Eventus deſunt.

Ej. *opuſcula varia ac præclara, quibus tota fere medicina methodice explicatur, opera* Hieronymi Donzellini *in duo volumina digeſta* Baſil. 1558. 8. 1565. 8. Lind. Pariter aliqua aliorum ſcriptorum admiſcentur. Continetur eo volumine methodus medicinæ univerſalis. Idea doctrinæ Hippocraticæ. De ſucco melancholico & atra bile. De generatione pituitæ. De coctione & præparatione humorum. De elementis & victus ratione ſententia Montani a J. Cratone expoſita. Aquas deſtillatas ex herbis calidis eſſe frigidas.

In T. II. de differentiis medicamentorum ac de qualitatibus ſimplicium medicamentorum & compoſitione commentarius a Vincentio Casali receptus, dictante Montano. Quæſtio quomodo medicamentum dicitur æquale vel inæquale &c. De characteriſmis febrium. De febre ſanguinea. De febre hectica. De febribus peſtilentibus. De excrementis L. II. De morbo gallico. De uteri adfectibus.

Iſte de gallico morbo tractatus, & conſultationes aliquæ de eodem morbo, exſtant in *collectione* Luisini. Guaiacum veram eſſe hujus morbi antidotum: Chinæ enim radicem ſe non eſſe expertum. Hydrargyrum peſſimum eſſe venenum, ſe juniorem eo uſum, infideles obtinuiſſe curationes, alios ægrotos in epilepſiam incidiſſe.

Ej. *medicina univerſa ex lectionibus ejus cæteriſque opuſculis tum impreſſis tum ſcriptis collecta, in tres tomos digeſta, opera* Martini Wendreich Francof. 1587. fol. 3. vol.

Ej. *problematum partim phyſicorum partim medicorum* L. I. opera Martini Wendreichii Witteberg 1590. 8. Tr.

Ej. in Galeni *libros de elementis, de natura humana, de atra bile, de temperamentis Perioche methodica, edente* J. Cratone Hanau 1595 Lind.

Ej. *idea doctrinæ Hippocraticæ de generatione pituitæ: de melancholico humore: de coctione & præparatione humorum: de victus ratione, edente* J. Cratone Baſil. 1555. 8. *. Cum Alfonsi Bertocii *methodo curativa* Francof. 1621. 8. Theoriæ meræ.

De morbo gallico codex eſt in B. Vindobonenſi, & multos viri codices habet C. Wolfius.

Aetii *libros IV.* latine verterat Baſil. 1535. fol.

Conſilia pluſcula ſunt in *centuriis IV. curationum* G. H. Welschii. Lapidem lazuli tamen ut inutilem rejicit.

§. CCLXXXII. Varii anni 1546.

Aloysius Trissinus, Vicentinus, immatura morte Ferrariæ abreptus eſt, Pomp Trissinus in *vita.*

Ej. *problematum medicinalium libri* VI. *ex* Galeni *ſententia* prodierunt Baſil. 1546. 8. Gesn. 1547. 8. Lind. 1548. 8. ib. Patav. 1629. 8. *. Ex dedicatione putes anno 1542. & Ferrariæ prodiiſſe. Præter multas phyſiologicas quæſtiones, habet etiam ſemeioticas, pathologicas, diæteticas, nihil vero proprii. Formam problematum Aristotelis imitatus eſt.

Benedicti Rinii, Veneti, *conſilium de morbo gallico* poſt a. 1545, & forte a. 1546. ſcriptum, in Luisini *collectione* repetitum. Unguentum mercuriale deſcribit, potiſſimum tamen guaiaci uſum laudat.

Idem Avicennæ LL. *canonis & cordialium Cantici lucubrationibus illuſtravit* Venet. 1544. Lion 1577. 12. fol. Baſil. 1556. fol.

M. Antonii Montisiani ſ. geminianenſis *quæſtiones medicinales adverſus nonnullos antiquos & noſtræ ætatis medicos* Venet. 1546. 4 Falc. Lion 1557. 16. *. cum Bucio. 1577. 12. ut lego. Quæſtiones ſunt 24 Paſſim de verſione Gazæ minus genuina; adverſus Leonicenum multa, de cauſa continente, de cura phlegmonis cum plenitudine, de febre adverſus Fuchsium, adverſus Curtium & Thurinum in omnibus putridis ſanguinem mitti debere, frigidum potum proprie febrem tollere, plethoram venæ ſectione anferri, humorum corruptionem per purgationem.

Ej. *de ſanguinis miſſione in morbo laterali concluſiones* Florent. 1556. 8. *. Contra Thurinum In latere adfecto venam conſtanter ſecari debere; ſi unquam altero in latere Galenus ſecari juſſerit, in eo caſu ad ſolam vacuationem reſpexiſſe.

Marci Antonii Severini *quæſtiones medicinales adverſus nonnullos antiquos & noſtræ ætatis medicos* Venet. 1546. 12. Lion 1556. 16. Lind.

Lucæ Gaurici, celebris Aſtrologi, *ſuper diebus decretoriis axiomata ſ. aphoriſmi, grandes utique ſententiæ brevi oratione comprehenſæ. Enucleavit idem* Hippocratis & Galeni *theoremata* Rom. 1546. fol. Trew.

Joh. Werneri *canones breviſſimi & doctiſſimi complectentes præcepta & obſervationes de mutatione curæ* Noriberg 1546. 4. Riv.

Ej. *therapeutica ſ. ſanitatis reſtituendæ artificioſa ratio* L. II Francof. 1596. 8. Lind.

Alphonsus Gomes, medicus Hiſpalenſis. Ejus eſt *de humorum præparatione contra Arabes tractatus* Hiſpali 1546. 8. C. de V.

Francisci Cassani *de ſectione venæ in pleuritide* Patav. 1546. 8. Venet. 1562. 8. L. Pro venæ ſectione e directo.

Guill. Dassonville *traité contre fievres peſtilentielles, boſſe, anthrax & autres maladies de épidemie* Paris 1546. 12. Falc.

Christophori Balista *de re medica* Tigur. 1546. 8.

Pharmacopœa Lugdunenſis 1546. 12.

In *Antidotarium* Johannis f. Mesvæ *cenſura*, opus medicinæ ſtudioſis neceſſarium Lion 1546. 8. Schulz.

Hieron. Stark *von dem Gebrauch des aderlaſſens, des ſchrepfens u. der Arzneyen* Nurnb. 1546.

Christiani Torchill Morsiani *de peſtilentiæ cauſis & præſervatione* Hafn. 1546. 1552. 1619. Barth.

Mich. Mares & J. Hervee *Ergo venus morbos gignit & expellit* Pariſ. 1546.

J. le Gay. & Simon de Gurges *E. natura morborum medicatrix* Pariſ. 1546. Baron.

§. CCLXXXIII. Donatus Antonius ab Altomari.

Profeſſor Neapolitanus. Ejus *methodus alterationis, concoctionis, digeſtionis, præparationis, ex* Hippocratis & Galeni *ſententia* Venet. 1547. 4. Lion 1548. 12. Lind.

Ej. *ars medica, ſ. de medendis corporis humani malis* Neapoli 1553. 4. Tr. Venet. 1558. fol. Trew. 1559. Gesn. Lion 1559. 8. Lind. Venet. 1560. 4. *. 1565. Lind. 1597. 4. Lind. 1600. ib. 1670. 4. Neapoli 1661. 4. Id. Harderovic. 1656. 8. Quæ legi, ex veteribus collecta utilitate carent, etſi ſunt fuſiſſima.

Ej. *de medendis febribus* Neapoli 1555. 4. Lind. Venet. 1562. 4. Tr.

Ej. *nonnulla opuſcula nunc primum in unum collecta & recognita. Acc. de ſanitatis latitudine tractatus & tabula* Venet. 1561. 4. Tr 1570. 4. Gesn.

Ej. *de mannæ differentiis ac viribus atque eas dignoſcendi via & ratione* Venet. 1562. 4. *. In botanicis diximus p. 331. 332. Calabrinam mannam bonam eſſe.

Ej. *de vinaceorum qualitate* Neapoli 1562. 4. Trew.

Ej. *opera omnia in unum collecta, ab* Auctore *recognita & aucta* Lion 1565. fol.

fol. Tr. Neapoli 1563. fol. Venet. 1574. fol. 1600. fol. Continet L. *de utero gerentibus*, quod pro præſervatione abortus venæ ſectio non competat ex Hippocratis & Galeni ſententia. *De ſedimento*: *Quod exquiſita tertiana* ad eorumdem ſententiam *in acutorum morborum numero contineatur*: *De peſtilenti febre*: *de vinaceorum qualitate & uſu*. Tum priora omnia.

§. CCLXXXIV. Varii Anni 1547.

Hieronymi Gabuccini, Faneſtris, *de lumbricis alvum occupantibus, ac de ratione curandi eos, qui ab illis infeſtantur, commentarius* Venet. 1547. 8. Tr. Lion 1549. 16. *. *Epiſtola* Gentilis Arnulphi ad auctorem data eſt a. 1542. Codices M. S. Græcos habebat, & paſſim veram lectionem veterum conatur reſtituere. Deinde præter illa compilatitia, propria multa habet. Tæniam tamen vidit, quæ ſaccus fuerit vermibus cucurbitinis plenus. Lumbricos raro in cadaveribus conſpici, ſemel ſe vidiſſe, hoc male. Animalcula hepatis ovilli, cucumeris ſemini ſimilia. Pleuritidem verminoſam Italis ſæpe dictam citat, & tæniam anno 1538. viſam prælongo roſtro & acuto, quæ inſtar vermis moveretur; vidit etiam lanuginoſos lumbricos & rubros, & quaſi bruchum vomitu rejectum. In medicamentis omnino inanis eſt.

Ej. *de comitiali morbo* L. III. Venet. 1561. 4. B. B. 1568. 4. Lind. Compilatio quidem hominis aſtrologicis ineptiis dediti. Aliqua bona. A Theodosio præceptore habet, in ovibus junioribus cavitatem intra ſinciput reperiri aqua plenam, quæ ovum capere poſſit, eam aquam in culpa eſſe, cur animal in gyrum circumeat. Oblivio ab epilepſia profecta. Eam epilepſiam in furorem tranſire, non in paralyſin.

Ej. *de podagra commentarium ad faciendam medicinam accommodatum* Venet. 1569. 4. Lind. Lion 1547. 8. Tr.

Donatus a Mutiis in Galeni *interpretationes ſuper quatuordecim aphoriſmos Hippocratis dialogus* 1547. 4. B. B. Senex ſcripſit, nam anno 1509. Patavium reliquit, ſæviente bello Cameracenſi, & aliquamdiu Raguſii medicinam fecit. Galenum in aphoriſmis Hippocratis interpretandis ſæpe erraſſe. Adnotationes aliquæ. Raram eſſe quartanam hiemalem, eam redeunte vere evaneſcere. Ipſe ſæpe fulvas arenulas minxit, nulla cum calculi ſuſpicione. Sanaſſe ſe, cui in hernia inteſtinum ruptum fuerat. Hepar undique ſcirrhoſum aqua plenum ſe vidiſſe, quæ inciſo viſcere manaverit. In pleuritide peccari, quod ſanguis nimis parce mittatur. Ideo ſe eum morbum feliciter curare, quod & tempeſtive ſanguinem mittat, & quantum ſatis.

Bernardinus Paternus, Salodienſis, profeſſor Ticinenſis, Piſanus, Patavinus. Ejus *de humorum purgatione circa morborum initia tentanda*. Ej. *tract. quod cœna prandio liberalior, etiam in catarrho ex antiquorum medicorum decretis eſſe debeat* Rom. 1547. 8. Spir. 1581. 8. *. 1587. 8. Tr. Inanis ſermocinatio, loca veterum collecta.

Vitam

Ej. *explanationes in primam fen I. Canonis Avicennæ a* Bernardino Caio *in lucem editæ* Venet. 1596. 4. Tr.

Ej. *conſilia medica in* Scholziana *collectione* Francof. 1598. fol.

Ej. *conſilium de balneis Aquenſibus apud aquas Statiellanorum*, in opere *de balneis* Veneto excuſum.

Ej. conſilia aliqua apud Welschium in *centuriis* IV. *curationum de peſte &c.* 1036.

Vitam habet Thomasinus in elogiis.

Victoris Bonagentis, medici Veneti, *commentarius de concoctione, cum app. de imminutione humorum in morborum initiis.* Ej. *epiſtola ad* M. Antonium Amulium *de ordine eduliorum & portione prandii & cœnæ* prodiit Venet. 1549. 8. *. Adjecta eſt prior ad Victorem Bonipertum *diſputatio de inveniendis medicamentis, quæ minorativa vocant.* Tenuem humorem per ſpiritus vitalis vim incraſſari. Purgantia in humore crudo refutat, venæ ſectionem defendit. Data eſt a. 1547. Hanc ſuam ſententiam in commentario defendit, per auctoritates omnia. In *ep. de cœnæ & prandii ratione*, contra M. Curtium dicit, cui mors Clementis VII. fuerit imputata, cui perſuaſerit, jam ſeni, cœnæ & prandii rationem mutare, & cœnam facere uberiorem.

Ejusd. *problemata X. de peſte* Venet. 1556. 8. Lind.

Galeni *de criſibus interprete* Hieronymo Boniperto *cum adnotationibus errorum fere 300, qui in aliis hujus libri verſionibus reperiuntur.* Acc. Ejusd. Boniperti *quæſtio, an expedit humores non concoctos, neque furioſos, ſed multitudine ac mala etiam qualitate peccantes inter morborum initia cum purgante medicamento minorare, nec ne* Venet. 1547. 4. Gunz. Per purgantia materiam turgeſcentem, non per venæ ſectiones expurgari debere.

Ej. *practica empirica* Ulm 1676. 4. cum J. H. Welsch. *curationibus exoticis* & in *chiliadibus* obeſitas aceto calido ſuperata.

Francisci Geocrini *apologia in* Victorem Bonagentem, *qua refutantur, quæ adverſus* Hier. Bonipertum *ſcripta ſunt de minuendis humoribus in morborum initiis* Venet. 1547. Gesner Bibl.

J. Petri Merendæ *ratio evacuandi* Baſil. 1547. 8. Falc. 1555. 8. Lind.

Ej. *Commentarius de ratione victus in acutis* Baſil. 1556. 8. Lind.

Ej. *Conſilia in* Scholzii *opere.*

J. Hortensius medicus Pariſinus anno 1547. obiit. Ejus vitam dedit Ægidius Menage a. 1675. cum aliis.

Davidis Finariensis *de la nuiſance que le vinaigre porte au corps humain* Pariſ. 1546. 12. ut intelligo Falc.

Ej.

Ej *traité de la nuiſance que le vinaigre porte au corps humain pour réfutation des raiſons de* Batt. des Caviglioles anno forte 1547. 8.

Medici antiqui omnes, qui Latinis literis diverſorum morborum genera & remedia perſecuti ſunt, Celsus, Scribonius, Soranus, C. Plinius Secundus, L. Apuleius, Ant. Musa, Æmilius Macer, Strabus Gallus, Cælius Aurelianus, Theodorus Priscianus Venet. 1547. fol.

Eustachii de Pernis *in librum* Galeni, *quos purgare oporteat, quibus medicamentis, & quo tempore* Neapol. 1547. 4. Mongitore.

Miguel Geronimo Valeritinus. Ej. *prima primi canonis Avicennæ ſectio* Valenciæ 1547. 8.

Ej. *de pleuritide commentarium* . . .

Sebastiani Scrofa verſio Galeni *de ſuccorum bonitate & vitio cum* J. Alexandrini *caſtigatione* prodiit Lion 1547. 16. *.

Francisci Record *urinal of phyſik* London 1582. 8. 1599. 8. 1665. 8. Osb. Dedicatio eſt anni 1547.

Florent Jacquart & Jacobi Goupyli *Non E. crudi humores medicamento purgandi* Pariſ. 1547. Bar.

§. CCLXXXV. Johannes Langius.

Lange, Leobergæ Sileſiacæ natus, ex ſchola Italica prodiit, peregrinator, archiater Palatinus, vir doctus.

Ej. *medicum de re publica ſympoſium* prodiit 1547. 8. Boehmer. Redit in III. *Centuria Epiſtolarum.* In urinoſcopos. Varia de rebus medicis. Laudes medicinæ. In ſeplaſias & medicaſtros, chirurgos medicinam facientes, Judæos.

Ej. *Epiſtolarum miſcellanea varia & vera* Baſil. 1554. 4. Tr. epiſtolæ 83.

Secunda epiſtolarum miſcellanea Baſil. 1560. 4. Trew.

Editio *epiſtolarum* Francofurtenſis continet *epiſtolas* 144. & *librum tertium de remediis ſecretis.* Hæc editio ſæpe recuſa eſt, etiam Hanau 1605. 8. *. Varia eruditione plenæ epiſtolæ. In chirurgos & pſeudomedicos. Pro morbis totius ſubſtantiæ. Pharmaca humores non concoquere, niſi naturalis calor prævaluerit. In peſte utique & venæ ſectionem locum habere poſſe, & purgantium mitiorum uſum. Sudorem Anglicum ſpeciem febris eſſe typhoideæ. Male febrientes a medicis ſiti torqueri. Fœtida hyſtericis offerri non probat. Nivatam aquam putat ſtomacho nocere. Exempla zonæ eryſipelaceæ. Contra aſtrologos & ephemeridum ſcriptores, qui in medica præcepta ſe male inmiſcent. Cultellos, ferramenta, clavos, capillos in ventriculo homines repertos, qui per magicas artes vomebat

In

In principio febrium utique alvum ducendam. Exempla vomitus ſanguinei ſalutaris. Cruor a morte fluens. Oſſium in morbo gallico apoſtemata; hunc morbum ortum duxiſſe ex ſiderum configurationibus, nunc mitigari, poſtquam eæ conſtellationes ſævire ceſſent. Contra uſum hydrargyri. Plumbeos canales non bene probat. A cantharidum abuſu urina cruenta, eam ut curet. De veterum exercitiis nonnullis. Cœnam poſſe uberiorem eſſe. Multa ad rem cibariam. Saccharum noſtrum veteribus innotuiſſe. De variis carnibus & aromatibus Indicis. In Judæos medicos. Pro clyſteribus.

In L. II. de medicinæ origine, hiſtoria, & bibliothecis. Gonorrhœa triplex. Picæ rariora exempla. Morbi novi, ſcorbutus, febris lenticularis. Varia medicamenta. Peſtis ut a ſynocho diſtet. Inedia triennalis puellæ Spirenſis, accurate deſcripta. Medicamenta aliena. Pus de variis viſceribus per lochia expurgari. Noxios humores recte per venæ inciſionem aut purgationem minui. Syrmaiſmus Ægyptiorum. Utique venæ ſaphenæ inciſionem menſes obſtructos ſolvere. Calculi in tonſillis concreti curatio.

In L. III. formulæ priorum medicamentorum eo tempore ſecretorum, quibus noſter multum tribuit. Tremor brachii & concuſſio.

Ej. *de ſyrmaiſmo & ratione purgandi per vomitum ex Ægyptiorum inventione & formula & de ſalubri uſu caſei* Pariſ. 1572. 8. Lind. 1607. Morell. Vide titulum ſimilem in L. III. *epiſt.*

Ej. *de ſcorbuto epiſtolæ duæ* Francof. 1624. 8. Lind. 1654. 4. B. Tig.

Ej. *conſilia & experimenta cum* G. H. Welschii *Conſil. med. cent.* IV. Ulm 1676. 4. 1698. 4. *.

Ej. *Generalordnung wie man des peſtilenzialiſchen Fiebers remedia præſervativen u. curation gebrauchen ſoll*, acc. *allegoria* Eustachii *in* Homerum *de cauſis peſtiferæ contagionis* Heidelberg 4. Trew.

§. CCLXXXVI. J. Alexandrinus.

Julius Alexandrinus a Neustain, Tridentinus, Archiater Cæſareus. Ej. *enantiomata ſexaginta quatuor* Galeni, *cum encomio* Galeni Venet. 1548. 8. *. Contrarias Galeni ſententias conatur conciliare. Pleraque clinica ſunt. Fuſe de venæ ſectione & ejus varia utilitate, de venæ ſectione introrſum revocante, extrorſum educente, de revulſione, derivatione: fuſiſſime de victu adtenuante, humectante. Emmenagoga. Jecoris œdema. Num in acceſſionis augmento nutriendum. Ex Hippocrate & Galeno collectanea. Galenum laudat, quod deſiderata ſuppleverit, quæ Hippocrates intentata reliquerat, ut pulſuum doctrinam.

Ej. *Anti Argenterica pro* Galeno Venet. 1552. 4. Lind.

Ej.

Ej. *interpretatio* Johannis Actuarii *de affectionibus & actionibus ſpiritus animalis* Venet. 1554. 4. Lind.

Ej. *de medicina & medico dialogus libris V. diſtinctus* Tiguri 1557. 4 * Fuſiſſima ſermocinatio & apologia pro medicina & medicis. L. II. iterum de arte medica generalia aliqua. L. III. aliqua ad hiſtoriam medicinæ, de ejus origine & nobilitate. L. IV. quæ artes ad medicinam requirantur. L. V. operum Galeni cenſus & ordo legendorum, ſic Avicennæ. Leges aliquæ prudentiæ medicæ in univerſum.

Ej. *pædotrophia carmen* Tiguri 1559. 8.

Ej. *epiſtola ad Matthiolum de expurgatione vomicæ pulmonis, de auctore libri de theriaca ad* Pisonem. *Animadverſiones aliquæ in* Galenum *conſideratæ:* inter epiſtolas Matthioli.

Ej. *Anti Argentericorum ſuorum adverſus* Galeni *calumniatores defenſio* Venet. 1564. 4. Lind.

Ej. *ſalubrium, ſ. de ſanitate tuenda* L. 36. Colon. 1575. fol. *. Fuſiſſima diætetica, ex antiquis repetita. Cratonem collegam paſſim pungit.

Ej. *epiſtola ad* Andream Camutium *de quatuor dubiis;* I. *an in tertiana intermittente altera die ſanguis mittendus.* II. *an ſanguis in bilioſis maxime abundet.* III. *an in declinatione ratione imminentis alterius morbi principii ſanguis mitti poſſit* IV. *num piper ad jecur perveniat* Florent. 1580. 4 Lind. ſed mea editio eſt 1578. 8. *. Non expedire ſanguinem mittere. Phrenitidem ex Pleuritidis metaſtaſi natam vidit. Sena ſe non uti in tertiana febre.

Ej. *in* Galeni *præcipua ſcripta annotationes, quæ commentariorum loco eſſe poſſint* Baſil. 1581. fol. Lind.

Ej. *epiſtola apologetica ad* Remb. Dodonæum Francof. 1584. 8. *. Botanici fere argumenti.

Ej. *conſilia medica.* In *collectione* Scholziana.

§. CCLXXXVII. Varii ad A. 1548.

Johannes Placotomus, vero nomine Bretschneider, profeſſor Regiomontanus. Ej. *diſputationes quædam phiſolophicæ & medicæ in Academica Regiomontana propoſitæ* Witteberg 1548. 8. Haenel.

Ej. *oratio diſcendi præcipue medicinam* Lipſ. 1552. 8. Lind. Argentor, 1607. 12. cum J. G. Schenkii *enchiridio.*

Ej. *de deſtillationibus chemicis epiſtola ad medicos Florentinos. Diſp. de cauſa conjuncta, & temperamento ſantalorum & camphoræ: venæ ſectione in omni pleuritide: odoribus* Francof. ad Viadr. 1553. 8. & 12. Lind.

Ej. *Pharmacopœa in compendium redacta* Antwerp. 1560. 8. Lind. Lion 1561. 8. Bodl.

Ej.

Ej. *de ſanitate tuenda doctrinæ* Elbing 1559 8. Antwerp. 1560. 12.

Ej. Polybus *de diæta ſalubri translatus, ſcholiis illuſtratus & doctrina de tuenda ſanitate, & diſputationes quædam ſcholaſticæ & philoſophicæ* Placotomi Antwerp. 1561. 12. Gunz.

Ej. Hippocratis *aphoriſmi in locos communes redacti ordine doctrinæ compoſitivæ. Sententiæ ex* C. Celso *excerptæ.* Galeni *exhortatio ad bonas artes diſcendas* Antwerp. 1562. 12. Lind.

Ej. *commentarii in* Helii Eobanii *de tuenda bona valetudine libellum* Francof. 1551. 8. 1556. 8. *. 1564. Pl. 1568. 8. Lind. 1582. 8. *. Pariſ. 1533. 8. *. 1555. 12. Collectio eſt libellorum. Commentarii ex ſeculi genio.

Porro una exſtat in editt. meis poſterioribus Placotomus *de natura cereviſiarum, etiam varie medicatarum, & de mulſa, de ebrietate, de cauſa conjuncta.* Ib.

Inde *Encomium medicinæ* Erasmi *ab* Eobano elegis *redditum.*

Georgii Sturziadæ *chorus inſignium medicorum quaternis verſibus a* Georgio Sturtziade *pictus, per* Eobanum, & alia Eobani. Strabi poema & carmen Fieræ.

Ej. *diſpenſatorium utiliſſimorum hoc tempore medicamentorum diſciplinam continens* Lion 12. Prætor, & cum *ſcholiis* J. Ludovici Bertaldi Turin 1614. 4. *. quo loco dicetur.

Continet etiam *modum collegiandi, catalogum ſuccedaneorum, & plantarum uſu venientium cum viribus medicatis.*

Camilli Thomai, Ravennatis, *Rationalis methodus ac compendioſa ad omnes fere curandos morbos internarum partium humani corporis* Venet. 1548. 8. Lind. 1554. 8. Id. 1555. 8. *. Pariſ. 1550. 12. Id. Francof. 1598. 8 Id. 1626. 8. Id. Inanis labor.

Ej. *de medendis febribus humoralibus atque earumdem accidentibus; de hectica, nec non de nonnullis febribus peſtilentialibus commentariolus* Venet. 1542. 12. Lind.

Michael Joh. Pasqual, ex diæceſi *Dertoſana*, *practica di chirurgia* 1548. Saragoſſa 1581. fol. C. de V.

Ej. *morborum internorum omnium & quorumdam externorum curatio, brevi methodo comprehenſa* Valentiæ 1555. 8. Id. Inde cum titulo *Praxis medica, ſ. methodus curandi* Salmantic. 1563. 8. Lion 1585. 8. Lind. 1602. 8. Id. 1664. 8. Id.

Ej. *de morbo gallico* Venet. 1559. fol. C. de V. & in *collectione* Luisini. Ita C. de V., ſed in ea collectione tantum eſt caput de praxi medica excerptum, neque credit Astrucius, peculiarem librum ejus tituli & auctoris exſtare. Guaiacum, Sarſaparillam, Chinam commendat, & in morbo difficili hydrargyrum, intus eo uti vetat.

Ej. *regimento de la ſalud y de las infermidades de los rinnones* Pinciæ 1551. 4.

D. G. H.

D. G. H. L. M. & M. In C. Plinii *de naturali hiſtoria* ut I. II. Cap. L. XXX. *commentarius: adjecta de faſcinationibus diſputatio* Würzburg 1548. 4.

Christoph. Langton *de principalibus medicinæ partibus, ſ. rebus naturalibus, rebus non naturalibus, rebus contra naturam* Londin. 1548. 8.

Erve' Fayard Galien *ſur la faculté des ſimples medicamens avec des additions de* Fuchs & de Sylvius *& des antiballomenes* Limoges 1548. 12. Seguier.

Petrus Carrerius *in quæſtione an dentur venena ad tempus* cum *Conciliatore edita* Venet. 1548. fol. * ait carmina profuiſſe ad viperæ morſum. Epiſcopum Brixienſem longum poſt tempus a canis morſu rabidum factum. Dari adeo venena ad tempus. Valde ſcholaſtice.

Jac. Goupyli eſt verſio Græca Razis *de peſte* ex Syriaco Pariſ. 1548. f. *.

Edidit *ſcholia ad* Ambrosii Leonis verſionem Actuarii Pariſ. 1548. 8. Utrecht 1670. 8. *.

Et *ſcholia ad* Paulum.

Et Actuarium *de actionibus & adfectionibus ſpiritus animalis* græce edidit L.

Simon Thomas Galeni *de differentiis febrium libros recognovit & ad fidem Græcorum codicum pene totos alios fecit* Lion 1548. 16. L.

Caspari Nævii archiatri Saxonici, ex ſchola Italica, diſſ. *de miſſione ſanguinis quam venæ ſectionem appellant* Lipſ. 1548. 4.

Ej. *de ratione alterandi humores per medicamenta ad purgandum, atque earumdem evacuationum tempore* Lipſ. 1551. 4. Tr.

Ej. *conſilia* inter Brendeliana & Scholziana L. VII.

An alius eſt ejusdem nominis C. Nævius, cujus *diſputatio contra calumnias artis Hippocraticæ* a. 1664. Vaterus recenſet.

Martini Drembach ſ. Drembeck *de atra bile* diſſ. R. Thanmuller Lipſ. 1548. 4. Hef.

Ej. *quæſtiones medicæ novem cum concluſionibus & problematis* ib. 1553. 4. Id.

Ej. *decreta phyſica medica* ib. 1570. 4. Id.

Ej. *quæſtiones quatuor cum concluſionibus & problematis* ib. 1571. 4. Id.

Joh. Pontanus, prof. Regiomontanus. Ej. eſt in *Bibl. mea iter* MS. ad J. Sylvium per Poloniam, Ruſſiam, Boruſſiam, in quo paſſim quæ memorabilia viderat, vires etiam plantarum minus notas adnotavit, & medicamenta regionibus borealibus familiaria.

Ej. *methodus componendi theriacam & præparandi ambram factitiam* Lipſ. 1604. 4. * cum Wittichii conſiliis. Adnotationes ad ſingula medicamenta ſimplicia,

quæ

quæ theriacam ingrediuntur, non abſurdum certe opus. Aliqua medicamenta compoſita, alia.

EJ. *de prodigioſis epiſcopi Spirenſis jejuniis narratio* Bern. 1604. 4. * cum P. LENTULO. In ſecunda quadrageſima exſtinctus eſt, cum poſt primam convaluiſſet.

EJ. *Bericht was man in den ſchweren Peſtilenzbäulen zur Præſervation und Curation gebrauchen ſoll, durch* Jo. WITTICHIUM Lipſ. 1585. 4. TR. 1587. 4. HUTH. 1601. 4 *. Plurimæ antidoti & formulæ.

Aliqua *conſilia* prodierunt cum J. WITTICHII *conſiliis* Francof. 1604. 4. *; de more ſeculi, & longiſſimæ formulæ.

J. BALÆI *illuſtrium majoris Britanniæ ſcriptorum ſummarium in V. Centurias diviſum ad* a. 1548. Gippaſwick 1548. 4. B. BUNAV. & ad a. 1557. IX. *Centuriis* Baſil. 1559. fol. ib.

MICH. FENDII *oratio de dignitate & utilitate artis medicæ* Witteberg 1548. 8. TREW.

J. HUGUET & PETR. le COINTE *E. omne corpus ſanum aut ægrum* Pariſ. 1548.

NICOL. le GRAND & J. NOBLET *E. ut ceteræ febres, ita & peſtilentes methodo curantur* Pariſ. 1548.

CLAUD. BECQUET & HUGH. BABINET *E. ex natura morbi & partis remediorum diſtinctio* ib. 1548.

CLAUD. ROGER & GER. DENIZOT *non E. ſolius thoracis adfectus indicat reſpiratio* ib. 1549.

J. DUFRESNE & SIM. PIETRE *E. naturæ robur in triplicis ſubſtantiæ qualitate & quantitate ſitum eſt* ib. 1548.

§. CCLXXXVIII. VARII ad ANNUM 1549.

NICOLAUS MUTONUS, Mediolanenſis, *Luminarium majus ſ. aromatariorum theſaurum* edidit Venet. 1549. fol. *.

EJ. *de mithridatii legitima conſtructione collectanea* edidit MICHAEL DORING Jen. 1620. 8. *. Varietas utique formularum antidotorum ex veteribus, earum *ingredientia*, ut vocant, confectio & uſus.

GEORGIUS PICTORIUS, Villinganus, medicinam Enſishemii fecit. EJ. eſt *graduum compendioſa tabula* Baſil. 1549. 8.

EJ. *tuendæ ſanitatis ratio ſeptem dialogis per ſex rerum non naturalium ordinem ex*

ex ſummorum medicorum ſententia conſcripti. Acc. ſucciſivarum lectionum IX. dialogi. Carminum L. III. Baſil. 1549. 12. TR. 1554. 8. LIND. Pariſ. 1580. 12. L.

EJ. *ſermonum convivalium libri X. medicæ rei ſtudioſis valde utiles. Ebrietatis in exilium relegatæ threnodia. De pharmaca componendi ratione; medicinarum ſimplicium rectificatione, ſymptomatum purgationis hora ſupervenientium emendatione* L. II. *per* THEODORICUM ULSTERIUM *carmine conſcripti, per* G. PICTORIUM *ab interitu vindicati: acc.* Q. SEREN. SAMMONICUS Baſil. 1554. 8. TR.

EJ. *totius rei medicæ compendioſa traditio* Baſil. 1558. 8.

EJ. *medicinæ tam ſimplices quam compoſitæ ad pene omnes corporis humani adfectus, ex* HIPPOCRATE, GALENO, AVICENNA, ÆGINETA, *ordine alphabetico conſcriptæ* Baſil. 1560. 8. *. Secundum ordinem morborum medicamenta ex veteribus.

EJ. *de peſte & papulis puerorum libri* II. Baſil. 1555. 8. L.

EJ. *von der Peſtilenz* 1558. 8. LEHM.

EJ. *tuendæ ſanitatis methodus in gratiam omnium, qui minus exercentur* Antwerp. 1562. 16. cum *Schola Salernitana.*

EJ. *Baderbüchlein* Mülhauſen 1560. 8. & *Badefahrtbüchlein.*

EJ. *regulæ univerſales curationis morborum* 345. *aphoriſmis per* ARNOLDUM CATALANUM *conſcriptæ, commentariis* PICTORII *illuſtratæ. Evacuandi ratio* ANTONII GAZII *ſcholiis* PICTORII *illuſtrata. Conſolationes quatuordecim* &c. Baſil. 1565. 8. *.

EJ. *Leibesarzney* Francf. 1566. 8.

EJ. *γυναικονιτις Frauenzimmer ſ. nützliches Büchlein wie ſchwangere Frauen vor und nach der Geburt zu halten, und wie ſie alle weibliche Zufälle beſſern und ableiten ſollen* Francof. 1569. 8. 1593. 8. TR.

EJ. *Laßbüchlein* Francof. 1569. 8.

EJ. *opera nova in quibus practica* libris V. *complectitur, & in l.* MARSILII FICINI *de ſanitate ſtudioſorum ſcholia* Baſil. 1569. 8. TR.

EJ. *ſcholia in* MARBODÆUM, MARSILIUM FICINUM, ÆMILIUM MACRUM.

Locos communes in MESVEN dederat Baſil. 1545. f.

Multa alia opera PICTORII GESNERUS recenſet.

JOH. KATSCH, Hallenſis, *de gubernanda ſanitate ſecundum ſex res non naturales ex* HIPPOCRATIS & GALENI *locis* Lipſ. 1549. 8. RIV. Francof. 1557. 8. KOENIG. 1570. 8. * 1612. 12. brevis libellus ad ſeculi genium.

ANDREAS BUTTNER *de theriaca & mithridato Græcorum* 1549. 8. TREW. Theriacam ipſe vendebat, & negabat ad Græcorum præcepta poſſe parari.

EUSTACHII QUERCETANI *in l. Hipp. de natura humana comm.* Ej. in GALENI *de temperamentis* L. 14. *Scholia* Baſil. 1549. 8. TR.

HUGO SOLERIUS *ſcholia* dedit *in duos priores libros* AETII Lion 1549. fol. & in *principibus* STEPHANI.

SYLVESTRI BERNERI *quæſtio de coctione materiæ & potiſſimum bilioſæ* Lion 1549. 12. TR.

ALFONSUS LOPEZ (de CORELLA). EJUS eſt *enchiridion ſ. methodus medicinæ in qua Theoricæ & practicæ juxta Cl. auctorum dogmata dilucidantur* prodiit Saragoſſa 1549. 12. Valentiæ 1581. 16. L.

Ej. *de arte curativa* Stellæ 1552. 12. L.

Ej. *adnotationes in omnia ſcripta* GALENI Saragoſſa 1562. f. L. 1565. f. ID. Madrit. 1562. 4. ID. Saragoſſ. 1675. fol.

Ej. *naturæ querimonia* ib. 1564. 8. L. 1565. 8. L.

Ej. *de natura urinæ* ib. 1573. PL.

Ej. *de febre maligna ex placitis* GALENI ib. 1574. 8.

Ej. *de morbo peſtilente* Valent. 1581. 4. L. Saragoſſa 1584. 4. ID.

Ej. *catalogus auctorum qui poſt* GALENI *ævum* HIPPOCRATI & GALENO *contradixerunt* Valent. 1549. 12. L.

J. WERNHER *hypomnemata de admirandis hungariæ aquis* Baſil. 1545. fol. Wien 1551. 4. & alias WESZPR.

J. FRANCISCI ARMÆ *de pleuritide* Ferrar. 1549. 8. FALC.

Ej. *de veſicæ & renum affectus dignotione & medicatione l.* Bugellæ 1550. 8. FALC.

Ej. *de venenis l.* Turin 1557. 8. FALC.

Ej. *examen trium ſpecierum Hydropis* ib. 1566. 8. LIND.

Ej. *che il pane fatto con il decotto di riſo non ſia ſano* ib. 1569. MAZZ.

J. F. BOCHALINI *apologia adverſus aliquot* DONATI MUTII *in* HIPPOCRATEM & GALENUM *convicia, & de ſecanda vena in prægnantibus epiſtola* Brix. 1549. 8.

Ej. *de cauſis peſtilentiæ Venetæ anni* 1556. Venet. 1556. 8. LIND.

PASQUIL *antiparadoxe dialogue contre le paradoxe de la faculté du vinaigr* Lion 1549. 8. FALC.

WOLFGANG MEURER Alemburgenſis Miſnicus, Prof. Lipſienſis, *de catarrhis* Lipſ. 1549. 4. HEF.

Ej. *de vera corroborandi ratione* ib. 1555. 4. ID.

Ej. *quæſtiones cum problematibus* ib. 1556. 4. ID.

Ej. *recta medendi ratio* ib. 1562. 4.

Ej. *quibus hominibus, aut cui dare liceat medicamenta purgantia breviter & perſpicue diſſ.* ib. 1581. 4. ID.

Vita viri auctore WOLFGANGO HARDEK Lipſ. 1585. 4. TR. & a BARTH. WALTHER Lipſ. 1567. 8. B. BUN.

Ej. conſilia aliqua in collectione BRENDELII.

PH. AURIFABRI *nützliches und tröſtliches Regiment wider die anfallende Gift ſo dieſe Zeit regiert* Regiomont. 1549. 4. TR.

GUILIELMUS BRUNEL & PETRUS DESCHAMPS *E. lues Hiſpanica methodo curatur* Pariſ. 1549. ASTR.

ANT. le COQ (GALLUS) & CL. LEGIER *E. morbi vigor tenuiſſimum victum poſtulat* Pariſ. 1549. BAR.

J. de FROSET de VAL & PETRI le COINTE *E. decretoriorum dierum cauſa cæli aut lunæ motus* Pariſ. 1549. BAR.

VAL. HIERAULME & SIMON DUVAL *E. quot morborum ſpecies, tot ſunt medendi rationes* Pariſ. 1549.

JACOBI GOUPYLI & JACOBI CARON *E. propria ſingulorum in capitis doloribus curatio* Pariſ. 1549.

J. FERNEL & J. NOBLET *Non E. non eadem diſperſis morbis atque popularibus curatio* Pariſ. 1549.

VAL. d'EVE & ADR. LALLEMANT *E. ſcopus medendi in colico dolore a cauſa ſumendus* Pariſ. 1549.

§. CCLXXXIX. AD ANNUM 1550.

CAROLUS STEPHANUS, medicus, anatomicus, botanicus, vir doctus. Ej. *de nutrimentis* Pariſ. 1550. 8. *. Victus ratio in bona valetudine, inque morbis. Alimenta per ſingula, ex veteribus quidem, ſed latine & breviter. Alimenta ſecundum ſuos fines per claſſes diſtributa.

Ej. *prædium ruſticum* Pariſ. 1554. 8. 1629. 8. LIND. ſæpe recuſum (Bibl. Bot. I. p. 274.) & Germanice cum amplis augmentis, primum J. LIEBAULT, deinde M. SEBIZ ſenioris, tum GEORGII MARII & J. FISCHART Argent. 1576. fol. *. In hac editione l. I. continet medicamenta domeſtica ſ. euporiſta ad omne morborum genus, ſatis ampliter. In L. II. reperias morbos equorum eorumque curationem. In L. IV. condita & conſervas. L. VI. balſama & olea. L. XI. vina medicata. L. XIV. medicinam accipitrariam.

ANTONIUS MIZAULD (MIZALDUS) medicus & mathematicus, collector.

Ej. *Æſculapii & Uraniæ medicum ſimul & aſtronomicum ex colloquio conjugium harmonicum microcoſmi cum macrocoſmo* (ſ. cælo) *paucis figuris demonſtrans* Lion 1550. 4. Gesn. 1577. 8. Tr.

Ej. *Planetologia rebus aſtronomicis, medicis & philoſophicis referta* Lion 1552. (Gesner) 4. Lindenius annum habet 1551.

Ej. *de arcanis naturæ libri IV.* Pariſ. 1558. 8. editio III. aucta Tr.

Ej. *harmonia ſuperioris naturæ mundi & inferioris, una cum admirando fœdere & ſympathia rerum utriuſque* Pariſ. 1558. Lind. 1598. Id. ſi huc facit.

Ej. *memorabilium, utilium ac jucundorum Centuriæ IX. in aphoriſmos arcanorum omnium digeſtæ* Pariſ. 1566. 8. Lind. 1584. 8. Osb. Colon. 1572. 12. Trew. Francof. 1589. 12. Id 1592. Id. 1613. 12. Id. Ultimæ editiones appendice auctæ. Germanice *newhundert gedächtnüſswürdige Geheimnüſſe* Baſel 1615. 8. Tr.

Ej. *Mizaldus redivivus ſ. Centuriæ XII. memorabilium, utilium ac jucundorum, partim ex A. Mizaldo, partim ex aliis fide dignis excerptæ* Noriberg 1681. 12. Lind.

Ej. *opuſculum de Sena* Pariſ. 1572. 8. * v. *B. Bot.* I. p. 327. Vires medicæ ex Arabibus, Græcis (Actuario ſolo) & nuperis collectæ.

Id. Dioclis Carystii ad Antigonum R. *epiſtolam de morborum præſagiis & extemporaneis remediis* edidit Pariſ. 1572. 8. Lind. cum J. Langio *de ſyrmaiſmo* Pariſ. 1607. 8.

Ej. *Harmonia cæleſtium corporum & humanorum, dialogis undecim aſtronomice & medice elaborata* Pariſ. 1555. 8. Tr. Francof. 1589. 12. 1592. 12. 1613. 12 Lind. Nonne idem cum aliquo priorum.

Ej. *Memorabilium aliquot naturæ arcanorum ſylvula, rerum varias ſympathias & antipathias complectens* Francof. 1592. 12. Id.

Ej. *divers remedes & préſervatifs contre la peſte* Paris 1623. 12. Falc. Lion 1628. 8 cum libello B. Ellain.

Ej. *opuſculor.* T. I. Pariſ. 1604. 8. Secundus ib. & 1609.

Antoine du Moulin, Maconnois, *ſouverainetés contre toutes maladies traduites de* Marcellus Lyon 1550. 8. *.

Pamphili Florembeni *collectanea de febribus* Venet. 1550. 8. Lind.

Joh. Portesii *oratio de laudibus medicinæ* habita Pariſiis coram *facultate* in ſcholis medicorum a. 1548. Pariſ. 1550. 8. B. B. Panegyricus Hippocrati dictus, & defenſio medicorum adverſus Catonem.

Girolamo Calestani (Parmenſis pharmacopœi) *delle oſſervazioni* P. I. *nella quale con ogni facilità s'inſegna tutto cio che fa biſogno ad un diligente ſpeziale* Venet. 1562. 4. Trew. Scripſit anno 1550. (*a*), ſed mea editio eſt Veneta 1655. 4. *. Pars I. eſt de ſimplicibus; quorum catalogum amplum cum eorum viribus medicatis dat, & de modo ſiccandi & conſervandi: cum encheireſibus pharmacopolarum ſimplicibus, deſtillatione aquarum & oleorum &c. P. II. continet cenſum medicamentorum compoſitorum, ſyruporum, & reliquarum ex ordine claſſium hujus generis, & tr. de plantis, quæ eas compoſitiones ingrediuntur. Multa hic medicamenta reperias, quæ ſeculo XIV. & XV. in Italia receptiora erant quam noſtro. Multæ de præparatione lites. Ex conf. anacardina male parata mors. Abſurdum oleum vulpium.

Johannes Rodriguez, Algarbi, *reprehenſorium edictum contra pravos errores de ſecanda vena in pleuritide in baſilica ejuſdem lateris* Pace Julia (Badajoz) 1550, 4. C. de V.

Johannes Nabasquez (*b*) medicus Navarrus, edidit Mesves l. I. *ſ. methodum medicamenta purgantia deligendi & caſtigandi cum interpretatione & expoſitione* Sarragoſſa 1550. fol. C. de V.

Gabrielis Gabrielis in *quæſtionem* Hieronymi Boniperti *de materiæ imminutione in principio morbi, diſſolutione.* Ej. *de totius evacuandæ materiæ ratione perbrevis explicatio* Patav. 1550. 4. Riv.

Ferdinandus de Sepulveda, Secobienſis. Ej. eſt *manipulus medicinarum, in quo continentur omnes medicinæ tam ſimplices quam compoſitæ ſecundum medicorum uſum* Pintiæ (Valladolid) 1550. fol. C. de V.

Bartholomæus Maggius, Bononienſis, ſcripſit anno 1550 longiſſimum *conſilium*, in collectione Luisini recuſum, pro principe lue venerea laborante, qui quater decocto guaiaci uſus fuerat. Iterum ad guaiaci uſum redit.

Benedicti Textoris ex oppido *Pont de Vaux en Breſſe, de cancri natura & cura* Lion 1550. 8. Falc.

Ej. *de la maniere de preſerver de la peſtilencè & d'en guerir ſelon les bons auteurs* Lyon 1551. 8. *. Vidit tamen peſtem in noſodochio Genevenſi a. 1545. 1546, & hactenus deſcripſit. Aviculas nidos imminente peſtilentia deſeruiſſe. Præſervatio & curatio. Venam ſecat ad avertendum malum, neque pueris in univerſum parcit ad annum VII. Tunc purgat, formulamque docet, & theriacam dat. Signa carbonis & bubonis erupturi locique unde ſit erupturus. Venæ ſectio & venarum delectus. Aqua ex aceto & acetoſa ſtillans, Pariſinis medicis laudata. Tum calida omnia; & abſorbentia, & lapides pretioſi. Ipſe peſtem paſſus, ut bubo erumperet, lentiſſime ſanatus, abſque malo & ut orthoſtadios manſerit, & altum etiam montem conſcenderit ſtirpium cauſa.

Joh. Volat medici Bernenſis de peſte l. ad Textorem una prodiit.

(a) p. 54.
(b) Lindenio Nabascuez Ex eo in B. Bot.

JOH. ELYSIUS, Neapolitanus, dicitur *de curatione morbi gallici contra barbaros & vulgares empiricos* ſcripſiſſe circa a. 1550. Librum ASTRUCIUS non vidit.

EJ. *tr. de balneis totius Campaniæ, item Aenariæ inſulæ* Venet. 1553.

BLASII a VILLAFRANCA *methodus refrigerandi ex vocato ſale nitri vinum aquamque & potum omnis generis* Rom. 1550. 4. TR.

CASPAR PEUCER, Budiſſinenſis, MELANCHTHONIS gener, ob religionem reformatam diu in carcere latuit, & Serveſtæ demum obiit.

EJ. *de ratione diſcendi & præcipue medicinam* Lipſ. 1552. 8. B. BUN.

EJ. *de dignitate artis medicæ* Witteb. 1562. 8. 1590. 8, cum Melanchtonianis.

EJ. *de præcipuis divinationis generibus* Witteberg. 1553. 8. 1571. 8. *. 1572. 8. 1576. 8. TR. Serveſt 1591. 8. Francoſ. 1593. 8. TR. De prædictione medica, de ſomniorum interpretatione &c. Magna pars operis pathologica eſt & ſemeiotica.

EJ. *oratio qua continetur explicatio aphoriſmi Hippocratis* 42 *Partis II. de apoplexia* Witteberg 1560. 4. LIND.

EJ. *propoſitiones de hydrope, arthritide & pleuritide* Witteberg 1563. 4. RIV.

EJ. *medicina practica, ſ. methodus curandi morbos internos tum generalis tum particularis* Francof. 1614. 8.

EJ. *oratio qua continetur commonefactio de peſte quæ late per Europam vagatur* Witteberg. 1560. 8.

EJ. diſſ. *de coctionibus & anni ratione* Witteberg. 1554 8. TR.

EJ. *de epilepſia, pleuritide, arthritide* ib. 1570. D. A.

EJ. *de morbis contagioſis & deſtillationibus ex capite, de evacuationum generibus* Witteb. 1574. 4.

EJ. *de aſthmate* diſſ. Witteb. 1572. 4. RIV.

EJ. *oratio qua ei parentatum eſt* à SIMONE STENIO 1603. 4. B. BUN.

EJ. *carcerum & liberationis hiſtoria* opera CHRISTOPHORI PERELII edita Tigur. 1605. 8. ib.

J. BRENDEL *ſummariſche Erklärung auf* C. PEUCER *mit einführung ſeines Lebens und tödlichen Abganges*, Zerbſt 1603. 4. B. BUN.

HIERONYMI ODER *Raht und Arzney zu Verhütung und Rettung wider die Peſtilenz* Wittenb. 1550. 8. GUNZ.

INNOCENTIO RINGHIERI *dialoghi della vita e della morte* Bologna 1550. 8. d'ETR.

BER-

BERNARDINI MONTANNA *de la generacion nacimiento e muerte del hombre* Valladolid 1550. fol. N. ANT.

MATTHIAS CORNAX in *Medlau*, Medicus Regis Romanorum.

EJUS *eſt hiſtoria quinquennis fere geſtationis in ultero* Vienn. 1550. 4. *. Baſil. 1564. 8. *. Fetuum retentorum hiſtoriæ, qui aut omnino in utero matri commortui ſunt, aut per ulcus exierunt, aut opera demum chirurgi de ventre materna exciſi fuerunt.

Una prodierunt ſimilis argumenti *epiſtolæ* ÆGIDII de HARTOGHE & ACHILLIS GASSARI.

EJ. CORN. *medicæ conſultationis apud ægrotos ſecundum artem & experientiam ſalubriter inſtituendæ enchiridion* Baſil. 1564. 8. *. Generalia ex genio ſeculi. Aſtrologiæ nimis deditus fuit.

MARTINUS GREGORIUS, medicus Pariſinus, GALENI aliqua interpretatus eſt, & edidit *introductionem in pulſus* Lion 1550. 12. L. III. *de alimentorum facultatibus* & *de attenuante victus ratione* Lion 1555. 16. *.

EJ. *maniere de preparer le breuvage de la racine d'Eſquine, ſa vertu & ſa nature* Lion 1552. 16. VERD.

LAZARUS VOET tr. *de venenis* Venet. 1550. 12. OSMONT.

CLAUD. FABRI, medicus & aſtrophilus. EJUS eſt *paraphraſis in* GALENI *prognoſtica de decubitu infirmorum ex mathematica doctrina* Lion 1550. 8. LIND.

EJUS eſt etiam *paradoxe de la cure de la peſte par une methode ſuccincte contre l'opinion de ceux qui en ont écrit & pratiqué* Paris 1568. 8. *. RAST. Ex ſtatu cœli in a. 1568. magnam peſtilentiam indicit. Formulæ, antidoti, terræ, medicamenta compoſita. Se ante 20 annos experimenta feciſſe antidotorum adverſus peſtem. Pro venæ ſectione. Herbarum nonnullarum nimiæ laudes. Antidotus HOLLERII.

EJ. *de peſte curanda* Pariſ. 1568. 8. L. idem liber.

BENEDICTI BUSTAMANTI *methodus in ſeptem aphoriſmorum libris ab* HIPPOCRATE obſervata Venet. 1550. 4. L. Pariſ. 1550. 16. ID.

HELIDÆUS PADOANUS, magnus clinicus, FORESTI & nullorum aliorum illuſtrium medicorum in Germania præceptor. Nihil ſcripſit, ſed ejus multæ *curationes* ſunt in centuriis IV. WELSCHII. In peſte anni 1553. ſiccam curationem, bolos, alexipharmaca, ſudorem moventia ſuaſit. In *chiliad.* exſtat EJ. ulcus putridum veſicæ ſanatum.

EJ. *proceſſus, curationes & conſilia in curandis particularibus malis quæ proſperos habuerunt eventus* edita ſunt a IODOCO WITTICH Lipſ. 1607. 4. *.

EJ. in SCHOLZIANIS T. VII. conſilia. EJ. *de febribus l.* cum SCHENKII Francof. 1607. 12.

NOBILIS

NOBILIS SOCII *de temporibus & modis recte purgandi in morbis cum var. add.* Venet. 1550. 8. Baſil. 1550. 16.

EJ. *præcertatio ad veram medicinam pro Arabum & verorum morborum tutela* Venet. 1554. 8. L.

PHILIPPI de FLESSELLES & HUG. BABINET E. *humorum fluentium revulſio, fluxorum derivatio medela* Pariſ. 1550.

PET. COLLIER *ergo morbos natura curat* Pariſ. 1550.

MICH. MARES & SIMON PONCET E. *in ictero reſeranda vena* Pariſ. 1550.

NIC. BAUDESSON & NIC. CORMEILLE. *Ergo optime nutriuntur corpora calida humana* Pariſ. 1550.

SIM. PIETRE & NICOL. CORMEILLE. *Non E. coctionis antecedentis vitium ſequens emendat* Pariſ. 1550.

THOMAS de CUILLI & NIC. CORMEILLE E. *impu.. corporibus a nutrimento læſio* Pariſ. 1550.

§. CCXC. JULIUS ARGENTERIUS.

Caſtello novo in Pedemontio natus, profeſſor Neapolitanus, Piſanus, denique Taurinenſis, ſubtilis ingenii homo & diſputator, in GALENUM arma auſus convertere, infelix clinicus, & librorum mere theoreticorum auctor; in quibus nihil eſt practici experimenti. Magna tamen ejus, dum vixit, fama fuit, & inſignis auditorum numerus.

EJ. *opera de re medica varia* prodierunt Florent 1550. fol. TR.

EJ. *de conſultationibus medicis, ſ. de collegiandi ratione liber* Florent. 1551. 8. *. Pariſ. 1557. 8. HANSEN. & 16. ib. ID. Generalia fere ad ſcholæ ſaporem. Exemplum proponit unicum.

EJ. *de erroribus veterum medicorum* Florent. 1553. fol.

EJ. *commentarii tres in artem medicinalem* GALENI Pariſ. 1553. 8. LIND. 1578. 8. *. Monteregali 1566. fol. Spiſſiſſimus & theoreticus liber.

EJ. *de morbis libri* 14. nempe *de morborum generibus* l. 1. *de morborum differentiis* l. 1. *de morborum cauſis* l. 1. *de ſymptomatibus ſ. morborum effectibus l. duo de temporibus ſ. partibus morbi* l. 1. *de ſignis medicis* l. 4. *de officiis medicis* l. II. Flor. 1550. f. *. Editio *ab auctore aucta & illuſtrior reddita* Florent. 1556. 8. *. Lion 1558. 8. LIND. Theoria mera, cujus nullus ſit uſus.

EJ. *de ſomno & vigilia, de ſpiritibus & calido innato* l. II. Florent. 1566. 4. B. B. Pariſ. 1568. 4. Diximus in phyſiologicis.

EJ. *de urinis liber* ap. S. ANDREAM 1591. 8. *. Lipſ. 1682. 8. LIND. Ejuſdem omnino ſaporis.

EJ.

EJ. *opera nunquam excuſa* P. I. *Commentarii in* HIPPOCRATIS *aphoriſmorum ſectionem* I. II. IV. P. II. *de febribus tr. explanationes in librum* I. *ad* GLAUCONEM *& de calido innato* Venet. 1592. fol. TREW. 1606. fol. LIND. 1616. fol. LIND. Hanau & Francof. 1610. fol. TR. Præter priora video continere l. *de vi purgantium medicamentorum.*

§. CCXCI. VARII AD A. 1551.

J. ANT. SICCI, Cremenſis, *de optimo medico libellus aureus* Venet. 1551. 8. *. Haarlem 1748. 8. *. Erfurt 1749. 8. *. Ipſa verba GALENI collecta, ut optimi medici dotes exponat: ut omnino noſtris temporibus minus conveniant quæ de QUINTO, de curatione Pergamenorum medicorum, & alia a noſtris temporibus aliena admiſcentur.

FERDINANDUS BALAMIUS vertit GALENI l. *de optima corporis conſtitutione: de bona valetudine: de hirudinibus, revulſione* libros editos Roſtoch 1636. 8. & prius.

EJ. l. *de cibis boni & mali ſucci* Lion 1551. 16.

NICOLAUS VIGOREUS vertit HIPPOCRATEM *de humoribus* & GALENI *com.* Lion 1551. 4. L.

FORESIUS *aphoriſmos Hippocratis cum dilucidis illuſtrationibus* edidit Francof. 1551. 8. L. 1554. 8. ID.

BARTHOLOMÆUS SYLVANIUS vertit GALENI *definitiones medicas: introductionem: de artis conſtitutione: de atra bile: de ſubſtantia facultatum naturalium: de plenitudine: quod mores animi temperaturam corporis ſequantur, & priorum verſiones* GALENI *recognovit in* editione JUNTARUM Venet. 1551. fol.

ADAM LONICER gener EGENOLPHI, profeſſor Marburgenſis, inde medicus Francofurtenſis, in *hiſtoria naturali* Francof. 1551, fol. *. edita agit de medicamentorum ſimplicium uſu.

EJ. *omnium corporis humani adfectuum explicatio methodica* Francof. 1594. 8. L. edente TEUCRIO ANNÆO PRIVATO, LONICERI filio.

EJ. *de purgationibus* L. VII. ex HIPPOCRATE, GALENO, AETIO, MESVE. ib. 1596. 8. EODEM edente.

JACOB CORNICIUS, Emdanus, phyſicus Wormatienſis.

EJUS *dialogus prophylacticus adverſus peſtiferæ luis contagia* Witteberg. 1551. 8. GESNER. Worms 1563 8. *. quo anno etiam dedicatio data eſt. Ad ſeculi genium.

EJ. *Bericht vom Aderlaſſen in der Zeit der Peſtilenz und von Cur der Peſtilenzdrüſen* Francf. 1616. 4.

GUIL. SOVIROLII *brevis & accurata diſputatio de peſte* Pariſ. 1551. FALC. 1571. 8. L.

FRANC. le THIELLEUX *methodus dignoſcendorum morborum tradita ab* ARGENTERIO *nunc aucta* Nannetibus 1551. 4. FALC.

DOMINICI BUCII Carmagnolii, *quæſita medicinalia juxta Hippocratis, Galeni & probatiſſimorum medicorum ſententiam diſcuſſa* Acc. M. ANT. MONTISIANI ſ. *Geminianenſis quæſtiones medicinales* XXIV. Venet. 1551. 4. Pariſ. 1556. 16. L. 1554. 8. TR. Lion 1557. 12. L. BUCIUS de ſuis quæſtionibus ex auctoritate GALENI definit. 1. Utique puerum citra XIV. annum purgari poſſe, ſi neceſſitas urſerit. 2. contra CURTIUM, non licere in omni gravi morbo, nulla adhibita diſtinctione cauſæ calidæ vel frigidæ, venam aperire. 3. In principio morbi ſolis utendum lenientibus, non acribus purgantibus. 4. Magna auxilia aut in principio morbi adhibenda, aut in declinatione.

PETRUS JACOBUS ESTEVE, Dertoſanus, latine & arabice doctus, profeſſor Valentinus, HIPPOCRATIS *librum* II. *epidemicorum latine vertit & fuſiſſimis commentariis illuſtravit* Valent. 1550. fol. N. ANT.

ROBERTUS CONSTANTINUS, vir doctus, *Nomenclatorem inſignium ſcriptorum quorum libri exſtant vel M. S., vel impreſſi, & Indicem totius Bibliothecæ & Pandectarum* C. GESNERI edidit Pariſ. 1551. 8. L.

EJ. *adnotationes & correctiones lemmatum* in DIOSCORIDEM Lion 1558. 8.

EJ. *adnotationes in* C. CELSUM, Q. SERENUM & RHEMNIUM PALÆMONEM Lion 1566. 8.

EJ. *adnotationes in* THEOPHRASTI *plantarum hiſtoriam* Lion 1584. 4.

J. SCHROETER, Vinarienſis, Academiæ Jenenſis primus rector, & pene fundator, vir ingenio & gratia potens.

EJ. *typus ex* HIPPOCRATE, GALENO *& aliis bonis auctoribus, per quem cognitis ex motu & curſu ſiderum anni mutationibus, uno intuitu de futuris inde morbis unusquisque facile prædicere poterit* Wien. 1551. 8. TR.

EJ. præſervatio & cura peſtis d. i. *gründlicher Bericht und Rathſchlag wie man ſich in der Peſtilenz hüten und bewahren, auch wann jemand damit beflekt wie er damit geberen ſoll* Leipzig 1566. HAENEL. TR. 1596. 8. TR.

EJ. *themata de thermis* 1558. 8. TR.

EJ. *themata de peſte* Jenæ 1562. 8. TR.

EJ. *brevis & neceſſaria contagionis & peſtis adumbratio poſitionibus ſcripta* Jen. 1584. 4. LIND.

EJ. *epiſtola medica de morborum malignorum ſui temporis curatione.* Cum SCHOLZIANIS *conſiliis* 1598. fol. L.

Ej.

EJ. *conſilia aliqua medica cum iis*, quæ J. WITTICH edidit Francof. 1604. 4. *. quorum maxima pars omnino eſt SCHROETERI; fateri vero oportet, ſupra modum compoſitis indulſiſſe medicamentorum formulis.

Alia Cl. viri conſilia ſunt in collectione, quam PHILIPPUS BRENDEL collegit Francof. 1615. 4. ID.

Vitam viri ſcripſit ZACHARIAS BRENDEL Jenæ 1595. 4. B. BUNOV.

J. HENER *de triſtiſſimo peſtilentiæ morbo* Pariſ. 1551. 12.

FRANCISCI RAPALDI *magnum & perpetuum almanach a conſuetis magis liberum, adeoque vere medicum, de phlebotomia, balneis, purgationibus præcepta continens* Antwerp. 1551. ASTRUC.

CHRISTOPHORI STADMION, vel STATHMION von der MATT, *Bericht wie man ſich in Sterbensläuften halten ſoll* Coburg 1551. 4. RIV. –

EJ. *de tertiana febre aſtrologica experientia & contra* MANARDUM *defenſio conſiderationis aſtrologicæ medicæ* Witteberg 1556. 8. HAENEL.

FRANC. BELOT & PETR. LAEFILEE *E. vacuatione & alteratione febres curantur* Pariſ. 1551. BAR.

J. FERNEL & DIONYS. TARLET *E. labor cibum præcedere debet* Pariſ. 1551.

JAC. HOULIER & GUIL ROBINEAU *E. animi exercitium lethargicis prodeſt* Pariſ. 1551. BAR.

ADR. BEAUVOYS & RAYM. DU MAS *E æqualis quædam intemperies in humano corpore eſſe poteſt* Pariſ. 1551. BAR.

§. CCXCII. AD ANNUM 1552.

CHRISTOPHORI a VEGA, profeſſoris Complutenſis & medici infelicis principis CAROLI, l. *de curatione caruncularum* Salmanticæ 1552. Complut. 1553. LIND. ASTRUCIO, ut videtur, non viſus. Satis probat PORTALIUS.

EJ. *comm.* in GALENUM *de febrium differentiis* Complut. 1552. 8. LIND.

EJ. *in* HIPPOCRATIS *prognoſtica &* GALENI *commentaria verſio latina & adnotationes* Salmant. 1552. fol. Lion 1552. B. Tig.

EJ. In *aphoriſmos* Antigolæ 1563. 8. Lion 1568. 8. 1570. 8. Turin 1569. 8. Venet. 1571. 4. Ita LIND. Videntur tamen adnotationes practicæ intercedere.

EJ. l. *de urinis* Complut 1554. 8. LIND.

EJ. *de arte medendi l, qui univerſam artem medicam continet* Lion 1565. fol. LIND.

EJ. *opera recens in unum volumen congeſta, auctoris manu aucta, purgata* Lion

1576.

1576. fol. 1586. fol. LIND. 1626. fol. B. Tig. Continet priora omnia, non autem l. de *curatione caruncularum.*

ALOYSIUS LUISINUS, Utinenſis. EJ. *Aphoriſmi* HIPPOCRATIS *hexametro carmine conſcripti* Venet. 1552. 8. LIND.

EJ. *quæſtiones de balneis* in *collectione Veneta.*

EJ. *de compeſcendis animi adfectibus per medicinam, moralem philoſophiam, & medendi artem* L. III. Baſil. 1562. 8. L. Argent. 1713. 8. FALC.

EJ. *de morbo gallico omnia quæ exſtant apud omnes medicos cujuſque nationis, vel ex integris libris, vel quoque aliunde hujus affectus curationem tradentibus; de ligno Indico, Salſaparilla, radice Chinæ, argento vivo, naturæque rebus omnibus ad hujus luis curationem inventis* Venet. 1566. fol. cum appendice, tum anno 1599. fol. quæ eadem eſt editio, demum Leid 1738. fol. 2 vol. *. cum titulo *aphrodiſiaci ſ. de lue venerea curante & præfante* BOERHAAVIO. Male truncatæ a LUISINO præfationes. Scriptores ſunt 59, quorum aut integri libri, aut certe fragmenta, hic reperiuntur, utique non omnes, qui exſtabant, multi tamen non alibi reperiundi. De ſingulis retulimus.

EJ. *de confeſſione ægrotantium a die decubitus inſtituenda* Venet. 1563. 8. BUR.

THEODORICUS de HERY, chirurgus barbitonſor Pariſinus, HOLLERIUM audiverat, caſtra in Italia ſecutus fuerat, neque tamen artem hydrargyro utendi primus Lutetiam adtulit, quæ dudum ibi innotuerat, ASTRUCIO monente.

EJ. eſt *la methode curative de la maladie vénérienne, vulgairement appellée groſſe verole, & de la diverſité de ſes ſymptomes* Pariſ. 1552. 8. ASTR. 1569. 8. FALC. 1634 8. 1666. 8. TR. 8. BUR 1674. 8. BUR. ASTRUCIUS libellum laudat, atque a PAREO exſcriptum fuiſſe teſtatur. Male tamen docere addit, luem decocto guaiaci evitari, aut ab eo decocto perinde ſalivam cieri, uti fit ab hydrargyro, neque unquam hydrargyrum in oſſibus colligi: bis etiam eodem die inungi male ſuadere. Recte vero alias inunctiones interpolat, uno alterove die intermiſſo, & adnotat, non ſemper ab uſu hydrargyri ſalivam fluere. Hæc ASTRUC.

JACOBI DALECHAMPI editionem libri RAYMUNDI de VINARIO diximus. *Scholia* etiam dedit ad ÆGINETAM, & ad CÆLIUM. In *chirurgicis*, & in aliis ejus generis operibus, aliqua ſunt clinica.

JOHANNES DRAGOIÆVUS edidit *theriacam & mithridatium, duo antiquiſſima & nobiliſſima Græcorum antidota, contra tertium nunc delapſum de cælo* CATONEM *defenſam* Francof. 1552. 8. HEISTER.

GUILIELMUS PANTINUS, Bergenſis, A. C. CELSUM *cum ampliſſimis in duos libros priores commentariis* edidit Baſil. 1552. fol.

JAC. MILICH Fridbergenſis, aut potius Friburgi in Briſgovia natus, ERASMI familiaris & PHILIPPI MELANCHTONIS, profeſſor Wittebergenſis. EJ. *propoſitiones medicæ* Witteberg. 1552. 4. HEF.

Inter

Inter MELANCHTHONIS declamationes MILICHII ſunt, *oratio de vita* HIPPOCRATIS. Alia *de vita* GALENI. Alia *de vita* AVICENNÆ. Porro *de arte medica, de febrium rigore, de conſideratione ſignorum, de ſympathia & antipathia in rerum natura* Witteberg 1558. 8.

Vitam viri dixit EUSEBIUS MENIUS in oratione, quæ eſt inter MELANCHTONIANAS Witteb. 1590. 8.

BARTHOLOMÆI a CLIVOLO *de balneis naturalibus* Lion 1552. 4. *.

BURKHART MITHOB *wie man ſich für der Seuche der Peſtilenz bewahren ſoll, u. mit was Erzeney dieſelb zu curiren* Erfurt 1552. 4. GUNZ.

Le vrai & parfait embelliſſement de la face, & la maniere de faire des confitures Lion 1552. 12. FALC.

CYRIACI SPANGENBERG, hiſtorici, *Hiſtorie von der flüchtenden Krankheit der Peſtilenz allen peſtilenziſchen Sterben derer ſeit anfang der Welt in Hiſtorien gedacht wird* 1552. 4. *.

§. CCXCIII. AD. A. 1553.

JOH. BACCHANELLI, medici Regienſis, *de conſenſu medicorum in curandis morbis* libri IV. Venet. 1553. 8. *. etiam 1556. 8. TR. Pariſ. 1554. 12. TREW. 1556. 8. TREW. Lion 1572 12. ID. 1558. 16. LIND. Loca GALENI, HIPPOCRATIS, PAULI, etiam AVICENNÆ, in certum ordinem digeſta, & lexicon reale.

J. FRANCISCUS ROTA, Bononienſis, *de introducendis Græcorum medicaminibus, ſ. comm. in* GALENUM *de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* Bonon 1553. fol.

J. DUGO PHILONIUS *de regimine ſanitatis* Baſil. 1553. 8. *.

VINCENTII CASALIS, Brixiani, *Explicatio medicamentorum ſimplicium & eorumdem compoſitio ex* J. B. MONTANO *excerpta* Patav. 1553. 8. L. 1573. 8. L.

RHEMIGII MELIORATI *de putredine* ad J. ARGENTERIUM Florent. 1552. 8. B B. 1564. 4. L. ARISTOTELEM contra ARGENTERIUM defendit. Cauſas interitus recte a Stagirita adſignari, ut calor ſit ab humido ſeparatus, calor internus ab externo conſumtus, &c. Phyſice potius ſcriptus l., & per ratiocinia.

CHRISTOPHORUS MENDEZ, Giennenſis *de exercitio de ſoſpirar* Hiſpali 1553. 4.

EJ. *del exercitio y ſu provecho* Giennii 1553. C. de V.

J. CARNERII, Gandenſis, *de podagra laudatio Patavii habita & carmen de thermis Patavinis* Patav. 1553. 8. GESN.

Anonymi

Anonymi *elucubratio de his morbis a quibus humana corpora infeſtari corrumpique ſolita ſunt* Venet. 1553. 8. OSB.

De balneis omnia quæ exſtant apud Græcos, Latinos & Arabes, tam medicos quam quoſcunque probatos ſcriptores, in quo aquarum ac thermarum omnium, metallorum item & reliquorum mineralium naturæ, vires, atque uſus explicantur Venet. 1553. fol. In hac *collectione* multi alii libri exſtant præter eos, quos citavi, HIERONYMI de M. CATINO, LAURENTII BARTHOLINI, WOLFGANG WINTPERGER &c.

FERDINANDUS MENA archiater, Prof. Complut. CL. GALENI *de pulſibus librum latine verſum cum commentariis & caſtigationibus* edidit Complut. 1553. 4. LIND.

It. EJ. *de urinis eodem interprete cum commentariis locupletiſſimis* Complut. 1553. 4. LIND.

EJ. *comment. in libros proprios de venæ ſectione & purgatione* 1558. 8. LIND.

EJ. *de medicamentorum compoſitione* 1558. 4. L.

EJ. *methodus febrium omnium & earum ſymptomatum curatoria Hiſpanis medicis potiſſimum ex uſu.* Acc. *de purgantibus medicinis eodem expoſitore* Antwerp. 1568. 4.

EJ. *commentaria in l.* GALENI *de ſanguinis miſſione & purgatione acc. lib. utiliſſimus de ratione permiſcendi medicamenta quæ paſſim in uſum veniunt* Ed. II. Taurin. 1589. 8. *. Tædium longiſſimæ ſermocinationis, ſolis nixæ auctoritatibus, non potui ſuperare. Pro venæ ſectione quæ fit in proximo, pro BRISSOTO, venam ejusdem lateris tamen etiam revellere. Scarifatio in pueris laudabilis. Hirudines. L. *de purgatione* eſt comm. in GAL. I. *quos quando & quibus medicamentis &c.* Laboris ratio eadem. L. *de compoſitione medicamentorum* agit de ſirupis.

EJ. in ANTONII LODETII *diſp. de foco putredinis in febribus intermittentibus comm.* Turin. 1625. 8. L.

LISSETI BENANCII *declaratio fraudium & errorum apud pharmacopœos commiſſorum. Acc. ejuſdem argumenti dialogus* J. ANTONII LODETTI Turonibus 1553. & vertente T. BARTHOLINO Francof. 1667. 8. 1671. 8. *. Acrimonia inſigni pro more ſeculi ſcriptum opuſculum contra pharmacopolas, qui medicinam faciunt. Accuſat, male aliis mutata medicamenta, corrupta pharmaca, putrida gargariſmata, quæ ſuffocent. Æger cicutæ ſucco excæcatus. Nullas auri vires eſſe. Aquas plurimas, inter eas aquam abſinthii, vires ſuarum plantarum non retinere. Terebinthinam non ex Chio inſula accerſi. Pro acoro Iridem noſtram flavam dari, quæ frigida ſit. Fuiſſe qui oculos populi ex ſuſpenſorum cadaveribus ſumere voluerint. Petroſelinum veterum amarum & a noſtro diverſiſſimum fuiſſe.

LODETTI *libellus* prodiit Brixiæ 1569. Italice. Dialogus eſt inter medicum & pharmacopolam, ex gravi morbo convaleſcentem, pœnitentia motum, qui ſua & collegarum male facta confitetur. Caſſiam alienam a vera in officinis proſtare, alienos etiam effectus ſequi. Tamarindos fraude & artificio componi, mannam ſcammoneo & helleboro adulterari. Florentiæ & Ferrariæ lege ſanctum eſſe, ne pharmacopœi niſi præſentibus medicis medicamenta componant, præmia etiam accuſatoribus propoſitia: ita multas fraudes detectas fuiſſe, & punitas. Saccharum etiam nitro corruptum fuiſſe (quod vix credas fieri potuiſſe).

LEVINUS STEMLER *von der Peſtilenz aus des Paracelſi Buch gezogen* Strasb. 1553. 8.

JOH. CAPITANI *adverſus peſtem* 1553. BARTHOLIN.

LUDOV. COCHIN & J. de BEAUVOYS *E. ſanitatis tutela corporis correctio* Pariſ. 1553.

CLAUD. ROGER & J. de BEAUVOYS *E. nephritici & colici doloris communia præſidia* Pariſ. 1553.

LUDOV. de BOURGES & GUIL. GUERENCE *E. arthritis aſſumptis melius quam admotis curatur* Pariſ. 1553. BAR.

§. CCXCIV. FRANCISCUS VALLERIOLA.

Medicus Arelatenſis, profeſſor Taurinenſis, vir eruditus & veterum diligens lector, Monſpeli ob eruditionem abſque profectuum exploratione honoribus medicis ornatus.

EJ. *enarrationum medicinalium* L. VI. item *reſponſionum* L. I. Lion 1554. fol. B. B. 1589. 8. TR. Venet. 1555. 8. ID. Veterum placita exponit, conciliat, defendit. In L. I. locos aliquos HIPP. *de flatibus* libri refutat, & oſtendit, divo ſene parum dignos eſſe, deinde ſententias cum aliorum HIPPOCRATICORUM operum ſenſu pugnantes expendit, & partim conciliat. Aliæ conciliationes placitorum HIPPOCRATICORUM. Calorem & amarorem nullo neceſſario vinculo conjungi. Sic in GALENO laborat, quem adverſus AVICENNAM tuetur. Morbillos veteribus indictum morbum eſſe. Commentariorum in GALENUM de morbis & ſymptomatibus fragmentum. Similia in reliquis libris plurima. De morborum curatione & victus ratione paſſim quæſtiones. Contra lactucam. Morborum popularium circa Arelatem graſſantium explicatio: Regio calida eſt & paludoſa, ſolum ſalſum, auſter vehemens. Veterum potius loca repetit, quam morbum ſollicite deſcribit. In tertiana epidemica anni 1532. bubones & carbones cum ea febre conjungebantur, eamque ſecuta eſt dyſenteria hepatica. Auſtrum frigidum eſſe. Conſilia aliqua. Medicos veri nominis ab unguentariis, & a pharmacopolis nunquam non diſtinctos fuiſſe.

Ej. *loci communes medicinæ* L. III. *digeſti* Venet. 1553 8. Tr. 1561. 8. Lind. Lion 1589. 8. *. Genev. 1604. 8. Tr. Acc. *appendix*. Spiſſiſſimum volumen. Loci quidem communes, ſive loca veterum ad certa capita collecta. Sed intercedunt etiam integræ neque breviſſimæ, diſputationes, quæ tamen & ipſæ nimis collectitiæ ſunt. In ejusmodi de venenis diſſertatione adfirmat, ſe duos homines, qui arſenicum ſumſerant, cryſtallo montana ſervaſſe: utiliter tamen addit, multum etiam oleum & butyrum ſe iis hominibus propinaſſe. Epidemica tuſſis, *la coqueluche*, anni 1557.

Ej. *obſervationum medicinalium* L. VI. *graviſſimorum morborum hiſtoriæ* Lion. 1573. fol. Lind. 1588. 8. Tr. 1609. 8. Tr. Genevæ 1605. 8. *. Prioribus longe utilior liber. Malles tamen veram geſtæ rei hiſtoriam legere, ut apud Tulpium. Noſter autem ex ſeculi more hiſtorias ſuas plurimis locis veterum miſcuit. Uxorem ſuam ex ſcirrho hepatis laborantem ſanavit. Paralyſis crurum arthritica ligno guaiaci ſuperata. Pleuritis ſicca vigeſimo die diarrhœa ſoluta. Servatus potiſſimum oleo abunde propinato, qui mercurium ſublimatum ſumſerat: etiam hic ſuum ad cryſtallum confugit. A fuco albo per errorem deglutito, magna ſymptomata paſſus, ſexto jam die elapſo clyſteribus lacteis, balneis, lacte intus ſumto, ægre tandem ſervatus. Denique etiam poſt dimidiam drachmam ſublimati mercurii ſumtam, dyſenteria ſuperveniente, ægra ſimilibus præſidiis letho erepta. Membrana 20. palmorum de inteſtino egeſta, tænia ut puto. Placenta veſicularis loco fetus edita. Hæmoptoe graviſſima oxyacanthæ ſyrupo, philonio, adſtringentibus medicamentis ſuppreſſa. Pulmonis ulcus bolo & ſimilibus præſidiis curatum. Terrore diſcuſſa puralyſis. Soldanella & ligno ſancto ſanatus hydrops. Inſania ex amore nata curata. Angina pene lethifera, rupto abſceſſu, pure extrorſum verſo, ſanata. Helleborum qui ſumſerat, ægre letho ereptus. Exuſto vulnere ſanatus, quem rabidus canis momorderat. Iterum phthiſis ſumma quiete, medicamentis glutinantibus, potionibus adſtringentibus ſanata. Catalepſis ſuperata. Hæc in prioribus tribus libris, reliqua omitto, ſpatiis excluſus iniquis.

Ej *commentarii in l.* Galeni *de conſtitutione artis medicæ* Turin. (Genevæ) 1577. 8. B. B. Lion 1626. 8. Ad ſeculi genium.

Habet adhuc Lindenius *commentarios in libros* VI. Galeni *de morbis & ſymptomatibus* Venet. 1548. Tr.

Et *de re medica orationem* Venet. 1548. 8.

Et *animadverſiones in omnia* Laurentii Joubert *paradoxa* Francof. 1599. fol. cum Jouberto.

Et *artis medicæ fundamina ſecundum* Galenum Lion 1626. 8. Lind.

§. CCXCV. Marcus Miron.

Mironii M. D. Pariſ. *de infantibus* liber II. in B. B. Turon. 1553. fol. *. imperfectus liber, auctoris qui Arabes & Arabiſtas diligenter legerat, dictione barbara & fuſiſſima, ut in omnes minutias ſupra omnem fidem deſcenderit. Multa phyſiologica tractat, alias dicta: deinde morbos, & incommoda, ſic ut quemque morbum per omnes priores auctores perſequatur, eorumque conſilia repetat. Multa de capite præter naturam amplo & de hydrocephalo. Matrem puerorum Arabum eſſe ſpaſmum ab inanitione. De tardioris loquelæ cauſis. Smaragdos & hyacinthos fluxui ventris opponit. Adeo minutus, ut etiam quærat, num virgis cedere infantes liceat, quo mores emendentur.

Guilielmi Rouille *promtuarium iconum inſigniorum a ſeculo hominum, ſubjectis eorum vitis* Partes duæ Lion 1553. 4. & editio ſecunda aucta ib. 1581. 4. B. Bun.

Julii III. *bulla* a. 1553. *de collegii medicorum urbis promovendi ad gradus facultate & protomedici jurisdictione cognoſcendi cauſas civiles & criminales ad ejus officium ſpectantis* B. Bun.

§. CCXCVI. Guilielmus Gratarolus.

Bergomenſis, ob religionem profugus.

Ejus eſt *de memoria reparanda, augenda, conſervanda, ac de reminiſcentia, tutiora remedia continens, de prædictione morum ex inſpectione corporis* Tiguri 1553. 8. Bun. Baſil. 1554. 8. Id. Francof. 1591. 12. Id. 1596. 12. Id. 1617. 12. * cum Ranzovio de conſervanda valetudine. Formulæ omnigenæ.

Ej. *de prædictione morborum naturarumque hominum facili* Baſil. 1554. 8. Lind. Tiguri 1553. 8. Lind.

Ej. *de literatorum & eorum qui magiſtratibus funguntur conſervanda præſervandaque valetudine compendium* Baſil. 1555. 8. Lind. Pariſ. 1562. 16. B. B. Francof. 1591. 12. Id. 1617. 16. *. Integra diætetica. Multa ſuperſtitioſa. Anglice prodiit Lond. 1574. 12. Ames.

Ejusd. *opuſcula ab ipſo auctore denuo curata* Lion 1555. 8. Priora, tum *peſtis deſcriptio, cauſæ, ſigna & certa præſervatio*. Et l. *de thermis Rhæticis & vallis Transcherii*.

Ej. *de vini artificio natura & uſu deque omni re potabili* Baſil. 1565. 8. Colon. 1571. 8. Bur.

Ej. *peſtis deſcriptio, cauſæ, ſigna omnigena & præſervatio* Pariſ. 1561. 12. B. B. Venet. 1576. cum aliis. Venam ſecat, dat theriacam, lapides pretioſos &c.

Ej. *de regimine omnium iter agentium, vel equitum, vel peditum, vel navi,*

vel curru, vel rheda Pariſ. 1561. Argent. 1563. 8. *. Colon. 1571. 8. L. Diæta, tum conſilia ad morbos qui iter facientibus frequentius moleſti ſunt. Ad venena, ad fatigationem, ad frigus, ad ſolis uſtionem. Medicinæ equorum. L. II. ad navigationem conſilia ex PAULO ÆGINETA. Vita militaris.

EJ. *de peſte theſes* Baſil. 1564. 12. 1564. 4. TREW.

EJ. *variorum curationes ſudoris Anglici in Germania expertæ, collectæ a* G. GRATAROLO abſque loco & anno. RIV. cum P. de ABANO.

EJ. *conſilium de præſervatione a venenis cum priori* RIV.

§. CCXCVII. VARII ANNI 1554.

PETRUS HASSARD, Armenterianus, medicus & chirurgus, qui Ruſſiam adiit & Sueciam.

EJ. *morbi gallici compendioſa curatio* Lovan. 1554. 8. ASTRUC & in *collectione* LUISINI. Ligni ſancti hiſtoria & adhibitio, hydrargyrum enim rejicit.

IDEM *nova commentaria in ſaluberrima bonæ valetudinis præcepta* EOBANI HESSI edidit Francof. 1568. 8. *. Nihil proprii.

EJ. *Clypeus Aſtrologicus contra flagellum aſtrologicum* FRANCISCI RAPALDI *cum approbatione utilitatis aſtrologiæ* Lovan. 1552. 8. LIND. ſi huc facit.

Problemes d'ARISTOTE *& autres philoſophes & medecins, avec ceux de* A. ZIMARA *& les ſolutions* d'ALEXANDRE *d'Aphrodiſée* Lion 1554. Pariſ. 1570. 16. VERDIER.

GUIL. LEMNII *epiſtola ad patrem* (LEVINUM), *educationem in animis hominum plus efficere, quam aëris ambeuntis, aut loci qualitates* Antwerp. 1554. GESNER.

RAYMUNDI DURAND *methodus cognoſcendi & curandi cum febrium differentia vera ac lucidiſſima* LL. II. Burdigal. 1554. 8. L.

J. BOCAUD *tabulæ curationum & medicationum ex* GALENI *methodo contracta* Lion 1554. fol. L.

FRANCISCUS IMPERIALIS *de medicina* L. II. Genev. 1554. 4.

EJ. *muſæum hiſtoricum & phyſicum* Venet. 1640. 4. L. cum elogiis virorum illuſtrium. Niſi hic error ſubeſt.

JACOB RUFF, chirurgus Tigurinus, *de conceptu & generatione hominis* L. VI. Tiguri 1554. 4. * inque *collectione gynæciorum* BAUHINIANA & SPACHIANA. Germanice paulum mutatus & auctus l. *de morbis infantum Hebammenbuch, davon man die Heimlichkeit des weiblichen Geſchlechts lernen kan* Francf. 1580. 4. * 1588. 4. 1600. 4. Belgice vertente MARTINO EVERARD Amſterdam 1670. 4. Huc referas, quæ optimus RUFFIUS de molis, de abortu, ſterilitate, ſuffocatione matricis, retentione menſium habet. Multum formularum.

In l. *de tumoribus quibusdam phlegmaticis non naturalibus* Tigur. 1566. 4. *. Belgice 1662. 8. * aliqua etiam huc faciunt. Multæ iterum formulæ.

GEORGIUS GOMEZ PEREIRA. EJ. *Antoniana Margarita in qua pene omnes morborum diſcurſus proponuntur* Methymnæ (Medina del Campo) 1554. fol. 1587. f. Madrit 1749. fol. 2. vol. Medici parum, ut fere in animæ officiis ſubſiſtat, & in anima brutorum CARTESII opinionem proponat.

EJ. *arcana medicinæ experimentis comprobata* Methymnæ 1558. fol. FALC. MEAD.

JODOCI WILLICHII, Reſelliani Boruſſi, prof. Francofurti ad Viadrum, *nützliches Regiment von der Peſt* Francof. ad Viadr. 1554. 4.

EJ. *urinarum probationes cum ſcholiis* HIER. REUSNERI, *in quibus principia ſolidæ uroſcopiæ & multi errores medicorum deteguntur* Baſil. 1582. 8. BB. Utrecht 1670. 8. Aphoriſtica ex veteribus ex urina præſagia. HENRICUS REUSNERUS cauſas addidit. Enæoremata ſæpe a flatibus eſſe.

EJ. *ars magirica* Tiguri 1563. 8.

EJ. *conſilia aliqua in collectione* WITTICHII.

Vitam viri ſcripſit MATTH. HOSTIUS Francf. ad Viadr. 1607. 4. B. BUN.

§. CCXCVIII. JOH. CRATO.

De Krafftheim, Vratislavienſis, trium imperatorum archiater, vir maximæ auctoritatis, & magnum Proteſtantium columen, pius & animoſus, non adverſus chemicis medicamentis, neque gemmis. Ex ſchola Italica prodiit.

Multa ſunt illuſtris viri opera. *Methodus therapeutica ex* GALENI & MONTANI *ſententia* Baſil. 1555. 8. *. 1558. 8. L. 1563. 8. L. Francof. 1594. 8. ID. 1608. 8. ID. 1621. 8. Parvus libellus, fere generalium. Reliqui, qui una prodierunt, ſunt J. B. MONTANI. Venam in pleuritide ſecat e directo.

EJ. *Iſagoge medicinæ* Venet. 1560. 8. LIND. Hanau 1595. 8. TR. & in *collectione* SCHOLZIANA L. VII. Compendium phyſiologiæ per quæſtiones & reſponſa.

EJ. *Ordnung oder Præſervation wie man ſich zur Zeit der Peſt verwahren, wie die rechte Peſt erkennt und curiert werden ſoll* Breslau 1555. 4. TR. Nürnberg 1585. 4. ID. 1613. 4. TR. Latine vertit MARTINUS WEINREICH: prodiit in *collectione* L. SCHOLZII Francof. 1598. fol. inque T. IV. edit. Francof. 1671. 8. *. De more ſeculi aromata, arſenicum in amuleto a CARPENSI ſibi indicatum, purgantia,

purgantia, lapides pretioſos, alexiteria, fuſiſſimas ſcriptiones hic proponit, hæc pro præſervatione. In curatione venam, ſed caute, ſecari permittit, alvum lenibus medicamentis ducit, theriacam dat, camphoram, alexipharmaca, bolos, aurum.

Ej. in GALENI *divinos libros methodi therapeuticæ perioche methodica; in qua obſcura explicata ſunt, & quæ reprehenſionem habuerunt confirmata. Acc. demonſtratio quomodo ex generali methodo exercitatio, ſ. ſingulorum morborum curatio petenda ſit* Baſil. 1563. 8. B. B. *Perioche* eſt compendium librorum GALENI. Sequitur *analogiſmus*, ſ. tranſitus a generali methodo ad exercitationem particularem. GALENUM paſſim excuſat, & JULIUM ALEXANDRINUM laudat, qui conciliare maluerit, quam refutare. Deinde breves *morborum hiſtoriæ* a capite ad calcem.

Ej. *perioche methodica in* GALENI *ll. de elementis, natura humana, temperamentis & facultatibus naturalibus* Baſil. 1563. 8. Acc. *epiſtola* CRATONIS, *qua recta* GALENUM *legendi ratio breviter oſtenditur* Hanau 1595. 8. L.

Ej. *aſſertio pro libello ſuo germanico, in quo peſtilentem febrem putridam ab ea, quæ a contagione oritur lateque diſſeminatur, diſcernit. Acc. de contagione & putredine, & vera curandi & præſervandi febrem contagioſam peſtilentem ratione* Francf. 1585. 8. TR.

Ej. *microtechne ſ. parva ars medicinalis* ib. 1592. 8. *curante* SCHOLZIO Hanau 1609. 8. 1646. 8. *. Germanice Spir. 1629. 12.

Ej. *de morbo gallico commentarius a* SCHOLZIO *editus* Francof. 1594. 8. TR. Hanau 1619. 8. & in collectionis T. V. *. Morbum novum eſſe. In mitiori malo dari ligni guaiaci decoctum. In magno malo etſi multa inde mala ſequantur, inunctio mercurialis requiritur; etiam mercurius præcipitatus. Ad penis excoriationes plumbea medicamenta. Ad ulcera aqua phagedænica. Succedaneum guaiaci radix chinæ.

Deinde a morte viri LAURENTIUS SCHOLZIUS, medicus Vratiſlavienſis, *conſiliorum & epiſtolarum medicinalium* CRATONIS ex PETRI MONAVII *collectaneis collectorum librum* I. edidit Francof. 1591. 8. HANSEN. 1595. 8. 1620. 8. TR. 1645. 8. *. Plurima conſilia CRATONIS ſunt. Curandi modus fere ad ingenium Italorum, breviora tamen conſilia.

In *Epiſtolis* multa ad hiſtoriam artis facientia.

Admiſta ſunt autem aliena alia, H. CAPIVACCIUS de recta cauteriorum adminiſtratione: epiſtolæ aliquæ CASPARI HOFMANNI ſenioris, HIERONYMI MERCURIALIS, THOMÆ ERASTI, THEODORI ZWINGER.

Liber II. prodiit Francof. 1592. 8. L. Hanau 1609. 8. TR. Francof. 1650. 8. L. 1671. 8. *. Plurima etiam hic CRATONIS ſunt, aliquæ epiſtolæ H. MERCURIALIS, ADOLPHI OCCONIS, THEODORI ZWINGER, PETRI MONAVII, hæ numeroſæ; denique C. HOFMANNI ſenioris.

L. III. Francof. 1592. 8. L. Hanau 1609. 8. TR. Francof. 1646. 8. L. 1671. 8. *. Intercedunt numeroſa aliorum conſilia, C. HOFMANNI cum longiſſimis formulis, THOMÆ ERASTI, HELIDÆI de PADUANIS, J. C. ARANTII, J. AICHHOLZII, J. NEFII ſ. NÆVII. Epiſtolæ bene multæ & curioſitate non vacuæ ANDREÆ DUDITH hominis peculiaris ingenii, ERASTI, THOMÆ MOUFETI, hæ fere chemicæ, CASPARI LINDNER, BALTHASARIS SCHNEIDER medici Vratislavienſis, ABRAHAMI SEILER, CAROLI OSLEVII, PAULI CLOSII Glacenſis, MICHAELIS BARTH Lipſienſis, CHRISTOPHORI PITHOPOEI chemici, HIERONYMI STROMEYER, DIOMEDIS CORNARII: ad calcem adjecta eſt GALENI *microtechon*.

L. IV. Francof. 1593. 8. L. Hanau 1614 8. TR. Francof. 1671. 8. *. Iterum priorum medicorum multa intercedunt, quæ non repeto, ut H. CAPIVACCII. Inter conſilia CRATONIS vaniſſima medicamenta ex renibus capretorum (hædulorum) ſiccatis. Inter epiſtolas longa ARAGOSII GALLI. Porro libellus MERCURIALIS adjectus eſt, & ANDREÆ AURIFABRI de ſuccino Pruſſico libellus.

L. V. Francof. 1593. 8. L. Hanaū 1619. 8. TR. Francof. 1655. 8. *. Multæ hic CRATONIS ad JOACHIMUM CAMERARIUM epiſtolæ, tum J. C. ARANTII, & plures P. MONAVII. In conſilio 224. ſudorem ſuppreſſum præſagire paroxyſmum podagræ. CRATONIS *de morbo gallico* L.

Liber VI. Hanau 1611. 8. TR. Francof. 1671. 8. *. Conſilia HIERONYMI DONZELLINI. G. RONDELET, cum longiſſimis formulis, JOACHIMI BAUDIS, HORATII RESERI Bononiæ datus integer de hydrope libellus, HENRICI STAPEDII, PETRI SIBYLLINI, MATTHIÆ STOI conſilia. Inter epiſtolas BARTHOL. CHRYSÆI, CHRISTOPHORI SCHILLING, HIERONYMI HEROLD.

L. VII. Hanau 1611. 8. TR. Francof. 1671. 8. *. Inter conſilia ſunt JOHANNIS PFEIL, J. SIGISMUNDI, JSAACI SCHALLER, ANDREÆ GALLI, CASPARI NÆVII, ANTONII FRACANZANI, ALBERTINI BOTTONI, AUGUSTINI SCHURFII, PHILIPPI MICHAELIS.

Singuli Tomi continent & *conſilia* & *epiſtolas*. *Collectæ* prodierunt Francof. 1598. fol. 1654. 8. L. 1671. 8. ſeptem voluminibus *.

Epiſtolæ nonnullæ CRATONIS ſunt inter MATTHIOLI epiſtolas, & *conſilia* in MONTANIANIS.

Ej. *euporiſta mit guten Experimenten vermehrt durch* PAUL. MUNZER Breslau 1630. 8. TR.

Codicis de palpitatione cordis inediti meminit C. GESNER.

Vitam viri ſcripſit MATTH. DRESSER Lipſ. 1587. 4. B. B. M. ADAMI, ILL MOEHSEN &c.

§. CCXCIX. GUILIELMUS RONDELET.

Monſpelienſis, clinicus, inciſor, cultor rei naturalis, profeſſor & Cancellarius, vir minime vulgaris, etſi valetudinarius.

EJ. *liber de ponderibus, juſta qualitate & proportione medicamentorum* Patavii 1555. 8. LIND. 1556. 8. ID. Venet. 1562. 8. 1579. 8. *. Lion 1558. 8. ID. 1563. 8. *. 1584. 8. L. Antwerp. 1561. 8. TR. De formularum potius præſcriptione agit, quam de ponderibus. Medicamenta ſimplicia percurrit, ad ea ſingula, deinde ad compoſita, doſes addit. Theriacæ dat ſcriptionem. Hiſpanos & Ruthenenſes non purgari, niſi a maximis doſibus, Monſpelienſes a minimis. Aſarum minima doſi vomitum ciere, quadruplo majori alvum, iterum majori urinam, denique maxima menſes & ſudorem, ad ſex drachmas ſumtum. *Nacre* pro unionibus ſubſtitui poſſe. Lapidibus pretioſis nimium tribuit, & lyncurio lapidi ad pellendos calculos. Confectionem *Alkermes* ob admiſtum lapidem lazuli, & myrobalanos, alvum movere; fuiſſe qui a nimio ejus uſu in dyſenteriam inciderit, non debere adeo eum lapidem admiſceri, niſi uſtulatum.

EJ. *methodus de materia medicinali & compoſitione medicamentorum tam internorum quam externum* Patav. 1556. 8. LIND. & in *collectione* Lion 1575. Formulæ medicamentorum ad indicationes malorum omnis generis.

EJ. *de morbo Italico tr. In collectione* A. LUISINI, & in duobus operum RONDELETII *collectionibus*. In morbo inveterato & unguentum proponit, & decoctum guaiaci, tamen ut hydrargyrum pro mali antidoto habeat, & ſquinam. Alvum inter inunctiones ducit.

EJ. *formulæ aliquot remediorum in libro de internis remediis omiſſæ* Antwerp. 1576. fol. cum LOBELIO.

EJ. *methodus curandorum omnium morborum corporis humani* L. III. EJ. *de dignoſcendis morbis. De febribus. De morbo Italico. De internis & externis. De pharmacopolarum officina. De fucis.* Lion 1575. 8. *, 1583. 8. L. 1585. 8. ID. Pariſ. 1576. Francof. 1592. 8. TR. Monſpel. 1601. 8. ID. Genev. 1608. 8. ID. Compendium praxeos ad omnes morbos internos. Curationes. Plurimus eſt in formulis, paſſim tamen in l. *de dignoſcendis morbis* etiam adnotationes habet, & cadaverum inciſiones. Hydropem pericardii vidit. Tuſſis epidemica *coqueluche* anno 1557. in phthiſin paulatim degenerabat. Sub genu anevriſma frequenter fieri. Febrium curatio ad morem veterum. Pharmacopolarum officina continet ſyrupos, & alia medicamenta compoſita, quæ in pharmacopœis proſtant. Fucos multos dictat. Cæterum dolendum eſt, quod opera Cl. viri ab ejus

ejus morte & imperfecta prodierint: in cadaveribus enim morboſis incidendis tanto ardore latus eſt, ut ne proprio filio pepercerit.

EJ. *conſilia quædam medica.* Paſſim in SCHOLZIANIS cum longiſſimis formulis.

EJ. l. *de hydrope* Lond. 1605. fol. *. cum LOBELIO.

EJ. *Pharmacopæorum officinæ correctior per* M. de LOBEL Lond. 1605. fol. *.

EJ. *diſpenſatorium* Colon. 1565. 12. TR.

EJ. *de urinis tr.* Francof. 1610. 8. Ad GALENI ſaporem, quem etiam tuetur. Vermes in urina viſi.

EJ. *de theriaca tr.* Lond. 1600. 12. HANSEN. Londin. 1605. fol. *. & cum VALERII CORDI *diſpenſatorio* Leid. 1627. 16. L. 1652. 16. *. Formula antidoti, & ſimplicium medicamentorum hiſtoria, quæ theriacam ingrediuntur. Utilitas ejus antidoti.

EJ. *opera omnia medica ab infinitis mendis repurgata ſtudio* J. CROQUERI Poloni Genev. 162.. 8. B. B. 1628. 8. LIND. 1685. 8. TREW. Ad collectionem Lugdunenſem 1575. 8. acceſſit hic l. *de hydrope* & elephantiaſi, de urinis, introductio ad praxin & conſilia medica 17. Introductio medicamenta habet auctori familiaria. Libelli de hydrope & elephantiaſi fere in formulis occupantur.

§. CCC. AD. A. 1555.

BERNARDUS DESSENIUS Cronenburgicus, cum tamen Amſtelodami natus ſit, HELIDÆI PADUANI diſcipulus, medicus Groningenſis, inde Colonienſis. EJUS eſt *de compoſitione medicamentorum* Francof. 1555. fol. TR. Lion 1556. 8. *. Colon. 1573. 4. Senile opus & verboſum, minime tamen malum. Secundum ordinem compoſitionum earum formulæ, encheireſes. Plantæ & medicamenta ſimplicia, quæ quamque compoſitionem ingrediuntur. Veteres, Arabes, barbaros diligenter legit, comparat & critica luce ſæpe utitur, ut mereatur minus eſſe ignotus. Monita non mala pharmaceutica. Menſuræ veterum.

EJ. *de peſte commentarius. It. præſervatio & curatio* Colon. 1564. 4. *. Ab una veſte pellicea 25 homines infectos interiiſſe. Dari peſtem non contagioſam, ex humorum corruptione natam.

EJ. *purgantium medicamentorum uſitatiorum & pilularum in minori pondere particularis diviſio* Colon. 1573. 4. TR.

EJ. *defenſio medicinæ veteris & rationalis adverſus* GEORGIUM PHÆDRONEM *& ſectam* PARACELSI; *cum priori* Colon. 1573. 4. FALC.

NICOLAUS MACCHELLUS *de morbo gallico ejuſque ſymptomatis & curatione.* Venet.

Venet 1555. 8. Gunz. 1558. 8. Tr. Francof. 1601. 8. *. 1608. 8. Trew. Veteres loco certe alieno tranſcribit, morbum gallicum antiquis notum facit: in herpete excedente gallico paſtillos præſcribit Pasionis vel Andronis. Semel ſe vidiſſe, inflammationem & puſtulas inde natas, cum malo venereo conjunctas, eo in caſu vult ſiccari vel humectari. Elleborum valde laudat, aliaſque plantas cathæreticas. Guaiaci vires & uſus, quo auxilio ſolo fere utitur.

Francisci Frigimelica, alias Frizimelica, profeſſoris ab a. 1537. Patavini, *conſiglio ſopro la peſtilenza qui in Padoa dell' anno* 1555. Padoa 1555. 8. Mead.

Ej. *tractatus de morbo gallico* in *collectione* Luisini. Neque inunctiones valde probat, neque ſuffumigia.

Ej. *de balneis metallicis arteficio parandis* ex J. Rhodii Bibliotheca Padua 1659. 8. Cat. Baſeg. Nürnberg. 1627. 8. 1679. 8. Lind.

Ej. *conſilia pluſcula* inter conſilia Montagnanæ. Elogium dat Tomasinus.

Johannis Butini *aphoriſmi* Hipp. in *ordinem naturalem digeſti*, *& prænotionum* libri III. Lion 1555. Gesn. 1580. 12. L. Genev. 1624. vel. 1625. 12. Id.

J. Baptista Susius, Mirandulanus, medicus Mantuanus. Ej. *libellus de miſſione ſanguinis, in quo oſtenditur, in quibuſnam hodie medici peccent contra* Hippocratis *&* Galeni *ſententiam circa phlebotomiam* Baſil. 1555. 8. 1559. 8. *. Venet. 1571. 8. L. Rom. 1628. 12. *.

Ej. *de venis e directo ſecandis* L. III., *in quibus* Matthæi Curtii *præceptoris ſui ſententia defenditur adverſus* Andream Thurinum, B. Victorium, V. Trincavellium & Andream Vesalium. Cremon. 1559. 4. *. In priori libello docet, Avicennam male hæmophobum fuiſſe: ſanguinem debere in omni febre, inflammatoria vel putrida, aliiſque plurimis morbis ſecari, dum morbus crudus eſt, & ſanguinis miſſionem pro re nata iterari.

Ex altero videtur, jam a. 1544. noſtrum de hac re ſcripſiſſe citante Curtio, vigeſimo anno non majorem. Eum libellum nunc relegit, utrumque Thurini libellum refutat; ſaphenam non vult incidi, niſi ad præcavendum morbum; venæ ſectionem lateris adfecti ex Hippocrate & Galeno defendit, neque præter auctoritates rationis adfert quidquam.

Ej. *libro del conoſcere la peſtilenza* Mantua 1576. 4. Menz. Latine ut videtur L. *de peſte* Mantuæ 1576. 8. Lind.

Christiani Balistæ *concertatio in podagram verſibus expreſſa* Tigur. 1555. 8. L. Strasburg 1570. 8. L.

Petrus

Petrus Barchesius *de thermarum Aquiſgrani viribus, cauſa & legitimo uſu* Antwerp. 1555. 8.

Ej. *conſilia ad arthritidem* in Gareti *collectione.*

Honorati Castellani, docti viri, Profeſſoris Monſpelienſis, *oratio, qua futuro medico neceſſaria explicantur* Lutetiæ a. 1555. habita ibid. excuſa 1555. 4. & Argent. 1607. 12. L.

J. Fichard vertit Galenum *de libris propriis & quo modo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, & de parvæ pilæ luſu* Lion 1555. 16. L.

Ludovici Rostini *omnium ſententiarum quæ* Hippocratis *aphoriſmis continentur index alphabeticus* Venet. 1555. 8. Lindenius alibi eundem librum tribuit Bartholomæo & Ludovico Rostiniis.

Franciscus Columbus Peruſinus circa hæc tempora etiam *de re medica* ſcripſit Mandos.

Antonii Nigri Uratislavienſis, ex ſchola Italica, *conſilium de tuenda valetudine, ab auctore recognitum & auctum* Lipſ. 1555. 8. *. Witteberg. 1573. 8. Tr. 1581. 8. Tr. Sex res non naturales ex veteribus.

Ej. *de decem præcipuis erroribus & abuſibus propter quos apud nonnullas gentes præclara medicinæ ars mulierculis Judæis ac impoſtoribus velut præda relicta miſere jacet* Hamburg. 1590. 8. Tr.

Alius eſt Antonius Niger profeſſor Patavinus, qui a 1626. obiit. Tomas.

Nic. Boldoni *in quartam fen I. Canonis* Avicennæ lectionem a. 1555. & in L. I. Avicennæ fen IV. c. I. M. S. citat Mandosius.

D. B. Cermignolii *quæſita medicinalia* Lion 1555. Heist.

Etienne Cop *préceptes & moyen de recouvrer, augmenter & contregarder la mémoire* Lion 1555. 12. Tr. 1556. 16. Verd. Pariſ. 1572. 16. d'Etr. Nunc lego eſſe opuſculum Grataroli.

Thomas Boderius *de ratione & uſu dierum criticorum, opus in quo mens Ptolemæi, tum aliorum aſtrologorum dilucidatur. Acc.* Hermes *Triſmegiſtus de decubitu infirmorum* Pariſ. 1555. 4. L.

De pulſibus & urinis libellus ex Galeno *concinnatus* Tigur. 1555. 8.

Joh. Spremberger *gründlicher Bericht, Rath, und Hülfe wider die peſtilenziſche Krankheit* Breslau 1555. 4. Riv.

Ej. *kurzer Bericht von zweyerley Geſchlecht der peſtilenziſchen Fiebern* Breslau 1568. 4. Tr.

Michel

MICHEL de NOSTRADAME Med. Regius *recette & maniere de faire divers fardemens & diverſes confitures* Lion 1555. d'ETR. Ej. viri vitam ſcripſit JEAN. AIM. de CHAVIGNY in JACOBI FRANÇOIS l. I. Lion 1595. 4. Tum PIERRE JOSEPH de HAITZE Aix 1711. 12. Nemo ignorat, per centurias vaticiniorum MICHAELEM innotuiſſe.

Arzneybuch worinn TARQUINII OCYORI *zwanzig Wurzeln*, MAGNI HUND *regiment wider etliche Krankheiten*, *Podagra*, *Franzoſen*, EURICII CORDI *wider die Plage des Steins*, HIER. BOCKS *wider die grauſame Plage des Steins* Königsberg. 1555. 4.

MICHAEL NEANDER *ſynopſis menſurarum ac ponderum acc. ea quæ de ponderibus & menſuris apud* GALENUM *exſtant* Baſil. 1555. 4.

HIERONYMI TRAGI *genannt* BOCK *deutſche Speiskammer* Nürnberg 1555. 4. *ex quo libro ſanis & ægris quæ ad vitam & curam corporis neceſſaria ſunt licet depromere.*

EJUSD. *Arzneybüchlein* Francf. 1572. 8. B. Tig.

Libellum *de calculo* modo diximus.

LUD. DURET & SIMON BAUDICHE *E. ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus glabrities* Pariſ. 1555.

ARTUS RIOUST & RAYMOND DU MAS *E. ſemper utero gerenti medendum* Pariſ. 1555.

§. CCCI.

BALDUINUS RONSEUS.

BALDUINUS RONSEUS *de hominis primordiis* Gouda 1555. 8. DOUGL. Lovan. 1559. L. Leid. 1594. 8. *. Varia practici ſunt & pathologici argumenti, de conceptionis inſtrumentis, de ſterilitatis remediis, de medicamentis aphrodiſiacis, de præcavendo abortu, de ſuffocatione a matrice, mola, uteri inflammatione, de morbis puerperarum, lactantium, de morbis puerorum.

EJUSD. *venatio medica continens remedia ad omnes a capite ad calcem usque morbos* Leid. 1584. 8. LIND. 1589. 8. TR. 1618. 8. *. Poemate heroico repetit veterum opiniones de medicamentis ſumtis ex lepore, cervo, lupo, apro. Deinde epico pariter carmine percurrit morbos a capite ad calcem, iiſque pariter ex veterum auctoritate medicamenta opponit. Non malus poeta.

EJ. *Miſcellanea, ſ. epiſtolæ medicinales* Leid. 1590. 8. LIND. 1618. 8. *. Minime illepidæ epiſtolæ, argumenti varii, ſed etiam clinici. Lapſu ex alto ſublata

melancholia. Vomica feliciter exſcreatu evacuata. Sanatus, qui aquam fortem biberat. Vermis vivus, non diſſimilis hirudinis & biceps, per urinam excretus. Aſphyxia diuturna, in ſene orthoſtadio. Tertiana multorum annorum. Puer, qui ab ipſa nativitate excrementa alvi per penem excernebat. Corticis ſarmentorum vitis ſylveſtris (Tamni, ut puto) ſcobe in pilam facta tactam gingivam dentium auferre dolorem. Non contemnit ſpagyricos, & ſe ipſum ægrotis robuſtis ſtibii vitrum tuſum dediſſe fatetur. Salubrem eſſe halecem, eoque febres diuturnas ſuperatas. Scorbutum Amſtelodami, & Alcmariæ familiarem eſſe. Eumdem morbum eſſe ſcorbutum & magnum lienem HIPPOCRATIS: in eo morbo ferrata balnea prodeſſe. Ægrotis munda lintea non nocere. Purgationem & venæ ſectionem non facere ad peſtem avertendam. Variæ cereviſiæ. Neſcio quis ſipho, qui in ſtomachum detur, ad catarrhos. Pericardium in homine conſumtum, undique cordi contiguum. Exempla, ut putat, faſcini, valde incredibilia. Eſſe ubi clyſterem ſubdere prius conveniat, quam venam ſecare. Pro aloes uſu adverſus FUCHSIUM. Non majus eſſe pleuritidis in uno latere, quam in altero, periculum. Novus morbus, in quo continua ebullitio ex faucibus palatum & os petebat, curata adſtringentibus medicamentis.

EJ. *de magnis* HIPPOCRATIS *lienibus* PLINIIQUE *ſtomacace ac ſcelotyrbe, ſ. de vulgo dicto ſcorbuto* Antwerp. 1564. 8. Witteberg. 1585. 8. cum ECHTIO, WIERO & LANGIO 1624. 8. *. 1654. *. B. Tig. Veteribus dictum eſſe, non tamen volvulum eſſe hæmatiten. Ejus morbi nimis brevis deſcriptio. Curatio; multum tribuit beccabungæ; & de ulcerum curatione. Tabes dorſalis.

In *opuſculis medicis* Leid. 1654. 4. hæc omnia redeunt.

EJ. *enarrationes in ſeptem poſteriores libros* A. CORN. CELSI Leid. 1592. 4. *. Ex genio ſeculi.

§. CCCII.

VARII. AD ANNUM 1556.

REINERUS SOLENANDER, Budericæ ad Rhenum natus, archiater Clivienſis, ex ſchola Italica.

EJ. *apologia, qua* JULIO ALEXANDRINO *reſpondetur pro* ARGENTERIO Florent. 1556. 8. *. Pro ARGENTERII libris de morbis, in quibus paſſim GALENUM carpſerat. Etiam alios Cl. viros erraſſe. Cæterum tota lis eſt de ſubtilibus quæſtionibus, in quibus nihil certi & firmi ſtatuere poſſis.

EJ. *Conſiliorum medicinalium ſectiones* V. Francof. 1596. fol. Hanov. 1609. fol. *. Prima ſectio anno prius 38. Lion 1558. 12. & 1560. 12. excuſa fuerat, reliquæ hic primum prodeunt. Liber ipſe ad ſeculi genium, multum medicamentorum habet, verarum cauſarum vix nullam indagationem. Ita in ozæna

quidem humores purgari ſuaſit, cæterum de cauſa in naribus latente ne quidem cogitavit In quinta ſectione laudem merentur cadaverum inciſiones, & morborum variorum adnotationes. Qui vermiculos per urinam egerebat. Menſes per annum manantes. Sanguinis libræ 29. intra unicum nycthemerum per os egeſtæ. Moſcho ſanata cephalalgia. In hydrope hydatides ſupra ducentas ſalutari eventu per lotus exierunt. Calidiſſimo vino impoſito arthritis late regnans ſuperata. Melancholicus ad ſanam mentem rediit, cum ſe mortuum eſſe perſuaſus nunc ſepulchro conderetur. Lumbrici per foramen ſupra inguen prodeuntes. Morbus niger ſanguine atro per vomitum & ſeceſſum egeſto, funeſto cum eventu. A frigore paralyſis calore diſcuſſa. Colici dolores diſpulſi vapore myriſticæ & vento inde erumpente. Graves in feminis prægnantibus ſanguinis jacturæ, tamen innoxiæ. Calculi in pulmone, inque fellea veſicula. Arteria magna circa renum regionem ad vitri modum fragilis. A fulmine deglutitio ablata, tamen reſtituta.

LUDOVICUS PASINUS, Patavinus. EJUS *l. de peſtilentia Patavina anni* 1555. prodiit Patavii 1556. 8. *. Inanis libellus. Fuiſſe, quæ 300 diebus peſte infecta, tandem perierit.

ALFONSI BERTOTII & CRATONIS *methodus generalis & compendium ex* HIPPOCRATIS, GALENI *&* AVICENNÆ *placitis depromptum* Venet. 1556. 8. TREW. Lion 1558. 12. TR. 1588. 8. TR. Francof. 1608. 8. TR.

ARCHANGELI PICCOLHOMINEI, Ferrarienſis, philoſophi & inciſoris, *in l.* GALENI *de humoribus commentarii* Venet. 1556. B. B. Galenicus vir & ſubtilis. GALENI opus non eſſe; commentarium in HIPPOCRATEM a GALENO tamen vere ſcriptum fuiſſe. Commentarii fere ſubtiles & abſque naturæ conſultatione.

SEBASTIANI AUGENII dicti PAPARELLÆ, a *Monte Sancto*, L. II. *de catarrho ad rationalium medicorum doctrinam* editi Venet. 1556. 8. Papiæ 1562. 8. *. GALENICUS ſcriptor & ARISTOTELICUS. Catarrhum a cerebro deſcendere partim interius per arterias & venas, partim exterius per foramina cranii, magnum, lacerum, foramen nervi auditorii, aquæductum. Venire in palatum, columellam, laryngem, aſperam arteriam, pulmonem, ventriculum, inteſtina, per vaſa vero ad cor. Catarrhum dari & frigidum & calidum, qui diverſas curationes requirant. Vane aſtrologus deſtillationes epidemicas ad ſidera in piſcis ſigno conſtituta refert, deteriores futuras, niſi venus malignos adſpectus temperaſſet.

EJ. *de calido* L. III. Pariſ. 1573. 4.

EJ. *opera omnia diligentiſſime recognita* Maceratæ 1582. fol. L. priora nempe, & alia non clinica, & in l. *de natura humana comm.*

BLASIUS HOLLERIUS, Vinarienſis, *morborum curandorum ex* GALENI *præcipue ſententia brevis inſtitutio medicis & chirurgicis utilis* Baſil. 1556. 8. L.

EJ. *in jusjurandum* HIPPOCRATIS *commentarius* Baſil. 1558. 8. L.

Et

Et in l. *de natura hominis* Argent. 1558. 8. L.

EJ. *medicæ artis theoria* L. II. *ſuccincte comprehenſa* Argent. 1565. 8. Colon. 1572. 8. TREW.

EJ. anonymi *viaticum novum de curatione morborum particularium* Tigur. 1578. 8. dicitur cum C. WOLFIO.

PIETRO ROSTINIO, medici, *trattato del mal franceſe nel quale ſi diſcorre ſopra* 231. *ſorti di eſſo male, ed a quante vice ſi puo prender e cauſare e guarire ed evidentamente ſi dimoſtra, chi ha gallico male, e chi no, con cui ſegni e prognoſtici* Venet. 1556. 8. MEAD. 1559. 8. GUNZ. Vicenza 1623. 8. FALC. Vertente L. v. HOERNIGK Germanice *von den Franzoſen* Francf. 1626. 8. VATER. Eſſe BRASSAVOLÆ librum, Italice recuſum, ASTRUC.

Aliquot opuſcula prodierunt Lion apud Ruilli 1556. 8. nunc primum Venetorum opera inventa & excuſa lat ſcil. de Muſcul. diſſectione ad Tyrones liber, de nervor. diſſert. ad Tyrones liber integer, de vocalium inſtrumentorum diſſectione, AUGUSTINO GADALDINO interprete, brevis denotatio dogmatum HIPP. a CONR. GESNERO; Fragmentum ex IV. Commentariis, quos ipſe GALENUS inſcripſit, de iis quæ medice dicta ſunt in PLATONIS TIMÆO; principium Commentarii I. in libr. I. HIPP. Epidemiorum, a NICOL. MACHELLO; ORIBASII de cucurbitulis, ſcarificatione, hirudinibus, derivatione & revulſione ſermo AUG. GADALDINO interprete.

WOLFGANGI JUSTI *chronologia illuſtrium medicorum* Francof. 1556. 8. *. LINDENIUS plurimum hac chronologia uſus eſt: nihil tamen tribuas homini, qui DIOSCORIDEM Anazarbeum cum PHACA confundat, SERAPIONEM Arabem ad annum 122. A. C. N. ponat, GARYOPONTUM ante Q. SERENUM.

J. MYRICA *paraphraſis in aphoriſmos* HIPPOCRATIS Baſil. 1556. 8. L.

SEBASTIEN COLIN medici in Fontaine le Conte, *la pratique & methode de guérir les goutes* Poitiers 1556. 1557. 8. *. Fere in formulis eſt. Una prodiit L. IX. TRALLIANI, qui eſt *de podagra.*

EJ. *l'ordre & regime pour la cure des fievres, avec les cauſes & les remedes des fievres peſtilentielles* Poitiers 1558. 8. FALC.

EJ. *miroir des urines* Poitiers 1558. 8.

EVILLE de PASSEBREME *le plaiſant jardin des receptes, où ſont plantés divers arbriſſeaux & odorantes fleurs du cru de Philoſophie naturelle, cultivés par medecins experts en philoſophie ſpeculative* Lion 1556. 16. ſi huc facit.

CHRIST. de MESSIBIGO *arte di cucinare* Venet. 1556. 8. 1581. 8.

BALTHAS. KLEIN *de materia febris quartanæ diſp.* Lipſ. 1556. 8. TR.

§. CCCIII. AD ANNUM 1557.

STEPHANI CARTERII *Anthologia potiſſimum* HIPPOCRATIS *&* GALENI *ſententiarum*

tentiarum, præſertim quæ communem hominum victus rationem ſpectare videntur Pariſ. 1557. 16. L.

J. FRANCISCI DURATII in GALENI de locis affectis libros VI. Venet. 1557. 8.

JOH. ALLEMAND (LALAMANTIUS), medicus, edidit GALENI de diebus decretoriis libros tres latine verſos Lion 1559. 4. *. UFF.

SEBASTIANUS COQUILLAT, GALENI l. quos & quibus & quando purgare oporteat latine cum commentario edidit; acc. materies & forma medicamentorum Lion 1557. 16. L. 1570. BODL.

JULII DELPHINI in GALENI artis medicinalis librum explanatio. Acc. EJUS de ratione medicamentorum præſcribendorum l. Venet. 1557. 4. GUNZ. TR.

EJ. Quæſtiones medicinales, 1. de thermarum uſu; 3. de quatuor morborum temporibus; 4. quanam parte humor trahatur a medicamento; 5. de febri hectica. 7. de influxibus cæleſtibus. De balneo quæſtio Venet. 1559. 8. LIND.

JACOBI PELETARII de conciliatione locorum GALENI ſectiones duæ Pariſ. 1560. 4. FALC. 1564. 8. *. Strasburg 1601. 8. LIND. Brevis libellus. In I. ſectione ad LACUNAM GALENUM excuſat, verſionem LACUNÆ corrigit. In altera ſectione alia quædam de febre ſynocho profert, aliiſque etiam clinici argumenti.

EJ. de peſte compendium Baſil. 1557. 8. FALC.

AGABITUS BISELLUS, a Saxo ferrato; EJ. ſunt diſp. orationes, theoremata logico naturalia medicinalia diſputata in Patavino Gymnaſio Padoa 1557. 4. PANCIR.

PETRI JACOBI ZOVILLI, Carmignolenſis, de peſtilente ſtatu Venet. 1557. 8. FALC.

JOHANNIS SYLVII, Inſulani, quem a JACOBO SYLVIO Ambianenſi diſtinguere oportet, de curatione morbi articularis libri quatuor. Acc. de lue venerea declamatio Antwerp. 1557. 8. LIND. 1564. 8. 1565. 8. TREW. & declamatio ſola in collectione LUISINI & Antwerp. 1577. 8. Nihil boni.

EJ. tabulæ pharmacorum Antwerp. 1568. 8. L.

EJ. morbi populariter graſſantis præſervatio & curatio ex maxime parabilibus remediis Hanov. 1557. 8. L.

EJ. de ſtudioſorum & eorum qui corporis exercitationibus non addicti ſunt, tuenda valetudine L. II. Prior agit de ſex rebus non naturalibus, alter formulas continet ex familiaribus & parabilibus Duaci 1574. 8. L. An forte JACOBI.

Epiſtolæ

Epiſtolæ medicinales collectæ Lugduni prodierunt 1557. fol. L., in quibus epiſtolæ ſunt MANARDI, MASSÆ, MUNDELLÆ, THEODOSII, J. LANGII.

CLAUDII DARIOTTI de morbis & diebus criticis ex aſtrorum motu cognoſcendis Lion 1557. 4. L.

EJ. de medicamentorum præparatione l. Lion 1582. 8. L.

ALEXII, Pedemontani, pſeudonymi, cujus verum nomen fuit HIERONYMO ROSSELLO, de ſecretis Venet. 1557. 4. TR. 1562. *. 1563. 8. TR. partes tres. Aggiunta Pearo 1558. 8. italice, & latine Baſil. 1559. 8. * vertente J. J. WECKER. Libri VII. & octavus de artificioſis vinis Baſil. 1563. 8. 1568. 8. TR. porro Lion 1561. 12. Gallice Rouen 1600. 12. TR. Germanice Baſil. 1570.8. 1571.4. 1573.8. 1580.8. 1581.8. 1593.8. 1611.8. 1615.8. 1616.8. ut certe lego, ſed vide B. Bot. I. p. 325. Anglice vertente WARDE Lond. 1562. 4. 1615. 8. Belgice Amſterdam 1614. 8. In præfatione gloriatur, ſe linguas pene omnes callere, peregrinatum eſſe annis 57, orientem adiiſſe, annorum 82. ſenem ſe ſcribere. Ab a. 70. ad ſtatum annorum 36. ſe ipſum ſe reduxiſſe, liquore quodam compoſito ex variis & diverſiſſimis medicamentis ſimplicibus. Potionem ex guaiaco cum aceto ſquillitico aliiſque compoſitam ad luem gallicam laudat. Aliud ex ſublimato medicamentum ad tumores morbi gallici. Brachium exſiccatum oleo curavit. Remedium quo fatuos curat, quo bubones repellat, ut evaneſcant. Plurima etiam ſuffimenta, unguenta & condimenta, coſmetica, tinctoria &c.

FR. BOUSSUETI de arte medendi L. XII. Lion 1557. GESN.

SIGISMUNDI NIGRISOLI medicinæ facultatis deciſiones aliquot Ferrar. 1557. 8. RICHT.

JOH. BOCER carmen de origine & progreſſu artis medicæ Witteberg 1557. 8. TREW.

LYEGE raiſons de vivre pour toute fievre Pariſ. 1557. 8. OSB. Lion 1578. 16.

PIETRO E LODOVICO ROSETTINI compendio de tutta la chirurgia Venet. 1557. 8. *. Multa medicamenta habent B. Chir. I. p. 212. Nonne LUDOVICUS ROSTINIUS p. 113. & PETRUS ROSTINIUS p. 217. hic conjuncti ſubſcripſerunt?

FRANC. RENNER äuſſerlicher Arzney Handbüchlein Nürnberg 1557. 4. PLAT. Alius titulus Arzneybüchlein aller innerlicher und äuſſerlicher Arzney wider die Franzoſen und Lähmung Nürnberg 1571. 4. 1554. 4. 1572. 4. Amberg 1609. 4. TREW Articulos tumidos aqua phagedænica mercuriali inungit.

FRANCISCI MARTINI DE CASTRILLO de dentitione Valladolid. 1557. 8. Madrit. 1570. 8. DOUGL.

JACOBUS VARVAZIOVINUS. EJ. eſt brevis & ſuccincta de gradibus ſ. differentiis medicinarum ſimplicium & compoſitarum commentatio 1557. 8. L.

De

De medicæ artis progreſſu & origine Witteb. 1557.

Pierre Braillet *tr. concernant les declarations des abus & ignorances des medecins* Rouen 1557. 16. Contra Benancium d'Etr.

Opera nova nella quale ſi trovan molti ſecreti d'Exc. medici Padova 1557. 8.

Jean Vincent *receptes pour guérir les chevaux de toutes les maladies* Anvers 1557. 8. Ex Italico verſio opuſculum, non laudatur a Vitteto.

§. CCCIV. Jodocus Lommius.

Buranus, Belga, de ſecta Hippocratica, morborum diligens obſervator. Ej. *commentarii de ſanitate tuenda in librum I.* A. C. Celsi prodierunt Lovan. 1558. 8. Bur. Leid. 1724. 8. *. Ampliſſimus commentarius, totus ex veteribus ſumtus.

Ej. *medicinalium obſervationum libri tres, quibus notæ morborum omnium & præſagia judiciaque proponuntur* Antwerp. 1560. 8. 1563. 8. Francof. 1643. 8. Jen. 1687. 8. 1719. 8. 1739. 8. Londin. 1718. 8. Amſterdam 1715. 8. 1720. 8. *. 1738. 8. Gallice *tableau des maladies* Paris 1712. 8. Non ſunt, ut ex titulo ſperes, adnotationes aliquæ ſingulares, ſed hiſtoriæ morborum analyticæ cum ſignis & præſagiis, omnino ad Hippocratis ſenſum; univerſi primum corporis, tum mala peculiaria.

Ej. *de curandis febribus l. morbi ſingula tempora & remedia complectens* Antwerp. 1563. 8. Tr. Roterod. 1720. 8. *. Amſterdam 1733. 8. 1745. 8. Anglice, vertente Daleo Lond. 1732. 8. Pro venæ ſectione, etiam in prægnantibus, pueris, & ſenibus. Utiliter venæ ſectionem dividi, ut tamen intra unicam diem repetatur, inde vires minus frangi. In calidis regionibus ſanguinis miſſiones melius tolerari. In febribus acutis continuo in principio morbi venam ſecandam, non facile in morbi ſtatu. Cubiti venam rectius ſecari. Victus in morbis acutis ratio, fuſe. De purgatione in febribus. Ubi efflorefcit materies, continuo purgandum; lenia laxantia omni tempore ferri poſſe. Symptomata & reliqua curatio febrium, analytice omnia, nullo experimento producto. Criſes febrium. Evacuationes variæ ut adjuvandæ: vomitum mechanice tantum ciere ſuſtinet. Pro frigidæ in ſtatu morbi potu, & quibus cautelis. Declinantis morbi cura.

§. CCCV. Julianus Palmarius.

Paulmier, *Conſtantinus,* medicus Pariſinus, Fernelii diſcipulus, & amicus.

Ej. *de vino & pomaceo* Pariſ. 1588. 8. Astr. 1588. 8. Bur. Gallice 1589. 8. Falc.

Ej. de *morbis contagioſis* libri VII. Pariſ. 1578. 4. Ast. Tr. Francof. 1601. 8.*. Haag 1664. 8. Tr. Lues primo venerea, ad quam duo libri ſpectant, & ad hydrar-

hydrargyrum tertius. Præjudicata præceptoris opinione excæcatus, mallet in guaiaco, & in debilibus præſidiis ſpem ponere curationis, invitus vero denique vires majores hydrargyri adgnoſcit, tantum ut poſt duas, aut tres inunctiones, ad decoctum guaiaci tranſeat, inde redeat ad mercurium. L. IV. de elephantiaſi vix quidquam habet proprii. L. *de morſu canis rabidi* ad chirurgiam potius pertinuerit, cui malo pulverem opponit, nondum obſoletum, quem mirarer ſi foret efficax. De *febre peſtilentiali* libri duo. Viderat paſſim, & in noſodochio ei malo erat medicatus, præjudicia vero ſuperare non potuit. Auro multum tribuit, & bolo, & theriacæ. Evadere quibus alvus ſtricta fuerit, perire quibus laxa. Coriarios, & virgines, quæ in noſodochiis humiliora ſervitia obeunt, a peſte minus impeti. Stibium in peſte multis exitio fuiſſe. Peſtis Pariſina, in qua ſæviſſimus erat capitis dolor.

Nicolaus Bies, Gandavenſis, Profeſſor Lovanienſis, & in aula Caroli V. medicus aulicus. Ejus *Hippocraticæ medicinæ libri VII, quibus omnia hujus artis præcepta explicantur* Antwerp. 1558. 8. *. Libro II. & III. morbos deſcribit, I. IV. & V. medicamenta ſimplicia & compoſita. L. VI. curationes morborum, generales nempe, huc febres, ubi videas peſtilentias maligniorum ſtellarum influxui tribui. Receptas ubique opiniores ſequitur.

Ej. *in artem medicam* Galeni *commentarius* Antwerp. 1560. 8. Tr.

Ej. *de methodo medicinæ* L. I. Antwerp. 1564. 8. Tr. & Lovan. 1564 8. Trew.

Ej. *de natura* L. V. Antwerp. 1573. 8. L. 1593. 8. Tr. 1613. 8.

Hippolyti Salviani, Romani, *de criſibus ad* Galeni *cenſuram* l. Rom. 1558. 8. Tr. Lion 1605. 8. Ex Hippocrate & Galeno.

Horatii Reserii *de hydrope libellus* Bononiæ datus a. 1558., excuſus in L. VI. Scholzianorum conſiliorum, & Ej. *de calculo* fuſiſſimum conſilium.

Jacobi Pacini *de tenuis humoris febrem facientis ante purgationem per artem incraſſatione, deque Græcorum cum Arabibus conciliatione.* Ej. *Quæſitum num in morbis juxta* Hippocratem *&* Galenum *cauſa continens concedatur* Venet. 1558. 8. apud Aldum, Baſil. 1559. 8. Tr.

Leonis Rogani *de memoria reparanda, augenda, ſervanda* Rom 1558. 8. Thomas.

Ej. *in l.* Galeni *de pulſibus ad tirones commentarius, in quo omnia brevi exponuntur, quæ* Galenus *in* 16. *l. tranſegit* Neapol. 1556. 8. Rom. 1560. 8. Venet. 1575. 8. *. 1597. 8. Tr. Compendium Galeni.

Ej. *de urinis* L. III. *ex* Hippocrate *&* Galeno *collecti* Venet. 1575. 8. *. 1597. 8.

Gemmæ Frisii, qui hoc anno obiit, conſilia exſtant in collectione Garetii.

J. Vincentii Rogerii *in artem parvam* Galeni *commentarii* Baſil. 1558. 4.

J. HOFMAN *de vino ejuſque partibus, differentiis veroque uſu* Lipſ. 1558. 4.

Ej. *de ſanitate tuenda diſp. generalis* Lipſ. 1582. 4.

CASPARI CALDERI *l. aureus de facile parabilibus e veterum & recentiorum obſervatione approbatis, & de arcanis naturæ & artis magiſterio* Antwerp. 1558. fol.

WILL. BULEYN *governement of health* Lond. 1558. 8.

PHIL. MICH. NOVENIANI *von den böſen Bauchflüſſen und Durchlauf* Witteberg 1558. 4. BOEHMER. TR.

LAURENTII HIEL *diſp. de morbo gallico* Jena 1558. 4. ASTR.

J. COSMÆ HOLZACH, Baſileenſis, *lepræ experimentum & examen, quo edocetur, qui & qua ratione & dijudicare eos conveniat, qui de lepra ſuſpecti ſunt* Baſil. 1558. 8.

Apothekertax der Stadt Baſel Baſel 1558. 4.

ALOISII CORNARI *diſcorſi della vita ſobria* Patav. 1558., uti legi. Venet. 1562. 8. PL. 1599. Rom. 1616. 4. *. Milan 1627. 12. TR. Pariſ. 1636. 24. 1646. 12. d'ETR. FALC. In *terza rima* Venet. 1666. 8 Latine Patav. 1561. 8. Cum LESSIO Antwerp. 1614. 8.* Prodiit etiam Witteb. 1623 8. WACH. & in collectione librorum *diæteticorum* J. SIGM. HENNINGERI, atque in *diſputatione* GODOFREDI de BERGER. Gallice vertente SEB. HARDY Pariſ. 1646. 8. 1701. 12. cum notis de BONNODIERE Gallice an Paris 1704. HEIST. 1772. 8. Amſterdam 1703. 12. Leid. 1724. 12. Utrecht 1750. 8. TR. Anglice Lond. 1725. 8. Germanice vertente CHR. LUDOVICI Lipſ. 1707. 8. PL. In primo *trattato* Nobilis Venetus, cum liberius vixiſſet, mature incommoda paſſus, quæ ex laxiori vitæ genere naſcuntur, ſubito mutato conſilio, ſtrictiſſimo victui ſe addixit, ut 14 vini, duodecim cibi uncias ſibi in diem indulgeret. Novam vere ſibi juventam ipſe eo conſilio reddidit, & centeſimum annum ſuperavit alacris.

Alter libellus una prodiit, *Compendio della vita ſobria*, ſcriptus anno 86. ætatis.

EJUSD. *convenevole oſſervazioni, nella quale proſcendo ognun a ſeguir la via ordinata e ſobria.* Annos 95 natus hæc ſcripſit, cum tamen maligno natus eſſet cum temperamento.

Ej. *Lettera ſcritta al Rev.* D. BADOER. Se lætam vitam agere, etiam ſuavi voce canere. M. Julio & Auguſto in magnum languorem ſe incidere, quoad novo vino ſe poſſit refocillare. Neque ideo omnibus eam in victu ſeveritatem ſe commendare.

In PHILIPPI MELANCHTHONIS, ſummi viri, orationibus variis de rebus medicis aliquæ intercedunt Argent. 1558. 8. LIND. MILICHIANOS libellos diximus.

diximus. Inter eas eſt etiam HENRICI PAXMAN *de febrium rigoribus & eorum differentiis:* MELCHIOR FEND, profeſſoris Wittenbergenſis, *de utilitate & dignitate artis medicæ.*

Ej. *l. de moderatione cibi & potus, ſomni & vigiliarum* Francof. 1612. 12 1628. 12.

Ej. *Oratio de vita medica, ſ. honore habendo corporibus noſtris* Roterdam 1665. 8. cum aliis epiſtolis & reſponſis.

Ej. *encomium medicinæ* Roterdam 1647. 8. 1661. 8.

§. CCCVI. FRANCISCUS VALLESIUS.

VALLES, Covarruvianus, profeſſor Complutenſis, & PHILIPPI II. Archiater, quem aliqui *animam* GALENI dixerunt, alii meris paraphraſtis adnumerant.

Ej. *commentaria illuſtria in* GALENI *libros* VI, *de locis affectis* Lion 1559. 8. LIND.

Ej. *in ll. Hipp. de morbis popularibus commentaria* Madrit 1577. f. L. Turin. 1589. 8. *. Colon. 1588. f. TR. curante J. P. AYR. MARCELLINO. Neapoli 1621. f. L. 1652. f. L. Recognita a GAUDIO AURELIO Aureliæ 1645. f. TR. Pariſ. 1663. f. Plerique commentarii fuſiſſimi & paraphraſtici ſunt. Nonnunquam tamen aliqua intercedit auctoris adnotatio. Febris quintana, quam neſcit VALESIUS, num quartanam potius retardatam vocet. Pleuritidem veram vidit typum ſervaſſe tertianæ. Anno 1557. perniciofas febres cum maculis regnaſſe, quæ nigræ certo funeſtæ fuerint, non quidem rubræ. Iterum de his maculis ſ. tabardillo Hiſpanorum, olim raro malo, nuper frequentiori. Non eſſe adeo definitum partus tempus. Eſt ubi textum ex codicibus emendat, aut cum JACOBO ESTEVE de iis correctionibus litigat. Cæterum ad L. I. & II. hic commentarius pertinet.

Ej. *in artem medicinalem* Complut. 1567. 8. *. Venet. 1591. 8. in l. *de inæquali temperie, librum* III. *de temperamentis, quinque priores de ſimplicium medicamentorum facultate ll. Duos de differentiis febrium libros* Complut. 1569 8. LIND.

In VI. l. GALENI *de morbis & ſymptomatis* Lion 1540. 4. niſi error eſt.

Ej. *commentarii in* GAL. *artem medicinalem: de inæquali temperie:* L. III. *de temperamentis:* Libros V. *priores de facultatibus ſimplicium medicamentorum; in Duos Libros de differentia febrium:* in L. VI. *de locis patientibus*, cum VALLESII libr *de urinis, pulſibus, febribus methodo medendi*, opera J. PETRI AYROLDI MARCELLINI Colon. 1590. fol. GUNZ.

Ej. *in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos commentarii ſeptem. In* HIPP. *de alimento, in l. prænotionum, in l.* HIPP. *de ratione victus in morbis acutis comm.* a J. P. AYROLDO editi Colon. 1589. fol.

Comm.

Comm. in ll. HIPP. *de ratione victus in morbis acutis* ſeorſim Turin 1590. 8. FALC. Pro venæ ſectione e directo.

Ej. *controverſiarum medicarum & philoſophicarum libri decem* Complut. 1556. f. TREW. *Acc. l. de locis manifeſto pugnantibus apud* GALENUM Complut. 1564. 1585. L. Francof. 1582. fol. B. B. 1590. fol. *. 1595. fol. L. Hanov. 1606. fol. TR. Venet. 1609. fol. HOTTON. Lion 1625. 4. TR. Ex GALENO, non ex natura.

Ej. *methodus medendi in libros* IV. *diviſa. In* 1. *victus ægrotantium:* 2. *ratio curandi per indicationes ſimplices:* 3. *per compoſitas, & cum aliquid eorum nos latet, quæ indicare poſſent:* 4. *occaſiones curandi & abſtinendi a curationibus* Venet. 1589. 8. TREW. Madrit. 1614. 8. ID. Lovan. 1647. 8. ID. Pariſ. 1651. 12.

Ej. *de urinis pulſibus ac febribus libelli, ſ. compendiariæ tractationes* Lion 1559. 8. DOUGL. Complut. 1564. 8. Baſil. 1565. 8. LIND. Francof. 1588. 8. TR. Turin. 1589. 8. ID. Patav. 1591. 8. FALC. Francof. 1645. fol. cum aliis operibus.

Ej *de iis quæ ſcripta ſunt phyſice in libris ſacris. ſ. de ſacra philoſophia* l. Turin 1587. 4. MEAD. Francof. 1590. 8. *. 1608. 8. L. Lion 1588. 8. TR. 1592. 8 TR. 1595. 8. TR. BUR. 1600. 4. TR. 1617. 8. 1622. 8. L. 1652. 8. L. 1667. 8. TR. Inter varia loca S. S., quæ ſibi declaranda ſumit, etiam medica ſunt, ſenium Salomoneum, alia, ſed ſapor omnibus idem.

Ej. opera Colon. 1592. fol. 1594. fol.

Ej. *tratado de las aquas deſtiladas, peſos e medides, de qui los boticarios deben uſar* Madrit 1592. 8. N. ANT.

§. CCCVII. VARII ad A. 1559.

BARTHOLOMÆI MARANTA *de aquis Neapoli in Luculliano ſcaturientibus, de eorum metallica natura & viribus* Neapoli 1559. 4.

Ej. *della theriaca e del mithridatio* Venet. 1572. 4. FALC. libri duo Italico ſermone ſcripti, opera J. CAMERARII latina civitate donati Frf. 1576. 8. *. Conf. B. Bot.

J. CNOBLOCH *propoſitiones medicæ* Francof. ad Viadr. 1556. 4. H.

Ej. *de paraphroſyne ſ. delirio & differentiis ſuis* Fr. ad. Viadr. 1569. 4. H.

Ej. *de peſtis eſſentia & natura* ib. 1593. 4. H.

JAC. BESSON *de abſoluta ratione extrahendi aquas & olea ex medicamentis ſimplicibus, a quodam empirico accepta & a* BESSONIO *locupletata, experimentis confirmata* Tigur. 1559. 8. *. cum GESNERI *Euonymo*, tum Francof. 1604. 8. L. & alias.

GEORGII LIMBORCH *de acidulis quæ ſunt in ſylva Ardenna juxta vicum Spa* Antwerp. 1559. 4. L.

JACOBI PRÆFECTI *de diverſorum vini generum natura* Venet. 1559. 8. L.

HIERONYMI RUPEI *paradoxa & theoremata rei medicæ, quæ in quadruplici ſunt*

ſunt differentia, de his quæ ad medicum, chirurgum, pharmacopolam, obſtetricem ſpectant Toloſ. 1559. 4.

CLAUDE VALGELAS *commentaire de la conſervation de la ſanté* Lion 1559. 4.

Antidotarium ex optimis auctoribus collectum & caſtigatum Venet. 1559. 8. GUNZ. Sect. I. deſcriptiones compoſitorum medicamentorum, quæ in publico uſu ſunt. S. II. ſimplicia medicamenta, ſuccedanea & nonnulla, quæ ad parandi modum attinent.

TIMOTHEO ROSSELLI *ſomma de ſecreti univerſali in ogni materia* Venet. 1559. 8. FALC. 1575. 8. BUR. 1619. 8.

FRED. GRISONI *ordini di cavalcare e la natura di cavalli* Padava 1559. 8. CARLSON Venet. 1561. 8. hic cum COLUMBA.

Kochbuch von allerley Speiſen, Lattwergen und Zucker Augſpurg 1559. 4.

HIERONYMI HEROLD *epiſtola de quartana* a. 1559. data, & in L. VI. SCHOLZIANARUM recuſa.

Ej. *epiſtolæ ad* JOH. VALDANIUM, *quibus tractatur quæſtio, utrum in lienis affectibus ſecanda ſit vena quæ eſt ad anularem digitum ſiniſtræ manus* Patav. 1567. 8. L. FEROLDUM vocat L., ſuſpicor vero eundem eſſe HEROLDUM.

In REALDI COLUMBI *de re anatomica* libro XV, etiam morboſorum cadaverum inciſiones aliquæ, & non vulgares adnotationes, reperiuntur. Ancyloſes variæ, etiam maxillæ cum capite. Homo guſtu deſtitutus. Oſſa in pulmone & lapides. Hydrops thoracis. In corde aliena varia: cartilagines, tumor grandis, pulmo deſtructus. Aqua in cerebro. Lapides in variis corporis humani partibus. Jecur & lien abſque vitio in hydropicis. Lien ſcirrhoſa cartilagine obductus. Morbus niger, ventriculus & inteſtina ſanguine plena. Inteſtina omnia ad hypochondria reducta, ut arteriæ magnæ pulſus tangeretur &c.

JOH. HERMANN & ANDR. ROSA *Themata quædam* Witteberg 1559 8. Ej. *de Pharmacia* ib. 1560. 8. TR. Ej. *diſp. totius artis præcipua capita amplectans* 1565. 8.

§. CCCVIII. J. BAPTISTA PORTA.

Neapolitanus, vir acuti ingenii, mathematicus, ingenii præcocis, peregrinator.

Ej. *magiæ naturalis libri quatuor* prodierunt primum Neapoli 1558. fol. min. TR. & Antwerpiæ 1560. 8. * Video etiam editiones citari Lion 1561. 16. d'ETR. Colon. 1562. 12. THOMAS. Antwerp. 1564. 8. OSB. Rara, curioſa, ut vulgo vocat, & inaudita colligere ſtudet, non ille in æſtimanda ſcriptorum fide difficilis, ex quibus haurit. Coſmetica hic reperias, dentifricia, aphrodiſiaca & anta phrodiſiaca, philtra. In L. III. Chemicæ aliquæ formulæ medicæ. Metallorum utilitas in arte medica.

Inde auctum opus eſt, & libri viginti prodierunt Neapoli 1569. fol. L. 1575. 12. TREW. 1589. f. THOMAS. Lion 1561. 12. TR. Francof. 159. 8.

NEAUME. 1597. 8. L. 1607. 8. NEAUME. Hanov. 1619. 8. 1644. 8. TR. Leid. 1644. 12. *. 1652. 12. L. Amſterdam 1664. 12. L. Rouen 1601. 8. 1650 8. ASTR. Gallice Lion 1571. 8. & 16. Anglice Lond. 1669. fol. OSB. Germanice Nor berg 1680. 8. 1713. 4. 1715. 4. Italice Venet. 1560. 8. THOMAS 1572. 8. & Neapoli 1678. 4.

In L. I. Vires medicatæ animalium, plantarum, foſſilium. Condimenta varia & coquinaria, carnium conſervatio, panificia, vina artificia ia. Deinde liber VIII. eſt experimentorum medicinalium: medicamenta varia ſomnifera, alia. Medicamenta ophthalmica, dentaria: ad frigidos dolores oleum rancidum avium Diomedearum. L. IX. eſt coſmeticorum. L. X. deſtillationum. L. XI. tradit odoramenta & unguenta. L. XIII. XIV coquinariam. L. XV. venena pro occidendis animalibus. L. XVI. miſcellanea & inter ea medicamenta varia. Vana quidem multa, aliqua peculiaria & rara, ut aquam marinam deſtillantem dulceſcere. Stylum per pulli caput trajectum per duplicis calvariæ intervallum tranſire, non per cerebrum.

In *Phytognomonicis* Neapoli 1588. fol. *. Francof. 1591. 8. 1608. 8. Rouen 1650. 8. *. ex ſignatura plantarum vires medicas deducit.

EJ. *de deſtillationibus libri* IX, *quibus cujuslibet miſti in propria elementa reſolutio perfecta docetur* Rouen 1608. 4. Argentor. 1609. 4. L.

EJ. *de humana phyſiognomia* l. VI, *in quibus dicitur quomodo animi proprietates naturalibus remediis compeſci poſſint* Francof. 1592. 1618. 8. L. 162!. 8. L. Neapoli 1602. f. LIND.

EJ. *Phyſiognomiæ cæleſtis* L. VI. Neapoli 1603. 4. maj. B. B. Padoa 1616. 4. *. Planetarum, deinde ſiderum in homines inque eorum mores & morbos influxus: eum rejicit, moreſque ex humorum temperie ſequi docet.

EJ. *de aeris tranſmutationes* L. VI. Vici 1586. Venet. 1615. 4. L. Neapoli 1602. fol. FALC. Hanov. 1593. 1601. Urſell 1610. Rom. 1614. 4. *. 1650. 8. Francof. 1618. 8. GUNZ. Italice etiam & Gallice vid. *B. Anat.* I. p. 216.

Hiſtoria ventorum, pluviæ, meteororum, fulgurum. Mannæ origo, non ex aere decidere, nam in frondibus reperiri, quæ linteis teguntur. Aliqua de mephitidibus. De ventorum qualitatibus, aere corrupto, ejuſque repurgatione.

§. CCCIX. LEONARDUS BOTALLUS.

LEONHARDUS BOTALLUS, Aſtenſis, ex ſchola Italica, Doctor Ticinenſis, in Gallica aula, deinde apud GUILIELMUM Arauſiacum, archiatri numere functus. EJUS *de curandis vulneribus ſclopetariis* Lion 1560. 8. huc minus facit.

Sed *commentarioli duo, alter de medici, alter de ægroti munere. Admonitio fungi ſtrangulatorii, de catarrho commentarius, de lue venerea; declaratio capitis* VI *libri* VI *methodi* GALENI Lion 1565. 16. *. 1577. 8. In primo libello inquirit quas artes medicum diſcere expediat. Curioſitatem nimiamque elegantiam inutilem eſſe. Virtutes & vitia medici. Ex animi ægrimonia morbi nati, & ſublati ea

anxietate

anxietate ſublata. Pharmacopolæ munus. L. *de lue Gallica & de vulneribus ſclopetaris* prodiit Germanice Nürnberg. 1678. 8.

EJ. *de curatione per ſanguinis miſſionem, de incidendæ venæ, cutis ſcarificandæ, & hirudinum affigendarum modo* Antwerp. 1583. 8. LIND. Lion 1590. 8. LIND. 1655. 8. L. Ad chirurgica. Neminem ſe ſcire, qui venam jugularem inciderit (utique eam venam a M. AURELIO SEVERINO ſe teſte inciſam fuiſſe, tum arteriam temporalem addit J. v. HORNE). Laudat fratrem ſuum FRANCISCUM, peritum chirurgum.

Practici argumenti liber, quo venæ ſectionm adverſus omnes fere morbos commendat. Quater, etiam ſexies, in uno anno ſeni ſanguinem recte miſſum, & neceſſariam fuiſſe miſſionem. Omnino feminis gravidis ſe feliciter ſanguinem miſiſſe, etiam ter & demum undecies. Se Gallis auctorem fuiſſe frequentis venæ ſectionis, præter unum FLESSELLES, ſecum qui ſentiat. Ad ſingulum morbum ſubjicit exempla; virorum fere illuſtrium. quibus ſanguinem miſerit, in alvi fluore & in dyſenteria, in lienterico diuturno fluxu. Mors dyſenterici poſt omiſſam venæ ſectionem; in eo inteſtina ſphacelata fuiſſe. Non obſtare exanthemata, neque criſes. Viſa Lutetiæ a. 1575 exanthemata dura, pruriginoſa. Venam parotidibus erumpentibus perinde mitti debere. Non obſtare hæmorrhoides & ſanguinem de naribus ſtillantem. Abſque venæ ſectione non poſſe eo in præcipiti caſu ægrotum ſervari. Etſi ter quater ſanguinem detraxit BOTALLUS, tamen ſanguis porro de naribus erupit. Omnino in febre ardente ſanguis mittendus, neque minus ſi ſanguis vitioſus fuerit. Non contra indicare lochia maligne fluentia. In peſte omnes ægri vena inciſa ſanati, variis in regionibus: eſſe tamen qui pereant, etiam cum hoc auxilio. Nihil ſe præſentius reperiſſe. Exemplum in CAPLUANO, cum plures bubones erumperent, utiliter miſſi ſanguinis, & in Epiſcopi febre peſtilenti. Sic in ſtrangulatione, catarrho, dolore contumaci, ſalutarem vim miſſi ſanguinis ſe expertum eſſe; in hydrope etiam & pervicaci febre quartana. GALENUM etiam ſecum ſentire: exemplum, in ſe ipſo hydropico & quartanario. Magnas etiam ſanguinis jacturas nullum hydropem ſecutum eſſe, ut iſte metus inanis ſit. Sic in aliis quartanis. Refutantur improbantes medici. Etiam a nimia venere tamen vena ſecta, & in turbato viſu, ad proprium in ſe ipſo factum experimentum. Ita in ſe ipſo cacochymico venæ ſectio frequenter repetita feliciter ceſſit. In calculo, in convulſione levamini eſſe. Non obſtare magnum morbi impetum, & ſummum ſtatum morbi. In morbo acuto die ſecundo bis, tertio ſemel, quarto ſemel venam incidit, ſeptimo ſemel, cum ſanguinis libra de naribus fluxiſſet. Iterum non obſtante venæ ſectione plurimum de naribus ſanguinem fluxiſſe. Omnino in morbi vigore ſanguinem mittendum, & in declinatione. CAPLUANI epiſtola cum multis exemplis felicis venæ ſectionis Non parcum in obeſis ſanguinem, etſi difficilius fluxiſſe. Metam medicorum refutat, ultra quam ſanguinem mitti vetant, deliquium nempe animi, quod alias continuo, alias ne poſt maximam quidem hæmorrhagiam ſuccedat. Neque a puritate aut impuritate ſanguinis de fine imponendo recte judicari. Copiam ſanguinis ſecundum AVICENNAM librarum eſſe 25. poſſe mitti 17. libras abſque metu. Sanguinem ſponte effuſum plus nocere, quam is noceat, quem

ars

ars emittit. BOTALLI Frater filiæ 3. libras in uno die emiſit. In pleuritide ſemel aut bis in dies ſanguis mitti debet. In peripneumonia venæ ſectio duarum librarum ſubito morbum tollit. Impuriſſimus ſanguis detractus profuit. Dyſentericus periit, cum ſanguis parce miſſus fuiſſet. Prima venæ ſectio nihil habet præcipui, aut ad ſervandum ægrotum magis efficacis. Senex ſeptuagenarius feliciter venam ſecuit, valde repetito. Plerumque præmittenda purgationi venæ ſectio, niſi ſordes in primis viis aliter exigant.

EJ. *opera omnia* edente I. v. HORNE Leid. 1660. 8. *.

§. CCCX. VARII AD ANNUM 1560.

BRUNO SEIDEL Erfordienſis

EJ. *de uſitato apud medicos urinarum judicio* Erford. 1560. 8. ut legi, tum 1562. 8. *. 1571. 8. L. Urinam utique multa nos de febribus docere. Poſſe vero facile falli, qui ſolo ex lotio eventus prædicere voluerit, quod a cibis aliiſque cauſis mutetur. Cum aliis ergo ſignis lotii inſpectionem conjungi debere.

ID. cum G. FALLOPII *l. de ulceribus* edidit ſuam *ſententiam de iis, quæ* L. JOUBERTUS *in paradoxis de febrium humoralium origine ac materie diſputavit* Erford. 1577. 4. *. In febribus intermittentibus humores ebullire, effervescere, denique putreſcere. Neque ad febres excitandas id maxime valere, quod uſtioni ſit proximum. Exſtat etiam cum operibus JOUBERTI omnibus Francof. 1599. fol.

EJ. *liber morborum incurabilium cauſas cum brevitate explicans* Francof. 1593. 8. *. Leid. 1662. 8. L. cum FABRITII de PADUANIS tr. *de morbis in quibus præſentaneis uti convenit præſidiis.* Magni SCHELHAMMERUS faciebat. Non perinde mihi placuit. Dari omnino morbos incurabiles, quos nulla panacea, nulla PARACELSI ars curet. Ejuſmodi eſſe peſtem veram, vulnera cordis, pœnas a Deo inflictas. Aliqua ſparſa de morbis caſu ortis aut ſanatis, etiam vana aliqua, ut convulſiones ex eſu coturnicum helleboro paſtarum. Valde iraſcitur PARACELSI ſectatoribus. Aqua forti epota puella ſanata.

EJ. *de ebrietate* l. III. Hanov. 1594. 8. L.

J. BRUYERINI CAMPEGII (SYMPHORIANI ex ſorore nepotis) Lugdunenſis, medici, *de re cibaria* libri XXII. Lion 1560. 8. alii Perigueux eodem anno Francof. 1600. 8. *. 1608. 8. ab OTT. CASMANNO reviſ. & mutato titulo Deipnoſophiæ ſ. ſitologiæ Antwerp. 1627. 8. Noriberg 1659. 8. L. Scriptum opus ante 30 annos (a. 1530.) cum auctor eſſet in FRANCISCI I. comitatu. Collectio eſt, in qua de omni genere ciborum & potulentorum veterum monumenta compilantur, adjectis ad veterum placita nonnullis ex nuperis auctariis. Victus rationem, vireſque medicatas alimentorum, grata quadam varietate complectitur.

Interpretatus eſt IDEM AVICENNÆ *l. de corde* Lion 1559. 8. *. & AVICENNÆ l. *de curandis morbis* Lion 1537. 4., quam editionem in B. BODLEYANA video vocari *Collectanea de ſanitatis functionibus, de ſanitate tuenda, de curandis morbis.* Sed vide T. I. p. 387.

ANTONIUS

ANTONIUS CHALMETÆUS (CHAUMET), Vegeſacus, chirurgus, RONDELETIO carus. EJUS eſt *Enchiridion chirurgicum externorum morborum remedia tam univerſalia quam particularia complectens* Pariſ. 1560. 8. *. 1564. 8. GUNZ. 1567. 8 PL. Lion 1570. 12. 1588. 12 BOEHMER. 1627. 8. ID. 1659. 8. Patav. 1593. 4. LIND. 1594. 8. ID. Aureliani 1621. 8. ID. 1626. 8. BOEHMER. Genev. 1644. 8. L. 1649. 8. Gallice Lion 1571. Germanice 1644. 8. 1659 8. Belgice Amſterdam 1671. 8.

In prima jam editione exſtat diatriba de curatione morbi venerei. Laudat C. guaiaci uſum, cum aliquot ſub finem hydrargyri inunctionibus. Mercurium tamen defendit, neque reliquas curationes negligit, vaporis mercurialis ſuffitum, radicem Chinæ. Ipſum cæterum opus eſt fere in medicamentis, & capita clinica complectitur, de arthritide, morbis cutaneis, angina, hydrope vario.

PETRUS natione Gallus, chirurgus vel empiricus (ASTRUC.) caruncula mira urethræ felicitate ſanabat, unguento quod mercurius præcipitatus ruber ingrediebatur, laudatus idem TRINCAVELLIO & MASSARIÆ.

Anonymi medici Nemauſenſis obſervationes 37. fere *cum* RIVERII *obſervationibus* prodierunt. Vixerat ab a. 1543. ad 1580. Virgulas plumbeas ſuadet ad arctationem urethræ, quæ gonorrhœas ſequitur, & exemplum citat feliciter adhibitarum, ASTR.

JACOBI HUGGEL, Baſileenſis, *de ſemeiotice medicinæ parte tractatus* Baſil. 1560. fol. * Tabulæ ex veteribus ſumtæ.

JOH. VETERIS *oratio in medicinæ commendationem* Pariſ. 1560. 8. FALC.

MICH. BARTH *oratio de* THOMA LINACRO Lipſ. 1560. 8 TR

EJ. HIPPOCRATIS *aphoriſmus* 12. *ſectionis VI. in diſputationem vocatus* Lipſ. 1573. 4. HEF.

EJ *epiſtolæ ad* PITHOPOEUM de chemia, ſunt in SCHOLZIANIS.

PETRI LOTICHI SECUNDI, poetæ, exſtant *theſes aliquot medicæ* 1560.

LEONHARDUS THURNEISEN *zum* THURN, familia honeſtiſſima Baſileenſi natus, chemicus, errabundam vitam duxit, & aliquamdiu in aula Brandenburgica vixit.

EJ. προκαταληψις *oder præoccupatio durch XII. verſchiedene Tractätlein gemachter Harnproben* Francf. 1571. fol.

EJ *interpretatio oder Erklärung der fremden, unbekannten Wörter, Character und Nahmen des* THEOPHRASTI PARACELSI Berlin 1574. 12. TR.

EJ. *Archidoxa darinn Ausziehung alle Subtilitäten aus Metallen, Steinen, Wurzeln, Säften &c.* Münſter 1669. 4. B. B. Berlin 1575. fol. TR. Septem planetas iisque ſubjecta ſeptem metalla & plantas recenſet.

EJ. ευπαραδηλωσις *d. i. ein genugſame Erklärung der Archidoxen* Berlin 1575 f.

EJ.

Ej. *quinta eſſentia höchſte Subtilität der Medicina und Alchimia* Leipzig 1574. Tr. Münſter 1670. 4. B. B. Plantarum diverſæ pro regionem varietate vires.

Ej. *Erfindung und Beſchreibung des Harnes und Beſchreibung von Probierung des Harns auch Erkenntnis des ganzen menſchlichen Körpers XII. Bücher* Berlin 1576. fol. Pl.

Ej. *Piſon der erſte Theil von kalten mineraliſchen und warmen Waſſern, ſamt der Vergleichung der Plantarum und Erdgewächſe &c. X. Bücher* Francf. 1572. fol. *. Pondera ſpecifica aquarum, elementorum proportiones, & cum plantis adfinitates enumerat, fonteſque facit calaminthæ analogos &c.

Ej. *onomaſticum polygloſſon multa pro medicis & chirurgis continens* Berlin 1574. 8. L.

Ej. *βεβαιωσις τȣ αγονιϛμȣ wie die neue Erfindung des Harnprobierens geweſen iſt* ib. 1576. fol. *. Urinæ analyſis per pondera & deſtillationem: ſal, ſulfur & mercurius urinæ, ex quibus præſagia deducit.

Ej. *hiſtoria & deſcriptio plantarum omnium tam exoticarum quam indigenarum* Berlin 1578. fol. * cum miris eſſentiis, & aliis medicamentis ex plantis paratis.

Ej. *μεγαλη χυμια* Berlin 1583. fol. *. Alchemiſticum opus & aſtrologicum, plenum medicamentorum chemicorum, quæ deſcribit, & hiſtoriolas mirificas narrat. An ſani ſit ſenſus vix dixeris.

Ej. *Verantwortungen auf die Schmächſchriften* Franc. Tollo Greifswald. 1580. 8. Tr.

Andreæ Ellinger *Reiſe- und Kriegsapotheke, darinn nicht nur die beſchwerlichſten Krankheiten des Menſchen Leibes vermeldet, ſondern auch die geheimen Medicamenta Chymica beſchrieben werden* Zerbſt 1602. 8. * edente Agapeto Kozer, chemico. Medicamentorum formulæ: tincturæ lapidum pretioſorum, coralliorum, olea, etiam Receptæ, ut vocant, ad morbos ſingulos. Acc. Fedronis *medicamenta ad morbos, tum brevis cenſus morborum cum medicamentis priorum & ſuis.*

Ej. *de eryſipelate* Lipſ. 1560. 8. Tr.

Ej. *Rathſchlag wie man ſich zur Zeit der Peſt præſerviren und ſo man damit behaftet curiren ſoll* edente Joh. Wittich Lipſ. 1587. 4.

Ej. *Hippocratis aphoriſmorum ſelectarum maximeque ſententiarum paraphraſis poëtica* Francof. 1579. 8. Sic in Hipp. *prognoſtica.*

Conſilia aliqua ſunt in Wittichianis.

Ej. *von rechter Extraction der ſeeliſchen und ſpirituâliſchen Kräften aus allerley Kräuter* Witteberg 1609. 4. Thomas.

Guilielmi Varignanei *de febrium diſpoſitione* Lion 1560. 8. L. An antiqui alicujus Varignanæ.

Dominici Reulin *de recto cibariorum ordine ſalubrique uſu* Bourdeaux 1560. Verdier.

Domenico Romoli *dei condimenti de tutte le viande* Venet. 1560. 8.

Guido Desiderius *compendium Philonii* Valesci edidit Lion 1560. 8. vide T. I. p. 455.

Bernardinus Scardeonius *de antiquitate urbis Patavii & Cl. viris Patavinis* Patav. 1561. fol. B. Bun.

Abraham de Balneis hebræus, circa a. 1560. vertit Galenum *de placitis* Hipp. & Plat.

Pauli Eber theologi l. *de puella exſtatica* Friberg, in Miſn.

§. CCCXI. Anutius Foesius.

Foes, Diviodunenſis, ex Mediomatricibus, vir doctus, magnus Hippocratis interpres, ex Schola Pariſina.

Edidit primum Hippocratis *de morbis vulgaribus librum ſecundum reſtitutum, commentariis ſex, & latinitate donatum* Baſil. 1560. 8. L. 1618. Tr.

Deinde *Oeconomiam* Hippocratis *alphabeti ſerie diſtinctam, in qua dictionum apud* Hippocratem *omnium, præſertim obſcuriorum, uſus explicatur* Francof. 1588. fol. *. Genev. 1662. fol. Lexicon Hippocraticum ex ipſius auctoris diverſis collatis textibus, ex Galeno, Erotiano, aliis Græcis ſcriptoribus, etiam ſcholiaſtis collectum, quo certe vir Cl. immortaliter de Hippocratis lectoribus meruit.

Demum *opera omnia* Hippocratis quæ ſuperſunt recenſuit, novam verſionem adjecit, edidit Francof. 1595. 2 vol. *. 1603. f. Lind. 1620. f. Lind. Genevæ recuſam 1657. f.*. Quibus ſit Græcis exemplaribus uſus, quæ alia vir Cl. præſtiterit, diximus, cum de Hippocrate referremus: ad quemvis nempe librum Hippocrati adſcriptum ſuum adjecit judicium, uti pro legitimo eum habebat, aut pro ſuſpecto. Deinde notas adjecit, auctas ex Hieronymi Mercurialis codicibus, exque Celso aliiſque fontibus, ad definiendum de vero cujuſque vocis ſenſu idoneis, & ad conſtituendam veram lectionem ducentibus. Varias demum lectiones ex duobus codicibus deſcriptas ſubjecit.

Ej. *Pharmacopœa, medicamentorum omnium, quæ hodie in officinis exſtant, tractationem & uſum ex antiquorum medicorum præſcripto continens* Baſil. 1561. 8. Lind. Ex Brassavola & J. Sylvio ſua habere Joubertus.

§. CCCXII. Theodorus Zwinger.

Theodorus Zwinger, vir gratioſus & magnæ ſuo ævo famæ, liberalis, ut ſuo cum damno medicinam faceret, Baſileenſis, gentis medicæ auctor, quæ etiam nunc poſt duo ſecula floret, ut duo Zwingeri cathedris medicis præſideant.

Ejus viri diximus in Galeni *de conſtitutione artis medicæ tabulas & commentarios* Baſil. 1561. fol. *, & *in artem medicam* Galeni *tabulas & commentarios*, anno etiam 1561. fol. * excuſos. Verſionem utriuſque libelli dedit, prioris a V. Trincavellio profectam, alterius a N. Leoniceno. Deinde multo labore Galeni placita in tabulas conjecit, quæ poſſint pro commentariis eſſe.

Similem laborem repetiit, ut pariter monuimus, in XXII. Hippocratis *libellos*, tamen ut textum Græcum addiderit, ex veteribus codicibus emendaverit, Cornarii verſionem correctiorem reddiderit, paſſim etiam veram lectionem reſtituerit. In tabulis Hippocratis placita ex Aristotele aliiſque Græcis explicat, qui liber ſit pro commentario. Prodiit Baſil. 1579. fol. *.

In *Theatro vitæ humanæ* Baſil. 1571. fol. 4. vol. B. B. voluminis III. liber 2. eſt de philoſophia naturali & de medicina. Hiſtoria artis, & alia hiſtorica, ex veteribus decerpta, ad prudentiam medicam, ſtudia medica. In vol. VII. de temperantia & abſtinentia. Volumen XVII. totum huc facit, quo agit de vitæ duratione, reſtitutione, ſanitate, morbis, actionibus corporis humani læſis, de rebus non naturalibus, de morbis & ſymptomatibus, juſto & amplo volumine. Sed & artium occaſione, & alias, multa ſparſa ad rem medicam facientia in immenſa compilatione intercedunt.

Phyſiologia a filio Jacobo Baſil. 1610. 8. edita, aliqua habet pathologica BB.

Aliqua *conſilia & epiſtolæ* ſunt in collectione Laurentii Scholzii T. III. IV.

Ej. *Diſp. de dolore* Baſil. 1583. 4. *.

§. CCCXIII. Laurentius Joubert.

Valentinus, J. Sylvii diſcipulus & J. Argenterii atque Fallopii, univerſitatis Monſpelienſis profeſſor & cancellarius, vir doctus, læti & erecti ingenii.

Ej. *paradoxorum decas prima* primum prodiit Lion 1561. 8. Rast. recuſa cum altera ib. 1566. 8. Rast. & in operibus omnibus. Pleraque ſunt argumenti practici. Vere calida eſſe, non effectu ſolo, ſed ipſa ſua natura, quæ calida dicuntur. Dari veros & per integros annos alitos, propriis etiam exemplis productis, confirmat. Aquam pluvialem ſaluberrimam eſſe. Serum lactis refrigerare quidem, cæterum non eſſe frigidum, & conferre in quartana cum pruritu ſenili conjuncta. De naturæ providentia. Fibrarum rectitudinem in revulſione facienda non debere

bere

bere obſervari; ſed corporis rectitudinem, idemque latus. Revulſionem non neceſſario fieri ad partem maxime remotam.

In *ſecunda decade.* Nullas febres, & ſalubres etiam minus, fieri a putredine humorum, ſed utique a fervore vel uſtione. Bilem præcipuam febrium eſſe materiem, aque bile febres potiſſimum cieri. Materiem febrium in corde contineri, non in aliis viſceribus, neque in corporis habitu, neque aliam ſedem materiei febrium intermittentium eſſe & continuarum. Attractionem fieri a ſimilitudine ſubſtantiæ. Purgantia medicamenta humores a corporibus noſtris adeo non adtrahere, ut potius fugent, & per antipathiam ſuum opus perficiant. Sic alexiteria venena expellere, non extrahere. Non poſſe venena ad certos dies dari.

Subjectæ ſunt *octoginta propoſitiones paradoxæ brevibus theſibus propoſitæ*, etiam practicæ, quæ multa continent ſcholarum placitis adverſa.

Cum ſuis *paradoxis* adſeclas antiquitatis laceſſiviſſet, eorum pluſculi in eum inſurrexerunt, quibus noſter reſpondit, quæ reſponſiones in T. II. *operum latinorum* continentur. Practici argumenti eſt defenſio primi paradoxi, medicamenta non effectu ſolo, ſed ipſa ſua natura calida eſſe &c. Acriter quidem ſcribit, ut oſtendat liberum ſe hominem eſſe, & a Galeno audere diſſentire; ſed neque a facetiis abſtinet. Dari utique vera exempla diuturnæ aſitiæ.

Brunoni Seidelio, humorum putreſcentiam defendenti, ita reſpondet, ut ratiocinatione potius quam experimentis utatur, & de vera putredine ſe agere moneat: adjecit Simonis Simonii *pro* Jouberto ſcriptum *examen ſententiæ* Brunonis Seidelii Lipſiæ datum a. 1577. & ſubjungit ſuam provocationem a Brunonis Seidelii ſententia, & porro negat, humores vere in vivo homine putreſcere.

Ej. *de peſte* liber unus. Acc. *duo tractatus de Quartana febre & de paralyſi* Lion 1567. 8. *. Gallice vertente Guilielmo des Innocens Paris 1576. Rast. *Secrets contre la peſte avec Conſeil contre la famine & regime de ſanté* Paris 1586. 8. Genev. 1581. 8. Rast. Laudat in præfatione Stapedium, cui librum ſuum dicat, qui Lugdunum peſte liberaverit. Cæterum ipſe noſter ad alienas utique obſervationes ſcribit, neque quidquam habet proprii. Monſpelii unicam domum peſte fuiſſe infectam. Ovium morbum habet, *la Clavelée* dictum. Luna ſilente pueros & ſenes magis periclitari, luna plena homines robuſtos. Venerem ſub auroram in coenato, & huic ſoli permittit. Bolum Armenam vehementer laudat; eo etiam remedio ſanatum fuiſſe, quem aura venenata antimonii perculerat. Quartanam febrem aceto tribuit, certe in puellis humorem melancholicum generanti, & ipſi atræ bili ſimillimo. Minus malam eſſe quartanam, quæ ab aduſto ſanguine fiat, deteriorem, quæ ab atra bile. Corpus ab ea febre emenditi, & rariſſime quemquam a quartana bis impeti. Paralyſin ab humiditate & mollitie nervorum oriri; eam paralyſin luna nova invaleſcere; lunæ motu cerebrum & medullam ſpinalem intumeſcere, luna ſilente & decreſcente uberiorem eſſe pituitam.

EJUSD. *medicinæ practicæ libri III. Accedit Iſagoge therapeutices methodi. De adfectibus pilorum & cutis, præſertim capitis: de adfectibus internis partium thoracis r. alter* Lion 1567. 8. (*a*). Ita C. GESNER. *Praxis medica Therapeutica Iſagoge & de adfectibus pilorum & cutis* Lugduni etiam prodierunt 1577. 8. TREW. (*b*). Sic *medicinæ practicæ* L. III. *priores* TREW. tum 1578. 16. LINDEN.

Ego quidem in operibus omnibus legi. Practica tota eſt Galenica multis cum formulis.

Iſagoge ejusdem ſaporis, aliquanto fuſior, remedia multa Arabica, etiam pretioſi lapides.

Pharmacopæa edente J. PAULO ZANGMEISTER prodiit Lion 1579. 8. L. Gallice Lion 1588. 8. HOUSS. Præmittitur critica recenſio ſcriptorum de Pharmacopœa. Deinde ipſa medicamenta, cum præparatione cujuſque & formula. Aliqua paſſim emendavit.

EJ. *oratio de præſidiis futuri excellentis medici* Genev. 1580. GESNER in Bibliotheca.

Porro in *collectione operum*, inque Tomo I., continentur *opuſcula octo*, quorum antiquiorem editionem non invenio.

EJ. *opuſcula olim diſcipulis ſuis publice dictata quæ nunc* J. POSTIUS *excudere curavit* Lion 1571. 4.

Inter ea huc pertinent *adnotationes in* GALENI *l. de differentiis morborum* dictatæ a. 1564. ratiocinia nempe ad ſcholarum ſaporem.

EJUSD. *libellus de eſſentia & cauſa convulſionis, quæ non ſit in repletione, neque in evacuatione.*

EJ. *dictamen in adfectus cerebri.*

EJ. *pharmaceutica ars componendi medicamenta* diverſa a *pharmacopæa*, quam diximus, ut potiſſimum generalia encheireſium pharmaceuticarum hic tradantur.

EJ. *de ſyrupos conficiendi modo & utendi ratione libellus.*

EJ. *Quæſtiones medicæ I. faſciculus.* Pertinet ad quæſtiones, ut nunc vocantur, inaugurales, anni 1567. In febre ſyncopali medicamentum purgans adminiſtrari debere, incraſſans idem, adſtringens, parum calefaciens. In omni ſynocho frigidæ potum uſui eſſe poſſe. Carbunculi & gangrænæ non eſſe eamdem curationem. Materiam hepatis non debere prius coqui quam evacuetur &c.

Alter faſciculus eſt L. HUCHERII.

In

(a) Dedicatio eſt anni 1577. Sed J. ANT. SARACENUS de hoc opere præfationem apologeticam jam a. 1572. edidit

(b) Præfationes ſunt a. 1576. An error eſt in GESNERI numeris?

In T. II. reperitur *liber de urinarum differentiis, cauſis, indiciis*, juſtum opus. Con-
Quid poſſit ab urina ſperari, tamquam ſigno. Colores ejus, eorum cauſæ. Intercurrunt ta-
ſiſtentia, puritas aut turbulentia. Odor, quantitas, contenta. ut hydropis uteri pro
men ſubinde propriæ neque inutiles Cl. viri adnotationes, Pleraque ex veteribus.
graviditate habiti, arenularum urinæ criticarum.

EJ. *libellus de iteranda ſæpius phlebotomia*, datus a. 1569. In cacochymia melius purgari quam ſanguinem detrahi.

De eadem re ALEXII GAUDINI objectio, & reſponſio JOUBERTI.

G. RONDELETII, quem noſter plurimum amavit, *vita* & ſcriptorum cenſus, morbusque funeſtus ex hæmorrhoidibus fruſtra inciſis. In unum Chriſtum moriens fiduciam poſuit.

L. *de variola magna.* Sola theoria, abſque curatione. Propaginem eſſe variolarum in India aſperiorum. Spem eſſe olim mitiorem futuram.

EJ. *lib. de gymnaſiis veterum, eorum partibus, præfectis, exercitationibus variis.*

EJ. *de balneis Romanorum & Græcorum:* eorum ſtructura, cameris variis. In Theſauri A. H. de SALENGRE Tomo I.

EJ. *opera latina omnia* prodierunt Lion 1582. f. 2. vol. *. Francof. 1599. fol. 1668. fol: BAS. poſt mortem auctoris, qui tamen dedicationem ſcripſerat.

Sed præterea ſcripſit *diſcours populaires touchant la medecine & le regime de ſanté* P.I. & II. Bourd. 1579. 8. 1587. 8. abſque loco HO. Avignon. 1586. 12. TR. Rouen 1601. 8.*. Antwerp. 1600. 8. Lion 1608. 8. Italice Flor. 1592. 8. Pars I. a. 1578. dicata eſt Reginæ MARGARITÆ VALESIÆ. In libro I. medicina contra vulgi præjudicium defenditur. Alter liber, liberiori quidem ſtylo ſcriptus, pertinet ad generationem. Tertius de graviditate; IV. de partu. V. de lactatione, quam a matre ſevere exigit.

Pars II. imperfecta, neque enim 40. deſtinatos & promiſſos libros implevit, tota fere ad victus rationem pertinet. B. CABROLIUS editor a. 1579. ſe excuſat, inconſulto JOUBERTO librum ſe edere, & JOUBERTUM ab invidis accuſatum tuetur: Veniam edendi ſe accepiſſe a nepote viri CHRISTOPHORO de NEUFCHATEL. Diætetica multa. In caloris abuſum. De malis morborum theoriis. De vini abuſu liberique in febribus victus: de calore lecti æſtivi, & neceſſaria ejus lecti mutatione, de feneſtris aperiendis; de frigidiuſculi potus in febribus utilitate. Contra vulgare præjudicium, primam venæ ſectionem ægrotum certo ſervare. Caniculam purgationem alvinam non excludere. Fungos & boletos non nocere. In calumnias medicis inpactas. Porro vocum explicationes.

ISAACUS JOUBERT LAURENTII f. aliqua *paradoxa* gallice edidit.

In *tr. du Ris*, quem in anatomicis citavimus Lion 1560. 8. 1579. 8. * & alias excuſo, aliqua pauca huc faciunt, de riſu vitioſo, de riſu Sardonio a vulnerato

nerato diaphragmate excitato; de utilitate medica riſus, de ejus nimii noxa, maliſque & mortibus inde ſequentibus.

Subjecta eſt *verſio epiſtolæ* HIPPOCRATIS *ad* DAMAGETUM.

In Chirurgicis (*a*) dixi *commentarium in* GUIDONEM de CAULIACO.

§. CCCXIV. LEVINUS LEMNIUS.

Zirikzeæ in inſula *Schouwen* medicinam fecit. EJ l. *de habitu & conſtitutione corporis, quam Græci κρᾶσιν, triviales complexionem vocant*, Libri II. prodierunt Antwerp 1561. 8. *. Francof. 1596. 12. TREW. 1604. 12. Erford. 1582. 8. L. 1617. 12. Jen. 1587. 8, TR. Italice Venet. 1569. 12. Temperamenta, etiam compoſita, eorumque vitia, & præſidia, quibus poſſunt emendari Victus cuique ætati, morboſo etiam ſtatui cuique conveniens. Morbi varii, qui temperamenta ſequuntur.

EJ. *de miraculis occultis naturæ* L. IV. Iterum *de vita cum animi & corporis incolumitate recte inſtituenda l. I.* Antwerp. 1561. 8. TR. 1564. 8. LIND. Colon. 1567. 8. WILLER. 1572. 4. B. Tig. 1574. 8. TR. 1581. 8. *. 1588 8. TREW. Gandavi 1571. 8. L 1593. 12. TR. 1604. 12. L. 1611. 12. LIND. Francof. 1591. 16. HAENEL. 1605. 8. ſed ea editio videtur Germanica eſſe, tum Leid. 1666. 12. L. Germanice vertente JACOBO HORST Lipſ. 1562. 4. TREW. 1605. 8. Gallice Pariſ. 1674. 8.

Multiplex farrago ratiociniorum, hypotheſium, hiſtoriarum. Practici generis ſatis multa. De pica, de lumbricis inteſtinalibus. Morbos ab humoribus inferri, non a dæmoniis. Multos melancholicos, etiam qui alienis linguis loquuntur, male pro dæmoniacis haberi. Epilepſia. Lethargicos ſyncopticos non continuo ſepeliendos. Noctambuli. Luem veneream nuper mitiorem eſſe redditam. Diætetica varia. Proceritas, quæ per morbos ſubnaſcitur. Anni climacterici & dies critici. Vermis lingualis canum & hydrophobia, adque eam utilis demerſio in oceanum, ad vulnus ipſum vero pulvis præcipitatus (ex hydrargyro). Ægros obeſos æſtu accedente periclitari, tabidos refluxus tempore exſtingui. Dextrum oculum ſiniſtro fere obtuſiorem eſſe.

Altero libello ſobrietatem commendat, tum moderationem, & virtutis ſtudium.

Utcunque hunc faciunt libri tres mihi non viſi, ſed LINDENIO dicti. Primus *de aſtrologia* Jen. 1587. 8. L. Secundus *de præfixo ſtatutoque vitæ termino* recuſus Leidæ 1638. 12. Tertius *de honeſto animi & corporis oblectamento, & qua exercitatio homini libero conveniat potiſſimum, ſimul de victus temperantia & ruſticæ vitæ dignitate* Antwerp. 1554. 8. Ita LINDENIUS.

(a) I. p. 235.

§. CCCXV.

§. CCCXV. VARII.

ANTIDOTARIUM, *ſ. de exacta componendorum miſcendorumque medicamentorum ratione* L. III. ex Italico ſermone (a CAROLO CLUSIO) latine factum Antwerp. 1561. 8.

MICHAELIS GAVALDA, Dertoſani, *Quæſtio medica de pleuritidis phlebotomia cum nova epitome.* Colloquium duodecim virorum medicinæ vacantium de dolore renum & coli paſſione. Utrum phlegmone incipiente in altero crure ſit ſanguis mittendus ex reliquo crure vel ex brachio. Aliud colloquium medicum, STEPHANI præceptoris & RICARDI diſcipuli, de febre hectica. Dubium inter duos ſocios de ſanguinis miſſione in angina. Schema ſ. figura typorum compoſitorum, ubi corrigitur GALENI textus in libro de typis. *Epiſtola medica* ejuſdem auctoris. Valentiæ 1561. 8. SEGUIER.

J. BAPT. PEREGRINI *de cauſa continente deque morbo fiente diſceptatio* Bonon. 1561. 4. FALC. TR.

EJ. *de ratione cognoſcendi ſigna & cauſas morborum* Bonon. 1563. 4.

EJ. *adverſus philoſophiæ & medicinæ calumniatores apologia, Accedit* FERDINANDI *Abduenſis oratio contra juriſprudentia vituperatores, quæ manifeſto declarat, leges plurimum medicinæ philoſophiæque artibus anteponendas eſſe* Bonon. 1582. BOEHMER.

FERDINANDI CASSANI *quæſtiones duæ.* 1. *quod ſanguis & pituita natura in venis ſint;* 2 *quod ſedimenta ſanorum & ægrorum ejuſdem ſint naturæ* Neapol. 1561. 8. L.

EJ. *quæſtio medica, quod tertiana exquiſita non ſit morbus acutus adverſus recentiores, cum brevi apologia* Neapoli 1564. 8. TR.

EJ. *de mannæ viribus & eſſentia* Neapoli 1567. 8 TR.

LOUIS COLLADO, prof. Valentini, *Iſagoge ad faciendam medicinam ex* HIPP. & GALENI *monumentis.* Valentiæ 1561. 8., quæ eſt ſecunda editio. C. de V.

EJ. *epitome medica in* GALENUM *de ſanguinis miſſione, practica, & commentaria in* GALENI *libros methodi medendi* V. VII. XII. *Comm. in libros de methodo medendi a* IV. *uſque ad* XI. *Pharmacorum omnium quæ in uſu ſunt apud noſtros pharmacopæos enumeratio* Valentiæ 1561. 8. C. de V.

EJ. *de indicationibus* l. I. Valent. 1572. 8. LIND.

CÆSAR ODONUS Bononienſis. EJ. ſunt *Diſputationes* 1. *an rhabarbarum in propria ſubſtantia alvum ſolvat magis quam in infuſione.* 2. *an in quovis humore evacuando ſit exſpectanda concoctio* Bonon. 1561. 4. *.

EJ. *de urinarum differentiis, cauſis & indiciis methodus* 1658. 12.

TADDÆI CHAGGAI AB HAGIT *metopoſcopia* 1561. WOLF.

ROBERTI VALLENSIS *de veritate & antiquitate artis theoricæ* Pariſ. 1561. 12. FALC.

ANDREÆ TIRAQUELLII *commentarii de nobilitate* Baſil. 1561. fol. B. B. *Tom. II.*

Multa

Multa ad laudem artis medicæ & ad medicorum dignitatem. Ej. una prodiit *elenchus alphabeticus medicorum veterum*, cum *Bibliotheca græca* Fabricii recuſus, paſſim certe vitioſus, locis veterum male citatis plenus, librisque nunquam editis.

Bartholomæus Reusner *de febribus* l. I. Breslau 1561. 8. L.

Norma ſ. regula equorum Bonon. 1561. 4. ad morbos.

Cl. Zorini *remede & maniere de vivre contre les fievres peſtilentielles* Paris 1561. 8. Falc.

J. Stubing *de peſtilentia* l. III. *de venenis* l. I. Wien. 1561. 8. Lind.

Enchiridion, vulgo vocant diſpenſatorium, compoſitorum ab antiquis & junioribus archiatris medicamentorum Lion 1561. 16. L.

Thomæ Hollybush *excellent phyſik book for alle the griefs and diſeaſes of body out of the almaigne ſpeech* London 1561. fol. Ames. Auctorem germanum ignoro, unde ſumſerit T. H.

Lego etiam Ej. *the homish apoticary* Cöllen 1561. pariter ex germanico verſum.

Isabella Cortese *ſecreti medicinali artificioſi ed alchimici* Venet. 1561. 8. Bur. 1565. 8. d'Etr. Germanice Hamb. 1592. 8. 1596. 8. Tr.

Michael Dusseau *Enchiridion ou manuel des myropoles traduit & commenté* Lion 1561. 4. 1613. 8. Uff. Genev. 1656. 12. Falc. Annon Cordi.

Agostino Columba *natura de cavalli e le medicine appartenenti a loro* Venet. 1561. 8. cum F. Grisoni, & 1622. 8. Carls.

S. E. S. X. *recueil de pluſieurs ſecrets utiles tant pour l'ornement que pour la ſanté du corps humain, tirés des Grecs & Latins. Tr. des diſtillations d'eaux imperiales, d'ange, de naffe* Paris 1561. 8. Verdier.

Andreæ Maximi *comm. in* Mesven Venet. 1561. fol. 1575. fol. Lind.

J. Spithovii *oratio in funere* Jacobi Bording Witteb. 1562. 8.

CCCXVI. D. Leonus. A. Schneeberger. Wittich.

Dominicus Leonus, Luccenſis, Profeſſor Bononienſis. Ejus *methodus curandi febres tumoreſque præter naturam ex Græcorum placitis deſumta* Bonon. 1562. 8. Tr. &c.

Ej. *de morbo gallico caput*, ex hoc opere excerptum, exſtat in collectione Luisini. Monet Astrucius, Leonum fere ſua ex Manardo ſumiſſe, & perinde originem mali leproſo equiti tribuere: perinde argentum vivum damnare, & fiduciam omnem in ligno guaiaco ponere.

Ejus *ars medendi humanis particularibus morbis a vertice uſque ad pedes* Bonon. 1583. fol. *. Francof. 1597. 8. Tr. 1627. 8. Id. Anatomen partium adfectarum cum morbis conjungit, Arabes potiſſimum ſequitur, formulaſque veterum repetit, neque boni vel proprii quidquam reperi, cum ſpiſſum volumen legerem. Catulos aut columbos per medium diſcindere, & temporibus in phrenitide imponere, auxilium eſſe veteribus non memoratum, non tamen inutile.

Antonius

Antonius Schneeberger, quem ſolent Sneeberger vocare, Tigurinus, qui Cracoviæ medicinam aliquamdiu fecit, *de multiplici ſalis uſu* Cracov. 1562. 8. Tr.

Ejusd. *medicamentorum ſimplicium ſ. euporiſton peſtilentiæ veneno adverſantium catalogus* Tigur. 1562. 8. *. Franeker 1605. 8. Falc. Leoward. 1616. 8. recuſum a H. a Bra. Alphabeticus catalogus ad morem veterum. Antimonii drachma una (denario) ex cereviſia ſumta, multos peſte infectos Cracoviæ liberatos fuiſſe. Sed medicamentum eſſe vehementiſſimum. Oleum vitrioli ad dimidium ſcrupulum huc facit. Pulvis bombardarius. Compilatio cæterum undiquaque ſtipata.

Ej. *de bona militum valetudine conſervanda ſecundum ſex rerum non naturalium ordinem conſcriptus l.* Cracov. 1564. 8.

Ej. *gemma amethyſtus ſ. Carbunculus Æthiops*, Cracov. 1565. 8. recuſus cum ſequente libello.

Ej. *catalogus medicamentorum ſ. adverſus omnis generis articulorum dolores enumeratio* Francof. 1587. 8. *. Plures ſunt libelli. Catalogus medicamentorum ſimplicium ex tribus regnis petitorum, quorum adverſus arthritidem uſus eſt. 2. Libellus de multiplici ſalis uſu hic recuſus. 3. Gemma amethyſtus, ſ. de ebrietate, de potubus inebriantibus. 4. Duæ narrationes nuptiales de veneris uſu & abuſu, de medicamentis venerem cientibus. J. Fernelii conſilium pro epileptico.

Catalogum primo loco dictum recuſum dedit Henricus a Bra. Frf. 1605. 8.

Johannes Wittich Arnſtadienſis.

Ej. *Reiſekäſtlein für allerhand zukünftige Krankheiten. Bericht von den extractionibus und von der theriaca Andromachi, und mithridatii Damocratis rechten Gebrauch in allerhand Krankheiten* 1560. 8. Huth. Lego 1590 ex catalogo librorum.

Ej. *Abcontrafaytung eines ſelzamen groſſen Handes*... hae voces mihi deficiunt *ſo ſie vier ganzer Jahre lang getragen* Erfurt 1561. 4. catal. operum.

Ej. *præſervatif & curatif Regiment wie man ſich in der Seuch der Peſtilenz hütten ſoll* Eisleben 1564. forma longa.

Ej. *propoſitiones contra impoſtores artis medicæ* Eisleben 1565. f. patente.

Ej. *neuer Rathſchlag von der Hauptkrankheit* Eisleben 1579.

Ej. *kurzer Begrif de peſte* Eisleben 1578. f. patente.

Ej. *von der Herzbraüne ſo ein giftig u. beſtekend Fieber iſt* Erfurt. 1581.

Ej. *præſervatio ſanitatis. Bericht von den ſechs unvermeidlichen Dingen zur Geſundheit, wie man ſich in denſelben beydes zu Hauſe als auch auf dem Lande verhalten ſoll, auf die teutſche übliche Kunſt gerichtet, mit alten rhythmis und guten Arzneyen geziert. Vermehrt mit einer Zugabe vom Meth Weinmeth Trank, Hippocras und Nectar, Honig und Volſaufen, item das reiſe Käſtlein auch von der ſchreklichen Hauptkrankheit und epidemiſchen catarrhaliſchen Fieber* 1570. 8. Huth. Schmalkalden 1595. 8. Richter.

Ej.

Ej. *von dem Gebrauch beſoardiſcher Steinen ſo wider alle Giftkrankheiten dienen: von dem fürnemſten edeln Steinen, harzigen Dingen, dem neuen armeniſche Balſam, fremden Wunderkräutern, Holz und Wurzeln, der neuen ſchleſiſchen terra ſigillata* Leipz. 1589. 4. 1592. 4. *. De bezoar varii generis: de lapide tiberonis ex G. ab Orto: de lapidibus pretioſis & minus pretioſis. Reſinæ medicæ variæ. Nicotiana. Mechoacanna. Rheum, terra ſigillata, unicornu foſſile. Magnæ omnium laudes.

Ej. *von dem ligno guaiaco, Wunderbaum, china, ſarſaparilla, ſaſſafras, l. nephritico* Leipſ. 1589. 4. 1592. 4. *. Origo luis venereæ, de more, ex inſula S. Dominici repetita. Guaiacum ejus morbi veram eſſe antidotum; de ejus adhibendi modo. De ligno hinurahi Theveti, ſic porro compilatio.

Ej. *treflicher Unterricht für ſchwangere und gebärende Weiber* Leipz. 1591. 4.

Ej. *kurzer Bericht vom Hintobenden vergiften epidemicaliſchen Fieber* Leipz. 1592.

Ej. *von eigenen Zufällen epidemicaliſcher u. catarrhaliſcher Fieber ſo 1580. angefangen* Leipz. 1592. 4.

Ej. *conſilium apoplecticum de ſubita morte* (Germanice) Leipz. 1593. 8. Huth.

Ej. *von der Unfruchtbarkeit der Weibern* Leipz. 1594. 4. Boehmer.

Ej. *Halilogia von Kraft und Würkung des Salzes* Leipz. 1594.

Ej. *ein vielfaltiger Bericht von der giftigen Rohtruhr* Mühlhauſen 1596.

Ej. *methodus tam ſimplicium quam compoſitorum medicamentorum, quæ apud recentiores ſunt in uſu. Acc. parænesis de præcipuis digeſtivis, ſolutivis, correctionibus medicamentorum ſimplicium minorativis & alterantibus, cum certa menſura & doſi incerti auctoris* Lipſ. 1596. 8. Sic lego.

Ej. *Vademecum ein künſtlich Arzneybuch, das erſte Stuck von Krankheiten der Mannsperſone* 1616. 4. Uff. *das ander der Weiber* Leipz. 1597. 12.

Ej. *conſilia, obſervationes atque epiſtolæ medicæ nobiliſſimorum Germaniæ medicorum. Acc. methodus componendi theriacam & ambram factitiam* Johannis Pontani Lipſ. 1604. 4 *. Plurima conſilia Johannis & Georgii Schroeteri, alia Guintheri, Erasti, Nævii, Georgii Oethei, Matthiæ Ratzenberger, Simonis Wilden, J. Pontani, Isaaci Schaller, Mauritii Thaurer, Ortolfi Maroldi, Andreæ Galinger, non multa denique ipſius Wittichii. Helleboro tamen albo auſus eſt uti. Amabat uti novis medicamentis, mechoacanna, ligno ſaſſafras.

Ej. *von dem mineraliſchen Brunnen zu Kiſſingen.* Annum ignoro.

Ej.

Ej. *proceſſus, curationes & conſilia in curandis particularibus morbis* Helidæi a Padoanis (præceptoris ſui) Lipſ. 1607. 4. Lind.

§. CCCXVII. Varii. Ad A. 1562. -

J. Andreæ Nolæ, *quod ſedimentum ſanorum ægrorumque corporum non ſit ejusdem ſpeciei, adverſus* Ferd. Cassanum & *alios; quod ſedimentum in ægris non ſit ſemper pars humoris putridi, nec in eo omnes humores contineantur. Quod in febribus intermittentibus humor intra vaſa non putreſcat. Quod temere Arabes, præſertim* Avicennam, *de conjuncta cauſa redarguunt: Quod de continente ſ. contentura cauſa cum* Galeno *prave ſentiant* Venet. 1562. 4. Trew.

Gabrielis Ayala *popularia epigramata medica. Pro vera medicina.* Antwerp. 1562. 4. Uff. *Acc. de lue peſtilenti l. & elogiorum* L. I.

Alfonsi Miranda, Archiatri R. Sebastiani, *el dialogo de la perfecion y partes del bueno medico* Lisboa. 1562. 4. C. de V.

Hector Gabaldo *in* Galeni l. *de febribus commentarius complectens, quæ ad febrium cognitionem ſpectant, fere omnia* Lion 1562. 16. L.

Petrus Arias de Benavides *ſecretos de chirurgia e ſpecialmente de las enfermidades del morbo gallico y tamparones mirrarchia y la manera come ſe curan los Indios las llagas con otros ſecretos* &c. Pinciæ 1562. C. de V. Sed Astruc. habet annum 1567, qui tamen librum non vidit. Auctor inter Indos Americæ occidentalis vixerat.

Guilielmi Marcelli *medicus deo ſimilis* Pariſ. 1562. 8. Falc.

Claudio Corte di pavia *il cavallerizzo nel quel ſe tratta della natura di cavalli* &c. Venet. 1562. 4. Boiss. huc puto facere.

J. Lonæi Boschii prof. Ingolſtadienſis, *Vorſchlag von der Peſtilenz* Ingolſtatt. 1562. 4. Trew. Latine *de peſte, nec non quo pacto ab ea præſervari quis poſſit atque liberari* Ingolſtatt. 1562. 4. *. Parvus & inutilis libellus.

Ej. *Bericht von der Podagra und Gliedſuchten* Ingolſtatt. 1562. 8. Tr.

Ej. *de optimo medico ex medicinæ auctoribus*, exſtat inter *orationes Ingolſtadienſes.*

Balthasar Conradini *Unterricht wie man ſich in der Peſtilenz halten ſoll* Inſprugg. 1562. 4. Tr. Augſpurg 1564. 4. Id.

Ej. *febris miſcellanea Hungarica* ϑηριώδης Augſpurg. 1574. 8. Trew. Poſt Jordanum primum febrem Hungaricum deſcripſiſſe lego.

J. Hebenstreit *Regiment peſtilenziſcher Fieber, ſo jezt in Düringen u andern Oertern die Menſchen überfällt, wie jedermann ſich dafür bewahren mag ſamt Erzählung der Arzneyen dazu dienlich* Erfurt. 1562. 8. Trew.

Ej. *Arzneyſchatz in der Peſtilenz* Erfurt. 4. An diverſum opus.

Ej. *wie man ſich in der Aderläß hütten ſolle* cum aliis ejus arg. excuſ. 1599 8. *.

Regiment wie man ſich in Zeit regierender Peſtilenz halten ſoll Nürnberg 1562. 4. Gunz.

Von Regiment zur Zeit der Peſtilenz durch die Medicos zu Nürnberg geſtellt Nürnb. 1562. 4. Tr. an idem

Einfaltige Hausarzney wider die Krankheit der Peſtilenz Nürnb. 1562. 4. Tr.

Nürnberger Peſtordnung 1562. 4.

Eusebii Menii *oratio de vita* Jacobii Milichi Witteberg. 1562. 8.

De doſibus ſ. de juſta quantitate & proportione medicamentorum opuſcula illuſtrium medicorum Venet. 1574. 8. *. Legò jam a 1562. 8. prodiiſſe. Libellos hic conjunctim excuſos ſeorſim diximus, M. Curtii, B. Victorii, B. Montagnanæ, Gentilis Fulginei, P. de Garbo, Alchindi, G. Rondeletii & Petri Gorrhæi.

Batt. *de* Rubeti *oſſervazioni de aſtrologia ed altere appartenenze circa della medicina e mutatione di tempi* Firenz. 1562 4. Tr.

J. Carvinus, Montalbaneus, Jacobi Sylvii diſcipulus, ſcripſit *de ſanguine dialogos* VII. *recens editos* Lion 1562. 8, *. Hanov. 1605. 12. Huc pertinent dialogus tertius, quartus & ſextus de miſſione ſanguinis, quem e directo lateris adfecti emittit, etiam in infantibus. In dialogo quinto Aſtrologiæ in arte medica utilitatem defendit. In dialogo VII. de pingui, (quod pro adipe habet) dicit, in ſanguine viſo.

Pauli Scalich, hungari, inconſtantis hominis, *ad gymnaſium Regiomontanum in vaporem ſcholia* Regiom. 1562 8. Tr. ſi huc faciunt.

Ej. *encomium medicinæ* Baſil. 1559. 4. Weszpremi.

Fr. Sansovini *della materia medicinale* libri IV. Venet. 1562. 4. Tr.

§. CCCXVIII. Hieronymus Capivaccius.

(Capo di Vacca).

Profeſſor Patavinus, Argenterii adſecla, quo auctore plurimum uſus eſt. Minus felix fuit in medicamentorum ſelectu, ſi Conringio credas.

Ej. *opuſculum de doctrinarum differentiis*, *ſ. de methodis*, a Petro Angelo Agatho editum eſt Patav. 1562. 16. Lind., recuſum Francof. 1594. 12. Logici potius argumenti.

Ej. *de lue venerea acroaſes*, quas Philippus Schopfius edidit Spir. 1590. 8. Francofurt. 1594. 8. opera Annæi Teucrii Privati. In hoc morbo curando

rando eminuit, & ad magnas divitias pervenit. Decocto Guaiaci utitur: ſi tamen morbus nimis pertinax fuerit argento vivo, & ſuffumigium inunctioni præfert. Antimonium luem non ſuperare.

Ej. *methodus practicæ medicinæ omnium corporis humani adfectuum cauſas ſigna & curationes exhibens* Venet. 1591. f. 1594. f. 1597. f. Tr. 1598. f. 1601. f. Tr. cum aliis operibus Francofurti ſtudio J. Hartmanni Bayer 1594. 4. Tr. Lion 1597. 8.

Ej. *nova methodus medendi lectionibus publicis explicata* Francof. 1593. 8. Lind.

Eadem forte, quæ *methodus*, *ſ. ars curativa* cum præfatione Tfucrii Annæi Privati Francof. 1594. 8.

Ej. *de urinis tractatus*, editus a L. Scholzio Serveſt. 1595. 8. Lind.

Ej. *conſilia medica aliqua* inter L. Scholzii conſilia Francof. 1598. fol. &c. & in collectione Lauterbachii Francof. 1605. 4.

Ej. *epiſtolæ aliquæ* pariter cum L. Scholzii collectione excuſæ.

Ej. *tr. de pulſibus. Expoſitio in* L. I. *aphoriſmorum* Hippocratis. *De arte collegiandi & de modo interrogandi ægros* Venet. 1601. fol. Trew. Libellus *de pulſibus* etiam cum *arte ſphygmica* J. Struthii Baſileæ 1602. 8. *. prodiit, & compendium eſt Galenicæ doctrinæ.

Ej. *de compoſitione medicamentorum inſtitutio brevis* ſeorſim prodiit cum Pandectis J. G. Schenkii Francof. 1607. 12. Lind.

Ej. *medendi methodus univerſalis tabulis comprehenſa* Francof. 1616. fol.

Ej. *opera omnia* Venet. 1597. fol. Trew. v. ſupra, 1601. fol. Wachendorf Francof. 1603. fol. Lind. 1606. fol. Cat. 1617. fol. Teichm. Collectio iſta continet priora opera, & præterea *de rebus præter naturam*, quæ in prioribus non reperio.

§. CCCXIX.

Gabriel Fallopius.

Vulgo ſic dictus, pagus enim a quo nomen habet *Faloppia* dicitur, & Faloppia gens Mutinenſis, cujus Tassonus in *culeo capto* meminit. Noſter Mutinenſis, profeſſor Patavinus, magnus inciſor fuit. Practici argumenti nihil edidit; cum vero a. 1563. præmatura morte ex pleuritide obiiſſet, paulatim diſcipuli prælectiones ejus ediderunt.

Primi prodierunt duo libelli, alter *de ulceribus*, alter *de tumoribus præter naturam* Venet. 1563. 4. *. Chirurgici quidem potiſſimum argumenti ſunt, ut tamen ad medicinam potius faciant capita de morbis externis, pruritu, pſora, ſcabie, lepra. Porro de curatione tumorum medica, de inflammatione, eryſipelate

pelate, œdemate, bubone peſtilente. Non nimis comtum opuſculum, neque laudes curationem improbabilem morſus animalium venenatorum. Præferas experimentum propinato opio factum.

Libellum de *ulceribus* recudi fecit BRUNO SEIDEL Erford. 1577. 4. *. ad alium codicem, & alterius anni prælectionem, ut nonnulla hic deſint, quæ habet prior editio, multa adſint, quibus ea caret. Prælectiones hæ ſunt anni 1557, pars operis maxima medicamentaria eſt.

Lectiones *de thermalibus aquis de metallis & foſſilibus* edidit ANDREAS MARIOLINUS Venet. 1564. 4. quas alias dicam.

EJ. *de morbo gallico* tr. Patav. 1564. 4. Venet. 1565. 8. 1566. 4. *. 1574. 8. *. cum PETRI AGATHI ANGELI ſcholiis & adnotationibus, recuſ. in LUISINI collectione. De morbo gallico prælectiones ſunt FALLOPII, periti & multa experti viri, ut tamen non laudes improbabile arcanum, quo ſpondet, data fide, periculum infectionis, etiam a concubitu cum gallica femina, ſe averſurum. Origines morbi a Columbo repetit, mitiorem ſuo ævo eſſe, & facilius ſuperari addit. Dari & alios morbos endemios, Piſis lienis tumorem, in portu Libonis icterum. Hepar a venerea lue nihil pati. Novum morbum eſſe, & totius ſubſtantiæ; ſpiritus primos infici, etiam nihil paſſis partibus genitalibus: hinc inter multos viros ab eadem femina ſæpe unicum infici; magis tamen infici, quibus glans penis cooperta ſit, nunquam quibus detecta, nunquam adeo Iudæos. Amorem periculum infectionis augere. Pilorum profluvium ab annis triginta cepiſſe, & ab annis 25 gonorrhœam gallicam. Venetiis malum mitius eſſe. Florentiæ & Bononiæ continuo caput adoriri & palatum erodere. Lignum ſanctum deſcribit & a Guaiaco ſeparat, legitimam curationem eſſe vult, quæ per ejus ligni decoctum obtinetur, ſancti quidem potiſſimum, id ſi præſto non ſit, Guaiaci: limaturam optimam eſſe, aquæ addi duodecuplum, calidam melius: coctione partem dimidiam conſumi debere, etiam duas tertias. Tres ex eodem ligno facit decoctiones, ut ſecunda pro potu in prandio ſit, tertia lotioni ſerviat. In thalamo clauſo, neque nimis arcto, bis de die decoctam ſumi debere, ad duodecim uncias, per dies 30, 40, demum 60, in morbo inveterato; calide vero bibi debere, ut ſudorem cieat. De Chinæ radice, qua CAROLUS V. adverſus gallicum morbum, atrophiam & arthritidem, feliciter uſus ſit, ipſe FALLOPIUS ad lippitudinem & ad hydropem utatur. Uncias radicis quatuor in diem decoqui debere, & per 36. dies continuari, ſudorem potenter movere. Se nihil ea radice adverſus gallicam luem effeciſſe. Sarſaparilla ſe tophos oſſeos diſſipaſſe. Ad hydrargyrum non deſcendendum, niſi fruſtra Guaiaci vis ſit explorata; ſuffumigia gracilibus ægris funeſta eſſe, certo tamen morbum tollere, & venereas ophthalmias. Inunctionem ad ſcabiem, adfine malum, valere. Noſter non probat. quod periculoſa ſit medela, & in oſſibus hydrargyrus reſes maneat, neque accedere ſe ad tentandum, niſi omnibus fruſtra factis. Idem metallum crudum devoratum adverſus vermes prodeſſe, neque quidquam habere noxii. Deſinendum, quando ſymptomata majora ſuperveniunt.

ſuperveniunt. Suffocationem inciſa vena ſe avertere. Salivæ in dies a 7. ℔. ad 10. fluere debere, & continuis per 20 dies. Mercurium præcipitatum, aſperum medicamentum, ruſticis relinqui. Symptomata excreſcentiæ vulvæ a venere, caries penis gallica; eam ſtylo Ægyptio unguento armato tangit. Ab ea phimoſis, ut per fiſtulam mingere neceſſe ſit. Bubo: melius cauſtico aperitur, quam ferro. Caries palati. Nobile opus uberius excerpſi.

Anno 1566. prodiit Venetiis 4. *. collectio *opuſculorum* cura iterum P. ANGELI AGATHI. In ea collectione libellus erat *de lue gallica*, deinde alius l. *de bubone peſtilenti.* Peſtilentiam noſter viderat anni 1540. in ea picam vidit bubone laborantem. Tertio anno, cum myropolium hactenus ob mortem heri clauſum nunc aperiretur, exſtincti omnes, qui aperuerant. Signa mali. Eſſe ubi febris exigua videatur. Nauſeam ſe extimeſcere & lividum in lotio circulum, & vellicationem narium. In peſte ſe vidiſſe veſicas per univerſum corpus efflореſcentes, citrino plenas humore. Venæ ſectio nunquam non funeſta fuit, quam tamen FRIZIMELICA imperabat. CARPENSIS ægrotos feliciter purgabat; ſe etiam in peſtilentia anni 1555. utiliter rheum dediſſe & ſyrupum ſolutivum, mannam, tamarindos. Nolles laudes legere antidoti de ſcorpionibus, quam cum purgantibus medicamentis noſter conjungit, nolles laudatas bolos, galegam, vincetoxicum, & theriacam 90. diebus ſub fimo equino ſepultam; aut amuletum arſenicale. Die 30. & 40. ſe novos bubones erumpere vidiſſe.

EJ. *de decoratione l. ſive de pinguetudine reddenda macilentis.* Id fieri adgreditur picatione ad veterum ſenſum, etiam in ſingulis artubus, & addit ſe feliciter experimentum feciſſe.

P. ANGELI AGATHI *arcanorum liber.* Collectitius; medicamenta pleraque ſunt FALLOPII.

Idem fuerit *ſecreti diverſi e miracoloſi del* G. FALLOPIA Venet. 1563. 8. TR. BUCHN. 1578. 8. 1582. 8. Germanice *Kunſtbuch* vertente HIER. MARTIO Auguſt. 1571. 8. TREW. 1573. 8. & *wunderbarer Secreten* III. *Bücher* Francfurt 1616. 8. Hamburg 1651. 8. TREW. Francf. 1690. 8. TR. *Neu eröfnete Geheimniſſe der Natur* cum *appendice de febribus malignis & calculo* Francf. 1715. 4. TR.

EJ. *menſchlichen Lebens gewiſſe u. ſehr nützliche Secreten* Francf. 1641. 12. HANSEN. Idem l.

EJ. *de medicamentis ſimplicibus purgantibus ..., eorum ſpecierum diverſitates, falſitates, modus propinandi, exhibendi, corrigendi.* Edidit ANDREAS MARCOLINUS, magni viri diſcipulus Venet. 1566. 4. *. Major pars operis eſt ad ſcholæ modum, & verſatur in humorum adtractione, & ejus adtractionis cauſis: num ſint a ſimilitudine cum adtractis humoribus. Rogat per omnes deos diſcipulos bonus auctor, ne velint alium humorem expurgare, præter eum, qui in vitio eſt. Præparatio humorum craſſorum & tenuium, & crudorum. Vomitus ab alvi motu diſcrimen. Tempora purgationum; medicamenta, quæ quemque humorem

rem peculialiter expurgant, doſes. Solebat noſter & ante purgationem clyſteres exhibere & poſt eam, altera die. Singula medicamenta purgantia. Limaturam chalybis, quæ decem diebus cum vino ſteterit, alvum ducere. Rheum barbarum urinam urgere. Caſſiæ partem ligneam vehementius purgare, quam pulpam. Optimum roſarum ſyrupum cum rore fieri. Scammonii doſin eſſe incertam, eſſe cui uncia alvum non moveat. Elaterio in hydrope utitur, & in expurgandis aquis mineralibus reſidibus. Sennam Florentiæ paſſim ſeri, ſeque Italica multum uti, quæ recentior ſit. Euphorbium ad drachmam unam dari poſſe. Ellebori albi violentiam accuſat.

EJ. *de compoſitione medicamentorum & de cauteriis* Venet. 1570. 4.

EJUSD. *opera omnia* Venet. 1584. fol. & auctius 1606. fol. 3. vol. *. Francof. 1600. fol. & 1606. fol. LIND. In editione Veneta anni 16‿6, præter ea opera, quæ indicavi, exſtat l. *de medicamentis ſimplicibus*, quo generales quædam contemplationes continentur.

Tum *commentarii in* L. DIOSCORIDIS ad rem fere herbariam pertinent.

L. *de modo colligendi* perbrevis.

Elogium eſt in TOMASINIANIS.

§. CCCXX. VARII.

JOHANNIS MARINELLI Veneti, *le medicine apartenente alle infirmita delle donne* Venet. 1563. 8. TREW. 1574. 8. GESNER. ASTR. Reperio etiam 1543. 4. Gallice aucta a J. LIEBAULT Pariſ. 1582. 8. *. 1609. 8. RAST. Germanice vertente HIERONYMO MARTIO Aug. Vind. 1587. 8. Sola cum coram ſit editio LIEBALTI, eaque ab interprete aucta ſit & mutata, & longe a ſimplici verſione diverſa, nolo de libro non viſo judicare.

EJ. *de peſte ac de peſtilentiali contagio l.* Venet. 1577. 4. TREW.

EJ. *commentarii in* HIPPOCRATIS COI *opera* Venet. 1575. fol. 1619. fol. LIND. Vicetiæ 1610. fol.

De febribus ex HIPPOCRATE in *collectione Veneta* de febribus.

EJ. *ſcholia in* J. ARCULANI *practicam* Venet. 1560. fol. L.

ANDREÆ CAMUTII prof. Piſani, *diſp.*, *quibus* HIERONYMI CARDANI *concluſiones infirmantur* Papiæ 1563. 4. Non vidi.

EJ. *excuſſio brevis præcipui morbi*, *nempe cordis palpitationis* MAXIMILIANI II. *ſimulac aliorum aliquot virorum illuſtrium præter naturam affectuum* Florent. 1578. 8. *. De Cæſaris morbo concertatio adverſus J. CRATONEM. Laboraverat jam a. 1571. viribus hactenus uſus integrioribus: fulvum noſter vinum imperabat, CRATO oligophorum. Ab a. 1575. & 1576. catarrhus longus ſupervenit, huic cordis

cordis palpitatio. Aloen noſter ſuadebat, rejiciebat venæſectionem, tum certe viſſam amaram. Ventum eſt ad virginem Ulmenſem, & vita CÆSARIS ſucco paverino tuenda data. Porro conſultationes aliquæ ad JULIUM ALEXANDRINUM, potiſſimum de cauteriorum in podagra uſu. In febre acutiſſima ſanguinis uncias 25. & ultra mitti voluit.

BALTHASARIS MAYROLA *compendioſa methodus in morbis acutis curandis* Papiæ 1563. 8. LIND.

BENEVENUTI BORDONI *diſputatio continens theoremata logica*, *mathematica*, *naturalia & medica* Patav. 1563. 4. LIND.

ONUPHRIUS BRUGUER Barcinonenſis medicus. EJUS eſt *novæ & manifeſtæ deſtillationis quæ civitati Barcinonenſi ac finitimis circiter hyemale ſolſtitium anno a Chriſto nato* 1562. &c. *accidit brevis enarratio* Barcinone 1563. 8. C. de V.

BERNARDUS TOMITANUS, Patavinus, medicus & philoſophus, qui dialecticam docuerat, ſcripſit circa a. 1563. *libros duos de morbo gallico*, qui exſtant in collectione LUISINI. Novum morbum eſſe, & ex impura venere concipi. Certam ſalutem eſſe a ligno guaiaco, majori cum periculo hydrargyrum adhiberi.

JEAN MASSE *l'art vetérinaire ou grande maréchallerie* Paris 1563. d'ETR.

PIERRE ANDRE' *traité de la peſte & de la cure d'icelle* Potiers 1563. 12. FALC.

NICOLAS HAULTPAS *aphoriſmi* HIPPOCRATIS *latine verſi cum luculentiſſimis commentariis* Duaci 1563. 4. L.

J. MANLII *libellus medicorum variorum experimentorum* Baſil. 1563. 12. FALC.

SIGISMUND KOELREUTER *de arthritide* Weiſſenfels 1563. 8. 1574. 8. LIND.

EJ. *vom Harn oder Waſſer beſehen* Nürnberg 1574. 8.

HELWETTERI *librum de peſte* a. 1563. excuſum SIG. YLLINUS refutat. Theriacam improbabat.

J. CORNELIUS *de contagione* Worms 1563. 8.

SAMUEL SIDEROCRATIS ſ. EISENMENGER Brettenſis. EJ. Oratio *de methodo* ιατρομαθηματικων συνταξεων Argent. 1563. 8. ADAMI.

JACOBI JOCKISSI *de dignitate medicinæ* Francof. 1563. 4. RIV.

J. QUENTENI *tabulæ continentes ea, quæ in curatione morborum methodica conſiderantur a medicis* Erford 1563. fol. min. TREW. 1579. L.

EJ. *wie man ſich für der ſchädlichen jetzregierenden Peſtilenz bewahren ſoll kurzer Bericht u. Arzney* Erfurt 1578. 4. TR.

Apothekertax der Statt Annaberg Leipz. 1563. 4. TREW.

Bericht von der Peſtilenz Francf. 1563. 8. TR.

J. CNOBLOCH *de febre quartana* Francof. ad Viadr. 1563. 4. RIV.

§. CCCXXI. VARII.

ANT. FRACANTIANUS, profeſſor Bononienſis, inde Patavinus.

EJ. eſt *de morbo gallico l. fragmentum* Patav. 1563. 4. ASTRUC. TR. *& recens a mendis* (correctum) a CAMILLO COCHIO Bonon. 1564. 4. L. nihil valde mutatum, inde Venet. 1565. 8. L. inque collectione LUISINI; demum cum G. FALLOPII ejusdem argumenti libro Venet. 1574. 8. *. Prælectiones ſunt anni 1563. Nonniſi contagio naſci, ſed vario, etiam per veſtes pelliceas. Hydrargyrum fœdam curationem præſtare & periculoſe adhiberi: inunctionem ob eam cauſam deſertam fuiſſe, nunc ob morbi pervicaciam ad eam rediri, fere altero ab hinc anno. Calidam eſſe hydrargyri naturam, & in univerſum non ſine periculo adhiberi. Neminem radice Chinæ Venetiis celebrata ſanatum fuiſſe, neque Sarſaparilla. Ipſum cætera præſtantiſſimum Guaiacum ſanguinem exagitare, epilepſiam enim factam eſſe ab ejus uſu, cum abſque cautela adhiberetur. Decocti Juniperi aut Buxi non eſſe easdem vires. In Gonorrhœa adſtringentia dat medicamenta & refrigerantia.

EJUSD. pluſcula ſunt *conſilia medica* inter VICTORIS TRINCAVELLII conſilia, & aliqua in collectione L. SCHOLZE: alia in WELSCHII *conſiliis*, tum in *chiliadibus*. Hæmorrhagiam 30. librarum cum febre vidit. Hypochondriacum verum ſanatum fuiſſe negat.

Codices Mſtos viri in Vindob. Bibl. recenſet LAMBECIUS L. II. *de morbis muliebribus*, *morbo Gallico*, *in fen IV.* AVICENNÆ.

Lectiones Practicæ exſtant cum GEORGII HIERONYMI WELSCHII *conſiliorum Centur.* IV. Ulm 1676. 4.

JEREMIAS MARTIUS Auguſtanus, idem qui NONUM edidit, qui etiam JACOBUM GREVINUM *de venenis* anno 1572. fol., & NOSTRADAMUM *de confectione Alkermes* latine reddidit, J. vero MARINELLUM *de ornatu & regimine mulierum* Germanice Aug. Vind. 1581. 8. Idem factas a. 1566. & ſerius ad a. 1580. *obſervationes medicas centum* reliquit, quas in Italia pleraſque conſcriptas G. H. WELSCH in *ſylloge curationum & obſervationum medicinalium* edidit Ulm 1668. 4. *. Curationes ſunt morborum graviorum cum medicamentis, quibus clari medici uſi ſint. Interjectæ inciſiones cadaverum morboſorum. In hominis, qui ex retenta urina perierat cadavere, nihil omnino non recte conſtitutum repertum eſt.

EJ. *miſcellanea medico chymica* cum G. H. WELSCHII *Exoticis curationibus* prodierunt Ulm 1676. 4.

EJ. *Hausarzney* Aug. Vind. 1578. 8. TREW.

J. MOIBANI Auguſtani, amici GESNERI, ex Schola Italica *Giftjäger ſ. antidotus cura* GUILIELMI TRIPHYLLODACNI edita 1567. Obiit a. jam 1564.

PETRUS SIBYLLENUS, Phyſicus Egranus, CORDI diſcipulus. EJUS eſt *de peſte l. abſolutiſſimus, quo natura, cauſæ & curatio proponuntur* Prag. 1564. 4. *. Totus fere liber in medicamentis eſt. Theriacam defendit, quæ etiam extus admota profuerit. Adjicit antidotum P. A. MATTHIOLI.

Inter *conſilia medica* collectionis SCHOLZIANÆ T. VI. eſt conſilium SIBYLLENI *de veſicæ & renum excoriatione.*

J. PAUL PERNUMIA. EJUS *therapeutice, ſ. nova & ſingularis medendi ratio affectus omnes præternaturales* L. VIII. Venet. 1564. 4. B. B. 1574. 4. LIND. Francof. 1596. 8. TREW. edente TRYPHONE PERNUMIA J. C. Generalia ſunt & collectanea ex veteribus.

LEONHARDUS FIORAVANTI, qui amabat eques audire, medicus periodeuta, qui etiam in Africa artem exercuit, Panormi vero totis triginta annis medicinam fecit. Idem inter primos Italos chemicis medicamentis uſus eſt, & iis ipſis inclaruit.

EJ. *ſpecchio de ſcientia univerſale* prodiit Venet. 1564. 8. 1592. 8. CARL. TREW. latine Francofurti 1625. 8. TR. FALC. Gallice vertente GABRIEL CHAPUIS Paris 1586. 8. FALC.

An diverſum fuerit *della ſpecchio de ſecreti rationali* Venet. 1597. 8. CARLSON.

EJ. *regimento della peſte* Venez. 1565. 8. FALC. 1571. 8. TR. 1594. 8. TR. Germanice Francf. 1632. 8. B. TIG.

IDEM L. *de lue venerea* ſcripſit, quem queritur ab ALOYSIO LUISINO non fuiſſe in *collectionem* receptum, ne reliquos omnes obſcuraret.

EJ. *ſecreti razionali intorno alla medicina, chirurgia ed alchimia* Venez. 1600. 8. Germanice Dresd. 1634. 8. Nonne idem priori.

EJUS *teſoro della vita humana* Venez. 1570. 8. *. In l. I. pathologiam tradit, nihil a GALENICA diverſam. L. II. curationes tradit medicas, quas fere unice ſuis arcanis chemicis medicamentis tribuit. Epilepſiam ſe ſanare ipſe ſibi teſtis eſt, alioſque graviſſimos morbos. In febre putrida gravi jura tamen carnium dat, & ova, carnem & caponem, & pro potu *ſtillato ſoſtanzioſo.*

L. III. *conſiliorum & epiſtolarum* plenus eſt multa laude acceptorum aureorum. Liber IV. arcana medicamenta continet, vana multa, ut argenti in aurum emendationem. Paſſim ingredientia anagrammate hactenus celat, alias contentus eſt nominare.

In *Chirurgia* ſæpe recuſa, & Venez. 1679. 8. (a) multi etiam morbi interni traduntur, ſuis cum remediis, & vires parum notæ medicamentorum ſimplicium, demum arcana varia aperiuntur.

Sic in *Capricci medicinali* Venez. 1568. 8. *. 1573. 8. Tr. 1595. 8. Tr. 1629. 8. & in *compendio dei ſecreti razionali* Venez. 1571. 8., tum 1588. 8. Tr. 1591. 8. Tr. 1675. 8. Tr. Germanice Darmſtatt 1624. 8. Francof. 1604. 8. Tr.

Cum circa hæc tempora vixerit Guilielmus Duchoul, vir doctiſſimus, quem hic recenſeo. Ejus *diſcours des bains & antiques exercitations Grecques & Romaines* recuſ. Weſel 1672. 4. B. Bun. ad hygieinem pertinet.

J. Balth. Vitus *de remediis peſtis prophylacticis* 1564. Weszp.

§. CCCXXII.

Varii.

Sebastiani Marcellani *prælectiones de differentiis & cauſis morborum* Patav. 1564. 16. Lind.

Hieronymi Magii *variarum lectionum ſ. miſcellaneorum* l. IV. Venet. 1564. Huc certe Lind.

Wolfgangi de Bembis ad Jacobum Carpentarium *ſuper practicam catholicam de proximo typizandam, in qua præter ſyruporum, apozematum & catapotiorum compoſitionem nova triplex helleborum propinandi methodus continetur* Rom. 1564. 8. Bur.

Alfonsi de Torres *recapitulacion de los autores griegos y latinos que tratan de los cavallos ſos enfermidades &c.* Tolet. 1564. fol.

Ej. Torei nomine *de febris epidemicæ & novæ quæ latine puncticularis vulgo Tavardillo & Pintas dicitur natura cognitione & medela* Burgis 1574. 8.

Francisco de Reyna *Veterinarii l. de Albeiteria* Burgos 1564. 4. 1602. Compluti 1623. 4. 1647. 4. idem auctor, quem ajunt ſanguinis circulationem tradere.

Henrici Stephani, idem qui *principes medicos* edidit anno 1567. fol. 2. vol. * dedit etiam *Dictionarium medicinæ, vel expoſitionem vocum medicinalium ad verbum excerptarum* Pariſ. 1564. 8. *. Ex veteribus græcis collectum & doctum opus cum fuſis veterum locis. Præmiſſus Erotianus, & Galeni *vocum expoſitio.*

Guilielmi

(a) Conf. *B. Chir.* I. p. 225.

Guilielmi Rhegini *medicinæ exercitamentum e ſelectis utriuſque linguæ auctoribus* Lion 1564. fol.

Gerardus Bergensis *de præſervatione & curatione morbi articularis & calculi* Antwerp. 1564. 8. Rast.

Ej. *de peſtis præſervatione* Antwerp. 1564. vel 1566. 8. 1587. 16. *.

Ej. *de conſultationibus medicorum & methodica curatione febrium, & dolore penis* ib. 1586. 8. Lind.

Garcias Lopius. Ej. *comm. de varia rei medicæ lectione* ib. 1564. 8. Falc. Trew.

Achilles Pyrminius Gasserus Lindavienſis Gesneri amicus, medicus Auguſtanus, Galliam adierat.

Ej. *Unterricht wider die Peſtilenz* 1564. 4. Tr.

Ej. *hiſtoria geſtationis fetus mortui in utero cum* R. Dodonaei obſervatt.

Ej. *aphoriſmi* Hipp. *methodus nova quinque libris diſtincta ab* Eglingero *illuſtrata cum libello de re medica non prius edito cura* C. Wolfii Sangalli 1584. 8. Lind.

Ej. *curationes & obſervationes medicæ cum* Welschii *ſylloge curationum Cent.* IV. editæ aliæ cum Welschii *conſiliis* 1668. 1698. aliæ in *chiliadibus.* Liberavit quem volebant ob datum philtrum capite plectere, quod ab eo, ſanguine nempe menſtruo, morbos varios ortos putarent, noſter oriri negat.

Epiſtola inter Gesnerianas.

Vitam viri ſcripſit Jac. Brucker in Schelhorni *amœnitatibus literariis.*

Petri Memmii Herendaelii *de recto medicinæ uſu* L. I. Delphis 1564. 8. Trew.

Petri Montani *de morborum generibus comm. cum* Fieræ *cœna* Strasburg 1564. 8. Lind.

Hieronymi Massalii *in* Hippoc. *de natura humana paraphraſis* Argent. 1564. 8. Lind.

Ernesti Reuchlin *amuletum contra peſtilentiæ contagionem jam paſſim divagantem* Magdeburg 1564. 4. Riv.

Ej. *Unterricht wider die Peſtilenz* Lubek 1577. 4.

Ej. *Sendbrief vor des J. 1577. Jahres Witterung und denen erfolgten Krankheiten* ib. 1577. 4. Tr.

Ej. *epiſtola de medicina præſtigiatrice Paracelſi* ib. 1570. 4.

Louis *de* Launay *de la faculté & vertu admirable de l'antimoine* la Rochelle 1564. 4.

Cum

Cum contra eum libellum J. GREVINUS ſcripſiſſet, repoſuit noſter *Reponſe au diſcours de* J. GREVIN *contre le l. de* LOUIS *de* LAUNAY *touchant la faculté de l'antimoine* ib. 1566. 4. FALC.

JACOBI CARPENTARII archiatri, *ad expoſitionem diſputationis de methodo contra* THESSALUM OSSATUM *Acad. Pariſienſis methodicum reſponſio* Pariſ. 1564. 4.

GARBICII *oratio de vita, moribus, doctrina & profeſſione* HIPPOCRATIS Tiguri 1564. 8.

JOB FICELII (alii VINCELII) *Bericht von der Hauptkrankheit und Peſtilenz* Jena 1564. 8. TREW.

EJ. (VINCEL) *Ordnung und Bericht von der jetzt ſchwebenden und regierenden Krankheit* Magdeburg 1580. 4. TR.

EJ. *von der Peſtilenz* Leipzig 1582. 8. TREW. niſi idem eſt liber.

J. J. JANTKE *Unterricht von der Peſt und peſtilenzialiſchen Fiebern* Strasburg 1564. HEIST.

J. CIRENBERGII *wider die peſtilenzialiſche Fieber für die Statt Dorn in Preuſſen* Leipzig 1564. 4. TREW.

CASPARI GELHORN, ſed anonymi, *de phlebotomia & de judicio ſanguinis miſſi per venæ ſectionem* 1564. 12. TREW.

J. de GORRIS ſ. GORRÆI & MARESCOT, *ſunt ne alia naturæ, alia morbi opera* Pariſ. 1564. 4. BARON.

§. CCCXXIII. MARTINUS RULANDUS PATER.

Freiſingenſis, medicus Laugingenſis, alchemiſta, mirarum curationum per ſua arcana perfectarum copioſus auctor, cujus pauca ſcripta legi.

EJUS ſunt *medicamenta omnia*, τα ευποριστα *cum medicina practica* Argent. 1564. 8. 1567. 12. L. Hanov. 1610. 12. ID. & *appendix de doſibus, ſ. juſta quantitate & proportione medicamentorum compoſitorum omnium* Argent. 1567. 12.

EJ. *de phlebotomia morbiſque per eamdem curandis* Argentor. 1567. 12. L. Baſil. 1587. 12. TREW.

Et *de ſcarificatione, de ventoſatione, morbisque per eam curandis, liber recens* Argentor. 1567. 12. LIND. Germanice Baſil. 1613. 8. *. Pro diverſitate morborum alias & alias venas ex veterum placitis jubet aperire. Sed & ſigna cæleſtia de aptitudine venæ ſecandæ conſulit. Vana omnia, & fruge caſſa.

EJ. *Tractatus tres de phlebotomia, de ſcarificatione & ventoſatione & de ortu animæ* cum præf. filii Baſil. 1627. 8. LIND. & cum *theſauro* RULANDINO Baſil. 1591. 16. 1628. 8. LIND. Rouen 1650. 8. ID. Bauzen 1679. 8. ID.

EJ. *Balnearium reſtauratum, in quo curantur morbi tam externi quam interni per balnea naturalia, artificialia, inſeſſus, lixivia, ſudationes, itemque per ſcarificationes, phlebotomias, diſtinctum in libros tres* Baſil. 1679. 8. HOUSS. 1579 8. TR. 1625. 8 L. qui idem eſt libellus *von Waſſerbädern, aderlaſſen, und ſchräpfen in welchem, wie alle Krankheiten durch Waſſer, Wild- und Schweißbäder, Laugen, item durch aderlaſſen, ſchräpfen geheilt werden wollen* &c. Dilling. 1568. 8. TR. ut intelligo, & latine & germanice, tum germ. Francf. 1584. 8. TR. Baſil. 1613. 8. * cujus operis partem poſteriorem nuper dixi, quæ verſatur circa phlebotomiam. Pars I. catalogus eſt aquarum Germaniæ ſuperioris cum elementorum enumeratione, nulli nixa experimento, viriumque pariter temerariis laudibus. Præceps ſcriptor, ut aquas Badenſes Helvetiæ bis repetat.

Aucta videtur editio eſſe *hydriatria aquarum medicarum ſectiones* IV. Dilling. 1568. 8. LIND. Prima ſectio continet rationem curandi totius corporis morbos (ordine alphabeti enumeratos) per aquas dulces, acidas & thermas. Secunda ſpecies ac vires aquarum. Tertia nomina loca & vires aquarum vel balneorum ad alphabeti ordinem. Quarta aphoriſmos de præparatione ad balnea, tempore ingreſſus, victu ſanorum, ſymptomatibus, horumque curatione.

EJ. *theſaurus medicus continens aurea medicamenta pro omni ætate & ſexu contra omnes morbos internos & externos collectus, conſcriptus pro ſuis filiis* a. 1601. *editus ſtudio* CAROLI RAYGER Francof. 1691. 4. * cum SPINDLERO, notis etiam adjectis. Empiricus libellus recenſet ſecundum alphabeti ordinem medicamenta, nulla cauſæ aut temporum diſtinctione addita, & ſæpe vaniſſima. Ita ægilopem ſanat oleo ſulfuris: aphthas oleo coryli, apoplexiam incenſo ſuccino, vel guttulis nonnullis olei vitrioli in aqua hyſſopi propinatis. Sodæ extractum eſulæ opponit, arthritidem oleo coryli curat illito: aſthma omne electuario de ſuccino. Paſſim etiam breviſſimas & empiricas curationes ſubjungit. Valde laudat terram neſcio quam ſanctam, & ejus aquam (nempe vitri antimonii cujus uſum introduxit). Non poſſis non candorem in viro deſiderare.

EJ. *Theſaurus Rulandinus, h. e. Curationes empiricæ, quæ antea in decem centurias diſſectæ prodierant, nunc in compendioſum ordinem ſecundum partium corporis ſitum ordinatæ* Baſil. 1591. 16. 1628. 8. TREW. Budiſſ. 1679. 8. RIV. 1680. 8. TREW. hic cum libb. *de phlebotomia, ſcarificatione, ventoſatione & ortu animæ.*

EJ. *Curationum empiricarum & hiſtoriarum in certis locis & notis perſonis expertarum & rite probatarum centuriæ ſeptem* Lauing. 1594. 12. TREW. *Centuriæ decem* Baſil. 1578. 16. 1580. 16. 1591. 16. 1593. 16. ita LINDEN. & 1596. 16. TREW. Porro Lugduni 1618. 8. Adjecta oratione *de ortu animæ* RIV. 1650. ut paulo prius diximus, *tr. de phlebotomia, morbisque per eam curatis* Rouen 1650. 8. FALC. Centuria I. prodierat Baſil. 1581. 12. TR. II. ib. 1580. 12. III. ib. 1595. 12. IV. Baſil. 1583. 12. TR. V. ib. VI. ib. 1596. VII. 1585. 12. TR. 1593. 12. TREW. Budiſſ. 1679. 8. NIC.

Secreta ſpagirica, ſ. pharmacopœa medicamentorum Rulandinorum deſcriptorum cum ſcholiis Ehrenfriedii Hagedorn Jen. 1676. 12. Trew.

Mere alchemiſtica omitto.

§. CCCXXIV. Varii. Ad A. 1565.

Castor Durante, Gualdenſis, archiater Pontificius, *de bonitate & vitio alimentorum Centuria in qua continentur fere omnia quæ ad rectam victus rationem inſtituendam & tuendam valetudinem pertinent* Piſauri 1565. 4. 1595. 4 *. Medicamentorum ſimplicium vires medicatæ per diſticha expreſſæ, fuſe deinde adjectis ex veteribus locis, quibus vires cujuſque medicatæ laudantur.

Ej. *teſoro della ſanita* Venez. 1586. 8. d'Etr. Germanice Francof. 1609. 4. Francof. 1613. vel 1614. 4. idem puto cum priori opus.

Francisci Alexandri Vercellenſis, medici, *Apollo omnium compoſitorum & ſimplicium normam ſuo fulgore irradians,* Matthioli, Brassavoli, *aliorumque errores inſectans* Venet. 1565. f.*. rec. 1614. 4.* Francf. Radii hujus ſolis ſunt undecim, ſ. totidem formulæ medicamentorum, ſecundum quas per ſingulas compoſitiones noſter procedit, & cujuſque ſimplicia, quæ vocant, ingredientia exponit, tum compoſitionis ſcriptionem, & primus, ut quidem promittit, materiæ medicæ ſcriptores paſſim refutat, inſcius ſæpe inſcios, battologus idem & contentioſus.

Ej. *trattato della peſte e febri peſtilenti* Torino 1586. 4. Falc.

Diomedes Cornarius, Jani filius, Zwikawienſis, Archiducis Maximiliani medicus. Ejus eſt *oratio funebris* a. 1565. *habita, cum* Wolfgangus Lazius *philoſophus & medicus ſepeliretur.*

Deinde Lipſiæ 1595. 4. L. 1599. 4. * edidit l. *Conſiliorum medicinalium habitorum in conſultationibus a clariſſimis medicis tractatis.* Conſilia ſunt viginti, ſ. morborum hiſtoriæ, quos noſter cum Julio Alexandrino, J. Cratone aliisque claris medicis curaverat. Multum tribuit in dyſenteria moſcho cervino, ſ. lemis, quæ vergente autumno de oculis cervorum eximuntur. Alvum ob ova dura comeſta adſtrictam purgante decocto per biduum continuato, aperuit. Cum capitis dolore alvoque adſtricta mireris mithridatium exhibitum, & porro conf. Alkermes aliaque calida.

Sequuntur una excuſæ *obſervationes medicæ.* Ad quartanam non probes cor leporum ſiccatum. Febris epidemica late graſſans anni 1580. Mors ex tumore gulam comprimente, ut nihil in ventriculum deſcenderet. Iſchuria, hæmorrhagia narium vehemente die decimo quarto ſoluta. Morbus gallicus ſcarifando contractus. Anulus aureus deglutitus, tertio die cum fæcibus egeſtus. Morbus inſignis ex petulante ludo.

Demum

Demum *hiſtoriæ admirandæ.* Bini homines ſtrangulati revixerunt. Perverſi ex urina judicii aliquot exempla. Fetus quatuor annis geſtatus, demum de abdomine excifus, cum femina iterum concepiſſet, neque parere poſſet, matrem occidit. Curatio hominis debilis lapidi bezoar adſcripta. Lapis bezoar fauſto eventu datus, poſtquam ſcelerato homini arſenici drachma dimidia ingeſta fuerat. Exempla partus ex matre mortua. Aureus dens pueri Sileſiaci, pro vero. Lues bubula.

Conſilium unicum in collectione Scholziana.

Henricus Ranzovius (v. Ranzov), vir nobiliſſima ſtirpe natus. Ejus *de conſervanda valetudine l. in privatum liberorum ſuorum uſum conſcriptus*, editus a Detlevo Sylvio Antwerp. 1565. 8. 1580. 8. Lind. Lipſ. 1576. 8. Lind. 1582. 8. Lind. Francof. 159 . 12. Lind. Trew. 1596. 12. Riv. 1617. 16. *. Germanice vertente J. Beato Hummel Baſel 1588. 8. * adjectis argumentis; iterumque curante Johanne Wittich Lipſ. 1587. 4. Trew. 1594. 4. *. 1601. 4 Tr. Paſſim vir nobilis patrem ſuum citat, medicinæ pariter ſtudioſum. Multæ formulæ paſſim collectæ. Frictionem ſuadet, quæ pannis fit calidis. Cæterum victus ratio ad ſaporem veterum: morborumque vulgo accidentium & incommodorum vitæ humanæ ſimilis procuratio. Alexipharmaca, ea inter antimonium.

Ej. *methodus apodemica* Lipſ. 1588. 12. L. ſi huc facit.

Idem Macrum edidit, multum auctum v. *Bibl. Bot.*

Hugonis Fridævallis, Sampauliniani, Medici, *de balneis & eorum uſu* Duaci 1565. 8. Lind.

Ej. *de tuenda valetudine* L. VI. Antwerp. 1568. 8. *. Verſiculi præcedunt, ſequuntur commentarii non breves rerum non naturalium, cum exercitationis corporis laude. Inde alimenta per ſingula, diſticho expoſita, fuſis deinde commentariis illuſtrata, ad plantas, ad animalem cibum, & condimenta. Tum potus, demum balnea, & reliquæ res non naturales. Collectio ex veteribus.

Prospero Borgarucci Aretinus, peregrinator. Ej. eſt *de peſte tract.* Venet. 1565. 8. Falc.

Ej. *fabrica delli ſpeziali* XII. *diſtinzioni* Venez. 1566. 4. Cat. 1567. 4. Ex Dessenio & Calestano ſumtam eſſe lego.

Id. *de morbo gallico* in collectione Veneta Luisini. Nullum veſtigium tumentis hepatis cum ſiphilide ſe vidiſſe. Ab inunctione facultatem generandi deleri. Guaiaci tutiorem & certiorem eſſe efficaciam, quam hydrargyri. Minime cæterum abſurdum ſcriptum.

Diſpenſa-

Diſpenſatorium uſuale pro pharmacopœis Colonienſibus Colon. 1565. Heist.

Marci Squarcialupi *diſenſa contra la peſte* Milano 1565. 4. Tr.

Alius fuit Medicus Camillus Squarcialupus, ob religionem profugus, cujus opera promiſſa Gesnerus in *Bibliotheca* recenſet.

J. Kentman *de calculis qui in corpore & membris hominis generantur* Tiguri 1565. 8. * cum Gesnero *de foſſilibus.* Veræ hiſtoriæ.

Ej. *wie man ſich vor der giftigen Seuche der Peſtilenz hüten, und ſo jemand damit angegriffen wurde, was Mittel man davor brauchen ſolle* Witteberg 1568. 4. Vater.

Idem eſt vir, plantarum & rerum metallicarum ſtudioſus, ad quem exſtant C. Gesneri *epiſtolæ*, & earum integer liber IV. Wittebergæ excuſus.

§. CCCXXV. Alii.

Andr. Gratiolo *de* Salo *diſcorſo di peſte appreſſo un trattato di peſte di* Saladino Ferro Venez. 1576. 4. Trew.

Idem Avicennam cum *univerſalibus medicæ ſcientiæ præceptis* interpretatus eſt, & cum ſcholiis edidit Venet. 1580. 4. Gunz.

Simon *de* Vallambert *de la maniere de nourrir & gouverner les enfans dès leur naiſſance* Poitiers 1565. 4. Falc.

Gaspar Lopez Canario in Galeni *l. de temperamentis novi & integri commentarii, in quibus fere omnia quæ ad naturalem medicinæ partem ſpectant continentur* Complut. 1565. fol. Riv.

Christ. Baravolus *de tempore dandi catapotia Monteregali* 1565. 8. Falc.

Ej. *de peſte* ib. eod. anno Lind.

Scipionis Cassolæ *cum* J. Francisco Boccalino *diſceptatio an epithematum uſus antiquis medicis cognitus fuerit* Parmæ 1565. 4. Trew.

Porcel Sardo *informacion y curacion de la peſte de Saragoſſa* Saragoſſa 1565. Heist.

Andreæ Galli *faſciculus de peſte & peripneumonia cum ſputo ſanguineo, febre peſtilentiali* Brixiæ 1565. fol. Francof. 1606. 8. Trew. 1608. 12. Endtea.

Lucilii Philalthei *de methodo recitandi curas* Papiæ 1565. 8. L. Spir. 1581. 4.

Ejus *ſecundus Tomus conſiliorum de graviſſimis morbis* cum priori Papiæ 1565. 8. L.

Nicolai *de* Cusan Cardinalis, *de ſtaticis experimentis dialogi* Baſil. 1565. fol. Apud Obicium reperio, jam hunc virum pulſus ad numerum recenſuiſſe.

Juvenalis

Juvenalis Leveroni *in* Hippocratis *aphoriſmos lucubrationes* Mont Reg. 1565. 4 L.

Philippi More *hope of health wherein is contained a goodly regiment of life and the great virtues of ſeveral herbs* London 1565. 12.

Christ. Massin & Guil. de Boissy, E. *idem calor noſtri ortus & interitus cauſa* Pariſ. 1565.

J. Chapelain & Guil. Giboult, E. *pulmonum & thoracis affectuum ſpirandi ſequitur difficultas* Pariſ. 1565.

Guil. Robineau & J. Faber E. *immutantia & vacuantia ſunt febrium remedia* Pariſ. 1565.

Hug. Babinet & Mart. Girard *Non* E. *arthritis ſolis topicis profliganda* Pariſ. 1565.

Wolfgangi Lazii docti viri, declamatio *de artis medicæ præſtantia & dignitate.*

In ejus funere orationem dixit Diomedes Cornarius Wien. 1565. 4. Bun.

Petrus Asselineus Aurelienſis, medicus Venetus. Ejus conſilia & curationes exſtant cum Welschii Centur. IV. Franc. Ulmus curatus cum animam ageret. Elaterium in hydrope dabat.

Henr. Menzinger medicus Baſileæ natus, ex ſchola italica, hoc anno obiit.

§. CCCXXVI. Andreas Baccius.

Elpidianus, Archiater Pontificius, & Sixti V. medicus. Ejus ſunt *del Tevere* L. III. *ne' quali ſi tratta della natura e bonta dell' acqua, e ſpecialmente del Tevere, dell uſo dell' acqua, del bever freſco con nevi, con ghiaccio, con ſal nitro* Mandos.

Ej. *diſcorſo delle acque Albula, Bagni di Tivoli, acque di* S. Giovanni *a capo di buove, dell acetoſa preſſo di Roma, & delle acque di Anticoli, con alcune regole neceſſarie per uſar bene ogni acqua di bagno* Rom. 1567. 4. Mandos.

Ej. *de monocerote ſ. unicornu ejuſque admirandis viribus & uſu ex Italico ab* Andrea Marino *in latinam linguam converſus* Venet. 1566. 4. L. & a Wolfgango Gabelchower Stutgard 1598 8. L. Editionem italicam ignoro.

Ej. *tabula ſimplicium medicamentorum* Rom. 1571. 4. L.

Ej. *tabula de theriaca, quæ ad inſtituta veterum* Galeni *atque* Andromachi *inventa eſt* Rom. 1582. Mazuchell.

Ej.

Ej. *epiſtola ad* M. Oddum *de dignitate theriacæ*, & *altera ad* Ant. Portum *quænam ſit ratio viperinæ carnis in theriaca* Patavii 1583. 4. Linden.

Ej. *de thermis libri* VII. *opus locupletiſſimum medicis neceſſarium: de methodo medendi per balnea, de lavatione & exercitationum inſtitutis in Romanorum thermis* Venet. 1571. f. L. 1588. f. Rom 1622. f. Mandos Patav. 1711. f. *. In iſta noviſſima editione libri ſunt octo, Analyſis aquarum de more ſeculi. Adjecta ſunt excerpta ex Actis Trivultinis, ex artis Eruditorum Pariſinis, ex nuperis libris de thermis. Cæterum potiſſimum l. III. medicus de medendis ægritudinibus per balnea agit. Enumerantur morbi, & ad morbos balneorum uſus, ad veterum ſaporem. In l. VIII. balnea artificialia & medicata.

Locus *de thermis* redit in collectione *Leidenſi*. 1699. fol. B. Tig.

Ej. *de venenis & antidotis* προλεγόμενα, ſ. *communia præcepta ad humanam vitam tuendam ſaluberrimam. Venenorum methodus per genera, differentias partes paſſiones, preſervandi modum, & communia ad eorum curationem anditoda* Rom. 1586. 4. *. Non tamen eſt abſque adnotatione propria. A viperæ morſu magna ſymptomata tamen ſuperata. A galli morſu rabies & mores gallinacei. A ſublimato mercurio ardor ventriculi, alvi tormina, ichor combuſtus per alvum vomitus virulentus, mors. Mortes ſe vidiſſe a veſicis per cantharidum uſum excitatis. Antidoti. Inuſtio quæ ferro ſit. Hydrophobia poſt morſum erumpens cum furore: ſe quos curaverit, ſervaſſe uſtione, antidotis, demum demerſione in aquam marinam.

Ej. *de naturali vinorum hiſtoria & vinis Italiæ & de conviviis antiquorum* l. VII. *Acc. de factitiis vinis & cereviſiis, de omni vinorum uſu* Rom. 1596. f. 1598. f. L. Francof. 1607. fol.

Ej. *duodeci pietre pretioſe* Rom. 1587. 4. Ej. *de gemmis & lapidibus pretioſis eorumque viribus & uſu* Francof. 1603. 8. Tr. 1643. 8. Tr.

§. CCCXXVII. N. Rorarius. C. Wolf.

Nicolaus Rorarius Utinenſis.

Ej. *contradictiones, dubia & paradoxa in libros* Hippocratis, Celsi, Galeni, Aetii, Æginetæ, Avicennæ, *eorum conciliationibus* Venet. 1566. 8. *. 1572. 8. L. Non indoctus homo, qui ex vaſtis veterum voluminibus contrarias ſententias extraxerit, ſibi obpoſuerit. Verum cum eo animo ſcripſerit, ut omnino repugnantia conciliaret, factum eſt, ut ſæpe contra omnem probabilitatem contradictiones veterum excuſaret, cujus vitii exempla reperio in loco de tenui membrana cerebri & ſanabili & inſanabili, de ſuturis calvariæ ad ſanitatem facientibus, & contra ſanitatem; de hepatis ſcirrho tangibili & non tangibili; de cichorii vitioſo ſucco & tamen bono; de iracundis frigidis & tamen calidis. Raro ſententiam ſuam interponit. Cæterum ex omnibus partibus medicinæ ἐναντιώματα decerpſit.

Casparus Wolfius Tigurinus, in cujus poteſtatem codices manu Gesneri ſcripti

ſcripti pervenerunt, quos pauciſſimos edidit: ut *epiſtolarum* Gesneri *libros tres* Tiguri 1577. 4. *., nulla certe cum cura. Vide p 55.

Idem Baſileæ 1566. 4. *. edidit *Gynæciorum*, ſ. *de mulierum affectibus & morbis libros veterum & recentiorum, partim nunc primum editos, partim caſtigatos*, quos inter eſt Moschion græcus, a C. Gesnero ad prelum præparatus, ut tamen Wolfius ex codice Græco multa ſe emendaſſe aiat.

Deinde *harmoniam gyneceorum*, collectos nempe & in ordinem ſuos ſub titulos diſpoſitos locos *de muliebribus* Prisciani, Moschionis & Cleopatræ, latine dedit, quibus adjecti ſunt Lud. Bonacioli, Nic. Rochei & Jacobi Sylvii *gynæceorum* libri.

Demum Tiguri 1578. 8. *. excuſum dedit *Viaticum novum de omnium fere particularium morborum* innominati auctoris l. nunc primum editum. Gesnerus ante mortem præfatus erat. Secundum nonnullos Blasii Hollerii laborem eſſe Wolfius, ſed manifeſto galli eſt, qui marſaux pro ſalice caprea dicat. Compilatio eſt empirica ex Græcis & Arabibus, quæ pene tota in formulis eſt. Multa abſurda, ut caſeus recens ad pulmonum ulcera Non eſt Constantini *viaticum*.

Alphabetum denique *empiricum*, ſ. Dioscoridis & Stephani *Athenienſis de remediis expertis* l. Tiguri 1581 8. * edidit, quem librum ſuo loco dixi T. I. p. 310.

Porro *aphoriſmorum* Hippocratis *methodum ab* Achille Pyrminio Gassero *præparatam, a* C. Gesnero *illuſtratam, cum nonnullis aliis libellis prius non editis* dedit Sangalli 1584. 8. L.

Id. *tabulam generalem diverſorum ponderum & compendium ſecundi libri* Dominici Massarii cum opere Massarii edidit, & una *virorum ill. enumerationem qui de ponderibus ſcripſerunt* Tiguri 1584. 8.

Josias Simler cum eodem Massario *vocabula rei numerariæ, ponderum & menſurarum quatuor linguis ordine alphabetico* edidit.

Idem Wolfius auctor eſt *Vitæ* C. Gesneri *cum* Casparis Wolfii *de* Gesneri *ſtirpium hiſtoria edenda pollicitatione* Tiguri 1566. 4. *.

Laurentii Grylli Prof. Ingolſtad. academiæ ſuæ benefici, *de ſapore dulci & amaro* l. II. Acc. Ej. *oratio de peregrinatione ſtudii medicinalis ergo ſuſcepta.* Edidit Adamus Landavus prof. Ingolſtad. Prag. 1566. 4. *. Auctor ante diem obiit. Prius opus ad ſcholarum ſaporem ſcriptum, cauſas & claſſes habet ſalſedinis & amaroris, nullo cum auctoris experimento. Ad diæteticam fere facit. Iter Laurentius Fuggerorum ſumtu ſuſceperat, quod neque utilitate caret ad hiſtoriam medicorum ſui temporis ſpectante. Italiam, ut eo ævo fieri ſolebat, primum adiit, & Patavium, qua in ſchola J. B. Montanus ſummo cum plauſu docebat, noſodochium cum Francanzano viſitavit, & horto ejus academico tum pene unice uſus eſt. Porro Brassavolum adiit & Helidæum practica laude florentem, & Florentiam, Romam, Neapolim inviſit. Piſis Argenterium audivit, Patavii iterum Ghinum,

NUM, ſummum botanicum, & FALLOPIUM. Hinc Galliam Narbonenſem vidit, & VALERIOLAM, perhumanum virum. Montepeſſulanum inde & Agendicum venit, ubi J. C. SCALIGER magna cum civium ſuorum exiſtimatione vivebat. Inde Pariſios, ubi NIC. LAMBERTUM chirurgum laudat. Porro Angliam, nullo tunc medico claram, Antwerpiam aromatum magnum emporium, & VESALIUM. Tum Germaniam ſeptentrionalem, metallifodinas, CHRISTOPHORI LEUSCHNERI inſignem hortum, GEORGIUM AGRICOLAM inviſit. Ubique medicamentorum ſimplicium cognitioni ſtuduit, quam & eo ipſa oratione commendat, edita a. 1556.

OMNIBONI FERRARII *de regulis medicinæ libri* III, *ex* HIPPOCRATE, GALENO *&* AVICENNA *collecti* Brixiæ 1566. 8. FALC. Venet. 1573. 8. auct. & emendat L.

EJ. *de arte medica infantum* libri IV. *duo de tuenda eorum ſanitate, duo de morbis* Brixiæ 1577. 4. *. 1598. 4. LIND. Lipſ. 1615. 4. EJ. *de arte medica infantum aphoriſmorum particulæ tres* Brixiæ 1577. 4. *. Witteberg 1604. 8. Liber Veronæ datus. In L. I. de nutriendo fetu agitur. Machina, cujus ope femina ſe ipſam exſugat. L. II. cura pueri modo nati traditur, ubi malles auri folium cum primo lacte non præſcriberet, quo ſagarum maleficia averti putat. Lucernam porro infantum ita diſponere docet, ne ſtrabus fiat; morbum jam auctum curat lucerna in oppoſitum latus translata. L. III. morbi cum mirificis ſæpe remediis. Hydrocephalus internus, tum externus, cum chirurgica curatione. Frenulum linguæ non bene jubet lacerare. L. IV. Porro morbi; ad dolores colicos oleum commendat. Lumbricus effractor de umbilico erumpens. Variolarum peſtilens conſtitutio anni 1574. Albumen ovi ad ambuſta.

EJ. *Aphoriſmi ad eumdem finem*; brevia præcepta.

BERNHARDINI BALDINII *problemata excerpta ex commentariis Galeni in Hippocratem* Venet. 1567. 8. LIND.

SIGISMUNDI BOROMÆI (niſi male lego) *de modo coquendi theriacam & canones medicorum* ſcripti, circa a. 1567. & inediti MANDOS.

GEORGIUS MARIUS Würzburgenſis varia germanice ſcripſit, quæ non vidi, *de Celſo* &c. Idem procul dubio, de quo in Geoponicis LIEBALTI dixi. Obiit a. 1566.

STEPHANI GOURMELENI *pharmacopœa* M.S. eſt in B. R. Par. n. 6879.

BARTHOLOMÆI EUSTACHII magni inciſoris, EROTIANI *vocum quæ apud* HIPPOCRATEM *ſunt collectio, cum adnotationibus.* EJ. *lib. de multitudine* 1566. 4. qui recuſus fuit Leid. 1746. 8. *. Magnus GALENI admirator, tamen in hoc ſenili opere fatetur, multa incerta & titubantia apud illuſtrem illum Pergamenum reperiri. Dolet, quod in tanto incidendorum cadaverum ſtudio, ipſe non ſatis ad morborum indagationem reſpexerit. Paſſim memorabiles aliquas ſuas adnotationes interſpergit; plerumque tamen in ſpeculationibus ſe continet.

JACOBUS GREVINUS *Claromontanus* ex Bellovacis. EJ. *diſcours de J. G. ſur*

ſur les facultés de l'antimoine contre LOUIS *de* LAUNAI Paris 1567. 8. & prius etiam Anvers 1568. 4. *. Antimonium GREVINUS venenatum eſſe defendit, & proſcriptionem mereri vult. Se a tribus granis ſumtis vomuiſſe, & dejeciſſe, non ſine vehementia.

Deinde exſtant GREVINI *deux livres des venins* Anvers 1568. 4. *. Latine vertit JER. MARTIUS, qui idem libellum de antimonio ejuſdem auctoris latine converſum edidit Antwerp. 1571. 4. LIND. Collectio de venenatis animalibus, metallis, plantis, ex veteribus compilata, & tædioſus in NICANDRUM commentarius, cujus etiam verſionem gallicis verſiculis ſubjunxit, tamen ut nonnulla ſubjiciat, NICANDRO non dicta.

GEORGII FEDRONIS, alias PHÆDRONIS *von* RHODACH, (Rodochæi) *Verantwortung auf etlichen Unglimpf der ſophiſtiſchen Aerzte u. ſeiner Misgönner* 1566. 4. TR.

EJ *Eleenus ſ. perfecta epilepſiæ curatio, tum aquilæ cœleſtis, i. e. hydrargyri præcipitatio* Baſil. 1575. 8. L.

EJ. *opuſcula iatrochemica quatuor l. Praxis medico chemica 2. Halopyrgice ſ. peſtis medico chymica curatio* &c. cura J. ANDREÆ SCHENK Francof. 1611. 8. Erro & impoſtor.

EJ. *iatrochemiſta, ſ. peſtis epidemicæ curatio, oder wahrhafte Cur der beſchwerlichen Sucht der Peſtilenz* Hall. 1612. 12.

§. CCCXXVIII

AD. ANNUM 1566.

ANTONII PETITÆI *Criſimologium, ſ. dierum criticorum ratio* Pariſ. 1566. 8. iterum edita.

J. BAPTISTÆ DONATII *commentationum medicarum* l. IV, *de judiciis, qui in* GALENI *libris plane deſiderari videntur* Lion 1566. 8. *. Venet. 1580. 4. TREW. Lion 1581. 4. TR.

EJ. *commentarius in* HIPPOCRAT. *de morbis virginum, & apparatus medicus* Lucæ 1582. 4. C.

EJ. *rei medicæ ſtudii ſtipendia ſex* περὶ παρασκευαστικῶν (nempe apparatus modo) *De judiciis* L. I. *De ſignis morborum judicialibus* L. I. Τῶν ἐπιδημιῶν *ſ. divinationum* L. I. Comm. in HIPP. l. *de morbis virginum* L. I. *De aquis Lucenſibus* L. I. Francof. 1591. 8. TR.

EJ. *de maturitate materiæ in morbis* Francof. 1591. 8. TR.

LUCÆ STENGEL *quæſtiones* III. *Prima an ſtibium ægrotantibus citra noxam exhiberi queat.* 2. *an ratio curandæ peſtis a miſſione ſanguinis auſpicanda ſit.* 3. *an peſtem neceſſario ſubſequatur febris* Aug. Vind. 1566. 4. TR.

ID. reſpondit in *apologia adverſus ſtibii ſpongiam a* MICHAELE TOXITE *editam, in qua multa ſcitu digna de viribus & facultatibus ſtibii accurate explicantur. Acc. quæſtio, num id ipſum ab ægris citra ullum incommodum per os aſſumi poſſit* Aug. Vind. 1569. 4. RIV.

EJ. *theſes de natura, cauſis & curatione morbi epidemici* Auguſtæ 1580. 8. TR.

JUSTI ORTOLPHI MAROLDI medici in Smalcalden, *leibliches Regiment wider die Peſtilenz* Schmalkalden 1566. 8. TR.

EJ. *Unterricht der peſtilenziſchen Vergiftung*, & *una*, CHR. VISCHERS *Regiment in Sterbensläuften* 1567. 8. TR.

EJ. *Practica medica ad omnes generis morbos* prodiit Francofurti 1605. 4. *. ſcripta circi annum 1580. T. ERASTUM neque nuperiores ſcriptores citat. Cæterum ad morborum ordinem medicamenta recenſet, pleraque a claris medicis uſu habita, alia a principibus, denique a MARTINO LUTHER. Noſtrum Scholæ Italicæ diſcipulum fuiſſe apparet, cum HELIDÆI Bononienſis, LUCÆ GHINI, & MONTANI potiſſimum compoſitiones habeat.

Conſilia aliqua eſſe inter WITTICHIANA.

CASPAR KEGLER'S *Regiment wider die Peſtilenz u. Schweiſſucht* Leipſ. 1566. 4. GUNZ. neſcio annon dudum dictus.

J. NEFE CASPARI frater, pariter ex ſchola italica, & archiatur ſaxonicus. EJ. *Bericht wie man mit der Præſervation und Curation der Peſtilenz ſich verhalten ſolle* Dresden 1566. 4. GUNZ. 1597. 4. ID.

EJ. *Bericht wie man ſich zur Peſtzeit præſerviren u. dieſelbe curiren könne* Dresd. 1577. 4. GUNZ.

EJ. eſt conſilium in SCHOLZII *collect.* T. V.

MATTH. FLÆCII CYCNEI *Erinnerung was die Obrigkeit zur Zeit der Peſtilenz zu beſtellen für die March Brandenburg* Witteberg 1566. 4. TREW.

EJ. *chiliados ſecundæ centuria ſecunda expoſitio chriſtianæ phyſices & medicinæ in qua continetur doctrina de humoribus* Berlin 1580. 4. TREW. Vereor ne titulus vitioſus ſit.

EUSEBII WILDBEK *Bericht wie man ſich für der Peſtilenz bewahren und ſich curiren ſoll* Leipz. 1566, 4. RIV.

CASPAR MARCHE *de affectione hypochondriaca* Roſtoch 1566. 4. PL.

GEORGII HITZLER *oratio de vita & morte* L. FUCHSII Tubing. 1566. 4. *.

THEOPH. PLATEANI *neu ewig Arzneypractica, wie die Krankheiten mit geringen Hausmitteln verheilt werden können* Königsberg 1566. 4.

LUDOVICI COCHIN & MICH. MARESCOT *Non E. omnia contagia catharticis vitanda* Pariſ. 1566.

Hoc anno *ordo medicus Pariſinus* a. 1566. antimonium proſcripſit.

§. CCCXXIX. J. WYER.

J. WYER vel WEYER, non WIER, cum ſe *piſcinarium* dixerit, Gravenſis, in Galliam peregrinatus, etiam in Cretam & Africam trajecit, archiater demum Clivienſis, vir ingenii ſupra ſeculi ſui modulum erecti, ſagarum & fabuloſorum dæmoniacorum ſtrenuus detector.

EJ. *obſervationum rararum* L. I. *de ſcorbuto, quartana, peſtilentiali angina, pleuritide, peripneumonia, hydropis curatione* &c. Baſil. 1567. 4. *. Amſterdam. 1657. 16. *. egregius libellus, cum quo valde pauca priorum opera compares. Plantarum ſcorbuticarum, potiſſimum etiam raphani majoris, cochleariæ, naſturtii aquatici vis. Quartana, ante cognitum corticem peruvianum, ad triginta annos perdurabat, ſenes necabat, etſi non ſemper. Magnum inde ſtaturæ incrementum. In quartanario abſceſſus inter muſculos abdominis. Peſtilentialis defluxio anni 1567, in qua funeſta angina, peripneumonia peſtilens, & perinde pernicioſa pleuritis. Febris maligna cum pulſu intermittente. In hydrope laus gratiolæ. Umbilicum ſponte in hydrope rumpi: ſambuci, ebuli, frangulæ in eo malo poteſtas, & paracenteſis umbilici nonnunquam felix. Curatio per ſudorem. Chirurgica aliqua.

EJ. *de ſudore Anglico* anni 1586. & 1592.; ephemera funeſta, cujus vis intra 24 horas deferbuit, & debuit continuo ſudore fætido ſuperari. Paſſio iliaca illuſtris feminæ diuturno cum ſenſu frigoris in abdomine. In lue gallica pertinatiori ad inunctiones debere deſcendi, & in robuſtioribus ad certiſſimum remedium ſuffumigium mercuriale: dari etiam turpethum & BARBAROSSÆ pilulas. In tuſſi alvum ducit, emulſiones dat, venæ ſectione abſtinet.

Nempe hic eſt libellus *Arzneybuch von etlichen beſondern, unbekannten, und unbeſchriebenen Krankheiten, Scharboch, Waren, peſtilenziſche pleuritis, Rippenweben, engländiſcher Schweiß* &c. Francf. 1580. 8. GUNZ. 1583. 8. HUTH. Lipſ. 1693. 8. B. Tig. 1699. ASTR. Belgice recuſ. a STEPHANO BLANCAARD.

Fragmentum de ſcorbuto prodiit in *collectione* Wittenbergica 1624. 8. *. cura D. SENNERTI edita,

EJ. *Libellus de iræ morbo & ejus curatione philoſophica medica & theologica* Baſil. 1577. 8.

De Varenis in SMETII miſcellaneis L. III.

Ej. *opera omnia* Amſterdam 1661. 4. *. Priora præter l. *de ſcorbuto* hic redeunt. Deinde dicitur liber II. huc acceſſiſſe *obſervationum*, nuper ex germanico converſarum: acceſſit nempe l. *de Varenis, laufende Varen*, doloribus vagis Weſtphalorum, quod malum alias in ulcera terminatur, alias in phthiſin. Lumbricorum terreſtrium ſuccum & oleum hic valere, etiam tuſos atque cribratos lumbricos uno hauſtu epotos, tum vermes, ſ. ſcarabæos majales, & unguentum de cicuta aquatica.

Cum l. *de lamiis* prodiit etiam libellus *de commentitiis jejuniis*, qualem fraudem noſter ſagax detexit, & alia etiam exempla addit ficti jejunii.

§. CCCXXX. Varii ad A. 1567.

Jani Matthæi Durastante Sanctojuſtani *Problemata*. 1. *Dæmones an ſint, & an morborum ſint cauſæ*. 2. *an virium imbecillitati juncta cacochymia per epicraſin curanda ſit*. 3. *An rhabarbarum ob lienteriam, dyſenteriam & aſtrictionem ſit comburendum* Venet. 1567. 8. *. Dari dæmones, & per libros magicos cogi ut ſe ſiſtant, per neſcio quas hiſtoriolas oſtendit, cæterum non eſſe morborum cauſas. Pro epicraſi, & quidem pro ea, quæ fit per rheum uſtum, copioſiſſime diſputat. Rheum in morbis fluxuum non debere maturum & croceum dari, ſed ſubalbum.

Ej. *L. II.; primus de aceti ſcillitici triplici compoſitione, mirificis ob ſanitatem ac vitam diutiſſime producendam viribus, & congruo uſu: ſecundus de aloes ſubſtantia, quantitate, relatione, qualitatibus, actionibus, paſſione, habitu, ubi & quando* Venet. 1567. 8. *. & 1568. Panelli. Gieſſ. 1614. 12. & Italice Maceratæ 1574. 8. Falc. Aceti ſcillitici ex Græcis & Arabibus variæ deſcriptiones. Ipſe tamen experimenta fecit aliqua. Adverſus obeſitatem drachmas quatuor dedit, ſemel in hebdomade, alias quinque drachmas & tres. Adverſus lentam pituitam a drachma una ad quinque. De aloë nihil boni. Illotam magis alvum ducere, lotam ad rem medicamentariam præſtare.

Libellus de voluminibus a ſe compoſitis Macerata 1574. 8. Panellus meminit ll. de aceti ſubſtantia & natura. Quod acetum non adſtringat. De aloes ſubſtantia: de confectione ptiſanæ ac medicamentorum compoſitione: de triplici compoſitione aceti ſcillitici. De theriacæ ſubſtantia: de alimentorum facultatibus: de ſalubri diæta: an in virium imbecillitate juncta cum cacochymia per epicraſin curandum. De Italorum congruo in ſeptentrionalibus victu. Conſilia.

Recognitio opuſculi aurei de febribus Antonii Gradi. Lindenius exſtare ait cum J. Matth. Gradi *practica*.

Josephi Valdani, Hieronymi Feroldi, Aloysii Mundellæ, & Bartholomæi Gaioni *quæſtiones medicæ, utrum in lienis affectibus ſecanda ſit vena* Patav. 1567. 8. Ita Falc. Nam mihi libellus eſt cum hoc titulo; *Duæ quæſtiones medicæ, altera utrum in lienis affectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad anularem digitum ſiniſtræ manus*, a J. Valdanio, H. Feroldo, A. Mundella & B.

Gaiono *tractata. Altera, utrum in morborum initiis ſ. cum materies turgeat, purgantibus medicamentis uti liceat, a* Victore Trincavellio *explicata*. Patav. 1567. 8. *. Valdanius venæ ſalvatellæ ſectionem multum laudabat, Galeni ſermonem mutabat, ut in ſuam ſententiam flecteret. Feroldus has ſubtilitates parum curans ſtabat pro Galeno, & venam cubiti exiguæ venulæ præferebat, Alexandri auctoritate fretus & Aretæi. Mundella pro Feroldo pronuntiat.

Ad alteram quæſtionem reſpondet Trincavellius, poſſe utique, etiam non turgente materia, in morborum principiis alvum duci.

Exſtat etiam J. Valdanii *de theriacæ uſu in febribus peſtilentibus* L. I. Brix. 1570. L. II. 1571. 8. Falc.

Ricettario molto neceſſario a medici e ſpeziali Firenz. 1567. fol. Osb.

J. Car. Langius *de febribus* Bonon. 1567. 12. Falc.

Marii Proceris *diſcuſſio ineptæ defenſionis cujusdam* J. B. Donatii *editæ adverſus* L. Botallum; *decretum ſupremi ſenatus Pariſini adverſus* Donatium, *una cum epiſtolis* J. Bruti *& hiſtoria* Jacobi Doynæi, *ex quibus totius controverſiæ ratio & progreſſus cognoſci poteſt* Pariſ. 1567. 8.

Martini Henricii *pulcherrimarum quæſtionum* T. I. *Acc. de diabete conſilium* Papiæ 1567. 4. Tr.

Nic. Rhodii *redargutiones in* Ferd. Cassanum *pro* Altimaro & J. Andreæ Nola, *quibus non tantum vera* Altimari *poſitio de tertiana exquiſita & de ſedimento celebratur, ſed quam plurimi errores manifeſtantur, quos* F. Cassanus *committit* Venet. 1567. 8.

Francesci Monsleo *artificium memoriæ* Neapoli 1567. 8. Mongit.

J. B. Rasarius Galeni *commentarios in ſecundum & in ſextum l. popularium, in* Hippocratem *de alimentis & de humoribus*, & alia quædam Galeni latinitate donata edidit Saragoſſ. 1567. 4. Idem & Oribasium vertit.

Bernhardinus Baldinus Profeſſor mediolanenſis, dedit *problemata excerpta ex commentariis* Galeni *in* Hippocratem Venet. 1567. 8. L.

Diodori Euchyontis *de polychymia* L. IV. 1567. 8. Tr.

Huc Adriani Junii medici *nomenclator* Pariſ. 1567. 8. &c.

Ejus vita cum *epiſtolis* Dordrecht 1652. 12. B. Bun.

Jeronimo Ruscelli *ſecreti nuovi* Venez. 1567. 8. Falc. Id. Alexius Pedem.

Jodoci *ab* Harchies Montenſis, medici, *de cauſis contemtæ medicinæ* L. I. Leodii 1567. 8. B. B. Non ſola ex urina morbos dignoſci. Pleuritico, cujus periculum noſter ex methodo adgnovit, & qui interiverit, magnam venæ ſectionem nocuiſſe. Contra ſanguinis in omni morbo profuſionem. In medicaſtros. Medicamentum in aliquo morbi ſtadio prodeſſe poſſe, nocere in alio.

MONTANUM inunctionem mercurialem damnaſſe. TRUSIANUM in curandis morbis infeliciſſimum fuiſſe &c.

EJ. *enchiridion medicum ſimplicium pharmacorum, quæ in uſu ſunt, nomenclaturam, hiſtoriam, facultates & adminiſtrationem poemate comprehendens* Baſil. 1573. 8. *. Ad ſingulum medicamentum ſimplex ſuum diſtichon, deſcriptio aliqua & facultates.

MICH. TOXITÆ Rhaeti, Paracelſiſtæ, medici Hagenoenſis, qui Italiam vidit *ſpongia ſtibii adverſus* LUCÆ STENZELII *aſpergines* Argent. 1567. 4.

EJ. *philoſophicum medicum ſynonymum ex variis linguis* II. *Vocum quarum in ſcriptis* PARACELSI *ſolet uſus eſſe explicatio* Argent. 1574. 8.

IDEM *libros* XIV. *Paragraphorum* PARACELSI reſtituit & illuſtravit Argentor. 1575. 8.

Apothekertax in Churfürſtenthum Saxen Jena. 1567. 8.

NIC. *le* GRAND & ANT. du VAL *E. lienoſi dejectorio medicamento purgandi* Pariſ. 1567.

JOH. *le* VASSEUR & J. GILLIN, *Non E. omnis inteſtinorum exulceratia ſanabilis* Pariſ. 1567.

§. CCCXXXI. THADDÆUS AB HAYCK.

Hic, nec ſerius, recenſeo, quod hoc jam anno verſio ejus libri *de metopoſcopia* Gallice prodierit Lion 1567. 8.

EJ. *de cereviſia, & ejus condiendi ratione, viribus, natura, facultate* Francof. 1585. 8. *. Cereviſiæ pragenſis tota præparatio ſatis ſollicite deſcripta, deinde cereviſiæ variæ, etiam medicatæ.

EJ. *actio medica adverſus* PHILIPPUM FANCHELIUM *pſeudo Paracelſiſtam ad Proceres Bohemiæ* Amberg 1596. 8. B. B. 1606. 8. BOEHMER. Puella ex nobili gente Zerotin ſcabie laborabat, eam noſter curabat. FANCHELIUS advocatus pulverem antimonialem & mercurialem dedit, puella ab ejus uſus die undecimo periit. Noſter primo leges citat Noribergenſium, quæ contra medicos non legitimos acriter animadvertunt. Cum FANCHELIUS reſponderet, medicum ſe eſſe, & nobilem Bohemum, negaretque acribus ſe uſum auxiliis, aut remedia ſua cauſam mortis fuiſſe, noſter in ANTIFANCHELIO reſponſum adverſarii refutat, ut fere intra convicia manſerit.

§. CCCXXXII. MARCELLUS DONATUS.

Mantuanus, vir ſplendidus, Eques S. STEPHANI, Comes, Conſiliarius ſtatus ducis ſui. EJUS *de variolis & morbillis*. EJ. *de radice purgante ſ. Mechoacanna liber* Mantuæ 1569. 4. L. *de variolis* prodiit etiam a. 1591. 8. L. 1597. 8. *Libellum de Mechoacanna* gallice vertit P. TOLOT, & recuſum dedit Lion 1572. 8. VERDIER. In

In *l. de variolis* morbum anno 1567. epidemice deſcribit graſſantem. Morbillos etiam erodere. Utrumque morbum veteribus non fuiſſe ignotum. Eſſe ubi variolæ abſque febre manſerint, tunc autem morbum diuturnum fieri. Manus & pedes eas puſtulas potiſſimum invadere. Frigus omne arcendum ne retrocedant. Venam in eruptione ſecat; alvum etiam ducit. In declinatione vero morbi non facile alvum movet, qui dyſenteriam graviſſimo eventu variolis viderit ſuperveniſſe. Non debere puſtulas acu aperiri, ne ſcrobes relinquant. Balneum non adhibendum, cujus AVICENNA non meminerit.

Mechoacannam defendit, ut quæ magno in uſu ſit.

EJ. *de medica hiſtoria libri VI, opus varia lectione refertum* Mantuæ 1586. 4. Venet. 1588. 4. 1597. 4. *, quæ duæ editiones non differunt. Cum GREGORII HORSTII notis & addito libro VII. Francof. 1613. 8. 1664. 8. *. Celebre opus, in quo ad ſua capita morbi & eventus ſingulares diſponuntur, paſſim auctori proprii, alii collectitii, neque ſemper fidis ex fontibus. Multum admiſtum theoriæ & ratiocinii, ut tamen nolles carere bona, quæ intercedit, fruge.

GREGORIUS HORSTIUS (certe in editione ſua 1664. 8. MARCELLUM DONATUM vocat ſuum), addit inediæ diuturnæ hiſtorias, fetum Muſſipontanum, nævos aliquos, phthiſin ex meſenterii abſceſſu natam, quartanam funeſtam, pulſus in febre maligna intermittentes, partus a morte matris, tum epiſtolas variorum, etiam HENRICI v. HEERS, PETRI BORELLI, & varia ad incantamenta pertinentia.

§. CCCXXXIII. VARII.

CHRISTOPHORI WIRSUNG *Arzneybuch darinn wird vom Haupt bis zu den Füſſen verzeichnet was jedes Glied des menſchlichen Leibes für Krankheiten angreiffen, letzlich wie man in denſelben ſo wohl dem armen Mann mit geringen Sachen als dem reichen zu Hülfe kommen möge: wie man Wurzeln einſammeln, behalten, und das ſo ſchädlich benehmen möge, als wie man ſich mit aderlaſſen, purgieren und dergleichen verhalten, alles aus den berühmteſten Ærzten geſammlet* Francf. 1568. fol. *. 1569. fol. 1577. fol. correcta a JACOBO THEODORO TABERNÆMONTANO Neuſtatt 1582. fol. 1588. fol. TREW. 1592. fol. maj. Francf. 1605. f. TREW. 1619. fol. 1661. fol. Belgice Dordrecht 1593. fol. Quadraginta ſex annis iſta ſe collegiſſe auctor ait, quorum 25. in pharmacopoliis triverit. Empiricus cæterum liber, plenus fabellis, quales eo ſeculo in artem receptæ erant. Plurimum etiam formularum. Ita J. COLERUM a judæo didiciſſe medicamentum quo memoriam confirmaret, a qua formula nihil ſimile exſpectes. Luem veneream diuturnam ceſſiſſe uſui l. guaiaci, etiam epithematis forma adhibiti. Inunctionem mercurialem ſoli peſſimæ ſpeciei mali reſervat. Diſpenſatorium integrum adjecit, ſimplicium & compoſitorum medicamentorum.

J. MENZINGER *præcepta de memoria confirmanda* Argent. 1568. 8. B. Tigur. GIUST.

Justiniani Arcellæ *de ardore urinæ & ſtillicidio, & de mictu ſanguinis non puri* Patav. 1568. 8. Trew.

Cl. Fabri *paradoxe de la cure de la peſte* Pariſ. 1568. 8. Falc.

Leo Suavius. Ej. Th. Paracelsi *philoſophiæ & medicinæ utriuſque compendium & vita viri, & ſcholia in ejus l. de vita longa* Baſil. 1568. 8. L.

Georgius Dordonus Placentinus. Ej. *de morbi gallici curatione tractatus quatuor* Papiæ 1568. 8. Astr. Vetuſtius opus, ſcriptum quo tempore Franciscus I. Mediolano potiebatur & Ticino. Cariem in univerſis oſſibus ex malo venereo natam vidit. Inunctionem deſcribit, ſuffumigia negat bonis medicis probari. Guaiaci cum aqua infuſi uſum inutilem eſſe, cum vino ſibi bene ſucceſſiſſe: Alios etiam per purgantia ſola fuiſſe reſtitutos Astr.

Georgii Dornæi *de veneni, quod neſcio quis* Suavius *in Theophraſticos evomere conatur, retortio* Baſil. 1568. 8. L.

Ej. *Anatomia viva* Paracelsi, *qua docet auctor præter ſectionem corporum & ante mortem patientibus eſſe ſuccurrendum* Baſil. 1577. 8. L.

Lego etiam ſcripſiſſe *de reſtituta vera utriuſque medicinæ praxi* Lion 1578. 8. Lind.

Ejus *faſciculus Paracelſicæ medicinæ veteris & novæ in compendioſum promtuarium contractus* Francof. 1581. 4. L.

Ejusd. *admonitio ad* T. Erastum *de revocandis calumniis in* Paracelsum *immerito dictis* ib. 1583. 8.

Ej. *in l.* Paracelsi *de vita longa commentarius* ib. 1583. 8. L.

Ej. *Dictionarium Theophraſticum* ib. 1583. 8.

Ej. *commentaria in archidoxa l. X.* ib. 1584. 8.

Jacobi Theodori Tabernæmontani, celebris rei herbariæ ſcriptoris, *Regiment und Rathſchlag wie man der jetzigen giftigen geſchwinden Krankheit, hitzigem Fieber, der Bräune, dem Bauchlauſe und andern mit unterlaufenden Krankheit begegnen und vorkommen ſoll* ib. 1568. 4. An non idem eſt Ej. *Rathſchlag wie man jetzigen peſtilenzialiſchen Fiebern begegnen ſoll* Heidelb. 1572, ut lego, & 1573. ut Trew. 8. Francf. 1587. 8.

Ej. *de præcavenda peſte tam adultis quam junioribus, & pauperibus quam divitibus accommodata* Neuſtatt an der Hardt 1582. 8. Idem aut adfinis l.

Ej. *Arzneybuch* Francf 1577. f. Neuſtatt an der Hardt 1577. fol. Vater. niſi eſt Wirsungi opus a Tabernamontano editum.

Will. Turner *new booke of the nature of wines* 1568. 8. Osb.

Jean

Jean Eusebe *la ſcience du pouls, le meilleur moyen de juger des maladies* Lion 1568. 12. Rast.

J. Pistorius *de vera curandæ peſtis curatione L. I quo medicatio paulum aliter quam a communibus practicis facta ſit proponitur* Francof. 1568. 8. Tr.

Ej. *conſilium antipodagricum* Halberſtatt 1659 8. Tr.

Ejus *dæmonomania cum antidoto prophylactico* Lauing. 1601. 8. Tr.

Ej. *microcoſmus in cujus calce reviviſcit Pelops* Lion 1612. 8.

Barth. Scheider, *Bericht wie bey jetzund regierenden ſchwährlichen Seuchen der Peſtilenz ſo wohl die kranken als die geſunden ſich zu verhalten* Breslau 1568. 4. Trew.

§. CCCXXXIV. Hieronymus Mercurialis.

Forolivienſis, bono loco natus, Profeſſor primarius Patavinus, vir magnæ auctoritatis, qui etiam ad Maximilianum II. curandum vocatus, Cæſarem ſanavit, & Bononiæ, demum Piſis medicinam magno ſalario conductus docuit, Tomasinus in *elogiis.* Vir doctus neque medicinæ ignarus, ſe duos calculos alere prædixit, quæ prædictio per anatomen confirmata fuit.

Primum inclaruit *libris ſex de re gymnaſtica veterum* Venet. 1569. 4. Tr. & 1573. 4 * editus, cum perpulchris iconibus, a Pyrrho Ligorio communicatis: tum ib. 1601. 4. Catal. 1602. 4 1644. 4 quæ editio ex autographo Mercurialis auctior eſſe dicitur: & Amſterdam 1672. 4. * quæ nitida eſt editio. Doctum opus Auctor Romæ multis antiquitatis monumentis ornavit, tabulis etiam, in quibus ægri conſilia ſalutaria ab Æsculapio accepta grati laudant. Initia medicinæ, deinde gymnaſtices. Sigillatim gymnaſia antiquorum, & omne genus exercitationum. Balnea. Cœna. Vociferatio, riſus. Inde oſtendit, neque omnibus exercitationem nocere, neque prodeſſe omnibus, & definit, quæ exercitationes quibusque ſanis aut ægris proſint. Diverſi ſingularum exercitationum effectus, ex veteribus quidem collecti. Nuperas exercitationes omittit, & vix unquam proprium judicium adfert. Equitationem nocere docet &c.

Ej. *variarum lectionum in medicinæ ſcriptoribus & aliis* l. IV. Venet. 1571. 4. Trew. *Quinque libri* Baſil. 1576. 8. Tr. *Libri VI.* Pariſ. 1585. 8. Lind. tum Venet. 1588. 4. L. 1598. 4. *. 1601. 4. & fol. L. Miſcellanea ex antiquitate ſumta, loci veterum emendati, explicati, pleraque practica, conciliata ex poetarum & aliorum veterum locis.

Ej. *repugnantia, qua pro* Galeno *ſtrenue pugnatur* Venet. 1572. 4. * cum Guilandini *refutatione.* De unguento agit Ægyptio, in quo Guilandinus a Gadaldino diſſenſerat. Noſter Galenum tuetur, Didymi locum ex pervetuſto codice Athenæi aliter legit.

Ej.

Ej. *de morbis cutaneis* L. II, & *de omnibus corporis humani excrementis* l. III, *opera* PAULI RICARDI Venet. 1572. 4. TREW. 1585. 4. *. Baſil 1576. 8. 1601. 4. 1625. 4. TREW. In editione 1585. acceſſit *l. de decoratione* a JULIO MANCINO editus. Prælectiones ſunt, ex MERCURIALIS ore exceptæ. Lectio veterum abſque propriis ſententiis & adnotationibus. Lepram & ſcabiem cæterum fere tractat. Libri III. de excrementis ſemeiotici ſunt argumenti, veterumque opiniones retinent, ut etiam graviditatem ex urina putet perſpici. In L. *de decoratione* minora vitia cutanea perſequitur.

L. de decoratione ſolus recuſus eſt, *acc. de varicibus* & *de reficiendo naſo* Francof. 1587. 8. TR. Venet. 1601. 4. L. 1625. 4.

De peſtilentia lectiones habitæ Patavii a. 1573. *in quibus de peſte in univerſum, præſertim vero de Veneta* & *Patavina tractatur* Venet. 1577. 4. L. 1578. 8. 1601. 4. TREW. cum aliis nonnullis. Deinde Baſileæ 1577. 8. hoc opus, & paulo prius, conjuncta prodierunt. Prælectiones exceptæ ſunt ab HIERONYMO ZACCHO. In hac peſte lego, MERCURIALEM & CAPIVACCIUM naturam morbi & contagium non adgnoviſſe, multorumque malorum cauſas fuiſſe, & maximæ ſtragis (*a*), & veſicatoria infeliciter adhibuiſſe, ut etiam fuga iræ civium ſe eripuerint.

Ej. *reſponſionum* & *conſiliorum medicinalium* T. I. Venet. 1579. 4. L. 1587. fol. TREW. Baſil. 1587 8 L. edente MICHAELE COLUMBO.

Ej. *tractatus de maculis peſtiferis* & *de hydrophobia* Patav. 1580. 4. L. Venet. 1601. 4. BOEHMER.

Ej. *de morbis muliebribus prælectiones* a CASPARO BAUHINO editæ Baſil. 1582. 8. L. & in *Gynæceis* 1586. T. II. a MICHAELE COLUMBO locupletatæ Venet. 1601. 4. L. 1608. 4. TR. Ut reliqua auctoris, fere ex veteribus collectæ, cum plurimis formulis.

Ej. *de morbis puerorum* L. II. Venet. 1583. 4. L. III. curante JOHANNE CHROSCZSIEYOROSKII Venet. 1583. 4. apud JUNTAS L. apud MEIETTUM ego, & GUNZ. & TR. porro 1615. 4. Frf. 1584. 8. * cum TRALLIANO *de lumbricis*. Prælectiones ex ore MERCURIALIS exceptæ, vitioſe editæ, quæ communis fere omnium operum viri ſors eſt a nobis dicendorum. Cæterum vagum opus eſt, & veteribus nimis addictum, ut etiam inertia medicamenta laudet, ventriculum gallinaceum ad calculum frangendum &c. Variolas monet novum eſſe morbum. Lumbricos in peſtilentia frequentes eſſe, cum eædem cauſæ & peſtis generationi faveant, & lumbricorum generationi. Germanice vertente P. UFFENBACH, tum *de ſcorbuto* & *balſamatione l.* Francof. 1605. fol. B. Tig.

Ej. *de morbis mulierum* & *puerorum*, *peſte* &*c.* Lion 1618. 4.

Ej. *cenſura* & *diſpoſitio operum* HIPPOCRATIS Venet. 1583. 4. L. Francof. 1585. 8. *. Ad novam editionem operum HIPPOCRATICORUM quædam præparatio.

(a) RAMAZZIN. *orat.* VIII.

paratio. Opera divi ſenis in quatuor claſſes dividit, genuina, ſcripta HIPPOCRATIS a filiis edita; a filiis, ſed ad doctrinam patris publicata; demum adulterina. GALENI potiſſimum teſtimoniis utitur. Non probes, quod ſecundæ claſſi l. *de flatibus* tribuat, qui totus non ſit HIPPOCRATIS, & certo alterius auctoris opus.

Ej. *de venenis* & *morbis venenoſis* L. III. opera ALBERTI SCHLEGEL Francof. 1584. 8. *. Baſil. 1588. TR. Venet. 1601. 4. CAT. Prælectiones ſunt, ut poſſis excuſare, quod collectitia omnia ſint, & abſque proprio experimento.

Ej. *reſponſionum* & *conſiliorum* T. II. Accedit *Collegiandi ratio*, curante iterum MICHAELE COLUMBO Venet. 1589. fol. L. 1590. fol. L. TR.

Ej. *tract. de compoſitione medicamentorum; de morbis oculorum* & *aurium.* Ex ore viri a MICHAELE COLUMBO excepti Venet. 1590. 4. L. Francof. 1591. 8. 1601. 8. ID. Venet. 1601. 4. TR. Codex eſt in *Bibl. Taurin.* II. p. 120. tum *de morborum particularium curatione.*

Ej. *commentarii eruditiſſimi in* HIPPOCRATIS *Prognoſtica*, *prorrhetica* & *hiſtorias epidemicas* cum titulo *Prælectiones Piſanæ. Acc. Tr. luculentiſſimi de hominis generatione*, *aqua* & *vino* & *balneis Piſanis. Ex ore ipſius* M. a MARCO CORNACCHINO *excepti* Venet. 1597. fol. *. Francof. 1602. fol. L. Idem quod de reliquis prælectionibus judicium hic redit.

Ej. *reſponſionum* & *conſultationum medicinalium* Tomi III. Venet. 1597. fol. TREW.

Ej. *medicina practica ſ. de cognoſcendis*, *diſcernendis* & *curandis omnibus corporis humani adfectibus Prælectionum Patavinarum* l. V. opera PETRI de SPINA edita Francof. 1602. fol. *. 16‿1. f. TR. Lion 1623. 4. L. 1618. 4. RAST. Venet. 1627. fol. TR. curante GUIL. ATHENIO TREW., quæ editio dicitur tertia parte aucta eſſe. Plenus liber, ut priores, diſceptationum & ratiociniorum. Medicamenta ſolet dare leniora. In pleuritidis initio venæ lateris oppoſiti ſectionem GALENUM permittere. Lignum guaiacum ad morbum gallicum fuſe laudat, inunctionem mercurialem in validis corporibus admittit. Spem eſſe, eum morbum exſtinctum iri. In febre theriaca utitur.

Ej. *reſponſionum* & *conſultationum medicinalium* Tomus IV. a GUIL. ATHENIO editus Venet. 1604. fol. TREW. & quatuor tomi conjuncti cura MUNDINI MUNDINII Venet. 1620. fol. 1624. fol. L.

Ej. *de ratione diſcendæ medicinæ epigraphe* cum J. G. SCHENKII *enchiridio* Argent. 1607. 12. B. B.

Ej. *in omnes* HIPPOCRATIS *aphoriſmos prælectiones Patavinæ*, *in quibus obſcuriores loci elucidantur* & *problemata enodantur a* MAXIMILIANO HIERONYMI filio editæ Bonon. 1619. fol. Lion 1631. 4. RAST. Forolivii 1625. fol. LIND.

Ej. *in ſecundum librum epidemicorum* HIPPOCRATIS *Prælectiones Bononienſes* Foroliv. 1626. fol. TR.

Ej. *opuſcula aurea & ſelectiora, nempe de arte gymnaſtica, morbis mulierum, puerorum, variæ lectiones, de peſtilentia, de maculis peſtiferis, de hydrophobia, venenis & morbis venenoſis, ratione diſcendi medicinam* Venet. 1644 fol.

Ej. *Excerpta de potionibus & eduliis veterum* in collectione Leidenſi 170 . f. B. Tig.

Ejus *nomotheſaurus, ſ. ratio lactandi infantes;* lego exſtare rariſſimum librum, qui a. jam 1552. Patavii prodierit, MORGAGNO teſte, in *Epiſt. med.* p. 94.

Ej. *aliquæ epiſtolæ* in SCHOLZIANA *collectione* T. II. IV.

Ej. *prælectiones de febribus* MS. poſſidebat v. der LINDEN.

IDEM MERCURIALIS editionem HIPPOCRATICORUM operum græco latinam dedit, in quatuor claſſes digeſtam Venet. 1588. fol. ſæpe recuſam.

§. CCCXXXV. VARII.

HENRICI BRUCÆI, Aloſtani, Profeſſoris Roſtochienſis, *propoſitiones de morbo gallico* Reſp. CAROLO BATTO Roſtoch 1569. 4. ASTRUC ex relatione THOMÆ STAR. Si malum venereum guaiaco non ceſſerit, poſt data decocta veniendum ad unguenta, in quibus princeps vis eſt hydrargyri; deſperato in caſu ſuffumigia profuiſſe. Omnino hydrargyrum ſpei reſpondere.

Ej. *theſes de hydrope triplici* Roſt. 1587.

Ej. *de ſcorbuto propoſitiones, de quibus publice diſputatum eſt* Roſtoch 1589. 8. * recuſ. Jen. 1623. 8. Ita LIND., nam in meo exemplo non reperitur. Haag 1658. 8. TREW. Amſterdam 1720. 8. *. Potiſſimum in re medicamentaria ſe continet. In ea pulvis eſt ſinapi. Morbum a carne fumo indurata & ſalita, & a temperie cæli humida & calida eſſe. Venam jubet ſecare.

Ej. *epiſtolæ de variis rebus & argumentis medicis*, cum SMETII *miſcellaneis* Francof. 1611. 8. *. Judicium de PARACELSO; de contagio; de morbis in ſubſtantia; de HIPP. loco *naturas eſſe morborum medicas;* de febre tertiana exquiſita; de hydrope triplici, de calore.

THOMAS ALVARES Luſitanus. Ejus eſt *regimento para preſervar de la peſte* Coimbra 1569. Lisboa 1580. 4. C. de V.

FRANCISCI WUNNEN de ORIA *regimento y aviſos de la ſanidad* 1569. 8. C. de V. 1572. ib. Madrit. 1586. hic verſibus latinis.

ALONSO BAZA *libro de la verdadera preſervacion y curacion en la enfermidad de peſte conforme a la que ſe vido de ella en el dicho parable* 1569. fol. Codex eſt MS. de quo SEGUIER.

FRANCESCI

FRANCESCI FRANCO Valentiani, medici JOHANNIS III. Luſitaniæ R. *l. del enfermidades contagioſas y de la preſervacion di ellas, trattado de la nieve, y de l'uſo de la ſalivacion* Sevilla 1569. 4. SEG.

GERARDUS BATTUS medicus ex Schola Italica, funeſto caſu ſponſus periit ADAMI.

NICOLO BELLI *de marchi de cavalli* Venez. 1569.

J. ALBERTI WIMPINÆI *de concordia* HIPPOCRATICORUM & PARACELSISTARUM Monach. 1569. 8. Argentor. 1619. 8. cum *appendice, in qua quaritur, quid medico ſit faciendum.*

GALLI ETSCHENREUTER δραχμοληπτον *ſ. calculus medicis & ægrotantibus perutilis ſi ſcire deſiderant quot grana ſingulorum ingredientium medicamentorum in drachma una aſſumantur; &* δραχμοτομια, *i. e. partium drachmæ doſis* Argentor. 1569. 8 RIV.

ANDREÆ ROSÆ *Bericht bey der Peſt wie man ſich zu verhalten* Norib. 1569, ut puto, 8. TR.

ASCANII SCHRATEMBERG *de indicationibus curativis* L. X. Brix. 1569. 8. TR. RIV.

J. VISCHERI Wemdingenſis, ex Schola Italica Prof Ingolſtadienſis, inde Tubingenſis, *propoſitiones de venæ ſectione in febribus* Tubing. 1569.

Ej. *Aphoriſmi ex* HIPPOCRATE ib. 1569.

Ej. *de alimentis* ib. 1569. TR.

Ej *de differentiis & cauſis adfectuum pulmonis* ib. 1581. PLATN.

Ej. *de affectibus uteri humani* ib. 1584. 4. PL.

Ej. *de febrium ſede ac differentiis* ib. 1585. B. Tig.

Ej. *de ratione explorandi & judicandi leproſos* ib. 1586. 4. PL.

Ej. *enarratio brevis in aphoriſmum* HIPPOCRATIS *edita a* HIERONYMO VISCHERO ib. 1591. 4. TR.

Epiſtola eſt inter MATTHIOLANAS, inque L. V. *de vertigine, dolore occipitis, ſtupore, pilorum defluvio, & glandulis in inguinibus exortis.*

ERH. CELLII *oratio funebris de vita & morte* J. VISCHER Tubing. 1588. 4. B. BUN.

ANDR. ELLINGER Thuringus, Profeſſor Jenenſis. Ej. *oratio de dicto* HIPPOCRATIS ιατρος φιλοσοφος ισοθεος Jen. 1569. ADAMI.

Wie man zu Zeiten der Peſt ſich fürſehen u. erhalten möge Wien 1569. 4. TR.

VINCENTII MUSTEL & MARTINI AKAKIA jun. *Non ergo omnis cacochymia pravi alimenti ſoboles* Pariſ. 1569.

STEPH. GOURMELEN & ANDR. du BREUIL, *E. diagnoſes & prognoſes ad Therapiam neceſſariæ* Pariſ. 1569.

ANT.

ANT. PRUNIER & GUIL. FAGOT *E. lienteriæ & diabetæ eadem curatio* Pariſ. 1569.

J. ROCHON & GUIL. de BAILLOU *E. febribus refrigerantia remedium* Pariſ. 1569.

JEAN GUIOT & HUG. PREVOSTEAU *E. ars vel natura morborum medela* Pariſ. 1569.

PETRI RAVIN & ANDR. du BREUIL, *E. anginæ remedium venæ ſectio* Pariſ. 1569.

J. OPORINI *vita* Argent. 1569. plurima ad PARACELSI hiſtoriam facientia continet.

§. CCCXXXVI. THOMAS ERASTUS.

Vero nomine LIEBER, Badenſis Helvetus, novem integris annis in Italia medicinæ operam dedit, demum Profeſſor Heidelbergenſis, inde Baſilienſis; magnus PARACELSICÆ ſectæ adverſarius, non ignarus homo, neque obtuſi ingenii, ut tamen in experientiis parcior, nimium daret auctoritati & ratiocinio.

EJ. *de dyſenteria theſes* Heidelberg 1570. HE.

Diſputationum de medicina nova PHILIPPI PARACELSI P. I. *de remediis ſuperſtitioſis & magicis curationibus* Baſil. 1572. 4. *. Hiſtoria PARACELSI ex ore OPORINI & VITTERI deſcripta, quorum uterque cum PARACELSO vixerat, & quorum teſtimonia de indecora vita PARACELSI conſentiunt. Non eſſe Helvetium, neque ullos dari cognatos, qui PARACELSUM adgnoſcant. Præceptore parente natum eſſe in loco Hohenneſt. Vitam cum aurigis & turpibus hominibus fere tranſactam in diverſoriis, ut tamen ſubito poſt egeſtatem nummis abundaverit. In appendice librum nuperum PARACELSI exagitat, & errores theologicos.

Pars altera, in qua philoſophiæ Paracelſicæ principia & elementa exponuntur Baſil. 1572. 4. *. Contra ſal, ſulfur, & mercurium. De ſeminiis HIPPOCRATICIS in αδη latentibus. Ante BUFFONIUM PARACELSUS docuit, terram noſtram, de ſideribus excretam, fractam, collapſam, contritam & colliquatam maſſam eſſe. Adjecta phyſica, & de oſteocolla libellus.

Pars III., in qua dilucida & ſolida veræ medicinæ aſſertio, & falſæ ſ. Paracelſicæ confutatio continetur. Acc. tr. de cauſa continente Baſil. 1572. 4 *. Cordatorum virorum de PARACELSO judicia minime blanda. PARACELSICÆ pathologiæ & therapeuticæ errores. Non poſſe eum morbos curare, qui conſtitutionem humani corporis ignoraverit. Non eamdem eſſe HIPPOCRATIS doctrinam & PARACELSI. Male ab iſto victus rationem negligi, morborumque ſigna. Infelicem fuiſſe Baſileæ medicum, & ægros periiſſe, quorum curam egerit; ipſum fateri, lepram & epilepſiam ſibi incurabiles videri. Exempla infelicium curationum, & fugæ ob eam culpam a PARACELSO captæ.

Acc.

Acc. *diſſ. de cauſa morbi continenti.* Theoria mera.

Pars quarta, in qua epilepſiæ, elephantiaſis, ſ. lepræ, hydropis, podagræ & colici doloris vera curandi ratio demonſtratur, & Paracelſica ſolidiſſime confutatur Baſil. 1573. 4. *. Contra medicos arcana ſua medicamenta celantes. Multa theoria horum morborum, viri hic PARACELSI obliti; deinde iterum AUREOLI theoriam exagitat. Curandi ratio: frequente purgatione epilepſiam nonnunquam ſuperari, facilius eam, quæ ab artu aliquo adſcendit. Malles aquas, trochiſcos epilepticos non deſcriptos. PARACELSUM deteſtabilia remedia laudaſſe, neminem eo malo correptum ſanaſſe. Infeliciſſimæ ejus curationes in nobilibus Bohemis perpetratæ. Lepra; ejus curatio Galenica. Abſurda auxilia PARACELSI. Auri inanes admiſtiones. Hydrops varius, quem noſter in utero virginis vidit. Veros ſe phthiſicos nonunquam ſanaſſe. Colicus dolor & flatus. Abſurda theoria & therapia PARACELSI. Podagra: non eſt incurabilis: oſteocollam articulos potenter ſiccare. PARACELSUM podagricos necaſſe, dum venam ſecuit. Contra metallorum ſolutiones varias.

EJ. *de occultis pharmacorum poteſtatibus, quot & quotuplices eæ ſint, quibus in morbis, quomodo, quando quem in curationibus uſum habeant.* Acc. *diſp. de purgantium medicamentorum facultate tribus quæſtionibus abſoluta.* Baſil. 1574. 4. TREW. Tig. 1595. 4. in collectione. Francof. 1611. 8. cum SMETII *miſcellaneis*.

EJ. *theſes de contagio* Heidelb. 1574. 4. & in collectione 1595. 4. L.

EJ. *diſp. de putredine, in qua natura, differentia & cauſæ putredinis ex* ARISTOTELE *& rerum evidentia clare exponitur.* Aca. *diſp. de febribus putridis, in qua tria de febribus paradoxa aurentii Jouberti excutiuntur* Baſil. 1580. 4. TREW. & in collectione 1595. 4. Et T. ERASTI *ad* ARCHANGELI MERCENARII *diſputationem de putredine Reſp.* Baſil. 1583. 4. *. cum MERCENARII libello edita. Totus eſt in theoria ad ARISTOTELIS mentem.

EJ. Comitis MONTANI *novi medicorum cenſoris libror. V. de morbis viva anatome* Acc. *theſes de melancholia, de morbis totius ſubſtantiæ, de convulſione* Baſil. 1581. 4. LIND.

EJ. eſt *de lethargo* Baſil. 1582. 4. *.

EJ. *defenſio libri* HIERONYMI SAVANAROLÆ *de aſtrologia divinatoria adverſus* CHRISTOPH STATHMIONEM neſcio num huc faciat.

EJ. *theſes de lienteria* Baſil. 1583. 4. *.

EJ. *de pleuritide* Baſil. 1583. 4. *.

EJ. *varia opuſcula medica*, quæ ERASTUS morte præventus in lucem edere non potuit, Francof. 1590. fol. *. collecta. De medicinæ laudibus. Breviſſima medicinæ methodus. De ſaporibus, quatenus utiles ſunt ad detegendos ſimplicium vires medicas. De oſteocolla. De lepra epiſtola. De quæſtionibus ad curationem peſtilentiæ pertinentibus, ubi theriacæ uſum in peſte rejicit. Librorum

C. MON-

C. MONTANI anatome. Prælectiones in aliquot HIPPOCRATICOS primi libri aphoriſmos, & in primum & ſecundum prognoſticon: tum in aphor. I. ſect. V. & in L. VI. Epid. Denique conſilia medica 28. Hiſtoriæ morbi & ad eum curandum auxilia, fuſe & copioſe, ut eo ævo ſolebant, ut integrum fere ciborum cenſum quaque occaſione data percureret, in diſceptationes etiam ſe dimitteret. Formulæ ex genio ſeculi polypharmacæ. Inter ea conſilia etiam eſt ERASTI *ad pulſum intermittentem*, quem recte, ut puto, negat ex cordis aliqua eſſe adfectione.

EJ. *diſputationum & epiſtolarum medicinalium volumen doctiſſimum* ſtudio THEOPHILI MADER editum Tigur. 1595. 4. TR. B. Tig. Numeroſiſſimi ſunt libelli, quos LINDENIUS recenſet. De conſtitutione hiemis anni 1559, de tumoribus præter naturam, de humoribus, ſaporibus, medicamentis purgantibus, renum calculis, febrium definitione, revulſione, hydrope, epilepſia, ſingultu, morbis totius ſubſtantiæ, melancholia, convulſione, amuletis, ſtupore.

EJ. *examen de ſimplicibus, quæ ad compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur*, CONRADI HOFMAN *analyſis ejus compoſitionis, qua oſtendit ſummum artificium, quo* ANDROMACHUS *in hac compoſitione eſt uſus.* Item J. B. SYLVATICI *tractatus de compoſitione theriacæ Andromachi* Lion 1606. 4. L. 1607. 8. TR.

EJ. *Conſilia & epiſtolæ* in opere SCHOLZIANO T. III. IV.

EJ. *epiſtolæ* in SMETII *miſcellaneis de contagio* ad BRUCÆUM, *de morbis in ſubſtantia: de putredine.*

Video etiam citari *kurzer Bericht für den gemeinem Mann, wie er ſich in ſterbenslen Laüften verwahren u. halten ſoll* Heidelberg. 1563. 4.

§. CCCXXXVII. HORATIUS AUGENIUS.

A M. SANCTO, diſcipulus J. B. MONTANI in Academia Taurinenſi Med. Prof.

EJ. *de ſanguinis miſſione* L. III. Venet. 1570. 8. TREW., qui liber in majus opus convaluit, *de ratione curandi per ſanguinis miſſionem* libr. X. & ejusd. *diſp. adverſus* MERCENARIUM Taurin. 1594. 4. HOUSSET 1587. 4. *. Venet. 1597. fol. TREW. & iterum *auctius libris* XVII. *in quibus exſtirpatis erroneis opinionibus apud novatores vigentibus omnia ſecundum* GALENI *doctrinam explicantur* Francof. 1598. fol. Totum opus fere in litibus verſatur, quas noſter ſtudet per auctoritates decidere. Plethoram ſolam, non morbi magnitudinem, neque vires venæ ſectionem indicare. Plethora uteri. Contraindicantia venæ ſectionis. Venæ ſectionem neque a valida temperie indicari, neque a cacochymia. Copiam mittendi ſanguinis inter ſelibram & libras quatuor definit. Venæ ſectionem feminarum gravidarum defendit. Revulſionem fieri debere ad loca longiſſime remota. Fuſe contra BRISSOTUM & contra venæ ſectionem, quæ fit e directo loci adfecti. In principio inflammationis nunquam non debere remotiſſimam venam incidi, nempe revelli. Derivationem in viciniam loci adfecti debere fieri, facto jam confluxu humorum

morum ex vena proxima aut certe ex vena, quæ cum venis loci inflammati communicet. Tardam venæ ſectionem rejicit, & negat, aut in ſtatu, aut in augmento, iterato ſanguinem mitti poſſe. Revulſionem debere præmitti derivationi, & venæ ſectionem purgationi. Selectus venarum: non vult frontalem ſecari. Sic arteriotomen rejicit ob anevryſmatis metum. Singulæ venæ ſuam ex genio ſeculi prærogativam tribuit. Præſagia ex ſanguine, ejus etiam arenulis. Hirudines quas timet. Scarifatio.

Litis cum MERCENARIO hiſtoria. Æqualibus in gradu remediis utendum eſſe. Arabes magni facit ratiocinator.

EJ. *epiſtolarum & conſultationum medicinalium* Primi Tomi Libri XII. Auguſtæ Taurinorum 1580. 4. L. Tertia Editio Venetiis 1592 fol. *. Multum concertationum & controverſiarum, potiſſimum adverſus CINUM. De ptiſana tractatus. Ex integro hordeo coqui, non ex trito, & cum aqua pluvia melius. Cremor ex hordeo decocto per linteum percolatur; hinc quem ptiſana tenuior eſt. Lactis uſus. Calculi curatio medica. Romæ puer ſanatus, cum Nurſinus ſecturus præſto jam eſſet, medicamento ex aqua vitæ ſemunce, millepedum drachma ſemis, juris cicerum unciis quinque miſto. Id auxilium & alias repetiit, & monet, vim eſſe in millepedibus. Injecta in veſicam ſæpius nocere. Gravidis feminis febre peticulari laborantibus, tamen venam tuto ſecari. De farre, halica, chondro, trago. GALENI locus correctus. Ne deploratos quidem ægros debere deſeri, ex graviſſimis enim morbis quoſdam evaſiſſe ſalvos: Se abſceſſum cerebri ſanaſſe. In dyſenteria, cum fluxus vel ſponte vel per imprudentem medicationem ſubſtitiſſet, periiſſe ægrotum, etiam phreniticum. Aqua, in qua hydrargyrus maceratus fuit, utique necandis vermibus confert. Syrupus ad calculum frangendum, quo ſexcenties calculum renum ſanaverit, compoſitus ex omnibus illis lithontripticis veterum. In diabete narcotica prodeſſe.

Tomus alter pariter XII. librorum Venet. 1592. fol. HIPPOCRATICI L. II. de victus ratione textus XI. exponitur. Materiei turgenti alvi purgationem deberi, venæ ſectionem nunquam. Pulveris chinæ (non C. C. C.) multiplex uſus in ulceribus pulmonum, veraque phtiſi, & arthritide. Illuſtrem feminam octo libras ſanguinis tertio menſe graviditatis amiſiſſe, ſuperſtite fetu. Fuſe contra congreſſum: nullo modo inpotentiam demonſtrare, cum inimicam nemo poſſit inire. Scarificationem in malleolis probat, quod multum ſanguinem educat. Cauterio podagra adverſa. Cauterio ſupra aures ſanata antiqua cephalea, oſſe nigro detecto. De conſultandi cauſis & ratione tractatus. Cauteria in aſthmate nihil proficere. De vini qualitatibus. Hæmorrhagiam narium non ſemper malum ſignum eſſe in febre ardente, & ſanguinem ſalubri etiam eventu in ea febre manaſſe, etiam decimo quarto die, & ad libras tres vel quatuor. Paſſerculum troglodyticum, lithontripticum, deſcribit, alium a regulo. Ut bulimum ſanaverit, a verme natum longo cubitos viginti quinque, plus mille cucurbitinis muco cohærentibus. Frigidæ uſus; utique medicum recte antidotos ipſum præparare. FERDINANDUS Mediceus medicamenta amat componere. Salem & oleum contagii eſſe expertes. Sanguis ibicis

ibicis in pleuritide omnino ſalutari effectu ſumtus fuit. Iterum calculum fractum vidit pater LUDOVICUS, qui 65 annis medicinam fecit, tum BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, AUGENIUS ipſe ſemel & iterum. Priorem relationem de millepedum adverſus calculos vi hic repetit: drachmam nunc eorum integram dedit, æger doluit, inquietus fuit, verum ſabulum per urethram deceſſit, perpetuo auctius. In alio ægro aquæ vitæ doſin minuit, oleum chalcanthi addidit. Melancholiæ exemplum, ex planta pedis adſcendentis. Hi duo priores Tomi Francof. 1597. fol. recuſi ſunt TR.

EJ. *epiſtolarum medicinalium* Tomi III. L. XII, *in quibus maximæ difficultates ad medicinam & philoſophiam pertinentes elucidantur*, & ALEXANDRI MASSARIÆ *additamentum apologeticum & diſputationes ſecundum* HIPP. & GALENI *doctrinam continentur* Francof. 1600. fol. Venet. 1602. fol. 1607. fol. L.

EJ. *de modo præſervandi a peſte* L. IV. Fironi 1577. 8. L. ID. 1598. 8. ID.

EJ. *de medendis calculoſis & exulceratis renibus liber* Camerini 1575. 4. L.

EJ. *conſilia medica quædam* in collectione JOSEPHI LAUTERBACH Francof. 1601. 4. L.

EJ. *opera omnia* Venet. 1592. fol. L. 1602. fol. L. 1607. f. L.

§. CCCXXXVIII. VARII AD A. 1570.

ARCHANGELI MERCENARII *judicium ſuper rationibus* ARISTOTELIS *de partibus animalium* non puto huc facere, quod prodiit Patavii 1570. 4.

EJ. *dilucidationes in plurima* ARISTOTELIS *perobſcura & nonnulla* AVERRHOIS *loca* Venet. 1574. 4. & vol. II, *quo, una cum priori, univerſalis fere naturalis ſcientia percurritur, nec non* HORATII AUGENII *reſponſa quibuſdam problematibus ab* ARCHANGELO *illi propoſita expenduntur* &c. Venet. 1582. 4. TR.

EJ. *diſp. de putredine adverſus* T. ERASTUM Baſil. 1583. 4. *. De putredine agit, phyſica magis, quam medica: eſſe paſſivarum qualitatum dominium, & fieri per corruptionem caloris proprii & naturalis, quæ fiat ab ambientis aeris caliditate. Epiſtola inter AUGENIANAS.

MARCUS *de* ODDIS, ODDI f. edidit patris *l. de peſte & peſtiferorum affectuum cauſis, ſignis, præcautione & curatione*, & addidit *de putredine germanæ nondum explicatæ* GALENI & ARISTOTELIS *ſententiæ adverſus* ARGENTERIUM *apologiam* Venet. 1570. 4. *.

In patris *apologia* pro GALENO librum III. a capite ſexto ad finem uſque ſupplevit.

EJUSD., tum JUNII PAULI CRASSI & BERNHARDINI TURRISANI, *meditationes in theriacam & mithridatium accuratiſſime elucubratæ, per quas veriſſima conficiendarum antidotorum methodus perhibetur, & multi medicorum & pharmacopolarum errores confutantur* Venet. 1576. 4. RIV. FALC.

EJ. *methodus exactiſſima de componendis medicamentis. Acc. index medicamentorum tam ſimplicium quam compoſitorum; diſcurſus de theriaca cum* A. BACCIO *& alter circa turbith* Patav. 1583. 4. L.

EJ. *apologia pro ſua ſententia de putredine adverſus* ARCHANGELUM MERCENARIUM Patav. 1585. 4. L. 1585. 4. in catal.

EJ. *de morbi natura & effectu* Patav. 1589. 4. TR.

EJ. *de urinarum cauſis, differentiis & judiciis. Acc. ex* HIPPOCRATE *totius anni diſtributio & dierum criticorum ſupputatio* Patav. 1591. fol. TR.

Elogium TOMASINUS dedit.

HIERONYMI DONZELLINI *epiſtola de natura, cauſſis & curatione febris peſtilentis* Venet. 1570. 4. L.

Synopſis ejus l. cum aliis germanice Licha 1597.

EJ. *libri de natura cauſis & legitima curatione febris peſtilentis apologia per* EUDOXUM PHILALETHEN *adverſus* THESSALII ZOILI *oppugnationes* Venet. 1570. 4 TR. 1571. 4. TR.

EJ. *eſt Eudoxus & Philalethus adverſus calumnias & ſophiſmata cujusdam perſonati, qui ſe Evandrophylactem nominavit, apologia* Veron. 1573. 4. L. & *adverſus calumnias cujusdam perſonati pro libro de febre peſtilenti* HIER. DONZELLINI *apologia* Veron. 1574. 4. L.

EJUS & INGRASSIÆ atque J. CAMERARII *de peſte epitome germanice* Lich. 1597. 4.

EJ. *conſilia in* T. VI. & VII. *Schulz.*

VINCENTII CALZAVELIÆ *de theriacæ abuſu in febribus peſtilentibus* Brixiæ 1570. 4. TREW.

EJ. eſt *Evandrophylax adverſus Aceſium cacodoxum, qui ſe falſo Eudoxum Philalethum facit, Antapologia* Brix. 1572. 8. L.

HIERONYMI CONFORTI *de vino mordaci* ib. 1570. 4. L.

JOHANNIS GUTTIEREZ CAVAL *de arte breve, de* (hic vox deficit) *cerbello y ſpaſmo* Complut. 1570. 8. SEG. Sevilla 1609.

SANCTORIUS VITALIS *de medicamento ſolvente non exhibendo ſexto die* Panorm. 1570. 4. L.

J. de FOQUEDA *de puſtulis quæ Aſaphati vocantur*, ad hunc annum revocat ASTRUC, incerti ævi virum.

PETRI REIDANI *querelæ medicorum dogmaticorum cum* HERMOTIMO CURIONIS Baſil. 1570. 8. L.

De podagræ laudibus doctorum virorum luſus Strasburg 1570. 8. L. Bil. Pirkhaimmeri, Christ. Baliſtæ, Curionis.

J. Quinquarboreus Avicennæ L. III. Fen II. *de ægritudinibus nervorum* ex Hebraico latine reddidit Pariſ. 1570. 8. L.

Hier. Gardini in Hippocratem *de aëre aquis & locis* Baſileæ 1570. fol. Linden.

Hieronymus Cruserius Campenſis, dedit *commentaria* in l. III. *morb. vulg. & in L.* Hipp. *de ſalubri victu* Baſil. 1570. 8. Edidit etiam XVI. Galeni *de pulſu* ll.

Antonii Valetii *oratio in ſcholis medicorum, qua medicinæ antiquitas ex* Homero *deſcribitur* Pariſ. 1570. 8. L.

Idem *in opera practica* Hollerii commentatus eſt Genev. 1635. 4. &c.

Laurentii Span *aphoriſmorum* Hippocratis *paraphraſis metrica* Breslau 1570. 4. L.

Circa hæc tempora vixerit Georgius de Sotomayor, Prof. Conimbricenſis, cujus eſt *diſceptatio medica, in qua quædam dilucidantur & oratio in principem* Joh. III. fol. Sine loco & anno C. de V.

Non multo longius removeo Th. Bezæ *diſſ. de peſtis contagio & fuga*, equidem theologi. Prodiit etiam Genev. 1579. 8.

In editione Leidenſi 1636. 12. acceſſit Andreæ Riveti *epiſtola, in qua mos cadavera mortuorum in templis ſepeliendi redarguitur.*

Ludovici de Isla *de morbo gallico tractatus* circa hæc tempora ponitur, neque Astrucio viſus, neque aliis, Zacuto vero laudatus.

Hartmanni Hartmanni *obſervationes practicæ* L. II. ab Hartm. Hartmanno filio auctæ Baſil. 1570. fol. B. Tig. ſi hujus ſunt loci.

Henrici Göldli, Tigurini, *Regimen peſtilentiæ & medicamentum approbatum in pleuritide quæ quaſi peſtis eſt, tum forma medicamenti quæ paralyſim curat, & pretioſæ aquæ contra vertiginem, maniam, apoplexiam* ante annum 1574. prodiit.

E. Hedeneck *de morbis articularibus* Jena 1570. Hænel.

Ejusd. μνημονευτικος VII. Hippocratis *aphoriſmorum ſectionum & prognoſticorum l.* Hippocratis συνοψις *breviſſima* Baſil. 1585. 4. Tr.

Abrahami Werner *oratio de vita* Galeni Witteberg 1570. 8.

Ej. *Bericht für die einfältige womit ſie ſich in der Peſt verwahren und curiren ſollen* Witteberg 1575. 4. L.

Ej. *de paſſione colica, de calculo renum & de calculo veſicæ* Witteberg. 1576. 4. Riv.

J. Fer-

J. Ferrandi *de arthritidis & lithiaſis ſede* Pariſ. 1570. 8.

Ej. *de febribus* Pariſ. 1602. 12.

Statuta univerſitatis artiſtarum & medicorum Patavini Gymnaſii denuo correcta & emendata Patav. 1570. 4. B. Bun.

Joh. Rochon & Henr. Blacvod *E. evacuationi immodicæ potiusquam retentioni medendum* Pariſ. 1570.

Jac. Carpentier & Mart. Akakia jun. *Non E. omni dyſpnææ eadem remedia* ib. 1570.

Petri Touret & Nic. Elain *E. hyſtericis venus* ib. 1570.

Marci Myron & Ant. Valet, *Non ergo una viſcerum inflammatorum curatio* ib. 1570.

Petri Ravin & Rob. le Madre *E. ſimplicium adfectuum ſimplicia, compoſitorum remedia compoſita* ib. 1570.

Nic. le Tellier & Isayæ Fabius *E. triplicis ſubſtantiæ partis ſimilaris morbus curari poteſt* ib. 1570.

§. CCCXXXIX. Antonius Saporta.

Profeſſor Monſpelienſis & Cancellarius, Felicis Plateri præceptor, circa hæc tempora obiit.

Ej. *libri quinque de tumoribus præter naturam ſtudio* Henrici Gras Lion 1624. 12. *. prodierunt. Multa pars ad medicinam pertinet, phlegmonem, carbunculum, ophthalmiam, exanthemata, eryſipelas, herpetem & morbos cutaneos, anginam, hydropem, hydrocephalum, varos, arthritidem, luem veneream, hæmorrhoides, lepram. Ad veterum ſaporem: adſperſit tamen aliquas ſuas adnotationes, ut infelicis in hydrope paracenteſeos. Ad luem veneream in hydrargyro majorem, quam in guaiaco, fiduciam ponit, cujus tamen longo uſu a recenti malo pleroſque liberabat.

Iohannis Saportæ adjectum opuſculum pertinet ad initia ſeculi XVII.

Conſilium Antonii eſt inter Welschiana.

§. CCCXL. Andreas Cæsalpinus.

Aretinus, de ſecta Peripatetica, acuti ingenii vir, archiater pontificius & profeſſor Piſanus.

Ejus ſunt *Quæſtionum medicarum* L. II. *De facultatibus medicamentorum* libri II. Venet. 1593. 4. Quæſtiones miſcellaneæ ſunt. Primo generalium medicamentorum poteſtatem magis in ſecundis, quam in primis qualitatibus reſidere. De febribus. Ephemeram eſſe a ſanguine calefacto, non a putreſcente. Febres putri-

dæ

dæ, hecticæ, peſtilentiales: vis veneni. In L. II. magis practica continentur. Venæ ſectionem in principio morborum acutorum ſolo convenire. In plethora ſimplici venæ ſectæ ſelectum minus eſſe neceſſarium, melius tamen venam brachii ſecari, quæ hepati propior ſit. Adverſus *fluxiones* in pectus & partes inferiores. In eodem latere brachii venam recte ſecari. In univerſum tamen venarum ſelectum defendit. In febrium putridarum initiis convenire alvi purgationem, & in univerſum ad acutos morbos balnea aquæ dulcis. Dolorem fieri a ſolutione continui. De angina aliqua In dyſenteria venæ ſectionem non convenire, niſi adſit ulcus inflammatum. Duo ſola lumbricorum genera eſſe, planum & teres; vermes cucurbitinos eſſe tæniæ particulas. Ad flatus compeſcendos frigida conferre. Calculos a frigore generari.

L. II. de medicamentorum formulis ad theorias fere ſpectant. In P. I. percurrit indicia facultatum repetita a ſapore, quæ optima, ab odore, cui parum tribuit, a colore, cui vix quidquam. In P. II. de præparatione medicamentorum agit. Compoſitionem ad augendam medicamenti potentiam facere, & hactenus prodeſſe, quod uno medicamento plures morbi ſuperentur. Ut ex computatione caloris & frigoris compoſitio dirigatur. Adminiſtrationes aliquas breviter percurrit, ſolutionem, extractionem, decoctionem, deſtillationem.

In *quæſtionibus peripateticis*, quæ Venet. 1571. 4. * & 1593. 4. * prodierunt, utcunque aliqua huc trahas, de aëris temperie varia, de cordis pulſu, de nupera vitæ humanæ brevitate: de effectu venæ ſectionis in febribus; de temperamentis.

Ej. κατοπτρον ſ. *ſpeculum artis medicæ* HIPPOCRATICÆ *exhibens dignoſcendos curandoſque morbos, in quo multa viſuntur, quæ a præclariſſimis medicis intacta relicta erant* Lion 1601. 1602. 1603. 3 vol. Argentorati 1605. 8. L. & Venet. 1606. 8. præfante ANDREA BRUXIO. Argent. 1630. 8. *. Romæ etiam excuſum cum titulo editionis Argentoratenſis. Libri ſunt octo; I. materies medica; L. II. febres; L. III. venena; L. IV. morbus gallicus & lepra; L. V. VI. VII. VIII. morbi a capite ad calcem. In primo L. recenſet medicamenta ſimplicia & compoſita, ad quosdam titulos relata, unice ex veteribus, quorum ſatis bonum hic compendium habetur. Sic de febribus & venenis. Morbum gallicum oriri a fontibus Neapoli ſanguine hominum leproſorum infectis: Madriti orturum fuiſſe, ſi ex Indiis eſſet adlatus: ſua ſe habere a milite Aretino, qui in obſidione Neapolitana ipſe adfuerit. Curari ligno guaiaci, ſaſſafras addi. Non debere ligna cum vino coqui. Hydrargyri unguentum a MESVE repeti, qui ſcabiei obpoſuerit; moleſtum eſſe auxilium, linguæ tumorem & multa mala facere. In pleuritide, ſi æger robuſtus fuerit, venam ejusdem lateris ſecari debere, ſi debilis, potius lateris alterni. Raræ admiſtæ obſervationes

nes propriæ. In lue venerea decoctum guaiaci præſtantiſſimum eſſe medicamentum.

Eadem procul dubio eſt *Praxis medica* Tarviſii 1606. 8.

§. CCCXLI. VARII.

PETRUS SEVERINUS, Ripenſis ex Jutia, peregrinator, medicus FRIDERICI II. Regis Daniæ, de PARACELSI ſecta.

Ej. *idea medicinæ philoſophicæ fundamenta continens totius medicinæ Paracelſicæ, Hippocraticæ & Galenicæ* Baſil 1571. 4 *. Erford. 1616. 8. TR. Haag 1660. 4. TR. ib. & Roterod. 1668. 4. *cum commentariis* iſtæ duæ editt. GUIL. DAVIDSONII. Pro ſale, ſulfure & mercurio dicit, adverſus ſcholarum humores, & pro PARACELSO, Moſaicæ Sophiæ diſcipulo. Opium non calore operari vel frigore, ſed narcotico ſulfure. Bilem, quam pro cauſa febrium habeant, innocentem eſſe. Febrem a ſulfure eſſe nitroſo, quod ubique præſto ſit. Morbos produci ex ſeminibus, quæ ſuam in rerum natura radicem habeant, & ex ſeminio diverſos morbos tamquam fructus produci. Remediorum claſſes & agendi modus. Multa non valui intelligere.

Ej. *Epiſtola ſcripta* THEOPHRASTO PARACELSO, *in qua ratio ordinis & nominum, adeoque totius philoſophiæ adeptæ methodus oſtenditur* Baſil. 1572. 8. LIND. Epiſtolæ ſunt aliquæ & vita THEOPHRASTI.

Ej. *Formulæ medicamentorum* ſunt in *ciſta medica* BARTHOLINI.

JANUS ANTONIUS SARACENUS Lugdunenſis, vir eruditus. EJUS *de peſte commentarius* Genev. 1571. 8. LIND. 1589. 8. * nam TOURNESIUM huc refero. Lion 1572. 8. TR. (duæ editt. L.) Docti viri fuſiſſimus græcanicus liber vix habet ullam utilitatem. Peſtis aliquæ hiſtoriæ. Pueri matres ex peſte moribundas cum ſugerent, nihil paſſi. Boli. Vera GALENI bolus aromatici aliquid redolebat, in ore ad butyri modum contabeſcebat. Byzantio ſe terram Lemniam habuiſſe; his enim terris multum tribuit. Cornu cervi ſubſtituit rhinocerotis cornubus. Herbæ ad peſtilentiam utiles. Theriaca. Amuleta, auripigmentum album. Genevæ periiſſe, quibus medici alvum violenter duxerant, aut venam ſecuerant. Peſtis hiſtoria THUCYDIDEA, quam eamdem LUCRETIUS deſcripſit.

ANTONII MARIÆ VENUSTI (VENOSTA) Tergeſtini medici, *conſilia medica, in quibus vera conſultationis methodus proponitur, multi morbi cum ſuis cauſis & ſignis conſiderantur, multæ etiam medicæ quæſtiones pertractantur* Venet. 1571. 4. *. Frf. 1605. 4. QUADR. cum J. C. CLAUDINI tribus tractatibus, cura JOSEPHI LAUTERBACH cum tit *de graviſſimis humani corporis malis curandis.* Rhætus erat, ex Valle Tellina. Magnus magnatum adulator ad genium ſeculi ſcripſit, ut ad quemque morbum infinita medicamenta, integram etiam diætetices penum effunderet,

deret, paſſim etiam integri tractatus intercederent, de balneis, quorum loco ſpongias aqua medicata ebrias imponi ſuadet, de clyſteribus, de vino &c. Græcis ſirupum σειρον οπον ſignificare.

Ejus *oratio nomine academiæ artium liberalium Bononienſis* 1765. 4. Mandos.

Nicolai Hovel pharmacopolæ, *Pharmaceutices* L. II. Prior continet omnia Mesvæ theoremata in tabulas redacta. Poſterior eſt Tagaultii, Pariſ. 1571. 8. Hotton 1572. 8. Bassæus.

Ej. *tr. de la theriaque & du mithridate en deux livres* Pariſ 1573. 8. *. Theriacæ hiſtoria, uſus, morbi in quibus convenit, ut in ea laudanda liberalis ſit. Compoſitio, ingredientia, eorumque vires medicæ, viperæ &c.

Ej. *de peſte, cauſis ejus & ſignis & cura* Pariſ. 1573. 8. Gallice *tr. de la peſte* Paris 1579. 8. Falc.

Pyraux *traité de la pharmacie moderne* Paris 1571. 8. Boehmer.

Le bâtiment des receptes contenant trois parties de receptaires Lion 1570. 12. Menz.

J. Bravi *de hydrophobiæ natura cauſis & medela* Salamant. 1571. 12. 1576. 1586. L.

Ej. *de curandi ratione per medicamenti purgantis exhibitionem* L. III. Salam. 1588. 8. L.

Ej. *in* Galenum *de differentiis febrium comment.* Salam. 1585. 4. Lind. 1596. 4. Falc.

Ej. *in l. I. prognoſt.* ib. 1578. 8. L. 1593. 8.

Ej. *de ſimplicium medicamentorum delectu L. II.* ib. 1592. 8. Cap. de Vila.

Celsi Martinenghi *de prævidendis morborum eventibus* L. III. Brix. 1571. 12. & in *commentario de methodis* Venet. 1584. 4. Gunz.

Theodorus Belleus *in* Hippocratis *aphoriſmos comment.* Panormi 1571. 4. Lind.

Antonii Anguillara *rudimentorum medicinæ* L. VIII. Complut. 1571. f. N. Ant.

Francisci Franchini *de ſanguinis miſſione* l. Venet. 1571. 8.

Theodoricus Ulstenus *de pharmacandi comprobata ratione, medicinarum ſimplicium rectificatione, ſymptomatum quæ purgationem ſequuntur emendatione* Baſil. 1571. 8. L. Nürnberg 1596. 8. L.

Gregorii Bersmanni *de dignitate & præſtantia artis medicæ* Lipſ. 1571. 4.

Zwey nützliche Bücher von allerley Gebrechen, und Krankheiten, damit die Roſſe, Mauleſel &c. geplagt ſeyn Eger 1571. fol, Trew.

Guil. Robineau & Cl. Rabours *E. tot ſunt remediorum, quot morborum genera* Pariſ. 1571.

Lud.

Lud. Cochin & Jac. Marand *E. arthritidi præcavendæ vel curandæ evacuantia* Pariſ. 1571.

Cl. Bazin & J. le Pescheur *E. morbi remediis pari modo contrariis oppugnandi* Pariſ. 1571.

Sim. Poncet & Barth. Perdulcis *E. fluxibus alvi purgatio venæ ſectione commodior.* Pariſ. 1571.

§. CCCXLII. Ludovicus Mercatus.

Mercado, Pintianus, (Pincia eſt Valladolid), archiater Hiſpanicus. Multa Ejus ſunt opera. *Methodus medendi* Pintiæ 1572. 8. inque T. II. *collectionis operum:* breve compendium.

L. *de eſſentia, cauſis ſignis & curatione febris malignæ, in qua maculæ rubentes ſimiles morſibus pulicum erumpunt per cutem* Pintiæ 1574. 8. Falc. Baſil. 1584. 8. * hic aliquantum auctius. De febre agit epidemica petechiali, quam apud veteres putat ſe reperire, contagioſa cæterum & maligna. In curatione mireris gallinarum carnes & jura commendari. Cæterum cucurbitulas vehementer urget, etiam hirudines, purgationem in principio morbi, tum poſt diem 14. Confectionem de hyacintho & alias antidotos adhibet.

Videtur idem liber eſſe, cui C. de V. titulum fecerit *en que ſe trata la naturaleça, cauſas, providencias, y verdadero orden, y modo de curar la enfermidad y peſte que en eſtos annos ha divulgado en tota Eſpanna;* recuſus Madrit 1648. 8. quem ipſe auctor latine vertiſſet.

Ej. *de pulſibus libri* II, *quibus tota ars cognoſcendi morbos & prognoſticandi diſertiſſime pertractatur* Pintiæ 1584. L. Patav. 1592. 4. L. & in T. II. *operum.* Iterum fuſiſſime ad Galeni morem.

Ej. *de indicatione curativa ll. duo* Colon. 1588. 8. L. Cum hoc titulo non redeunt in operibus, refuſi forte in id opus, quod ſequitur.

Ej. *de communi & peculiari præſidiorum artis medicæ indicatione. Acc. proœmii loco methodus univerſalis in tres claſſes diſſecta, ut prima partes affectus, ſecunda effectus ipſos, tertia medendi rationem commonſtret* L. II. Pintiæ fol. Colon. 1588. 8. Tr. In Tomo II. *operum* repetitur. Victus rationem tradit, tunc generalia methodi medendi, auxilia, purgationem, alias evacuationes, balnea, fluxionum moderamen & provocationem. Hic fontanellas maximis laudibus extollit. Tunc auxilia topica.

Ej. *gynæciorum L. de mulierum, virginum, viduarum, ſterilium, prægnantium, puerperarum & nutricum morbis communibus* Baſil. 1586. 4 in Bauhini *collectione:* Madrit. 1594. fol. L. 1604. fol. Trew. & in *Gynæcæis* Spachii, tum Venet. 1602. 4 Tr. Francof. 1608. fol. Tr. Fuſiſſimum & verboſiſſimum, ut pleraque auctoris, opus, Tomum IV. conſtituit operum.

Ej.

Ej. *de febrium eſſentia, differentia, curatione, & de febre peſtilentiali* Pinciæ 1586. 4. L. In Tomo II. *operum.* Theoria GALENICA. Tertianam tamen pernicioſam laudes, peculiari cura deſcriptam.

Ej. *inſtitutiones medicæ* Madrit. 1594. 8. L.

Ej. *de puerorum educatione & cuſtodia* Pinciæ 1611. fol. L. redit in operibus omnibus, inque T. V.

Ej. *de eſſentia & natura caloris febrilis* Pinciæ 1611. fol. L. Neque hoc.

Ej. *opera omnia* T. IV. cura J. HARTM. BEYER Francof. 1608. & 1614. fol. 4. vol. *.

In T. I. de ſanitate & ejus conſervatione rebuſque non naturalibus agit. Deinde de morbis, ſignis, criſibus, denique de curatione fere in genere, viſcerum morbis & remediis.

In T. II. præter ea, quæ diximus, *libri* ſunt *duo de morbo gallico.* Inunctionem, etſi periculoſa ſit, vulgo nunc receptam eſſe, tutiorem tamen eſſe, quæ longiori tempore abſolvitur. De hujus morbi cum aliis morbis complexu.

De morbis hereditariis L. I. brevis iſte.

In T. III. primum reperitur L. *de morborum internorum curatione.* Ut in reliquis operibus fuſiſſime, ad veterum morem diſſerit, & plurimorum medicamentorum ubertate morbos obruit, neque in tanta verborum copia quidquam proprium diſtinguas.

Ej. *conſultationes morborum complicatorum & graviſſimorum, cum diſputationibus neceſſariis ad naturam cujuſque morborum capeſſendum præſagium & curationem. Acc. tract. unicus continens abditarum rerum diſſertationem*; 2. l. *de puerorum educatione*, ſ. tomus V. opp. Francof. 1614. fol. TR.

§. CCCXLIII. VARII AD A. 1572.

MATTHIAS *de* LOBEL medicus Inſulanus, qui utimos annos vitæ ſuæ in Anglia vixit, celebris botanicus.

EJUS eſt *plantarum & ſtirpium hiſtoria, cui adnexum adverſariorum volumen* Londin. 1572. fol. LIND. Antwerp. 1576. fol. *. (non eſt opus editum a. G. HOW Londin. 1655. 4. *, quod pure botanicum ſit). Acceſſerunt ad finem medica aliqua. G. RONDELET *formulæ*, in opere de morbis omiſſæ.

Sed in poſterioribus *adverſariorum* editionibus plura ſunt argumenti medici. In editione Londinenſi 1605. fol. *. ad laudanum opiatum: ad varias compoſitiones, ad medicamenta varia.

Deinde *Pharmacopæa* RONDELETII *cum* LOBELII *notis, explanationibus, correctionibus & additionibus & diario Pharmaceutico, quid quoque menſe pharmacopæo agendum ſit.* Formulæ aliquæ medicationum LOBELIANÆ, eas inter illa, quam ad morbos pectoris plurimi faciebat, ſyrupus nempe de eryſimo, aliaque medicamenta

menta ex variis auctoribus collecta. Præcepta ad diſpoſitionem medicamentorum in compoſitionibus, ut in theriaca, tum ſuccedanea.

Diarium ſeorſum prodiit Leid. 1627. 12. 1652. 12. LIND.

BENEDICTI PATINII *de venenis, quæ in humanis fiunt corporibus* L. III, *eorum natura, cauſis, differentiis, morbis qui inde fiunt, morborum ab iis provenientium curatione* Brixiæ 1572. 8. maj. *. Theoria mera.

Ej., ut puto, cum nomine PATINA, *conſilium pro divo Maximiliano de cordis palpitatione* Brixiæ 1573. 8. L.

Ej. *de Acetoſa, an alvum cieat, an ſtringat* Brixiæ 1572. 4. *. Rhabarbarum monachorum ventrem movere, acetoſam adſtringere.

Ej. *comm. de natura & curatione febrium in quibus adparent peticulæ* Brixiæ 1572. 8. RIV.

Ej. *de corruptione ſubſtantiarum corporis humani atque de earum curatione* Brixiæ 1575. 8.

De medicamentorum ſimplicium gradibus & compoſitionibus opus novum, phyſicum, medicum, chymicum, in quinque libros digeſtum, incerti auctoris. *Acceſſ. ex* ECCHOPÆDII *de* PETRA *collectaneis in ſingulos libros argumenta* Tigur. 1572. 8. *. Edidit BENEDICTUS ARETIUS libellum, a J. STOKIO acceptum. Alchemiſticum opuſculum hominis PARACELSICI. Duas tantum complexiones eſſe, calidam & frigidam. Quatuor gradus ſolitarum qualitatum. Quinta eſſentia & ejus gradus. Tum claſſes medicamentorum, ſemper per ſuos quatuor gradus, etiam purgantium, venenorum, peculialiter herbarum. Earum ſub planetas diſtributio, ſecundum quam definito viſceri proſint, ut ſaturninæ herbæ lieni, mercuriales hepati, & medicamenta ſua cuique viſceri accommodata ſint, ut cordi eſſentia meliſſæ & auri. Formularum exempla. Purgantibus opium adjicit. PARACELSI theriaca ſ. mumia, turbith, guaiacum.

In VOLCHERI COITERI *obſervationibus medico chirurgicis*, quæ Noribergæ 1572. fol. *. prodierunt, multa ſunt melioris notæ. Ex tertiana ſpuria dolor colicus, inde paralyſis, epilepſia, mors. Hydropem pectoris pulmone integro ſæpe vidit in cadaveribus, morbum eo ſeculo parum notum. Maxima ſub liene hydatis. Abſceſſus in renibus, in hepate, ſcirrhi pylori, omenti, hepatis, uteri. Calculi veſicæ felleæ.

JOHANNIS DU BOYS, pharmacopœi Pariſienſis, *methodus miſcendi & conficiendi medicamenta, diligenter recognita* Pariſ. 1572. 8. TR. Lond. 1639. fol. Haag 1640. 16. *. Claſſes medicamentorum, tunc ad quamque claſſem leges, ſecundum quas componi debent. Deinde ſingulæ compoſitionis officinalis fere ex MESVEO formulæ, & ad eam commentarius.

Cavendum ne cum JOHANNE SYLVIO medico, aut cum JACOBO confundatur.

J. LONICER *Ordnung für die Peſtilenz* Francf. 1572. 8. 1576. TR.

MELCHIOR

Melchior Guilandinus Boruſſus, ardentis vir ingenii, pauper cum eſſet, Africam & Indiam adire ſuſtinuit, præfectus inde horti Patavini. *In Papyro ſ. comm. in tria capita* Plinii Venet. 1572. 4. *. aliqua ad medicinam faciunt, ut adverſus Galenum de unguento Ægyptio. Reſponderat Mercurialis. Reponit Melchior in *epiſtola* ad ipſum Mercurialem, ſuum judicium confirmat, & aliqua in Mercuriali carpit.

Hieronymi *a* Tovar *de ponderibus medicamentorum l.* Hiſpali. 1572. 4 L.

Bernhardini Gomez Miedes Archidiaconi *Diaſcepſim de ſale phyſico medico geniali & myſtico* L. IV. Valent. 1572. ibid. locupletius 1579. Urſell. 1605. 8. Lind.

Ej. *Enchiridion, o manual inſtrumento de la ſalud, contra el morbo articular que llaman gota y de las demas enfermidades que por catarrho y deſtillacion de la cabeça ſe engendran* Madrit. 1731. 8. C. de V. Trew.

Hieronymo Murillo chirurgi, *therapeutico methodo de Galeno en la que toca la chirurgia* Saragoſſ. 1572. 8. niſi chirurgici mere eſt argumenti.

Guilielmi Magistrati *Iſagoge therapeutica de peſtis ſævitia ejusque curatione & præventione* Francof. 1572. 8. Tr. Venet. 1572. 8. L.

Petri Droet *conſilium novum de peſtilentia* Pariſ. 1572. 8. Tr. Argentor. 1576. 8. Tr. Nigrorum dejectionem in principio epidemiæ frequentem fuiſſe.

Maximus Geritius *de conſervatione medicinæ ex* 85. *capite* τεχνης ιατρικης Galeni Lipſ. 1572.

J. Schitler *regimen præſervativum & curativum febris peſtilentialis & morbi Anglici ſudorifici* &c. 1572.

Nicol. de Metri *Arzneybuch durch* Hier. Martium *überſehen* Augſpurg. 1572. 8. Tr.

Remedies for diſeaſes of horſes Lond. 1572. 4.

The manner of healing the venereous diſeaſe vulgarly called the french pockes, with its cauſes and ſymptomes. Circa hæc tempora prodiiſſe J. Astruc.

Nic. *de* Cormeilles & Jacob Jouvencel *Ergo Hiſpanica lues morborum cumulus* Pariſ. 1576.

Guil. Robineau & Petri *de la* Mer *E. ſoporoſorum communis curatio* Pariſ. 1572.

Sim. Pietre & Barth. Perdulcis *E. nephriticis diuretica* Pariſ. 1572.

Nic. Jacquart & Petr. *de la* Mer *Non E. hydropicis paracentheſis* Pariſ. 1572.

Jean

Jean Martin & Hautin *E connata moriendi neceſſitas* Pariſ. 1572.

Bonav. Grangier & H. Ægid. Heron *E. rara corpora ſaniora* Pariſ. 1572.

Petr. *de la* Mer & Franc. *du* Port *E ventris torpor omnium confuſio* Pariſ. 1572.

§. CCCXLIV. Æmilius Campolongus.

Patavinus, profeſſor in patria ſchola, Galenicus. Ejus *theoremata de humana perfectione veritatis indagatoribus Pataviis diſcutienda* Patav. 1573. 4. L. forte huc non pertinuerint.

Ej. *de arthritide l. unus, de variolis l. alter, ex ejuſdem prælectionibus excerpti* Venet. 1586. 4. *. 1590. 4. L. Edidit Richardus Walcher. Ex Galeno & Arabibus ſua, & quæ de variolis, ex Avicenna ſumſit.

L. *de arthritide* cum nonnullis Sneebergeri libellis Spiræ prodiit 1592. 8. L.

Ejusd. *methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propoſita ab* Alb. Bottono & A. Campolongo Francof. 1595. 8. edente Lazaro Susenbetto.

Ej. σημειωτικη *ſ. vera cognoſcendi morbos methodus ad analyſeos* Capivaccianæ *normam expreſſa* Witteberg 160 . 8. L. edente J. Dessenio.

Ej. *de vermibus de uteri affectibus deque morbis cutaneis tractatus* Pariſ. 1634. 4. *. edente Petro Bourdelot. Leve certe & inutile opuſculum. Nihil ſerium eſt in conſiliis, quæ dat adverſus partum difficilem.

§. CCCXLV. Varii ad. A. 1573.

Bartholomæus Carrichter *de Reckingen*, medicus Maximiliani II., ex ſecta Paracelſica.

Ej. *Kräuterbuch in welchem die Zeichen Zodiaci, auch in welchem Grad ein jedes Kraut ſtehe, wie ſie in Leib und zu allen Schäden zuzubereiten* Strasburg 1573. 1615. 8. 1575. Gesn. Baſil. 1589.

Ej. *practica von allerhand Leibskrankheiten, vom Urſprung der offenen Schäden* Strasburg 1579. 8. Tr. 1590. 8. Tr. 1597. 8. 1619. 8. B. Tig. 1621. 8.

Ej. *Kräuter u. Arzneybuch* Nürnberg 1625. 8. 1631. 8. Tr. 1652. 8. Uff. Anglice London 1608. 4. B. B. Ashmole. Vid. Bibl. Bot. I. p. 346.

Ej. *Arzneybuch* I. II. *u.* III. *Stück* Nürnberg 1652. 8. Uff.

Ej. *Diätbüchlein, oder Speiſe, Trank, und Lebensordnung in Geſundheit und Krankheit* Amberg 1610. 8. Tr.

Ej. *Buch von der Harmoney, Sympathey, und Antipathey der Kräuter* Nürnberg 1686. 8. Tubing. 1739. 8. liber adfinis minori herbario.

Franciscus

FRANCISCI VILLARINI *medendi canones* Tudelæ 1573. 8. TR.

ADOLPHI OCCONIS tertii cognominum, amici GESNERI & GASSERI, quem, cum ægrotaret, Occo conſuluerit (a), viri doctiſſimi, *Pharmacopœa, ſ. medicamentarium pro republica Auguſtana* Aug. Vind. 1573. f. TR. 1573. 12. TR. 1580. f. TR. 1581. f. TR. & 4. ID. 1597. f. 1613. f. MENZ 1622. fol. TR. 1623. 8. TR. 1640. f. cum *mantiſſe* THOM. 1643. 8. LAMB. 1646. 8. GUNZ. 1653. 8. 1673. 8. UFF. 1684. f. TR 1694. f. ID. 1710. fol. 1734. f. Roterod. 1653. 8. Hoc diſpenſatorium præcipuum fere locum inter ea tenet, quæ uſu recepta ſunt. De ZWELFERI monitis, & L. SCHROECKII reſponſionibus alias dicetur.

Corpus pharmacopolii, ſ. herbarum virtutes Argentorati 1573. fol. SEGUIER.

JOACHIMI STRUPPE a GEILHAUSEN, *antidotarium trimaſtigum, ſ. medela trium extremorum Dei flagellorum adumbratio, ſ. anchora famis, ſitis, valetudinisque mortalium.* Francof. 1573. 4. *. 1574. 4. UFF. 1582. 4. TREW. & σιτοποτιμαχεχνιων, ſ. *antidotarii antimaſtichi adumbratio* L. I. Francof. 1574. 4. TR. Germanice. Euporiſta ex plantis; potus, panis, & edulia varii generis.

EJUSD. *nutzliche Reformation zu guter Geſundheit u. chriſtlicher Ordnung.* Frf. 1573. 4. TR.

EJ. *libellum de peſte* germanicum GESNERUS habet.

ALBERTUS BELFORTIS Rhætus. *Liber* quem *de exſtirpanda lue gallica* promiſerat, ASTRUCIO non videtur prodiiſſe.

FRANCISCUS FEYNEUS hoc anno obiit. EJUS *medicina practica in IV. ll. digeſta* ex bibliotheca REN. MOREAU prodiit Lion 1650. 4.

MARCI NÆVIANI *de curandis morbis* Gandavi 1573. 8. 1575. 8. F.

GEORG. HENISCH hungari, *enchiridion medicum medicamentorum tam ſimplicium quam compoſitorum, in certas tabulas diſtinctorum* Baſil. 1573. 8.

EJ. *Ætiologica, Semeiotica & Therapeutica ad modum & ductum* ARETÆI Aug. Vind. 1605. L. Ipſe ARETÆUS, ad tres codices caſtigatus, Bavaricum, Auguſtanum, Venetum.

J. REUSCHII *methodus præſervandæ & curandæ peſtis* Lipſ. 1573. 8. L. 1583. 8. RIV.

FEDERICO GIORGI *modo di con oſter eſſercitar e far perfetti, e di medicar falconi, aſtori e ſparvieri* Venet. 1573 8. BUR.

JAQUES BESSON *art & moyen de tirer huile & eaux des medicamens ſimples & oleagineux* Pariſ. 1573. 8. FALC. & paſſim cum GESNERI Evonymo.

Arzney und Wunderbüchlein von allerley Leibesgebrechen u. wie man die quintam eſſentiam ausziehen ſolle Baſil. 1573. 8. TR.

Chur-

(a) WELSCH. *Conſil. Exot.* IV. n. 50.

Churfürſtliche ſachſiſche Apothekerordnung u. Tax a. 1573. Coburg. 1574. 4. TREW.

J. ANDREÆ *a* CRUCE *chirurgia magna* Venet. 1573. fol. *. auctius Italice 1583. fol. *. & ſæpe alias excuſa. Huc referas, quæ in l. V. de venæ ſectione, veſicatoriis, cucurbitulis & hirudinibus habet, tum caput quo de morbo gallico, deque ejus ſymptomatibus fuſe agitur. Recens malum ſola purgatione ſæpe ſuperari, adultum ligno ſancto. Suis cum cautelis hydrargyrum non debere pertimeſci. Demum Libro VI. antidotarium continetur.

FILARETO *breve racolta di belliſſimi ſecreti per il ornamento delle donne* Firenz. 1573. 8.

JAC. MARANT & J. RIOLAN patr., *E. ortus & obitus hominis contrariæ cauſæ* Pariſ. 1573.

J. *le* PESCHEUR & NIC. MARCHANT, *E. alimentum omne calefacit* Pariſ. 1573.

F. R. BRIGARD & J. COTHILLON, *Non ergo ſanitatis & morbi eadem nota* Pariſ. 1573.

SIM. PIETRE & J. ROUSSELET, *E lac nutricis a viri conſuetudine deterius* Pariſ. 1573.

ROB. GREAUME & GUIL. LUSSON, *Non E. omnis dyſenteria ſiſtenda* Pariſ. 1573.

J. HUGUET & CL. SELLIER, *non E. omnium icterícorum eadem curatio* Pariſ. 1573.

OLIVIER de VIOLAINES & J. RIOLAN *Epharmacum venæ ſectioni præſtat* Pariſ. 1573.

GERARD DENIZOT & FR. *du* PORT *E. hyſtericis venæ ſectio* Pariſ. 1573.

J. *le* GAY & ÆGID. HERON *E. venæ ſectio & purgatio vere utiliores* Pariſ. 1573.

CHR. BAUDUYN & JOH. COTHILLON; *Non E. omnis ſyncopes eadem curatio* Pariſ. 1573.

VAL. HIERAUME & J. BEAUCHESNE, *Non E. ut ſedes, ſic eadem convulſioni & paralyſi cauſa & curatio* Pariſ. 1573.

NIC. JACQUART & FR. *du* PORT., *E. ut in ſynocho, ſic in cauſo, phlebotomia* Pariſ. 1573.

J. HUGUET & NIC. MARCHANT *E. epilepſia in omni ætate curabilis* Pariſ. 1573.

OL. *de* VIOLAINES & J. GIRARD *E. caput morborum radix* Pariſ. 1573.

§. CCCXLVI.

§. CCCXLVI. J. RIOLANUS pater.

Medicus Pariſinus, Galenicus.

EJ. & SULPICII RIGAULT Præf. *E. in peſtilentia & venerea lue aliquid divinum* Pariſ. 1574.

EJ. *commentarii in ſex poſteriores phyſiologiæ* FERNELII Pariſ. LL. 1577. 8. L. 1578. 8. cum J. ALPH BERTHOT *methodo medendi* Montbelg. 1588. 8. *. *Acc. ejuſd.* RIOLANI *generalis medendi methodus* Genev. 1589. 8. HOUSS. Pariſ. 1598. 8. TR. Generalia, deinde morbi ſinguli cum ſuis medicamentis, & frequentibus formulis.

EJ. *univerſæ medicinæ compendium* Pariſ. 1598. 8. TR. Baſil. 1601. 8. RAST.

EJ. *ad* FERNELII *l. de abditis rerum cauſis commentarii* Pariſ. 1598 12. 1602. 8. L. cum aliis philoſophicis.

EJ. *ars bene medendi* Pariſ. 1601. 8. 1618. 8. TREW., & prius Lion 1589.

EJ. *comparatio veteris medicinæ cum nova* Pariſ. 1605. 12. *. Contra alchemiſtas. Pro vera anatome contra ſpagyricam anatomen, & comparationem metallorum cum viſceribus.

EJ. *examen animadverſionum* BABYNETI & HARVETI, qui pro Alchemiſtis ſcripſerant. Negat noſter aquam nutrire, ſimilia ſimilibus vult curari debere.

EJ. *in* QUERCETANUS *de pulſu*, pariter Pariſ. 1605. 12. TR.

EJ. *ad Libavii maniam reſponſio pro cenſura ſcholæ Pariſinæ adverſus alchymiam lata* Pariſ. 1606. 8. *.

EJ. *opera omnia* Pariſ. 1610. fol. in offic. PLANTINIANA 1619. RAST. Frf. 1611. fol. TR. quibus priora continentur, etiam hygieine, ſ. diæta ſanorum, Pathologia, Therapeutica generalis & ſpecialis.

EJ. *artis medicinalis practicæ & theoreticæ, hactenus multoties ſeorſim excuſæ ſyſtema ab* EMANUELE STUPANO *adornatum* Baſil. 1629. 8. TR.

Inter TREWIANOS libros eſt etiam *Enchiridion medicum Hippocratico Fernelianum* Lion 1685. 8., puto noſtri.

Ejus ſcriptum fuit adverſus chirurgos, anni fere 1577. *Ad impudentiam quorundam chirurgorum, qui medicis æquari & chirurgiam publice profiteri velint, pro veteri medicinæ dignitate apologia* Pariſ. 1577. 12. PORTAL.

§. CCCXLVII. J. LIEBAULT.

JOHANNES LIEBAULT, gener CAROLI STEPHANI (a), ejus *prædium* auxit, & cum titulo *Agriculture ou maiſon ruſtique* iterato edidit, & Pariſ. 1574. 8. SEG. ſæpe etiam Germanice verſum. Totum opus longe recedit a STEPHANI *prædio*, multoties

(a) *B. Bot.* I. p. 274.

amplius, antiquitatibus reſectis. Deinde Germanica editio *fünfzehn Bücher vom Feldbaue* iterum quam gallica multo plenior eſt Argentor. 1588 fol. *. Hic ad medicinam facit libri I. magna pars, ut de medicamentis euporiſtis. Deinde morbi pecoris & equarum. Porro L. VI. de deſtillatione. L. XIV. de medicina accipitrum.

Idem J. MARINELLI l. *de infirmitatibus feminarum* vertit & auxit, titulumque fecit, *de la ſanté, fécondité & maladies des femmes* Pariſ. 1570. 8. 1582. 8. *. 1609. 8. corrigente & augente LAZARO PE. Lion 1597. 8. VATER. Morbi qui in mulieres cadunt cum numeroſis formulis. Poſſe tamen & virgines picam pati. Cereos habet ad urethræ mala, & ſaturninum medicamentum, quod CAROLUS IX. bis mille ſcutatis redemit. Ex prolapſu uteri mors die XV. Vitia varia & virorum & feminarum, nutricum errores varii. Cura puerperarum. Subinde ſuas admiſcet adnotationes.

EJUSD. *quatre livres de ſecrets de médecine & de la philoſophie chymique* Paris 1579. 8. Lion 1593. 8. TR. Bonon. 1628. 8. RAST.

EJ. *embelliſſement du corps humain* III, L. Paris 1575. 8. HOUSS. 1582. 8. Lion 1595. 12. aut idem, aut certe adfinis l.

EJ. *theſaurus ſanitatis paratu facilis* Pariſ. 1577. 16. RAST. TR. Collectio opuſculorum J. SYLVII, POLYBI. Porro Francof. 1578. 8. recognitus a G. SCRIBONIO. Gallice, *tréſor univerſel des pauvres & des riches* Paris 1751. 12.

EJ. *l. de præcavendis curandiſque venenis* una prodiit.

IDEM HOLLERII *in aphoriſmos* HIPPOCRATIS *commentarios* edidit, & ſcholiis illuſtravit. Tum ALFONSI BAROCCII *de febribus* librum I.

§. CCCXLVIII. VARII. AD. A. 1574.

MAURITIUS CORDÆUS (*des* CORDES) Rhemenſis, ex ſchola Pariſina, HIPPOCRATIS *libellum* περι παρθενιων cum adnotationibus edidit Pariſ. 1574. 8. L.

Tum *librum* l. *de morbis mulierum* HIPPOCRATIS Pariſ. 1585. fol. L. & in Gynæceis C. BAUHINI & SPACHII. Fuſiſſimus commentarius, cum nonnullis ſed oppido paucis propriis adnotationibus. Vocem γυνη mallet aliter legere, quæ ſit a γινεται.

THOMÆ TYGEON *antimæologium, in quo demonſtratur, obſtetricibus non eſſe confidendum de virginitate aut declaratione mulieris adulteræ* Lion 1575. 8. LIND.

ROBERTUS FEVINUS *de abuſu medicinæ coërcendo, in quo empiricorum, tum* ιατρομαχων, *medendi ratio refellitur, & faſcinationis modus impoſſibilis eſſe oſtenditur* Pariſ. 1574. 8. LIND.

JACOBI OETHEI *vom wahren Gebrauch der Arzney u. ihrem Misbrauche, und von Erhaltung der Geſundheit* Dillingen 1574. 8.

EJ.

Ej. *de optima medicorum ſecta & de laudibus diætetica.* In orationibus *Ingolſtadienſibus.*

Ej. *grundlicher Bericht vom rechten Gebrauch der Arzney bey Geſunden, Kranken und Krankenpflegern* Dillingen 1574. 8. Grienwald.

Aloysius Toreus Lupeus *de febris epidemicæ & novæ, quæ latine puncticularis, vulgo tabardillo dicitur, natura, conditione & medela* Burgos 1574. 8. Falc. Idem liber videtur Valentiæ prodiiſſe 1591. 8. L. Petechias deſcribit.

Jean de Marcouville *de la dignité & utilité du ſel* Paris 1574. 8. Falc.

Antidotarii Bononienſis epitome Bonon. 1574. 4. Tr.

Petri Pichot *de animorum natura, morbis, vitiis, nævis* Burdigalæ 1574. 8. Falc.

Ej. *de rheumatiſmo, catarrho & deſtillatione a cerebro* Brudigal. 1577. 8.

Georgii Melich medici Auguſtani, *Avvertimenti nelle compoſitioni de' medicamenti per uſo della ſpeziaria, con una diligente eſaminazione de molti ſimplici con* Alberti Stecchini *aggiunti de molti compoſizioni utili pharmacopæi, &* Horatii Guargante *della theriaca* Venez. 1574. 4. 1575. 4 1648. 4. Latine cum titulo, *diſpenſatorium medicum, ſ. de recta medicamentorum, quorum hodie uſus eſt parandi ratione, commentarii ex italico in latinum a* Samuele Keller *converſi* Witteberg. 1586. 4. Tr. Francof. 1600. 12. 1601. 12. 1624. 8. & cum titulo *commentarii medici ſ. de recta medicamentorum parandorum ratione* Francof. 1657. 9. Tr. Germanice Goerliz 1589. 8. Adjectum eſt compendium *medicinæ practicæ* Francisci Marcelli de Ferteriis.

J. Planerii Brixienſis, qui in Hungaria, deinde Patavii vixit, *dubitationum & ſolutionum in III.* Galeni *de diebus criticis libros. In eosdem libros* Galeni *ſcholia. Conſilium in curatione morbi gallici, in curatione difficultatis urinandi. Collegia ad varios morbos* Venet. 1574. 4. Tr. Astrucius noſtrum culpat, quod venereum malum crediderit concipi abſque vitio partium genitalium: ſed & alium hominem venerea lue laborantem ſola alimentorum copia putaverit egere.

Ej. *febrium omnium ſimplicium diviſio & compoſitio, ex* Galeno & Avicenna *excerpta* Venet. 1575. 4. Tr. Gunz. Linden Venet. 1506., quod improbabile.

Ej. *oratio funebris pro* J. Fabro 1607. 4.

Ej. conſilia in Willichianis.

Claudi Hermodori Gozzi *oratio in mortem* Jacobi Carpentarii *medici regii* Pariſ. 1574. 4.

Georg Masbach *de victu ſalubri* Lipſ. 1574. Platn.

Ej.

Ej. *de melancholia* Lipſ. 1583. 4. Riv.

Ej. *de temperamentis* ib. 1587. 4.

Ej. *de catarrho* Baſil. 1589. 4.

Ej. *collectanea practica & pharmaceutica* Ulm 1676. 4. edente Welschio L.

Ej. de calculo veſicæ cantharidibus curato Hydrops veſicis ſponte natus levatus. In chiliadibus Welschii.

Huc poſſis referre J. Sambuci *icones veterum & recentiorum medicorum & philoſophorum* Antwerp. 1574. fol. Leid. 1605. fol. cum iconibus 67, quarum pleræque ſunt medicorum, etiam Amſterdam 1612. fol. editt. Tr.

Ger. Denizot & J. Beauchesne *an hæmorrhagiæ unius generis remedia* Pariſ. 1574.

J. *le* Gay & Cl. Sellier *E. in exanthematibus vacuandum* Pariſ. 1574.

Claudii Bauduyn & Ægidii Heron *E. deſtillationes calidæ frigidis periculoſiores* Pariſ. 1574.

Nic. *le* Grand & Nic. Lambert *Non E. ſuffuſionum omnium eadem curatio* ib. 1574.

Val. Hieraume & Guil. Lusson *E. mulieri ab utero plures quam ab capite morbi* ib. 1574.

Petr. Collier & J. Girard *E. fluentium præter naturam hæmorrhoidum una relinquenda* ib. 1574.

Her. *de* Varades & Nic. Marchant *E. pleuritidis & peripneumoniæ ut eadem cauſa ſic curatio* ib. 1574.

J. Riolan & Felix Visorus *E. idem calor ortus & interitus cauſa* ib. 1574.

Guil. Lusson & Frid. Choysnin *E. ortus & interitus facultatum aliquis ordo* Pariſ. 1574.

§. CCCXLIX. S. Simonius.

Simon Simonius Lucenſis, Lipſiæ aliquamdiu profeſſor, homo inconſtantis ingenii, qui per totam vitam ſuam & locum mutavit & religionem.

Ej. *vera & indubitata ratio periodorum necnon continuationis intermittentiæque febrium humoralium* Lipſ. 1575. 4.*. Omnem a bile febrem eſſe, ſedem conſtantem in corde: cauſam periodorum febris intermittentis eſſe celeriorem aut tardiorem vim generantem & expellentem humoris copiam majorem vel minorem, partis recipientis & totius corporis habitum denſiorem aut rariorem.

Ej. *artificioſa curandæ peſtis methodus* Lipſ. 1576. 4. Tr.

Ej.

Ej. *Synopſis breviſſima novæ theoriæ de humoralium febrium natura, periodis, ſignis & curatione, Acc. de harum differentiis diſputatio & examen ſententiæ a* Brunone Seidelio *latæ de iis quæ* Joubertus *ad explicandam febrium humoralium naturam in paradoxin diſputavit* Lipſ. 1577. 8. Tr. Baſil. 1580. o. L. Excuſa redit cum Jouberti operibus omnibus; vid. p. 133.

Ej. *diſp. de putredine* Cracoviæ (ubi aliquandiu vixit) 1584. 4. L.

Ej. *primus triumphus* de Marcello Squarcialupo 4. Claudiopoli 1584. 8. Thom.

Ej. *Simonius ſupplex ad* Marcellum Camillum *quemdam* Squarcialupum *Thraſonem Plumbinenſem triumphantem* Cracov. 1585. 4. Falc. Tr. De dignotione & curatione peripneumoniæ nothæ: de ſubjecto febris, &c.

Ej. *reſponſum de obitu* Stephani *Poloniarum regis* Olmutz 1588. 4. L.

Ej. *ſcopæ, quibus verritur confutatio, quam advocati* Nicolai Buccellæ *chirurgi anabaptiſtæ innumeris calumniarum purgamentis infectam poſtremo emiſerunt* Olmutz 1589. 4. L.

Ejusd. *appendix ſcoparum quæ paulo ante in* N. Buccellam *emiſſæ ſunt, in quibus reſpondetur ad apologiam nomine cujusdam erronis* Johannis Muralti *nuper dictatam & editam* 4. Tr.

Non puto huc facere *Antiſchegkianum librum, in quo ad objecta* Schenckii *reſpondetur, vetera ejuſdem errata inculcantur, novaque pejora deteguntur* Baſil. 1570. 8. Lind.

...Christgau progr. *de vita & ſcriptis* Simonis Simonii *celeberrimi quondam medici* Frf. Viadr. 1574. 4.

§. CCCL. A. Pare'.

Ambrosius Pare' celeberrimus chirurgus caſtrenſis, inde regius, cum tamen reformatæ religionis addictus eſſet. *Opera* ejus primum a. 1575. fol. gallice prodierunt, deinde latine 1582. fol. *. & alias, iterumque gallice 1588. fol. In editione gallica liber XIX. & in latina editione XVIII. eſt de *lue gallica.* Carunculas plumbeis bacillis exaſperatis vel cannula argentea debere deſtrui, cæterum Theodorici *de* Hery librum, ſed nominatum, exſcripſit. Lues venerea a nutrice in puellum, ab iſto in matrem, ab hac in maritum propagata, a marito in filios. Morbum diu latere poſſe, & auctoris ævo mitiorem eſſe, quam ſub initia. Guaiaci vires non ſufficere, & hydrargyro opus eſſe. Symptomata, gonorrhœa, alia mala, ſtranguria diuturna, demum funeſta.

In L. VI. hydrocephalum dicit internum.

Huc pertinet L. XVII. editionis latinæ *de arthritide.* Tumor per paroxyſmos

ſubito

ſubito ſubnaſcens cum enormi dolore, malum cauterio ſuperatum. Theoria, curatio, etiam diætetica. Malum vomitu curatum. Topica auxilia.

L. XIX. *De infantum variolis & morbillis.* In morbillis ſe ſimiles maculas in cadaverum viſceribus vidiſſe. Vermes & animalia varia, etiam erucæ, lacertæ ab hominibus ejectæ. Elephantiaſis.

L. XX. *De venenis.* Carnes animalium a veneno peremtorum non tuto in cibum recipi. A venenatis odoribus peremti. Venenatæ plantæ. Bezoar. Non poſſe fieri, ut una antidoto omnia venena debellentur. Venena chemica.

L. XXI. *de peſte.* Sudor Anglicus. Cardiaca varia commendat; acetum: Amuletum arſenicale. Aerem, cum incluſus noceat, jubet flabellis agitari. Acidos cibos laudat. In peſte anni 1565. (quæ C. Gesnerum peremit), periiſſe omnes, quibus ſanguis miſſus & alvus mota fuerit, utrumque tamen auxilium turgente materia in primo morbi principio admitti poſſe. Sinapiſmos laudat. Petechiæ; earum eruptionem unguento mercuriali adjuvat. Ad bubones cucurbitulæ, veſicatoria. Bubones immaturi aperiendi. Carbunculi. Carbunculum ventriculi cum petechiis vidit. Alia varia ſymptomata. Hic liber cum eo de morbo gallico ſeorſim gallice prodiit Pariſ. 1580. 8 Anglice Lond. 1630. fol.

In L. XXIII. morbi aliqui ad generationis officinam pertinentes.

In L. XXIV. de *morbis*, male *pro dæmoniacis habitis*, de morbis ſimulatis detectis. Caſus in morbis rariores. Calculi de variis corporis partibus excluſi. Fetus de umbilico matris prodeuntes. Hyſterica mulier pro mortua habita. In tertianæ febris paroxyſmis vermes excluſi.

L. XXV. *de medicamentis ſimplicibus* & eorum compoſitione & facultatibus. Pro clyſteribus nutrientibus. Glandes ano ſuppoſitæ per os rejectæ. Balnea. Coſmetica.

L. XXVI. *deſtillationes.*

§. CCCLI. Varii. Ad. A. 1575.

Didaci Merini *de morbis internis libri* VI. Burgos 1575. fol Haenel.

Andreæ Marini *commentarii in* Mesven circa a 1575. fol.

Georgii Calaminii *vita* J. Guintheri Andernaci *heroico carmine conſcripta* Argentor. 1575. 4. Gunz.

Andreas Alcazar, vel Alcaçar Guadalaxarenſis, *Chirurgiæ libros* VI, *in quibus multa antiquorum & recentiorum ſubobſcura loca hactenus non declarata interpretantur*, edidit Salmanticæ 1575. fol. Astr. Liber VI. eſt de tuenda valetudine peſtis tempore. Liber V. de morbo gallico. Vetuſtum morbum eſſe; recruduiſſe anno 1456. ab eſu humanarum carnium. Primum morbi gradum (in faucibus)

ſanari

ſanari levi decocto ligni ſancti. In articulorum dolore legitimum ligni ſancti decoctum requiri. Si ulcera & ſcirrhi acceſſerint, opus eſſe inunctione mercuriali. Si caries oſſa invaſerit, & emeticum, & antimonium, & hydrargyrum præcipitatum rubrum, & fortiores requiri inunctiones ASTRUC.

WILLIAM CLOWES *a new and approved treatiſe concerning the cure of the french pockes by the unctions. Fernelius work on the unknown affects. A moſt precious water for the preſervation of mans body* London 1575. 8. ASTR. & cum alio titulo, *a briefe and neceſſary treatiſe touching the cure of the diſeaſe called morbus gallicus by inunctions and other approved ways of curing* London 1585. 4. ASTR. Iterum prodiit a. 1597. & 1697, cum titulo, *a brief and neceſſary treatiſe touching the cure of the diſeaſe called Lues Venerea.* Chirurgus laudat uſum internum turpethi mineralis, & mercurii diaphoretici ASTRUC.

Una prodiit GEORGII BAKER chirurgi, *the nature and proprieties of quickſilver* ASTRUC.

CORNELII GEMMÆ Lovanienſis medicinæ profeſſoris, *de naturæ divinæ characteriſmis ſ. variis & admirandis ſpectaculis, cauſis, indiciis, proprietatibus rerum in partibus ſingulis univerſi* P. II. Antwerp. 1575. f. *. Primum huc pertinet appendix. Caſus puellæ hyſtericæ & convulſæ, quæ anguillam vivam per anum ejecerat, quam ad noſtrum detulerat: Deinde eadem enormem copiam aquæ evomuit, poſtea pilos, inde in exſtaſin rapta eſt, porroque ligna vomitu ejecit & membranas, inque iis anguillæ veſtigium, tunc lapides grandiores, triangulares, & phalanges digitorum: & demum ſanitatem recuperavit. 2. Febris epidemica peſtilens anni 1574. hemitritææ adfinis; quæ per ſudores judicabatur. Mulieri lingua, gula, ventriculus, inteſtinorum ſyrma in membranas computruit cum ſingultu. Multi caſus ægrotantium. Ab antimonio ſumto funeſta omnia. In alio ægroto arteria cruris ad funis modum agitabatur. Erat ubi puſtulæ rubræ erumpebant. Erant ægroti, a quibus febris omnis abeſſet, qui tamen viribus exſtinctis, quarto die perierunt. In alio putredo & vomica circa cerebrum. Venæ ſectio nocebat, alvum leniter laxantia juvabant, & acetum. Is porro morbus æſtate a. 1574. in veram peſtem convaluit, & una die 500. homines enecuit. Lenticulas, quam bubones, magis pernicioſas eſſe, etſi minus contagioſæ ſunt. Cadavera magis inficere, quam vivos ob peſtem decumbentes homines. Plerumque nullum ſymptoma gravius ante tertium diem ſe extuliſſe, tunc vero ſoporem leviculum, & inquietudinem, maculas die quinto. Quarto die veſicatorium & fonticulos ad avertendum morbum non inefficaces fuiſſe. Venenum acribus oportuiſſe ad exteriora ducere.

Per ipſum opus aliqua ſparſa ſunt; lapides in pulmone, cerebro. Saxeum craſſamentum ad arteriæ principis valvulas ſigmoideas: os cordis humani; lapis in pyloro; animalia varia excreta, corpuſcula per dyſenteriam ejecta, fragmenta ligni per abſceſſum expulſa In febribus intermittentibus ſerius paroxyſmum redire, ut remotior a corde materiei fomes fuerit. Plurima alia ſparſa. Cæterum plurimum noſter aſtris tribuebat.

EJ.

EJ. *de arte cyclognomonica* L. III. *doctrinam veterum univerſam, unaque philoſophiam* HIPPOCRATIS, GALENI, PLATONIS *&* ARISTOTELIS *in unius circularis methodi ſpeciem referentes, quæ per animarum triplices orbes ad ſphæræ cæleſtis ſimilitudinem fabricatos non medicinæ tantum arcana pandit myſteria, ſed & inveniendis conſtituendiſque artibus & ſcientiis etiam pateſcit* Antwerp. 1569. 4. Videtur hactenus ad medicinam facere.

LAZARUS PEREZ Pharmacopola Toletanus, lingua latina & vernacula ſcripſit *Theriacæ hiſtoriam* Toledo 1575.

ID. *de medicamentorum ſimplicium & compoſitorum hodierno ævo apud noſtrates pharmacopolas exſtantium delectu, ætate & repoſitione per generationes duas. Addidit integras & repurgatas eorum nomenclaturas* Toledo 1599. C. de V.

Lego etiam ANTONIUM PEREZ Luſitanum, *edidiſſe ſuma i examen de cirurgia con expoſicion breve de algunas ſententias de* HIPPOCRATE Complut 1575. Saragoſſa 1646.

EJ. *tratado de la peſte y ſus cauſas*, Madrit 1598. 8.

TUSSANUS DUCRETIUS Cabillionenſis (Cavaillon) *de arthritidis vera eſſentia ejuſque curandæ methodo adverſus Paracelſiſtas* Lion 1575. 8. L.

EJ. *commentarii duo, unus de febrium cognoſcendarum & curandarum ratione, alter de earumdem criſibus* Lauſann. 1578 8. L.

BENEDICTI *de* NURSIA *de conſervatione ſanitatis* L. I. Rom. 1575. 4. MANDOS.

ANDREW BORDE *the . . . . . . of health* Lond. 1575. 4. AMES.

JACOBI AUBERTI Vindonis, *de metallorum ortu & cauſis contra chemiſtas explicatio* Lion 1575. 4. B. B. Contra Paracelſica medicamenta, laudanum quod opium ſit, cineres oculorum cancri in quartana ad ſeſquidrachmam exhibitos. Alia phyſica.

EJ. *duæ apologiæ contra reſponſionem* J. QUERCETANI, 1. *de* PARACELSI *laudano & calcinatis cancrorum oculis; 2. chemiam vanam eſſe oſtendit* Lion 1576. 8. *. Auri vires medicas nullas eſſe. Phyſica aliqua.

EJ. *progymnaſmata in* FERNELIUM *de abditis rerum cauſis.* Baſil. 1579. 8.

EJ. σημειωτικη *ſ. ratio dignoſcendarum ſedium male adfectarum & affectionum* Genev. 1596. 8. 1632. 8. *. Fontes ſignorum ex veteribus collectorum.

ADAM SCHILLING *Regiment wie man ſich in der grauſamen u. erſchröcklichen Plage der Peſtilenz verwahren ſoll* Nürnb. 1575 4. TR.

CORNELII SCHYLLANDER *medicina aſtrologica omnibus medicinæ ſtudioſis longe utiliſſima* Antwerp. 1575. 8. 1577. 8. TR.

Wie

Wie ſich in Sterbensläufen zu verhalten Francof. 1575. 8.

J. POMER *Unterricht ſo denen in Krankheiten und Todesnöthen eigen* Nürnb. 1575. 8. TR. niſi theologici eſt argumenti.

EJ. (POMARII) *Peſtilenzbüchlein* Magdeburg 1582. 8. TR.

MAXIMILIANI LUCII (*Luz*) de CLAF *Commentarius in l.* GALENI *de Ptiſana* Venet. 1575. 8.

Les proprietés & vertus des eaux & herbes utiles pour la ſanté, par les medecins de Baſle Lion 1575. 12.

JACOB SCHOBER *Schatzkämmerlein wider Gift, Erklärung aller Kräuter und Wurzeln ſo wider Gift zu gebrauchen ſind* Grätz 1575. 8. MS. apud TREW.

EJ. *Bericht von der Krankheit der Peſtis und der Infection* Grätz 1577. 4. TR.

CONSTANTINI LANDI *methodus bonæ valetudinis tuendæ* Colon. 1575. 8. L.

PETRI BLONDELLI *Calexii*, HIPPOCRATIS *prognoſticorum ll. latina ecphraſis, ex* GALENI *mente* Pariſ. 1575. 4. L.

Hoc anno obiit ALOYSIUS BELLACATUS, profeſſor Patavinus TOMASIN. elog. I. EJUS aliqua ſunt in chiliadibus WELSCHII. Hydropicus abſtinentia potus ſanatus. Iſchuria ad 22. hebdomadem tolerata. Curationem hydroceles bonam eſſe. Epiſcopus qui quatuor unciis caſſiæ demum purgabatur. Cum conſiliis lectiones etiam BELLACATI WELSCHIUS edidit Ulm. 1676. 4.

GEORGIUS THANMULLER dedit apud eundem WELSCHIUM *Cent.* IV. conſ. 35. inciſi cadaveris MAXIMILIANI II. deſcriptionem. Poſt multam palpitationem aqua in pectore & abdomine. Prope valculas cordis oſſei quid.

Alia conſilia in *centuriis*. EJ. Sacerdos qui umbilicum elapſum reponebat. Tum in *chiliadibus* aliqua.

IDEM in CRATONIS conſiliis. In febre petechiali calida dabat. Succum ſcybalorum equinorum ſalutarem fuiſſe. Gangræna ſuperata vena ſecta & ſudore moto &c.

ISAAC SCHALLER, cujus pariter in WELSCHII *chiliadibus* aliquæ adnotationes exſtant. Ulcera veſicæ & urethræ cum ardore urinæ curata.

VINCENTII MUSTEL & PETRI du CHEMIN *Ergo ſimilaris partis morbus præter intemperiem morbus* Pariſ. 1575.

NICOLAI LAMBERT & MARCI RAPIN, *Ergo diæta naturam immutat* ib. 1575.

LAZAR. TENOT & PHILIBERT GILLES *E. epilepſiæ febris ſuperveniens curatio* Pariſ. 1575.

MARTIN GIRARD & PETRI de MONTS, *E. ut ab inflammato jecore icterus, ita a refrigerato hydrops* Pariſ. 1575.

YVO

YVO MARCHANT & PETRI du CHEMIN, *E. etiam cacochymis venæ ſectio, plethoricis purgatio* ib. 1575.

BARTH. PASSART & DOM. BURGOIN *E. thoracis & pulmonum morbis phlebotomia tutior* ib. 1575.

J. FABER & GERM. COURTIN, *E. acutorum morborum ſunt omnino certæ ſalutis & mortis prædictiones* ib. 1575.

MICH. MARESCOT & FR. CHOISNYN, *E. periodorum in morbis ratio cognita* ib. 1575.

PH. LAUDENOS & EDM. PERDRISOT, *E. ut renum ſic veſicæ lithiaſis curabilis* ib. 1575.

ROB. GREAULME & JACOB HAUTIN, *E. puris & urinæ analoga prognoſis* ib. 1575.

ÆGIDII HERON & FER. M. COURT, *Non E. ſemper in cujuſque febris decurſu vacuandi neceſſitas & opportunitas* ib. 1575.

GUIL. LUSSON & FRANC. MONBEL, *E. peſti Bolus Armena remedium, luis venereæ hydrargyrus* ib. 1575.

§. CCCLII. JOSEPHUS QUERCETANUS.

DU CHESNE, Dominus *de Morencé & de Lyſerable*, Gallus Vaſco, inter primos, qui in ea gente chemiæ ſe dederunt, Paracelſicæ ſectæ addictus, diu in Germania vixit, & medicinam fecit. Multa ſcripſit, ut ſubinde ſe repeteret.

EJ. *l'Antidotaire ſpagyrique pour préparer & conſerver les medicaments* Lion 1576. 8.

Ad JACOBI AUBERTI VINDONIS *de ortu & cauſis metallorum contra chymicos explicationem brevis reſponſio.* EJ. *de exquiſita mineralium animalium & vegetabilium medicamentorum ſpagyrica præparatione & uſu perſpicua tractatio* Lion 1575. 8. TR. 1600. 8.

EJ. *ſclopetarius, ſ. de curandis vulneribus, quæ ſclopetorum & ſimilium tormentorum ictubus accipiuntur* l. Lion 1576. 8. *. 1600. 8. *. Fere totus eſt in medicamentis. Chemiam defendit, oſteocollam laudat.

EJ. *ad veritatem hermeticæ medicinæ ex* HIPPOCRATIS *& veterum decretis ac therapeuſi nec non vivæ rerum anatomiæ exegeſi ipſiuſque naturæ luce ſtabiliendam adverſus cujuſdam anonymi phantaſmata reſponſio* Pariſ. 1603. 8. 1604. 8. L. Frf. 1605. 8. L.

EJ. *ad brevem* RIOLANI *excurſum brevis incurſio* Marburg. 1605. 8. L.

EJ.

Ej. *de priſcorum philoſophorum verae medicinae præparationis modo atque in curandis morbis præſtantia, deque ſimplicium & rerum ſignaturis tum externis tum internis tr. duo Acc. de dogmaticorum medicorum legitima & reſtituta medicamentorum præparatione L. II. Item ſelecta quædam conſilia medica; 1. de arthritide & morbo ei adſini calculo; 2. de nephritide; 3. de lue venerea; 4. pro virgine morbo immenſum complicato laborante* Genois (Genevæ) 1603. 8. *. 1609. 8. Defendit principia chemica, ſalem, ſulfur, mercurium. Spiritum nitri per vitrum penetraſſe, & de exteriori ſuperficie ad farinæ ſpeciem effloruiſſe. Ad verum aurum potabile parandum ſpiritus vini dulcis. Ex ſale plantæ, cum propria aqua repetito cohobatæ, medicamentum, quod magnis laudibus extollit. Ex ſolo guſtu vires medicamentorum non adgnoſci. Signaturis multum tribuit, ut etiam caltham ad cancrum aiat valere, cujus in ea herba aliqua ſit ſimilitudo. Herbas, quæ rubro ſucco ſunt, ſanguinem depurare. Sal ſulfur & hydrargyrum eſſe in ſanguine, & morbos facere. Acidos ſpiritus poſſe mitiſſimos reddi, & oleum vitrioli tutiſſimum in febribus medicamentum præſtare. Ex urina ſpiritus albidos urgeri, qui in glaciei ſpeciem coagulentur (Nonne Phoſphorus?). Dari in corpore humano nativos ſales nitroſos, aluminoſos, vitriolicos: eorum ſpecimina in certis morbis dat. In ſanguine ſulfur eſſe & oleum piceum, in cinere ſalem, qui per ſalem ammoniacum volatilis reddi poſſit.

In 2. l. *de dogmaticorum legitima medicamentorum præparatione*, Budæum in ſenio veritatem hermeticæ medicinæ adgnoviſſe. Galenum nimis contentioſum fuiſſe. Ut meliores ſirupi per digeſtionem fiant, & aquæ ſtillatitiæ per digeſtionem ſuo cum ſale perficiantur. Aqua roſarum fermentatarum repetito cum novis roſis cohobata. Aqua hirundinum antepileptica, & ejusdem ſcopi aqua picarum. Vina medicata.

Conſilia IV. integri ſunt libelli. Dogmaticam ſectam ab hermetica non diverſam eſſe. Ad arthritidem hydromel laxans, aliaque gratiora medicamenta. Laudanum ſuum, cujus doſis piperis grano æqualis ſomnum faciat (mira compoſitio). Aqua antipodagrica. Quatuor gradus venerei mali, quorum primus eſt pilorum delapſus, tertius puſtulatus in jecore ſedem habeat, quartus in offibus. Guaiaci laudes; cum tamen luci venereæ ſuperandæ non ſufficiat, medicos coactos ad hydrargyrum rediiſſe. Eum ex cinnabari reſtituit, ne plumbo adulteretur. Unguentum cum aromaticis miſtum. Non ſola ſalivatio luem judicat. Guaiaci vera præparatio, liquor acidus. Acida medicamenta ſudorem movere. Tartari cryſtallos ſuas laudat. Gallice prodiit cum titulo *Conſeils de medecine & la medecine balſamique des anciens* Paris 1626. 12. Rast.

Ej. *Diæteticum polyhiſtoricum opus magnæ utilitatis & delectationis* Parif. 1606. 8. *. 1608. 8. 1615. 8. Lipſ. 1601. Lind. 1615. 8. Lind. Francf 1607 8. Id. Genev. 1607. 8. Trew. 1626. 8. Trew. Gallice *le portrait de la ſanté* Paris 1606. 8. Crass. S. Omer 1608. 8. ni fallor, 1618. 8. Paris 1620. 8. Rast. *& regles de la ſanté ou le véritable regime de vivre pour la ſanté & les*

les maladies & une notice des alimens Lion 1692. 12. Houss. Germanice Straſburg 1625. 4. vertente J. Adolph Ringelstein. Fuſiſſime de animi adfectibus, eorumque funeſta poteſtate, hiſtorice. Res non naturales; vires animalium & plantarum, fere ex veterum opinionibus, ut tamen ſubinde experimenta ſua producat. Phænomena lacus Agnani, & Romani aëris vulgo noxæ, quæ omnes eos necant, qui a Junio M. ad Auguſtum M. Neapoli Romam iter faciunt. Cibos gallicos recenſet ſibi notos, potiſſimum Vaſconicos. Exercitationes, quæ inter ruſticos ejus regionis in uſu ſunt. Plantæ edules, carnes, piſces, ars coquinaria. Peponis laudes. Apologia pro antimonio.

Ejus *tetras graviſſimorum totius capitis adfectuum* Marpurg 1606. 8. *. 1608. 8. L. 1609. 8. 1617. 8. Cat. *Acc. incurſio ad* Riolani *excurſionem.* Gallice *Tetrade des plus grieves maladies de tout le cerveau* Paris 1625. 8. Rast. Germanice Strasburg 1634. 4. Tr. Multo aſperius ſcriptum. Epilepticus caſus, conjuncta mala paralyſis & apoplexia. Paracelſicæ opiniones de ortu morborum ex majori mundo, fuliginibus, morbis aſtralibus. Fomitem epilepſiæ non ſemper in cerebro eſſe. Saturnum & Pleiades frigus in uteri ſphæra facere. Non omnia in agendo valida etiam acria eſſe. Ptarmica infantibus caute exhibenda. Antepileptica varia, inter ea aqua hirundinum, helleborus, vitriolum, cujus in epilepſia peculiaris ſit efficacia. Dogmaticos in ſermonibus magnificos, in praxi puſillanimes eſſe. Vires medicamentorum non eſſe a vulgatis qualitatibus. In buxi ligno narcoticum quid latere, ejus oleum eſſe, quod Rulandus Heracleum dixerit. Hellebori nigri laudes & variæ præparationes. Galenicos demum omni alia ſpe excuſſos ad mineralia medicamenta confugere. Apoplexia. In paralyſi aquæ minerales præſtant. Croci metallorum laudes, & ſalis cranii humani, & ſcriptio. Auri & tincturæ gemmarum, mercurii, antimonii efficacia. Formula cryſtallorum dulcium ex ſale marino parandarum, nimis pro noſtro fine longa: ex eo ſale terra foliata parata. Dulcificatio ſpiritus vitrioli. Proceſſus chemici varii, liquor mercurialis moſchi odore.

Ej. *pharmacopœa dogmaticorum reſtituta, pretioſis ſelectiſque hermeticorum floſculis illuſtrata* Lipſ. 1603. 8. L. Pariſ. 1607. 4. *. 1613. 8. Trew. Gieſſ. 1617. 8. Francof. 1601. 4. L. quater eodem anno L. Venet. 1614. 4. Lind. Genev. 1628. 8. & cum Renodaeo Hanau 1631. 4. L. Germanice Strasb. 1625. 4. Italice Venez. 1577. 8. male ut puto 1646. 4. vertente J. Al. Ferrari; & Gallice, *Pharmacopée des dogmatiques reformée* Lion 1648. 8. In altero libro remedia localia promittit. Formulæ medicamentorum, quæ in officinis præparantur, Galenicæ primo, ut ſirupi, ut tamen multa ſua addat, v. c. ſirupum ſenelorum, fructus mihi ignoti, hellebori ſirupos duos. Euphorbium in egregium medicamentum ſudoriferum ad quartanam peſtemque utile reformari poſſe. Vinum emeticum & alia medicamenta ex Rulando. Curationes memorabiles his medicamentis effectæ, etiam febris lentæ. Mercurii ſui uſu pili per vomitum expulſi. Tragea antepileptica valde compoſita. Pulvis de aro ſtomachicus Birckmanni. Varia vana a Camillo de Camillis accepta, ſtercus caprarum helleboro paſtarum

ſtarum ad epilepſiam, ſpongiæ ad bronchocelen toſtæ. Pulvis herniariæ ad hernias. Nepenthes ſuum JOSEPHUS mire laudat. Sanguis ſymphyti. Extractum hellebori compoſitum. Chemica aliqua. Oleum ſulfuris, olea ætherea, ſuo tempore rara. Princeps Caſſellanus in medicamentis præparandis delectabatur.

EJ. *peſtis alexicacus, ſ. luis peſtiferæ fuga ſelectorum utriuſque medicinæ medicamentorum copiis procurata* Pariſ. 1608. 8. TR. 1624. 4. ID. Lipſ. 1609. 8. L. 1615. 8.*. Gallice *la peſte reconnue & combattue, enſuite la reformation des thériaques & antidotes opiatiques* Paris 1631. 8. RAST. ultimum etiam Paris 1608. 8. Morbi endemii. Quæ fuerit Illyſiana provincia Saxoniæ, in qua contracturæ artuum frequentiſſimæ ſunt? Peſtem poſſe abſque febre eſſe. Deſcriptio mali poëtica, non medica: cauſæ aſtrales ex conſtellationibus. Cauſæ elementares. Aer poteſt corrumpi, verum corruptio peſtilens non eſt eadem cum putredine, & fætor potius prodeſt; ſed ſpiritus venenati, napellini, arſenicales, peſtem faciunt. Se præſente convictos eſſe, qui peſtem propagaverint. Vis corporis in ſpiritu eſt, etiam magnetis, aut arſenici. Eumdem ex ſanguine ſpiritum elici, qui ex vino. A CHRISTOPHORO Pariſienſi novam anatomen urinæ exſpectari. In victu acidos fructus præfert. Cucurbitulas bene adhiberi & cauteria; venæ ſectionem in principio ſolo & in robuſtis. Non male Pariſiis pueris ipſis etiam ſanguinem mitti. Hydromel, acetum utile, ſed longe ſuperat acor chemicus, oleumque vitrioli etiam a J. CRATONE commendatur. Quando purgandum, metallicis potius & mercurio dulci id fiat (tunc novo). Contra caſſiam. Antidoti. Salem cinerum valere, ſuamque plantam reproducere, urticæ exemplo. Serpentum pulvis ad peſtem, & antimonialis crocus ſudorifer, etiam emeticus. Pro remediis metallicis, etiam auro diaphoretico, mercurio veneris, ſulfure, arſenico. Salis prunellæ laus & vis refrigerans. Sudor omnino ciendus. Excuſatio ænigmatum, quibus noſter medicamenta ſua velat.

Aliquot opera conjunctim recuſa ſunt, ut *adverſus* AUBERTUM, *ſclopetarius* Lion 1600. 8. L. Francof. 1612. 8. TR. Lipſ. 1614. 8. TR. Germanice Straſb. 1631. 8. TR.

EJ. *recueil des plus rares ſecrets touchant la medecine metallique & minerale* Paris 1641. HEISTER. 1648. 8. FALC.

§. CCCLIII. THOMAS JORDAN.

THOMAS JORDAN, Tranſylvanus Clauſenburgenſis, ex ſchola Italica; EJ. *peſtis phænomena, ſ. de iis, quæ circa febrem peſtilentialem adparent, exercitatio* Frf. 1576. 8.*. Lues Pannonica cum cephalæa in exercitu MAXIMILIANI II. nata, ab eo in Germaniam adlata, non idem cum petechiis Italorum malum, neque tamen longe diverſum, hic primum deſcribitur. Omnino in peſte contagium eſſe. Petechiales febres minus contagioſæ non valde ædibus excedunt. Pulſum in peſte

pulſus ſanorum ſimilem eſſe, non tamen ſemper. Cor toſtum & exſuccum ex vigiliis, & mœrore, humore pericardii conſumto. Contagium tamen ex vivo corpore majus naſci, quam ex cadavere, contra L. JOUBERT. Ex putredine peſtilenti nulla animalia generari. Veſpillonem virginem ex peſte nunc exſtinctam iniviſſe, nihil inde paſſum. Lues Pannonica contagioſa cum ſummo capitis & ſcrobiculi cordis dolore, cum maculis & veſpertinis exacerbationibus. Salutaris diarrhœa. Ab eo malo pedum gangrænæ, & artus funeſto eventu amputati. In Italia petechias frequentes eſſe, inde Viennam translatas. Terras medicamentoſas laudat. Signa bona vel mala. Piſis ſiccatis paludibus ſalubritas reddita. Jus acidum Pannonibus familiare. Compoſitiones ad peſtem acres & ſpirituoſæ. Nitrum ad fervores. Venæ ſectio non temere admittenda. Succus ſedi cum aqua propinatus. Hydrargyrum abſque malo alvum duxiſſe, cum crudum deglutiretur. Lapis in equi ventriculo. Bolus Toccavienſis. Terra Lemnia in putridis febribus conducit. Dari in corde cervorum annoſorum os, etiam lapidem. *Acc.* CLAUDII RICHARDI *epiſtola*, in qua narrat, Napelli venenum lapide bezoar ſuperatum fuiſſe, & ipſum demum arſenicum. Collectanea.

Adverſus *Paradoxum* I. *Dec.* II. JOUBERTI *ratiocinatio*; cum JOUBERTO recuſa.

EJ. *Bruno Gallicus ſ. luis novæ in Moravia exortæ deſcriptio ad* J. ALEXANDRINUM Francof. 1577. 8. L. 1580. 8. *. 1583. 8. Hic morbus anno 1577. ortus, omnes invaſit, qui eodem in balneo cucurbitulas ſibi patiebantur adfigi & ſcarifari. Symptomata fuerunt abſceſſus in capite, dolores per univerſum corpus, gummata, nares ulceroſæ, & pure ſtillantes. Peculiarium ægrotorum hiſtoriæ. Lignum ſanctum decoctum profuit, etiam turpethum minerale, etſi cum periculo ſalivationem movit. Curationes aliquæ parum felices. Colica Pannonica in paralyſin degenerans. CRATO in propria epiſtola, editioni 1583. adjecta, credit morbum eſſe gallicum ex lanceola conceptum. Eodem JORDANUS refert.

Conſilia aliqua in SCHOLZIANA collectione.

L. *de aquis medicatis* alias dicetur.

§. CCCLIV. VARII. Ad A. 1576.

STEPHANUS MANIALDUS Burdigalenſis, ex latino gallicum fecit RONDELETI *l. de morbo gallico* Burdigal 1576. 8. ASTR.

ID. latine & græce adidit cum doctis notis, HIPPOCRATEM *de hæmorrhoidibus* Pariſ. 1619. 8. *. ſed dedicatio data eſt a. 1597.

ID. *in partum prodigioſum qui viſus eſt in agro Gradiniano juxta Burdigalam a.* 1595. *obſervationem* edidit Burdigalæ 1616. 8. *. Fetum nempe, tempore partus retentum, qui per abſceſſum abdominis prodiit.

THOMÆ SOMENTII *de morbis, qui per finitimos populos adhuc graſſantur, & num illi ad peſtilentes referendi ſint brevis diſputatio* Cremon. 1576. 4. TR.

Bernardini Turrisani *meditationes in theriacam & mithridaticum antidotum* Venet. 1576. 4. Gesn. bibl.

De febribus opus aureum, quo Græci, Latini & Arabes habentur, qui hac de re egerunt Venet. 1576. f. Vitioſam eſſe collectionem lego.

Bonaventuræ Granger *ſudorum prognoſtica ex* Hippocrate *&* Galeno *ſcriptis verſibus deſcripta* dedit Pariſ. 1576. 8. L. Idem *Theophraſti l. de ſudore & vertigine* edidit.

Ej. *de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis* Pariſ. 1578. 8. Falc.

Ej. *in defenſionem libelli* L. Botalli *de curandi ratione pro ſanguinis miſſione a* Georgio Cassio *ſuſceptam, animadverſio* Baſil. 1580. 8. Lind. Pariſ. 1581. 8. Trew.

Petrus de Peramato. Ej. *de elementis temperamentis, ſpiritibus, facultatibus, conceptu, aſtrologia in medicina neceſſaria* San Lucar di Barrameda 1576. f. 1590. f. 1596. f. Lind. & una *de curandi ratione* L. II.

Petri Vaez Luſitani, *Commentarius medicus multa rei medicæ ſat obſcura dilucidans & a neotericorum calumniis defendens. Acc. medicamentorum compendium ad omnes affectiones* Madrit. 1576. 4. L.

Ej. *Apologia adverſus praxin* Donati Ant. ab Altomari Madrit. 1582. 4. Lind.

Ej. *Apologia medicinæ. Acc. egregiæ cenſuræ de venæ ſectione in febribus putridis & curatione puncti, denique epiſtolæ medicinales apprime utiles* Barcinone 1593. 8. *. Galenum contra Argenterium defendit, Vallesium contra Perediam, ratiociniis uſus & auctoritatibus. In febre petechiali adſtringentia medicamenta & alexipharmaca rejicit, venam ſecat, medicamentis adtenuantibus utitur, ut obſtructio tollatur.

Ej. *de epidemia peſtilenti* Valentiæ 1601. 8. L.

Ej. *de ſcopis mittendi ſanguinis* l. I. Valent. 1601. 8. L.

Alfonsi Dies Daça *los provechos y dannos de la ſola bevida dell agua y come ſi deber eſerger la mejor* Hiſpali 1576. Ant.

Ej. *de ratione cognoſcendi cauſas & ſigna proſpera & adverſa urinarum* L. III. *& de febribus & diebus decretoriis* Hiſpali 1577. 4. L. Venet. 1578. L.

Francisci Micon *El livro de ſedientos, en el qual ſe trata la neceſſita que tenemos de beber frio y refreſcando con nieve* Barcellona 1576. 8. N. Ant. Falc. 8. cum titulo L. *del reglo y utilidad de beber frio.*

Angeli Bolzetta *theriaca Andromachi juxta placita* J. P. Crassi, B. Turrisani & M. Oddi Patav. 1576. 8. Annon jam dicta.

J. Belidæ

J. Belidæ *Venerani, tabula ſimplicium medicamentorum ſeptem linguarum nomenclaturam & facultates continens* Emden 1576. 8. L.

Ant. Glisente *trattato del regimento del ventre,* 1576. 4. Tr.

Ej. *il ſommario delle cauſe che diſpongono i corpi degli huomini a patire la cerrettina peſtilente* ſi recte ſcripſi Venet. 1576. 4. Tr.

Bulla Gregorii XIII. data *de jurisdictione Protomedici & collegii Phyſicorum almæ urbis quoscunque medicos examinandi & exercendi* Bonon. 1576. B. Bun.

Annib. Arimono *riſpoſta fatta per il ſommario delle cauſe peſtilente di* M. Ant. Glisento *all apologia* 1576. 8. Tr.

Barth. Boldo *della natura e virtu delle coſe che nutriſcono* Venez. 1576. 4. ex Hugone Benzo.

Saladino Taro *trattato della peſte* Venet. 1576.

Michaelis Mercati, Archiatri pontificii, *iſtruzione ſopra la peſte nella quale ſi contengono piu eletti ed appropriati rimedi per preſervarſi e curarſi* Rom 1576. 4. cum remediis ad peſtem, podagram, paralyſin, venena.

Olivier Poupart *traité de la ſaignée* Rochelle 1576. 12. Falc.

Ej. *conſeil divin touchant la maladie diverſe de la peſte en la ville de Rochelle* ib. 1583. 12 Falc.

Gregorii Mangold *von den Eigenſchaften der Fiſchen ſo im Bodenſee gefangen werden* Zürich 1576. 8.

Adam v. Bodenstein, celebris Carolstadii Filius, Paracelſiſta. Ej. *heimliche philoſophiſche Rathſchläge zu curiren peſtilenziſche Geſchwür* Baſil. 1576. 8.

Ej. *wie ſich manniglich vor dem Zipperlein, Podagra genannt wafnen ſolle.* Baſil. 1557. 8.

Ej. *Warnung der Kranken ſo mit dem Podagra oder Stein behaftet ſind* Hamburg 1611. 8.

Idem multa Paracelſi opera edidit v. p. 9.

Johann. Fayser *Bericht und Beſchreibung der bewährten Roßarzney; erſtes Buch* Augſpurg 1576. fol. Tr.

Sebastian's *Koch und Kellermeiſter von allen Speiſen, Getränken, Lattwergen, Salzen, Confect, Wein, Eſſig &c.* Francof. 1576. 8. Draud. 1581. 8.

Andreæ Langner *promtuari wie ſich die Peſthaftigen zur Zeit der Peſtilenz verhalten und curiren ſollen, auch von Proceß des Aderlaß, welche Ader auf jede Krankheit zu laſſen.* Id. *Bericht was ein jedes himmliſches Zeichen für Glieder im menſchlichen Körper regiere* Leipzig 1576. 4. Eisleben 1585. 4. Tr.

Ej. *breviarium mediçum von allen und jeden Krankheiten und Gebrechen des menſchen*

nebſt

nebſt einem Unterricht von der abſcheulichen Seuche der Peſtilenz Francfurt 1575. 4. TREW.

ANTONII FENOT *alexipharmacum ad virulentiam* JOSEPHI QUERCETANI *evo. mentis in* J. JACOBI AUBERTI *de ortu & cauſis metallorum contra chymiſtas* Baſil. 1576. 8. L.

STEPHANI DU TEMPLE *tabulæ in* GALENI *libros de morbis & ſymptomatibus* Lion 1576. 8. L.

J. ROQUET *diorifmi de ſanguinis miſſione ex* HIPPOCRATIS, GALENI *& aliorum celebrium medicorum monumentis concinnati* la Rochelle 1576. 12. L.

J. BEAUCHESNE & JUL. BERE', *E. aquiloniæ quam auſtrinæ pleuritidis curatio difficilior* Parif. 1576.

J. RIOLAN & JAC. NICOLAS *E. urina certior febrium index quam pulſus* Parif. 1576.

J. HAUTIN & PHILIBERT GILLES *non ergo ſenes ſimilibus alimentis conſervandi* Parif. 1576.

RIGAULT & DOM. BOURGOIN *E. vacuantibus & anodynis narcotica contraria* ID. 1576.

J. le PESCHEUR & PETRI DU CHEMIN *E. inſanienti virgini venus* ID. 1576.

GUIL. CAPPEL & JAC. NICOLAS *E. ileus inteſtinorum morbus acutiſſimus* Parif. 1576.

J. GROS & JUL. BERE' *E. ut venæſectio, ſic purgatio multis adfectibus ſalutaris* Parif. 1576.

§. CCCLV. VARII AD A. 1577.

FRANCISCI ALPHANI, medici Salernitani, *opus de peſtilentia, febre peſtilentiali & febre maligna, nec non de variolis & morbillis, quatenus nondum peſtilentes ſunt* Neapoli 1577. 4. *. Liber ſcriptus a. 1576. cum peſtilentia magnam Europæ partem devaſtaret; eam auctor viderat, ut tamen aliqua aliunde & ex FRACASTORIO ſumſerit. Peſtis erat veri nominis, & admiſta febris petechialis. Inter ſigna contracti contagii recenſet, quod nuper infecti oculos ad cælum elevare nequeant. Medicamenta ex ſeculi genio; inter ea aqua mirabilis, centum ex medicamentis ſimplicibus ſtillatitia, & ſimilis antidotus. Arſenico tamen tamquam amuleto uti vetat, qui ex eo auxilio mortem repente ſuperveniſſe viderit. In febris peſtilentis principio laudat cathartica, etiam frigidæ potum. Carbunculos amburi jubet. Lenticularum eruptionem deſcribit. In variolis funeſtum eventum urinæ cruentæ adnotat.

JOH. BOKEL prof. Helmſtadienſis EJ. *de peſte quæ Hamburgum civitatem a. 1565. graviſſime adflixit* Henricopoli 1577. 8. *. Ipſe huic peſtilentiæ interfuit. Calida omnia & alexipharmaca ſola laudat, & periiſſe monet omnes, quibus vena ſecta aut alvus ducta fuerit.

EJ. *Peſtordnung in der Statt Hamburg* Hamburg 1578. 4. TR. 1597. 4. TR.

EJ. *ſynopſis novi morbi, quem plerique catarrhum febrilem vel febrem catarrhoſam vocant, qui pene univerſam Europam graviſſime adflixit* Helmſt. 1580. 8. TR.

EJ. *de ſpaſmo diſſ.* Helmſt. 1583.

EJ. *de apoplexia* Helmſt. 1586. 4. RIV.

EJ. *de ſomno naturali & præternaturali ſ. affectibus frigidis cerebri reliquis, ſopore, cataphora, lethargo, caro, ſtupore, catalepſi, catocho* Helmſt. 1590. 8. RIV.

EJ. *de variolis & morbillis* Helmſt. 1591. 4. RIV.

EJ. *de philtris, utrum animi hominum his commoveantur necne* Hamburg. 1599. 4. TR. 1614. 4. L.

JAC. TRUNCONII de plebe S. STEPHANI, *de peſte & peſtilente morbo* Florent. 1577. 4. TREW.

EJ. *de cuſtodienda puerorum ſanitate ante partum, in partu & poſt partum, de curandis eorum morbis ex* HIPPOCRATE, *quouſque caninos dentes emiſerint: acc. tractatus de variolis & morbillis, & epiſtola de pravis febribus cum peticulis, quæ a. 1590. & 1591., per Italiam vagarunt* Florent. 1593. 4. *. Obſtetricibus inſtituendis præfectus auctor; agit L. I. de cura gravidarum, & altero de partu (v. B. Chir.) L. III. de infantis in manu nutricis cura. L. IV. morbi infantiles. Principem Hetruriæ convulſum ſe ſanaſſe uſto occipite. Ex GALENO multa. Variolas apud HIPP. invenit, a menſibus derivat, Arabum de eo morbo doctrinam non ignorat. Petechialis febris maligna fuerat, cum ſumma debilitate, capite gravi, ſapore. Vinum concedit, & jus caponum, iisque iraſcitur, qui ægrotis ſola ova & jus carnium indulgent. Alvum ab initio ducit. Venam poſt eruptionem ſecat, cucurbitulas admovet, frictiones, laudat hirudines. Alexipharmaca acidis miſta propinat, contrayervam etiam, theriacam, bolum Ilvanam. Decimo quarto die catharſin repetit.

J. MATHESIUS *de loco putredinis in febribus intermittentibus & methodica curatione febris tertianæ exquiſitæ* Witteb. 1577. 4. RIV.

BAPTISTA CARCANUS Mediolenſis, EJ. *de peſte opuſculum, in quo denominatio, deſcriptio, cauſæ, ſigna, curatio, & valentium præſervatio accuratiſſime proponuntur* Mediolan. 1577. 4. *. Parvus libellus a filio ARCHILLEO editus. Venam in principio morbi ſecat, alvum ducit, deinde dat alexipharmaca, theriacam, bolos. Carbunculum ſcarifando circumſcribit, auripigmentum imponit, eſcharæ lapſum mollientibus adjuvat.

EJ. Exenteratio cadaveris card. BORROMÆI Mediol. 1584. 4. & cum B. CORTE *medicis Mediolan.*

ARCHILLEI CARCANI *in aphoriſmos* HIPP. *lucubrationes.* EJ. *Libri duo, alter de modo collegiandi* Turin. 1581. 8. *. Aphoriſmos ſuos ſub titulos in ordinem reduxit. In methodo aliqua generalia præcepta dat. Ad conſultationes bono ordine & bona cum fruge ſuſcipiendas conſilia.

NICOLAI STELLIOLÆ *theriaca & Mithridatium, ubi Marantæ & collegii Patavini controverſiæ perpenduntur* Neapoli 1577. 4. RIV.

ANDREÆ GABRIELLI *de peſte* Bonon. 1577. 4. L.

GEORGII GOMEZ *de ſecanda vena in pleuritide* Tolet. 1577. 8.

J. MARTINI EUSTACHII *de vita* GALENI l. Neapoli 1577. 4. PL.

BALTHASARIS PISANELLI Bononienſis, *diſcorſo ſopra la peſte* Rom. 1572. 4.

EJ. *trattado della natura de cibi & del bere* Venez. 1584. 8. 1586. 8. RAST. 1593. 8. TREW. 1604. 8. TREW. 1619. 8. FALC. Torino 1615. d'ETR. 1620. 8. FALC. 1649. 12. PHIL. Carmagnola 1589. 4. Bonon. 1662. 12. HOTTON. Latine *de alimentorum facultatibus libellus*, vertente ARNOLDO FREYTAG Herborn 1593. 8. 1614. 8. *. Bruxell. 1662. 12. BUR. Oſnaburgg. 1677. 12. L. Gallice Arras 1596. 12. d'ETR. Enumeratio ciborum & potuum cum viribus medicatis & noxiis, & variis ad cujuſque hiſtoriam naturalem ſpectantibus, pleriſque ex veteribus collectis.

MARINO MASUCCI *trattado ſopra la peſtilenza* Macerata 1577. PANELLI. Diſcipulus FALLOPII fuerat, medicus Aquævivæ. Deſcribit omnes, quas viderat epidemias.

ANNIBAL BRIGANTI *avviſi ed avertimenti intorno al governo di precaverſi di peſtilenza* Napoli 1577. 4. & una *avviſi intorno alla preſervazione e curazione dei morbilli & delle variole.*

EJ. *epiſtolas medicinales* TOPPIUS laudat, quas inter pluſculæ ſint *de lue Gallica*, quas TOPPIUS MS. vidit.

SEBASTIANO AIELLI *brevis diſcurſus de imminente in R. Neapolitano peſte a.* 1575, 1576, 1577. Napoli 1577. 4.

Cauſe & remedi della peſte raccolte per ordine di M. Gonzaga Firenz. 1577. 8.

GIUSEPPE MUGINO *trattato ſopra la preſervazione e cura della peſte* Milan. 1577. 8.

FABRICIO BOLDO *tratt. del modo di conoſcer preſervarſi e curarſi della febre peſtilente* Vercelli 1577. 4. FALC.

ALPHONSI *de* JUBERA *dechado reformadores* (ſic legi) *de todas las medicinas compueſtas uſuales con declaracion de todas ſus dudas* Pintiæ 1577. 8. C. de V.

CLEM.

CLEM. CHELNERI *Bericht von der Krankheit der peſtis* Grätz 1577. 4. TREW. Eisleben 1585. 4. TR.

GERVASII MARSTALLER Neuburgenſis, medicus Ducis Cellenſis. EJ. *kurzer Bericht, wie man ſich für der grauſamen Peſtilenz bewahren möge* Ulſen 1577. 8. TR. Hall 1597. 4. TR.

Sovereign approved remedies for ſundry diſeaſes within the body, for all ſores &c. Lond. 1577. 8. AMES.

Podagrammiſches Troſtbüchlein Strasburg 1577. 8. CARLSON.

DOM. BOURGOIN & SIM. *de la* CROIX *E. ut ſanis, ſic ægris vinum confert* Pariſ. 1577.

JAC. MALANT & CL. FAUVELET *E. cacochymiæ ſalutaris inedia* ID. 1577.

GUIL. *de la* BARRE & J. GAYETTE *E. in peracutis turgente materia eodem die purgandum* Pariſ. 1577.

J. *de* VERNEUIL & PETR. ARTHUYS *E. arthriticis utraque vacuatio conveniens* Pariſ. 1577.

LED. THIBAULT & SIM. *de la* CROIX *E. hepatis ſcirrhum neceſſario ſequitur hydrops* Pariſ. 1577.

SIM. MALMEDI & LUD. DACIER *E. ὀμοτγοντα tantum cathartica miſcenda* ID. 1577.

CL. REBOURS & LUD. DREUX *E. juvenes facilius quam ſenes thoracicis morbis defunguntur* Pariſ. 1577.

Magnæ cum hoc tempore medicos inter & chirurgos Pariſinos lites agitatæ ſint, multi libelli utrinque prodierunt.

Satyra in perfidam quorumdam chirurgorum a medicis defectionem Pariſ. 1577. 12. GRANGERIO PORTAL tribuit, alii GUL. BALLONIO.

CABALLI *ad cujuſdam incerti nominis apologiam pro chirurgis reſponſio* Pariſ. 1577. 12. PORT.

In chirurgos e medicato mendicantes auſibus auxilio medicorum famæ oblatrantes ID. 1577. corruptus titulus.

Comparatio medici cum chirurgo ID. 1577. 8.

Apologia philoſophiæ ad impudentiam quorumdam chirurgorum 1577. 12.

Comparatio medici cum chirurgo ad caſtigandam quorumdam chirurgorum audaciam, qui nec poſſunt tacere, nec bene loqui 1577. 12.

Examen pluſquam barbaræ & monſtroſæ reſponſionis chirurgorum 1577. 12.

Pro

Pro chirurgis, *Animadverſio in ſycophantæ cujusdam & chirurgis injurii medici libellos duos impoſturis ſcatentes* Pariſ. 1577. 12. Contra *apologiam philoſophicam & Comparationem medici.*

§. CCCLVI. J, Coyttarus.

Johannes Coyttarus Alniſienſis medicus, *de febre purpurea epidemiali & contagioſa* L. II. Pariſ. 1578. 4. B. B. Melior liber, quam quidem eo ſeculo ſolebant ſcribi; non quidem nulla veſtigia ſeculi habet, & longa utique ratiocinia ad ſcholæ ſaporem, tum ſubtiles diſtinctiones. Veram naturam tamen ipſam vidit; lectulis adfuit ægrotantium, eorumque, quas cominus viderat, ægritudines deſcripſit. Febris epidemica purpurea a. 1557. graſſata eſt, peſtilens, & a quarto ad 14 diem funeſta. Maculæ non tumebant. Una etiam graſſata eſt tuſſis fera *Coqueluche*. Ancillæ puſtulis toti obductæ undique de cute efflorescentibus, ſanguis indique de univerſo corporis ſtillabat. Purpura peſtilens quidem, a vera tamen peſte differt. Perimebat infectos omnes, niſi ſollicite curarentur, etiam poſt tres & quatuor menſes; contagioſa erat, tranſibat in adſtantes & domeſticos. Purpura miſcetur cum multis febribus; nunquam tamen cum epiala, neque cum lipyria. Calor adeſt a primis morbi initiis, naturali major, & nunquam intermittit. Partes corporis exteriores nonnunquam frigebant. De lipyria & epiala fuſe. Æſtas a. 1556. ardentiſſima fuerat. Carbunculi in fronte maximi cum febre ſynocho, non funeſti, exemplum. Porro in purpura, nam ordo autoris quem me ſequi oportet, non eſt optimus; fauces & guttur in mali initio anguntur, miti cum febre. Coma fere per totum morbi decurſum reguabat. Alvus fluxa mali erat ominis. Pulſus rarus erat, & ſani ſimilis. (Sæpe de ejuſmodi pulſu in graviſſimis morbis ſibi conſtante legi; nihil vidi ſimile, qui nunquam non viderim pulſum lentum & 90. vicibus in minuto primo non frequentiorem, ſalubris eventus nuntium fuiſſe). Purpura efflorescebat ſecundo jam, tertiove die, in brevique morbo multo cum ſudore de toto corpore erumpente. Sigillatim ſymptomata morbi, qui quarto die deſerveſcebat, tum qui ſeptimo. Eo die ſomnus boni ominis, ſic ſudor fætidus die tertio & quarto. Raro alvus bono cum eventu fluxa. Nimis accurate, tanquam diſtinctos morbos deſcribit, qui 4, qui 7, qui 11, qui 14, die finiebantur, cum non ſint diverſi morbi, ſed idem morbus intenſior vel remiſſior. Laxantia medicamenta, etiam mitia, copioſe alvum ducebant. Cum urinis tenuibus & pallidis longiſſima, etiam ſexaginta dierum febris. In L. II. curatio, in omnibus, quos noſter adeo ſollicite diſtinguebat, quatuor morbis, eadem. In principio morbi alvus laxata lenibus catharticis, etiam, quando materia non turget, nunquam vero validis. Venæ ſectio ſemel vel repetita. Omnino tamen etiam quarto die febres judicari. Poſſe tamen, & tutius quam in variolis & morbillis, tertia & quarta vice in purpura ſanguinem mitti. Eum ſanguinem ſani ſimilem eſſe; mitti poſſe, etiam quando purpura apparuit, & vulnus ſecundo aperiri Boli cum ſucco limonum utiles. Eadem die febrem finiri aut ſalutari eventu aut funeſto. Putredinis index pulſus inanis. Naturam certis diebus contra morbum inſurgere.

Quinto

Quinto die clyſter. In cadavere jecur permagnum, valde flavum. Morbus in principio lenior fere longior eſt: in ejuſmodi malo indulget noſter carnium & gelatinæ uſum. In phreniticis etiam die octavo & nono venam ſecari poſſe, etiam in ipſa criſi. Sanata, quæ cum purpura pepererat. Julepi refrigerantes. Unicum exemplum moti vomitus. In febribus longis poſt diem vigeſimum abſceſſus fieri. Pervigilium, etiam 17. dierum, non funeſtum. Vena die 19. aperta. Criſis per ſudorem die ſexageſimo.

Vitam habet Dreux du Radier.

§. CCCLVII. Johannes Costæus.

Laudenſis, profeſſor Turinenſis, inde Bononienſis primarius.

Ej. *de univerſali ſtirpium natura* L. II. Venet. 1578. 4. Aug. Taurin. 1580. 4. diximus (*B. Bot.* I. 356.): tum *de igneis medicinæ præſidiis* L. II. Venet. 1595. 4. *B. Chir.*

Ej. *quod ex arte coriariorum aer infici poſſit* Venet. 1580. Heist. Tr.

Ej. *de facili medicina per ſeri & lactis uſum* L. III. Bonon. 1595. 4. *. Papiæ 1604. 4. L. Loci Hippocratici & Galenici collecti, in quibus ſeri lactis uſus ad morbos aliquos commendatur.

Ej. *adnotationes in* Avicennæ *canonem cum novis obſervationibus, in quibus principum philoſophorum ac medicorum conſenſus & diſſenſus indicatur* Venet. 1595. fol. *. Avicennæ editio a Costæo curata eſt. Fuſe in hoc opere verſatus eſt, ut Avicennam defenderet.

Ej. *in* J. Mesvæ *ſimplicia & compoſita & antidotarii novem poſteriores ſectiones adnotationes* Venet ſæpius & 1602. fol. *, *in qua editione, præter priores adnotationes, novæ aliquæ acceſſerunt* Costæi *adnotationes longæ & uberrimæ;* ſcholarum quidem ad ſaporem collectitiæ, ut tamen ſibi viſa & adnotata interponat, locos emendet, cum aliis veterum locis comparet. Tamarindis etiam ſolis ſe non raro alvum duxiſſe. Aquam roſarum melioris notæ, refrigerato alembici roſtro ſtillare adnotavit, rem ſuo ævo novam. Meliores aquas parari vapore ferventis aquæ, qui fictilia calefaciat, in quibus herbæ ſunt, quarum aquæ deſiderantur: denique duplici ex vaſe in arenam a ſole calentem defoſſo. Avicennam ad jus carnium nimiam omnino aquæ copiam præſcripſiſſe. Colocynthidem caſtigatam tuto exhiberi. Elaterii uſum improbat. In profundis puteis Pomeraniæ nitrum naſci, ad pulverem pyrium utile. Duos alios helleboros nigros vulgato minores, ſibi a Cæsalpino oſtenſos fuiſſe. Mentha garyophyllata Veneta (an noſtra ocimi odore). Malles fabellam de Gesnero, ab uſu Doronici enecto, hic non legere. In Calabria ipſis in arboribus ſericum a bombycibus parari. Scillæ vis erodens & cathæretica. Pauca hæc ex pluribus. In univerſum Mesveum purgat, a Manardo accuſatum.

Ej. *de potu in morbis in quo de aquis vino atque omni factitio potu in univerſum, atque de privato in ſingulis morborum generibus eorum uſu diſſeritur* Papiæ 1604. 4. *.

Venet.

Venet. 1604. 4. L. Erudita ex veteribus, quos ſtudioſe legerat, etiam C. AURELIANUM, pleriſque neglectum. Eorum ergo comparata placita fere huc reperias, ex natura ſumtum nihil. Aquæ vulgaris & medicatæ vis ſalutaris. In calidis S. Juliani aquis piſces vivere & ranas. Ferratas Villæ aquas, quibus uſus eſt M. de MONTAIGNE, in communi uſu abſque noxa adhiberi; nocere quæ auripigmento imbutæ. Varietatis aquarum. Fluviatiles ſalubres: Calida, frigida. Quando gelida ſaluti eſſe poſſit, perpetuum ejus uſum non convenire. Vinum varium ex plantis. Vitium cultus; macilenta terra vino non nocet. Vini præparatio, muſto paſſim aquam adjici. Vini vires medicatæ. Vini diverſitas, refrigerans oligophorum, & calidum. Vini in morbis uſus, per aliquot morbos. Fuſiſſime de exſolutione, a variis & diverſis cauſis orta, & de vini aliorumque præſidiorum in eo malo uſu.

EJ. *miſcellanearum diſſertationum decas olim a* J. FRANCISCO *filio*, *nunc emendatior edita* Patav. 1658. 16. *. Priorem editionem ignoro. In 1. de cenſura librorum HIPPOCRATIS a MERCURIALI paſſim diſſentit. Claſſem ſecundam a prima non certo diſtingui; cum HIPPOCRATES nullum, dum vixit, opus ediderit. Pro *Coacis*, & libro de alimento. 3. ad objectiones contra ſuas ad MESVEN adnotationes reſponſio. Melius phu in Philonium ſe nardi loco recepiſſe. Aſari vim purgatricem GALENO ignoratam fuiſſe. 4. De lentis facultate in variolis. In cortice nitroſi quid eſſe; decoctam lentem alvum adſtringere; in variolis non convenire.

CCCLVIII. SALOMON ALBERTI.

Noribergenſis (*a*) & Archiater Saxonicus, poeta, inciſor, vir doctus, profeſſor Wittenbergenſis, raro eo ævo exemplo Italiam non adiit, & tamen ad magnam famam pervenit.

EJ. *de morbis meſenterii & ejus quod* παγκρεας vocatur, *de ardore ſtomachi & de ſingultu* Witteberg. 1578. recuſa cum ſequenti libro. Inflammationem, ſuppurationem, obſtructionem meſenterii, morbos vix notos hic recenſet.

EJ. *tres orationes* . . . Tertiæ adnexa ſunt *themata medica de morbis meſenterii*, *ardore ſtomachi*, *ſingultu* . . . Noriberg. 1585. 8. *.

Idem libellum GALENO adſcriptum, *de urinis* a mendis repurgavit, & latinitate donavit Witteberg. 1586. 8. *.

EJ. *orationes quatuor* . . . III. *de ſudore cruento.* IV. *de medendi ſcientia*, *profeſſoribus ejus*, *inprimis de* RHASIS *libro nono Manſori Arabum Regi dicato.* VI. *Quæſtio num metallica & mineralia ſi carbonibus adoleantur ſuo nidore aſthmati ſ. ſuſpirio conferant* VII. *Præf. in* GAL. *librum de lotiis* Witteberg. 1590. 8. *. Lacrumæ

(*a*) Naumburgenſem CL. MOEHSEN facit *von Medaillen der Aerzte*; ſed ipſe ſe in publicis ſcriptis Noribergenſem vocat. Mater Noribergenſis fuit, pater Noribergenſibus a re fabrili.

crumæ cruentæ menſium loco. Cauſæ cruenti ſudoris, urinæ. RAZEN inveniſſe medicamenta mitiora alvum laxantia. Manſorem habet pro celebri illo Mauritaniæ rege. Laudes librorum ei viro dicatorum. Fumum in univerſum aſthmaticis nocere. Succini vaporem anhelitum auxiſſe. Metallica omnia nocere. Librum GALENO adſcriptum *de urinis*, genuinum eſſe.

EJ. *Oratio de ſurditate & mutitate. An & quid grandini in ſue cum ſchorbuto in homine ſit commercii* Noriberg. 1591. 8. *. Scorbutum a grandinibus differre. Hanc quæſtionem video J. JACOBO ALBERTI S. filio tribui.

EJ. *prælectiones in nonum* l. RHAZE 159 . . . M. S.

EJ. *Scorbuti hiſtoria cui inobſervatum vel ſaltem indictum ſymptoma genarum coarctatio &c.* Witteberg. 1593. 4. PLAT. 1594. 8. TREW. In collectione Wittebergenſi 1624. 8. *. Pro novo invento dat compaginem venarum rigidam. Fructus auſteros commendat; tum plantas naſturcinas, docto in univerſum libro.

EJ. *conſilia medica in collectione* J. PHILIPPI BRENDEL Francof. 1615. 4.

Vitam viri cum nummo Cl. MOEHSEN dedit in collectione nummorum in medicorum honorem percuſſorum.

POLYCARPI LEYSER *Leben &c. Leichenpredigt in eundem* Witteberg. 1601. 4.

§. CCCLIX. JACOBUS HORST.

Familiæ medicorum, quæ per integrum ſeculum ſuperfuit, caput; Iglaviæ medicus, inde Profeſſor Helmſtadienſis. EJ. *Ordnung der Arzneyen u. Apotheken in der Statt Meſeritſch in Meiſſen* 1578. 8.

EJ. *ſimplicia ſelecta* Marburg. 1585. 8. HEIST.

EJ. l. *de vite vinifera*, & *Herbarium* HORSTIANUM non repeto, dictos in *B. Bot.* I. p. 358.

EJ. *von den wunderbahren Geheimniſſen der Natur, u. deren fruchtbahren Betrachtung* Lipſ. 1588. 4. *. Potiſſimum ex LEMNIO, ſed auctum opus. Quatuor partes priores jam 1575. 4. prodiiſſe lego, deinde ſex omnino reliquas Lipſ. 1588. *. 1592. 4. TR. 1593. 4.

Non integrum poſſideo, vaſtum opus, neque promitto, in recenſione me non erraſſe. Video multum aſtris tribuere, tamen ut non putet invitis ſideribus venæ ſectionem, alioquin neceſſariam, omitti debere. Ventorum vires, metalla, ſal; ad victus rationem & alimentorum poteſtates varia. Animalia & eorum morbi, plantæ. Medica: ſuſcitatio ſub aquam merſorum. Calculi animalium Sex res non naturales. Origo morborum, temperamenta, eorum morbi. Morbi peſtilentes & remedia

remedia aliqua. Incubus. Noctambuliſmus. Venena. Morbi muliebres. Epiſtolæ aliquæ.

Ej. *precationes medicorum piæ* Helmſtatt. 1585. 12. Francof. 1666. 12. ſi huc faciunt.

Ej. *de natura, differentiis, & cauſis eorum, qui dormientes ambulant, vigilantium opera, eaque difficillima perficiunt, & aliquando culmina tabulataque ædium perreptant, cum certa ratione prophylactices, tum therapeutices in ipſo paroxyſmo* Lipſ. 1593. 8. Tr. 1595. 8. *. 1596. 8. Tr. Germanice Hamburg 1636. 8. Tr. vertente Jacobo Horstio filio. Hiſtoriæ aliquæ memorabiles noctambulonum, difficillimis actionibus defungentium: metus inde apoplexiæ. Theoria mali. In præſervatione mireris cibum ſuadere craſſiorem.

Subjungit collectos Hippocratis, Galeni, etiam nuperiorum de noctambulatione locos.

Ej. *de aureo dente maxillari pueri Sileſii, primum utrum naturalis ejus generatio fuerit, necne, deinde an digna ejus interpretatio dari queat* Lipſ. 1595. 8. * cum paulo priori libro, & 1596. 8. Tr. Germanice vertente Cobero Lipſ. 1596. 8. Ridicula hiſtoria. Pueri dens aureus mera erat impoſtura; noſter & alii ejus ævi medici, cum de rei veritate non dubitarent, fuſiſſime de modo ratiocinati ſunt, quo metallum in naturam dentis irrepere poſſit, & mirifica inde præſagia deduxerunt. Noſter ſolamen eſſe Chriſtianis putabat, fractæ Turcarum tyrannidis ſignum.

Ej. *epiſtolæ philoſophicæ & medicinales cum vita* Gregorii Horstii. *Oratio de peccatis diſcentium medicinam & eorum remediis, habita ab* Horstio Lipſ. 1596. 8. Tr.

Ej. *de memoria bona conſervanda* 1585. 4. He.

Ej. *de memoria deperdita reſtauranda* 1587. 4. Riv.

Ej. *de febribus peſtilentialibus & peſte* 1587. 4. Riv.

Ej. *diſputationum medicinalium pathologicarum* D. VI. *de paſſionibus corporis humani atque partium ejus, & modo ſecundum quem illæ fiunt* Helmſtatt 1588. 8. Hæn.

Ej. diſſ. VIII. *de ſanitate ejuſque differentiis, cauſis & accidentibus* 1589. He.

Ej. diſſ. IX. *de neutro corporis humani ejuſque partium ſtatu, quem vulgo imbecillitatem vocant* ib. 1589. 4. He.

Ej. diſſ. X. *de morbis eorumque differentiis & ſpeciebus* ib. 1590. 4. He.

Ej. diſſ. XI. *de cauſis morborum præcipue internis* ib. 1590. 4. He.

Ej. diſſ. XII. *de modo generationis morborum in intemperie & cauſis eorum, præcipue internis* ib. 1590. 4. He.

Ej. diſſ. XIII. *de modo generationis morborum in compoſitione & in ſolutione continui ex cauſis eorum* ib. 1590. 4. He.

Ej. XIV. *de ſymptomatibus morborum eorumque differentiis atque ſpeciebus* ib. 1590. 4.

Ej. XVI. *de criſibus morborum & criticis diebus, menſibus & annis* ib. 1597. 4. He.

Ej. *de angina* ib. 1589. 4. Riv.

Ej. *de apoplexia* ib. 1592. 4. Riv.

Ej. *diſp. de paralyſi* ib. 1595. 4. Riv.

§. CCCLX. Varii.

J. Hasler Bernenſis, qui in Polonia vixit, *de Logiſtica medica, ſ. de medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, qualitatum gradus, purgantiumque doſes & proprietates inveſtigandi ratione apodictica* 1578. 4. B. B. Satis ſingularis libellus. Primum calores regionum conparat, quos ex altitudine poli metitur. Deinde docet medicamenta ad certum & deſideratum gradum frigoris, caloris, ſiccitatis, humiditatis reducere, ex datis iisdem in ſimplicibus gradibus, quæ componuntur. Magni certe computi pro longis formulis, qualis eſt antidotus Matthioli. Docet medicamentum etiam ad deſideratos gradus componere. Inde purgantium vires ad quatuor humores purgandos conputat. Porro materiæ medicæ cenſus, cum cujuſque medicamenti ſimplicis gradu & uſu.

Johannis Roderici a Vega Eborenſis *Comm. in* Galeni l. *duos de febrium differentiis* Conimbr. 1578. 4. L. 1582. 4. Tr.

Ej. *opera omnia in* Galeni *libros edita, & commentaria, in novem partes diſtincta, quibus nodi in medicina frequenter ſolvuntur, claſſicorum medicorum controverſiæ expenduntur* Genev. 1586. fol. L. Lion 1593. f. Tr. Continentur hic *Comm.* in ll. Galeni l. *de arte medica, de definionibus, de ſignis medicis, de cauſis ſalubribus, inſalubribus, de morbis, in L. VI. de locis adfectis. L. 2. de febrium differentiis &c.*

Ej. codices MS. In Gal. *de differentiis febrium* in B. R. P. n. 1048.

Id. *retectio de dolore.*

Ej. *retectio de faſcinatione* &

Ej. *retectio utrum conveniat hominibus ſanis purgatio.*

Laur. Preziati *de jurisprudentiæ cum medicina & philoſophia comparatione* Venet. 1578. 4.

Nicolai Masinii *de gelidi potus abuſu* L. III. Ceſenæ 1587. 4. * lego alias a. 1578. Contra aquam nivatam: aquam a tepore degelatam ad frigoris medio-

critatem refrigerare non vetat, gelidam vero veneni loco habet, quæ graviſſimos morbos inducat. Enarrat refrigerandi potus artificia: aquas vitioſas ſuadet decoquere.

ANDR. CELICH *officina ſalutis adverſus peſtem*, cum præfatione DAV. CHYTRÆI Magdeb. 1578. 8. TR.

BALTHASARIS GITLER Leobergenſis, *Aphoriſmus* HIPPOCRATIS 25. *Sect.* II. *reſolutus in theſes* Lipſ. 1578. 4. HE.

EJ. *de apoplexia* Lipſ. 1584. 4. ID.

EJ. *de definitione & diviſione morbi* ib. 1594. 4. ID.

EJ. *explicatio eorum, quæ in proœmio artis curativæ ad* GLAUCONEM, *de quatuor in medendo ſcopis traduntur* ib. 1605. 4. ID.

DOMINICI TERELII *de generatione & partu hominis* L. II. Lion 1578. B.B. De ſterilitate, nævis.

HIERONYMI XIMENEZ *inſtitutiones medicæ* Epilæ 1578. 4. L. 1596. 4. Toleti 1583. fol.

EJ. *quæſtiones medicæ* ib. Epilæ L.

FRANCISCI ULMI (UMEAU) Pictavienſis, *de certa ratione judicandi ex urina* L. IV. Venet. 1578. ORLAND.

EJ. *de occultis in re medica proprietatibus* L. IV. Brixiæ 1597. 4. TR.

I fatti di Milano al contraſto della peſte overo peſtifero contagio dal I. Agoſto fino all ultimo dell a. 1577. particolarmente caduti, coll aggiunta della hiſtoria del Rev. P. BUGATO *Milaneſe* Milan. 1578. 4. *. Minime malus libellus, etſi non eſt medici ſcriptoris. Ut ſubrepſerit contagium, nulla cura magiſtratus coercitum; ut etiam publicæ proceſſiones non ſint interruptæ, principe & ſuaſore Carolo BORROMEO. Victus tamen plebi datus, & demum nobilium fuga facta. Dimiſſis feminis ut amicorum curam gererent, morbus recruduit. Ut denuo accurate imperata cuſtodia domus clauſæ fuerint, & mortis etiam indictus metus. Aquæ fortis aliquot guttulæ, ex aqua fontana potæ, ſudorem feliciter moverunt. Vi abſtracti ex ædibus ægroti, & in noſodochia detruſi. Miniſtri publici paſſim res infectas in ædes deportarunt, ut incolæ ædium infecti perirent. Perierunt 16000. homines, & fere decimus quiſque civis.

ROC le BAILLIF de la RIVIERE Paracelſiſtæ, *le demoſterion* Reims 1578. 4. ORL.

EJ. *reſponſio ad quæſtiones propoſitas a medicis Pariſienſibus* Pariſ. 1579. 16. Pro chemicis & PARACELSO.

EJ. *diſcours des interrogations faites au même pour le Parlement par les D. Regens*

ſur certains points de ſa doctrine Paris 1579. 8. FALC. Auctor MONANTHEVIL.

EJ. *ſommaire defenſe du même* ib. 1579. 8. ID.

EJ. *tr. du remede de la peſte* ib. 1580. 8. B. B. PARACELSICA theoria peſtis, de ejus cauſa & curatione. Voces viri vix ſenſum admittunt.

EJ. *tr. de l'homme & de ſes maladies & remedes & teintures de corail, d'antimoine & magiſtere de perles* Paris 1583. 8. CARR.

EJ. *queſtiones naturelles & univerſes touchant le regime de ſanté* ib. 1628. 8.

La erettione del Magiſtrato della ſanità di Milano Pavie 1578. fol. FALC.

Vieharzney Francfurt 1578. 8. B. Tig.

THOMAS BRASBRIDGE *the poor man's Jewel a treatiſe of the peſtilence and a declaration of the virtues of Carduus benedictus and Angelica* London 1578. 8. 1594. 8. TANNER.

BENEDICTI OLAI *nyttig lakare bok* Stockholm 1578.

Collectio opuſculorum GALENI *cura* LALAMANTII Heduæ 1578. 8. prodiit, *de optima corporis noſtri conſtitutione, de pleniore habitu, de inæquali intemperie, de ptiſana* gr. lat. cum LALAMANTIO *de ptiſana ſui temporis.*

J. RUNG *de præcipuis viſus ſymptomatibus* Baſil. 1578. 4. & in collectione GENATHI 1624. 4. L.

BONAVENT. GRANGIER & SIM. de la CROIX, *E. certius ex pulſu quam ex urina febris indicium* Pariſ. 1578.

J. MARTIN & PETR. ARTHUIS, *E. cancer occultus incurabilis* ib. 1578.

ANDR. du BREUIL & PET. QUINEFFAULT, *E. dyſentericis cathartica* ib. 1578.

ALB. le FEVRE & THOM. SCOURIEN, *E. febris ſoluta die non critico reverti ſolet* ib. 1578.

PET. GIROUST & CL. FAUVELET, *E. cauſus ſeni periculoſior quam juveni* ib. 1578.

§. CCCLXI. ALEXANDER MASSARIA.

Vicentinus, clinicus Venetus, inde Profeſſor Patavinus, GALENI admirator, ut cum eo errare mallet, calidi vir ingenii.

EJ. *ſunt de peſte libri duo* Venet. 1579. 4. *. Vicetiæ ſcripſit, cum nondum peſtis tota deferbuiſſet. Tridenti inceperat a. 1573. Vicetiam inde malum migravit. Noſter venam ſecabat, crura ſcarifabat, ſanguinis libram emittebat. Magiſtratus ægros in noſodochium relegabat; famula MASSARIÆ apud eum periit. Febre pene omnes laboraſſe, pulſum ſe nunquam tetigiſſe. Petechiæ erant, carbunculi & bubones. Peſtis naturam eſſe in putredine. Signa nulla morbi ſibi

nota

nota eſſe. Solos fere plebeios interiiſſe. Neminem laboraſſe, niſi ex contagio. Veſpillones Venetiis ad 4000. periiſſe. Cum duæ villæ cuſtodirentur, malum ultra non progreſſum eſſe. Omnes morbos in peſtem abire, ſi magna putredo acceſſerit. In villa omnes eſſe ſanatos. Bezoar & ſimilia incerta eſſe; hydrargyrum veneno carere. Cum acetoſis cibis ova recentia indulget, paucumque panem.

Ej. *de abuſu medicamentorum veſicantium & theriacæ in febribus peſtilentibus diſc.* Patav. 1591. 4. Tr. Laudabat Hercules Sax. rejiciebat Alexander.

Et *Diſp. ſecunda apologetica ad librum* Herculis Saxoniæ *de phœnigmis* Vicentiæ 1593. 4. L.

Ej. *Diſputationes duæ, altera de ſcopis mittendi ſanguinis generaliter, tum ſpecialiter, in febribus; altera de purgatione in principio morborum* Venet. 1588. 4. *. Vicentiæ 1598. 4. L. Lion 1622. 4. De controverſiis agitur ex antinomiis Hippocraticis natis, quæ certe plurimæ ſunt. Eas noſter conciliare nititur, Galeni autoritate uſus, luxato ſæpe ſenſu, & textu mutato. In priori diſſ. defenditur miſſio ſanguinis, etiam in putridis febribus & in cacochymia, inque cruditate, niſi debilitas obſtiterit: rejectis minutis illis ſanguinis detractionibus, ut hirudinibus, quas totas ſpernit, & ſcarifationibus, præter eam quæ fit in malleolis, quam laudat. Sæpe mittendi ſanguinis noſtro cauſæ ſunt magnitudo morbi præſens, aut ægroti robur, vigor ætatis. Hæmophobos increpat, qui ut ſeculo ſerviant, ſanguinis e vena miſſioni debiles illas evacuationes præferunt, ut hirudines, flavum ſanguinem ſolum trahentes, & cucurbitulas, quæ non detrahunt, niſi de proximo.

In altera diſſ. vult oſtendere, neque in morbi principio, neque in progreſſu, neque in ſtatu, purgationem locum habere, quamdiu cruditas humorum ſupereſt, contra Manardum & adſeclas. Stylum & ingenium laudes.

Ej. *prælectiones de morbis mulierum & fetus, quaſi prodromus edendæ omnium totius corporis humani morborum therapiæ* Lipſ. 1600. 8. L.

Ej. *practica medica, ſ. prælectiones academicæ continentes methodum cognoſcendi & curandi omnes totius corporis humani morbos ad nativam* Hippocratis *ſententiam.* Edidit Joh. Baumann Francof. 1605. 4. *. Porro Tarviſii 1606. fol. Lind. Francof. 1608. 4. L. Venet. 1613. fol. B. Tig. 1617. fol. 1622. f. L. Lion 1616. 1622. 4. adjectis tractatibus quatuor *de peſte, affectibus renum & veſicæ, pulſibus & urinis.* Addit Linden. in editione Veneta 1608. 4. accedere *conſilia de febre catarrhali cum totius meſenterii obſtructione, mæſtitia, vigiliis.*

In editione noſtra Massarias quidem totus in verba jurat veterum, utitur formulis & remediis a noſtro ſeculo alienis; morbos etiam potius ex ſcholæ placitis deſcribit, quam ex clinica adnotatione; denique theoricis næniis obrutam artem docet: aliqua tamen propria ex praxi nata habet. Liber ſextus totus dicatur morbo gallico, quem veneno rabidi canis adfinem facit, vehementiſſime in eo etiam

euphorbio

euphorbio purgat, inunctione nunquam utitur, neque fumigatione, neque ſudore ad empiricorum morem moto. Lignum ſanctum dat, aut ſyrupum ſuum, quem ex ligno ſancto parat. Salſæparillæ tamen decoctum etiam ligno ſancto præfert, propria ad experimenta. Chinæ radici vires ad tollendum morbum gallicum aliquas eſſe negat. Septimus l. eſt de medicamentis purgantibus, quo loco ſibi uſum iridis in formam artis redactum tribuit, helleborum etiam expertus laudat. Ultimus eſt *de modo collegiandi.* Baumannus minime male ſuo officio functus eſt.

Ej. *de urinis & pulſibus* L. II. Venet. 1605. 4. Pl. Francofurti 1608. 4. Trew. Id. *tr. de peſte, de affectibus renum & veſicæ, de pulſibus & urinis, cum conſilio de febre catarrhali* ediderat; tum Lugduni 1616. 4. 1622. 4. cum operibus, & Venetiis, ut videtur, 1618. 4. L. nam obſcuri quid ſubeſt.

Ej. *reſponſorum & conſiliorum diurnalium* l. Venet. 1613. fol. 1618. fol. 1622. fol. Tr.

Ej. *opera medica*, quibus priora omnia continentur Lion 1634. f. L. 1654. f. L. 1669. f. Tr. 1671. f. L.

Elogium Tomasinus habet.

§. CCCLXII. Varii. Ad A. 1579.

Petrus Talpa. Ej. *empiricus & indoctus medicus.* It. *Exilium Empiricorum* Leoward. 1579. 8. L. Franeker 1595. 8. Tr.

J. Perez de Moya *Sylva eutrapelias* Hiſpali 1579. 8. L. Liber eſt ſecretorum.

J. B. Masenii *opiniones de re medica* Napoli 1579. 4. L.

J. Durantius Castellius. Ej. in Duretum & Martinium *medicos Pariſienſes apologeticus primus ad* Josephum Scaligerum. *Maſtigophororum primus ſ.* Martini Philippo Constantio *auctore* Pariſ. 1578. 8. B. B. Duretus in quodam Hippocratis loco interpretando a Scaligero diſſenſerat, Martinius Vertuniano & Vincentio auxilio fuerat. Inſtat in iſtum Durantius, & Duretum ait nimia venæ ſectione ægros occidiſſe. Nihil utile.

Petrus Coudenberg pharmacopola Antwerpienſis, Valerii Cordi *diſpenſatorium pharmacorum omnium cum ſcholiis, correctionibus & auctariis* edidit Lion 1579. 12. Nurnb. 1592. f. 1598. f. L. 1612. f. *. Leid. 1627. 16. Lind. 1651. 16. *. ſed Coudenbergi præfatio eſt anni 1568. Supra 400. errores emendaſſe ipſe ſibi teſtis eſt, potiſſimum in vitioſa lectione Arabum poſitos, inque doſibus, nimis certe aſper & inurbanus; ut Papaver in Philonio *inſulſum* vocet. Obſoleta medicamenta notat, medicamenta ſimplicia quæ ea ſubeunt, ex nuperis fontibus uberius explicat; ſuccedanea paſſim ſuppeditat. Nonnunquam etiam adminiſtrationis leges dat.

Theophilus Kentmannus *de cholera & cholerica paſſione* Baſil. 1579. 4 Riv.

Ej. *animæ medicina* Hall. 1609. 12. niſi theologici eſt argumenti.

Clariſſimorum medicorum opuſcula quatuor L. IV. *de pulſibus ex* Galeno, *de urinarum judicio* L. Vassæi; J. Sylvii *morborum internorum methodus* Brudi *ratione victus in morbis* Colon. 1579. 8. L.

Andreæ Planeri, prof. Tubingenſis *orationes tres, definitio artis medicæ, quæ eſt apud* Platonem, *altera de utilitate libri* Galeni *ars parva* &c. Tubing. 1579. 4. Tr.

Ej. *methodus inveſtigandi locos adfectos* ib. 1579. 4. L.

Ej. *methodus medendi* Baſil. 1583. 8. Tr. lib. II. ib. 1585. 8. L.

Ej. *de ſanitate tuenda* Tubing. 1583. 4. Pl.

Ej. *de obſtructione* 1583. 4. Pl.

Ej. *de morbis materiæ* ib. 1584. 4.

Ej. *de morbis formæ* ibid. eod. anno.

Ej. *de morbis temperamenti* ib. eod. anno.

Ej. *de prophylactica medicinæ parte* ib. 1585. 4. Riv.

Ej. *de γεροκομικη & αναλεπτικη medicinæ partibus* ib. 1585. 4. Riv.

Ej. *de morbis temperamenti* ib. 1586. 4. Riv.

Ej. *de epilepſia* ib. 1586. 4. Riv.

Ej. *de paralyſi* ibid. 1588. 4. He.

Ej. *de cholera* ib. 1588. 4. Pl.

Ej. *de differentiis & cauſis morborum ſimilarium* ib. 1596. 4. He.

Ejus *vita* a Matthæo Hafenreffero ſcripta ib. 1607. 4. Tr.

Ej. *oratio funebris habita a* J. Fabro ib. 1607. 8.

Ber. Burlacchini *raggionamento ſopra la peſte dell a.* 1579. ap. Targioni *viagg.* VII. p. 72.

Justi Moller *faſciculus remediorum ex* Dioscoride & Matthiolo *accommodatorum* Baſil. 1579. 8. L. alii 1578. Riv. 1585. f. L. Leid. 1589. 8. L. 1599. 8. L. 1612. 8. L. 1628. 8. L. Venet. 1602. 8. Falc.

Petri Pauli Peredia Prof. Valentini, *ſcholia in ſingula capita praxeos, ſ. methodi medendi* Mich. Joh. Paschalis, *quæ cum illa praxi excuſa ſunt* Barcellon. 1579. 8. C. de V. L. 1603. 4. L. Lion 1585. 4. Tr. 1600, 8. Tr. 1616. 4. Tr. 1630. 8. Tr. Rast. 1664. 8. cum chymica appendice Car. Sponii. *Acc. quæſtio an cannabis & aqua in qua mollitur poſſint aerem inficere.*

Ej.

Ej. *opera omnia in 4. tomos diviſa cura* Petri Barea *de Aſtorga* Antwerp. 1690. fol. 2. vol.

Ej. *Commentarii in* Galenum *de differentiis morborum, ſymptomatum, febrium, & diſſ. de ſignis & cauſis morborum,* MS. codices erant in Bibl. Lindenii.

Lupi Serrano *de ſenectute aliisque utriuſque ſexus ætatibus* l. 14. Lisbon. 1579. 8. L.

Cosmæ Rossellii *theſaurus artificioſæ memoriæ* Venet. 1597. 4. B. Bun.

Victor Giselinus *de hydrargyri uſu ad* Martinum Everardum Antwp. 1579. 8. *.

Gualther Bruehl alias Brant *Praxis medica theorica & empirica familiariſſima, in qua morborum internorum cognitio & curatio traditur* Antwerp. 1579. fol. Lond. 1599. 8. Houss. Acc. Petri Paschalis *de febribus* Leid. 1647. 8. Farraginem incomtam medicamentorum Astrucius carpit.

J. Bapt. Mazini *opiniones de re medica* Patav. 1589. 8. Tr.

Ej. *mors omnia ſolvit* ib. 1580. 8. Si huc facit.

Cæsaris Rinci opus editum ab Ascanio Centorio *de* Hortensiis *cinque libri degl avertimenti ordini grida ed editti fatti in Milano ne' tempi ſoſpettoſi della peſte negli a.* 1576, 1577. Venet. 1579. 4. Tr. Mediolan. 1632. latine Ambergæ 1583. 8.

Andreæ *de* Zamudio y Alfaro *ordine para la vera preſervacion de los viruelas* Madrit. 1597. 8.

Ej. *orden para la cura y preſervacion de las viruelas y carbunculos* ib. 1599. 8. Seg. Hipp.

Thomas Garzon *Piazza univerſale di tutte le profeſſioni del mondo* Venez 1579. 4. 1589. 4. Tr. 1601. 4. 1605. 4. 1611. 4. &c. 1616. 4. cum additionibus. Germanice Francof. 1626. f. B. B. 1641. 4. Tr. Aliquot capita huc referas, de alchemiſtis, de medicis quos laudat, de arcanorum venditoribus, de rhizotomis, pharmacopolis, memoria artificiali, levia omnia.

Jac. Schaden *kurzer Bericht wie ſich ein jeder in ſterbens Läuften recht præſerviren u. curiren möge* Danzig 1579. 4. Riv.

Cl. Fauvelet & J. Coteau *E. principum partium ſyntimoria* Pariſ. 1579.

Nic. Ellain & Ph. Hardouin *E. venus ſalubris* 1579.

J. le Conte & J. J. Dacier *E. abſque præparatione nullum contagium* Pariſ. 1539.

Cl. Rousselet & Ph. Hardouin *E. pleuritidi utraque evacuantia* Pariſ. 1579.

Steph. Gourmelen & J. Cotreau *E. autumnus tabidis noxius* Pariſ. 1579.

Nic.

Nic. Milliot & Cl. Boyuin *E. ventriculi imbecillitas ſtypticis curanda* Ib. 1579.

Guil. de Baillou & Carn Gerbault *Non E. fluoris muliebris & menſis morboſi idem judicium* Ib. 1579.

Martin Akakia & Pl. Harduin *E. cutaneis adfectibus hidrotica* Ib. 1579.

§. CCCLXIII. Johannes Schenk.

A Græfenberg, Cratonis diſcipulus, profeſſor Friburgenſis in Briſgoja. Circa a. 1580. (Astrucio indicante) *obſervationum collectionem* moliri cepit, quarum ſeptem libri ab a. 1584. ad 1599. prodierunt; T. I. *de capite* Baſil. 1584. 4. Friburg 1599. 8. Huth. T. II. *partes vitales* Friburg 1595. 8. T. III. *partes naturales* Friburg 1595. 8. Tr. T. IV *partes genitales* Friburg T. V.... T. VI. *de febribus* 1697. 8. T. VII. *de venenis* Friburg 1597. 8. Tr. integrum vero opus prodiit cum titulo *παρατηρησεων, ſ. obſervationum medicarum, omnium novarum, admirabilium & monſtroſarum Tomi* VII; *edidit & auxit* J. Georgius *filius* Frf. 1600 f. L. 1609. fol. Tr. Houss. Friburg 1604, ſqq. 8. L. Lion 1643. fol. L. aucta & emendata a Carolo Sponio; denique curante & iterum augente Laurentio Strauss Francof. 1665. fol. *. Magna collectio malorum a capite ad calcem, ſuos ſub titulus relatorum, & caſuum rariorum, & diſſectionum cadaverum morboſorum, undique ex omni ſcriptorum genere, & ex amicorum communicatione & literis collectorum, ut Schenkius & propria ſua ſibique adnotata interſpergeret. Horum multa, ut eo ævo etiam frequentius quam noſtro fiebat, non ſatis firma ſunt, multa tamen utilia & conſervatu digniſſima hic reperias, quorum etiam in ipſa ubertate pretium eſt. Multa ſunt Conradi Gesneri, J. Camerarii, J. & C. Bauhini, J. Jac. Weckeri, Hildesheimii, Gulmanni, Joh. Oethæi, Tidicæi, Martini Holzapfel, Esaiæ Meichsner, J. Funccii, Adolphi Occonis III. J. Hessi, M. Fabri, Tobiæ Cneulin. Laurentii Scholz, Iessenii, Christophori Rumbaum, Georgii Collimithii, H. Saxoniæ, Jac. Horstii, Jac. Moccii, Jac. Seidelii, Jac. Zwingeri, Cosmi Holzach, P. Hessi, J. Knobloch, J. Posthii, F. Vischeri, Z. Doldii, M. Sebiz ſenioris, Petri Sperer, Philippi Mermanni, G. Galner, aliorum. Neque enim hæc, quæ tam multa ſint, plene poſſent recenſeri.

Nicolaus Piso (*de* Pois) Lotharingus. Ejus ſunt *de cognoſcendis & curandis præcipue internis corporis humani adfectibus libri* III. *ex clariſſimorum medicorum tam veterum quam recentiorum monumentis collecti* Francof. 1580. fol. Tr. 1585. 8. *. Leid. 1736. 4. Tr. cum præf. Boerhav. Lipſ. 1766. 8. 2 vol. Spiſſus liber, cujus in fronte infiniti ſcriptores recenſentur, quibus auctor uſus eſt, quorum noviſſimus eſt Gabriel Bruehl. Compendium medicinæ veteris, cum nuperorum nonnullis conſiliis, Pariſinorum ratione medendi, & morbis. Boerhaavius

magni

magni faciebat, quod Piso hiſtorias morborum & præſagia concinno ordine ex Hippocrate & Celso deſcripſerit.

Francisci Campi medici & civis Lucenſis *l. de lue venerea* ad hunc annum Astrucius ponit, quem neque ipſe vidi, neque ipſe Astruc.

Librum vero *de morbis acutis* coram habeo, Luccæ 1586. 8. *. Anno 1580 per Italiam morbus graſſatus eſt, & vulgo audiit *malo di caſtrone*. Catarrhus erat epidemicus cum febre, dolore capitis, tuſſi, ciborum averſatione, alvi obſtructione, etiam, quod non exſpectes, cum dyſuria. Catapotia dabat noſter, cucurbitulas admovebat. Singula etiam ſymptomata conſiderat, iisque ſua opponit remedia, ex vulgatis Galenicæ medicinæ claſſibus. Venæ ſectionem certo necare.

Antonii Porti, Firmani, *de peſte* L. III. *accedit quartus de variolis & morbillis* Venet. 1580. 4. *. Lion 1589. 4. Tr. Mead. Vidit tamen apoſtemata in corde quinque, in hepate alia. De crypta canina aliqua. In robuſtis hominibus venam in peſte ſecari poſſe.

Cyriaci Lucii (de Claf) in Ac. Ingolſt. P. P. O. *ligni cotonei natura, vires & uſus* Ingolſt. 1580. 4. *. conf. B. Bot. I. p. 360. Arboris in patria ſua frequentis efficaciam laudat. Firmiorem reddere corporis compagem, tranſpirationem ciere, hepatis imbecillitati ſubvenire. Infundi in aqua, aut cum ea decoqui: etiam vinum & ſerum lactis ejus viribus imbui. Cyriacum Weber hoc ligno plurimum uſum eſſe. Guaiaco æquiparat.

Ej. *de variis medicorum ſectis nunc in republica vigentibus* Ingolſt. 1583. 4. Boehm.

Ej. *de humoribus & ſuperfluitatibus diſp.* Ingolſtatt. 1588.

§. CCCLXIV.

Varii ad A. 1580.

Ridolfo Silvestri *de ſanitate tuenda ac vita producenda* Rom. 1580. fol. Baſil. 1582. fol.

J. B. Mathæatii *quæſtiones in* Bartholomæum Ovium Venet. 1580. 4. Lind.

Olivier Popard de St. Maximin Hipp. *aphoriſmos latine meliori ordine reddidit &* Galeni *methodum medendi* L. XIV. *in compendium redegit* Rochelle 1581. 12. L.

J. Gonr. Nellii *Ermahnungen an die aufrichtigen Aerzte in Deutſchland* Bremen 1580. 4. Tr.

Nicolai

NICOLAI JOSSII, Venafrani, *opera de voluptate, dolore, riſu, fletu, ſomno, vigiliis, fame, ſiti.* Rom. 1580. Francof. 1583. 8. L.

PAOLO LANCI & PAOLO MASELLI *Pharmacopœa Bergomenſis, rationem comparandi medicamenta uſitatiora complectens* Bergom. 1580. 4. BODL. Italice Breſica 1628.

GEORGII CASPII Hannonii M. D. *ad indoctam & contumelioſam Bonaventuræ GRANGERII ſ. villici admonitionem de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis brevis reſponſio, qua Botalli libellus defenditur* Baſil. 1579. 8. *. Pariſ. 1585. 8. Aſpero ſcripto ad experimenta provocat, & curationes in viris illuſtribus felices. BIRAGUM cancellarium venæ ſectione frequenti ad firmum ſenium perveniſſe. In populari per Belgium dyſenteria neminem periiſſe, cui tempeſtive & abunde miſſus ſit ſanguis, pleroſque periiſſe, in quibus id auxilium neglectum fuerit. Non credere ſe GRANGERIO, qui expertum ſe eſſe ajat, venæ ſectionem arthriticis nocere.

EJ. *caſtigatio* B. GRANGERII *animadverſionis adverſus* C. BOTALLUM Pariſ. 1582. 8.

ALMERII BLONDEL *liber adverſus Botalliſtas* Rheims 1580. 8. ut lego.

... NUCK *Pharmacopœa ſ. medicamentorium pro Rep. Auguſtana* Amſterd. 1508. 8. OSB.

GEORGII SALMUTHI *diſputationes tres Monſpeſſuli in Gallia habitæ* a. 1578. & 1579. in Gallia primum, nunc Lipſiæ excuſæ 1580. 4. TR.

MARCI SYBILLINI *de medicamentis ſtomachicis, quæ ventriculi medentur imbecillitatibus* Baſil. 1580. 4. RIV.

J. PAULI GALUCCI *de uſu tabularum, in quibus diſciplinæ a viris doctis deſcriptæ in parteſque diſtributæ ſunt. Acc. typus trium librorum artis parvæ Galeni excogitatus a* J. B. MONTANO Patav. 1580. fol. TREW.

BALTHASAR BRUNNER hallenſis, peregrinator, ex ſchola Italica, ſed chemicus, ad Academias varias vocatus.

EJ. *Bericht von der jeztregirenden Hauptkrankheit* Leipz. 1580. 4. TR. VATER.

EJ. *Bericht wie man ſich in vorfallenden Sterbenszeiten verhalten ſoll.* Leipz. 1581. 4. TR. 1598. 4. TR.

EJ. *de ſcorbuto tract.* II. 8, in exemplo meo, ut videtur Roſtoch 1589. 8. *. Jenæ 1624. 8. L. non tamen in meo exemplo; Haag 1658. 8 TR. Lipſ. 1622. 8. L. Amſterdam 1720. 8. *. Brevis libellus, boni ordinis. Aeri multum tribuit; animum ſcorbuticos ægrotos frequenter linquere adnotat, ſi aeri ſe reddant: dolores crurum morbum portendere. Naſturtii aquatici ſuccum ex ſero lactis propinat.

EJ. *conſilia medica ex Bibliotheca* J. JAC. STRAISKIRCHNERI acc. vita auctoris, *collecta & reviſa a* LAURENTIO HOFMANN Hall. 1617. 4. L. Lipſ. 1737. 4. TR. Primum Germanorum febrem peticularem habere.

FRANC.

JUAN HUARTE *eſamen de los ingenios* Juliobrig. 1580. 8. & ſæpe alias (*a*), gallice vertente *Gabriele* CHAPUIS Pariſ. 1588. 16. B. B. Etſi fere ad curam ingeniorum, & educationem juventutis ſpectat, habet tamen aliqua huc facientia. Ut ex calore, frigore & aliis corporis conſtitutionibus in anima miræ mutationes oriantur. Maniaci nimium ſapienter & docte differentes, qui hanc prærogativam amiſerunt, cum morbus ſublatus eſſet. Femina in phrenitide præſaga. Theoriam medicinæ partim ad memoriam pertinere, partim ad intellectum, praxin ad imaginationem. Judæorum medicorum fama, ut FRANCISCUS I. ne converſo quidem JUDÆO curari vellet, & verum Iſraëlitam Conſtantinopoli vocaverit. Fuſiſſime ut pueri potius quam puellæ, ut partus pulchri & ingenioſi generentur.

RENATI THIONNEAU *miraculoſa hiſtoria fetus in utero 23 menſibus geſtati* Tours 1580. gallice.

J. LAGUS *de dyſenteria* Baſil. 1580. HEFT.

GEORGII HAMBERGER *de morbo adtonito* Tubing. 1580. 4.

EJ. *de phthiſi* ib. 1585.

EJ. *de ſtomacace & ſcelotyrbe vulgo nuncupato ſcorbuto* Tubing. 1586. 4. PL.

EJ. *de phrenitide* ib. 1588. 4.

EJ. *de vertigine* ib. 1589. 4.

EJ. *de affectu colico* ib. 1595. 4.

EJ. *de melancholia hypochondriaca ſ. flatuoſa* ib. 1595.

THOMAS FABER. EJ. *theſes medicæ de præcipuis aliquot capitibus theoricis & practicis* Baſil. 1580.

PETRI DE LABISTRADE & J. COTREAU *E. catarrho ſiccantia* Pariſ. 1580.

HENR. de MONANTHEUIL & J. DACIER *E. ab hepate inflammato maraſmus* ib. 1580.

ANT. du VAL & PETR. de l'ECLUSE *E. epilepſia ſternutamento ſolvitur* Pariſ. 1580.

J. LIEBAUT & CARN. GERBAULT *E. cordis* παλμω φλεβοτομια ib. 1580.

J. LIEBAUT & CARN. GERBAULT *E. ingenioſi & libidinoſi epilepſiæ obnoxii* ib. 1580.

EVERT ARRAGON & J. BOMIER *E. uteri adfectibus* μιξις ib. 1580.

MAURIC. *de la* CORDE & J. BOMIER *E. virgo menſtruis deficientibus lac in mammis habere poteſt* ib. 1580.

Huc refero GEORGIUM HANDSCH medicum archiducis FERDINANDI, qui ſeculo XVI. vertente floruit, & cujus numeroſi ſuperſunt codices M. S.

(a) *B. Anat.* I. 240.

EJ.

Ej. *experimenta. Compendium medicum. Hiſtoriæ ſuæ praxeos. Diarium medicum ut uſus ſit thermis Carolinis. Hiſtoria gravis morbi archiducis* Leopoldi Recenſuit Lambecius.

Idem Lamb. Martini Schurfii in IX. l. Almanſoris codicem MS. vidit qui eſt anni 1537.

Tum Ulrici Leonori a Caula Pragenſis, medici Ferdinandi Archiducis Praxin MS.

Et Romuli Brassavoli *conſilium pro calculo.*

J. Steinmez *de formatione fetus.*

Evangelista Langi *Aſulani methodum curandi omnes morbos.*

§. CCCLXV. Alii ad 1580.

J. Calbo ſ. Calvo profeſſoris chirurgiæ, in L. I. & II. *Chirurgiæ univerſæ* dedit Tr. 2. I. *de morbo gallico, en el quel ſe enſenna ſu origen, cauſas, y curacion, el modo da hacer el vino ſanto, dar las unciones, i correger ſus accidentes* Sevilla 1580. 4. C. de V. Barcelona 1592. 8. Astr. Madrit. 1616. fol. 1657. 1674. fol. Valencia 1690. fol. hic auctus Andreæ Tamaio *tr. de fracturis & luxationibus.* Morbum novum eſſe, a Columbo in Europam adlatum. Ligno ſancto utitur, ſed non ſufficere fatetur. Palmam dat unguento mercuriali; ſuffumigia rejicit.

André du Breil, *la police l'art & ſcience de la médecine* Paris 1580. 8. Falc.

Diſcours ſur la conſervation de la vue Rouen 1580. 8. Wach. 1620. 8.

Comes Montanus Vicentinus, *de morbis ex* Galeni *ſententia libri* V. Venet. 1580. 4. L. 1591. B. Tig.

Ej. *defenſio librorum ſuorum adverſus* Erastum Venet. 1584. 4. L.

Codex Ej. in Galenum *de conſtitutione artis medicæ* in B. Vindob. Lambec. II. 838.

Apothekerordnung vor das Fürſtenthum Sachſen Jena 1580. 4. Tr.

§. CCCLXVI. Rembertus Dodonæus.

Dodoens, celebris botanicus. *Hiſtoria vitis vinique & ſtirpium nonnullarum aliarum. It. medicinalium obſervationum exempla* Colon. 1580. 8. *. Præter botanica, aliqua hic chirurgica & medica adnotata. Catarrhum ſe curaſſe diverſionibus in remiſſione adhibitis, crurumque frictionibus. Menſium locum lacrymæ ſanguineæ tenuerunt. Angina, quæ mitis videbatur, fere ſubito ſtrangulans: id

id a. 1565. frequens fuit cum pulmonum abſceſſu. Peripneumonia epidemica aliquoties adnotata, eadem exitialis. Phthiſicis ſupervenire dolorem lateris, qui calida poſcit. Calculus cum ſputo exſcreatus. Pulmo ſphacelofus. Ab ulcere ventriculi tabes cum modico dolore. Sic alia viſcera abſque dolore corrupta. Icterus & ſphacelus hepatis. Qui ſanguinem ex liene evomunt, nunquam ſanantur. Ex læſa veſica hydrops urinoſus. Sic fæces alvinæ in abdominis cavum effuſæ. Ileus ſuperatus pilulis iliacis Rhazei. Colon flatu diſtentiſſimum, reliqua inteſtina excrementis. Funeſtus tympanites. Gonorrhoeæ abſceſſum ad interiora, delectis. Ex vino Rhenano ſtranguria. Orthopnoea ſublata erumpente calculo. Sphacelo conſumti artus, ipſiuſque naſi pars & aurium.

Ej. *praxis medica* Amſterdam 1616. 8. *. 1640. 8 cum Sebastiani Egberti *adnotationibus*, & Nicolai Fontani *auctario.* Paulum ſequitur, eum explicat, & ad uſum curandique modum hoc tempore uſitatum accommodat. Notæ editioni meæ adjectæ partim ab editore anonymo proficiſcuntur, partim ex dictatis Dodonæi. Exempla aliqua adnotationum. Morbos percurrit a capite ad calcem, notaſque multas & ampliuſculas ad Pauli textum addit, ex veteribus, etiam verbotenus ſumtas. Aliqua paſſim ſua adſpergit. Scotos negat a febribus intermittentibus liberos eſſe. In febre ardente veteres purgantibus medicamentis abſtinuiſſe, quod iis ſola fortiora nota eſſent. Sudorem anglicum a. 1529. Amſtelodami graſſatum paucos interemiſſe, poſtquam cives dedidicerunt ſudorem ſtragulorum onere exprimere. A carrupti frumenti uſu primum ſcorbutum a. 1555. ſæviiſſe Middelburgi in obſidione ex uſu ſeminis lini morbos natos eſſe. In peſte anni 1602 ſe carbunculos abſque ſenſu profunde ſcarificatos vidiſſe, abſque tumore vel phlegmone. Crocum ad avertendam peſtem nihil proficere, neque ſanguinis miſſionem, neque purgantia. Anno 1608. abortu ejectum fetum, qui in materno utero morbillos paſſus erat. In vomitu emplaſtrum de mica panis utique conferre. Cui una ex hiera pilula bis alvus mota fuerit. Iterum funeſtum fatum ex fætore cadaverum in prælio occiſorum. Venam dextram inciſam ſæpe tantum dextrum latus levare, ſiniſtro nihil prodeſſe. Ex vapore ad auditum gravem auribus excepto graviſſima hemicrania. In lethargico anterior cerebri ſinus corruptus. Hæc fere ex tertia parte libri.

Ejusdem *obſervationum medicinalium exempla rara* Colon. 1581. 8. L. Harderovic. 1584. 4. Gunz. Antwerp. 1585. 8. L. Harderovic. 1621. 8. *. Præfatio anni eſt 1581. Eædem ſunt obſervationes, quæ cum libello *de vite vinoque* prodierunt, ſed auctæ. Catarrhus ſine febre funeſtus. In ſene catarrhus ſpiritu vini ſuperatus. Fortis apoplexia ſolis his præſidiis ſuperata. Catarrhus ſuffocativus lethalis, ut pituita poſt mortem de ore regurgitaverit. Mania per phthiſin funeſta. Reſpirandi difficultas cum abſceſſibus pulmonis. Inflammatio & abſceſſus intra muſculos abdominis. Ad ſcorbutum Siſymbrium, Cochlearia. Beccabunga debilior eſt: ſalſamentis abſtinendum. Diabetes ut ad quadraginta libras in diem

proflu-

profluxerint urinæ albidæ, turbidæ, cum inmani ſiti, diuturnum malum. Mola carnea. Elephantiaſis. Palpitatio cordis, ſpiratio difficilis, vomitus ſanguinis.

Acceſſerunt A. Benivenii *de abditis morborum cauſis* l. *exempla rara*, Valesci de Taranta, & Al. Benedicti, Matthiæ Cornacis Ægidii Hertog, Achillis Gassari *fetuum mortuorum in utero retentorum hiſtoriæ.* In notis ad Benivenium, contenditur, Guilielmum a Saliceto, Gordonium & Valescum de Taranta de lue venerea ſcripſiſſe.

§. CCCLXVII. Marsilius Cagnatus.

Veronenſis. Ejus *Enarrationum l.* Rom. 1581. 8. L.

Ej. *variarum obſervationum ll. duo*, cum *diſp. de ordine ciborum libri quatuor, quorum duo poſteriores nunc primum acceſſere* Rom. 1581. 8. *. Veteres Græcos ſatis diligenter legit; membranas in Capitolio ſervatas Hippocratis & aliorum Græcorum comparavit, ſcriptorum veterum ætates definire ſtuduit, loca emendare, aut viciſſim lectionem receptam temere impugnatam defendere. Non recte ubique, nam favos apum Aristoteles potius ἀραχνοειδεῖς dixerit quam ἀμμώδεις. Theophrastus de ſpontanea planta locutus recte Roſas dixit. Quinque ſulcis ſanguiſugam palato adhærentem paſſim Græcis dictam rejicit, malumque ad varicem refert, cum tamen nuper in Italia hirudinum flagitia confirmata fuerint. Non bene duos Dioscorides botanicos fecit, neque puto Melienſis viri cadaver ab Hippocrate inciſum fuiſſe. Adnotationes aliquas proprias interſpergit. Ovum intra gallinæ corpus vidit induruiſſe. Sanguinem cervi utique fibras habere & cogi. Omnino Romanos aliquos veri nominis medicos fuiſſe. Archiatri nomen & medicum principem & principis medicum ſignificaſſe. Ad hiſtoriam Dioscoridis, Aetii, Scribonii, Sorani *ſpurii.*

In altero parvo libello contendit, debere in cibo ſumendo ordinem aliquem ſervari, eum omnino, quem Galenus præcipit, etſi nonnulli homines eo ordine neglecto ſatis ſalubriter vivant.

Ej. *de ordine in libri ſervando* Rom. 1587. 8. Tr.

Ej. *commentarius in* Hippocratis *aphoriſmum vigeſimum quartum ſectionis ſecundæ* Rom. 1591. 4. L.

Ej. *de ſanitate tuenda* l. II. Primus *de continentia* II. *de arte gymnaſtica* ib. 1591. 4. L. Patav. 1605. 4. Pl.

Ej. *de aëris Romani ſalubritate, de Tiberis inundatione & de epidemia Romana, ſ. de populari ægritudine quæ a.* 1591. *& de altera quæ a.* 1593. *orta eſt* Rom. 1599. 4. *. Negat in aëre Romano aliquid eſſe inſalubre. Ab anno certe 1568. ad 1599. nihil peculiariter inſalubre in hoc aëre fuiſſe, etſi multæ funeſtæ epidemiæ intervenerunt, præter deſtillationes. Novam Romam utique ſalubriorem eſſe vetuſta, quod ruinæ valles repleverint, aeriſque ductus liberior ſit. Nebulas autumnales morbos facere, non tamen valde funeſtos, etiam minus, poſtquam Franciscus de Nursia

Nursia & Alexander Petronius ægros paulo plenius alendo curarunt. Inconſtantiam aëris potius ſalubritatis cauſam eſſe. Tiberim ſæpe ex littoribus exceſſiſſe, nullum morbum epidemicum feciſſe. Senum Romæ abunde eſſe, inter eos Pontifices & Nobiles.

In L. *de Tiberis inundatione*, iterum negat magnas inde calamitates in urbe natas eſſe. Anno 1591. petechias graſſatas; inſanientes multos ſe in puteos demerſiſſe, quos ſanguis de naribus fluens juverit. Hippocratem in Epid. L. I. S. II. morbum deſcripſiſſe Romano ſimillimum. Contagio tamen eum caruiſſe. Sanguinis miſſionem non improbat: ſponte natam diarrhœam plus feciſſe boni, quam alvi ductionem. Anno 1593. ſub ſolſtitium catarrhalem epidemiam Romæ exortam eſſe, quæ etiam in Belgio & in aliis Europæ regionibus percepta ſit; ſimilem fuiſſe morbo 1580, neque valde exitialem aut malignam.

Ej. *opuſcula varia* Rom. 1603. 4. L. *De Tiberis inundatione diſputatio medica. Epidemia Romana. De aëris Romani ſalubritate*, ut priores. *De urbana febres curandi ratione commentarius apologeticus. De morte cauſa partus. De ligno ſancto binæ diſpp. Ex quarto libro obſervationum nomina explicantur. Pharmacopola, Aromatarius, Seplaſiarius, Propola, catholicus, unguentarius.*

§. CCCLXVIII. Varii. Ad 1581.

Felicis Wurzii, non incelebris chirurgi mentionem non poſſum differre, etſi primam editionem ignoro. In ejus *Practica der Wundarzney* Stettin 1649. 8. * & alias excuſa, multa conjunguntur clinici verius argumenti, ut morborum, quorum in curandis vulneribus rationem habere oporteat, ipſius etiam morbi gallici: ad vulnera tamen ab eo malo admiſto corrupta, non debere hydrargyrum adhiberi, noxium futurum, ſed viride æris, vitriolum cæruleum. Decocta vulneraria huc referas. Totus denique libellus de infantum cura fere clinici eſt argumenti.

Guil. Giscaferii *de febrium natura & curatione* libri duo Pariſ. 1581. 8. Uff. Falc.

Nicolai Taurelli Montisbelgardenſis, Profeſſoris Altdorfini, *medicæ prædictionis methodus recta ratio, coram ægris præterita præſentia futura prædicandi, morbos eorum cauſas, mortem, ſanitatem recidivam ex* Hipp. & Galeni *monumentis* Frf. 1581. 4. *. Vaſtiſſimus commentarius in Hippocratis paſſim præſagia in ordinem diſpoſita, vix ulla cum adnotatione propria, niſi forte ubi de morborum ait degenerationibus, & febri vult colicam ſuccedere. Partes corporis etiam humani deſcribit, morborumque ſymptomata ab eorum ſumit degeneratione.

Epiſtolæ aliquæ in *ciſta* Hornungii.

Jacobi Wilhelmi Feuerlin Taurellus *defenſus ſ. diſſ. apologetica pro* N. Taurello *atheiſmi & deiſmi injuſte acuſato* Noriberg. 1734. 4.

Antonius

ANTONIUS FORNESIUS *de peſte curanda* Baſil. 1581. HEIST. 1583. alii.

VINCENTII CARRERII *de medico & ejus officio erga ægros opuſculum* Ravenn. 1581. 4. GUNZ. FALC.

J. de CARMONA *tr. de peſte & febribus cum punctulis vulgo Tavardillo* Sevilla 1581. 8. SEG.

EJ. *an aſtrologia medico ſit neceſſaria. Acc. praxis ſubtiliſſima ad curandam peſtilentiam* Hiſpali 1582. 8. L. 1590. 8. L.

CASPAR BAUHINUS profeſſor Baſileenſis, celebris botanicus, & utilis in anatomicis collector, praxin non penitus intactam reliquit.

EJ. *diſp. de morbo colico* Baſil. 1581. 4. PL.

EJ. *apotherapia jatrica* ib. 1581. 4. HE.

EJ. *diſp. poſſit ne homo aliquot annis abſque cibo vivere* Baſil. 1604. 4.

EJ. *de compoſitione medicamentorum, ſeu medicamentorum componendorum ratio & methodus in publicis Prælectionibus propoſita* Offenbach (L. Francof.) 1610. 8.

EJ. *de lapidis bezoar orientalis & occidentalis convenientia & germanici ortu, natura, differentiis veroque uſu* Baſil. 1613. 8. L. 1629. 8. *. Fuſiſſime collígit, quæ pro viribus medicatis horum lapidum, aut contra eas vires, ſcripta fuerunt.

EJ. *de remediorum formulis Græcis, Arabibus & Latinis uſitatis, exemplis ad pleroſque morbos accommodatis illuſtratis, experientia confirmatis ſecretique loco habitis l. duo* Frf. 1619. 8. BODL.

EJ. *epiſtolæ* in HORNUNGII *ciſta.*

IDEM edidit Baſil. 1587. *Gynæciorum Tomi tres,* in quibus collegit ſcriptores de rebus muliebribus, primo veteres, qui a CASP. WOLFIO collecti fuerant, deinde N. ROCHEUM, J. SYLVIUM, L. BONACIOLUM, J. RUFF, H. MERCURIALEM, J. BAPT. MONTANUM, VICT. TRINCAVELLIUM, ALB. BOTTONUM, cum J. LE BON, *capita* ALBUCASIS, J. ALBOSII lithopædium Senenſe MAURICIUM CORDEUM.

ID. edidit FRANCISCI ROUSSET *hyſterotomotokiam* Baſil. 1588. 8. * cum ALBOSII & S. DE PROVENCHIERES libellis: adjecit aliqua exempla fetus mortui retenti.

J. B. CARDANI HIERONYMI f. *l. de abſtinentia ab uſu ciborum fœtidorum* Baſil. 1581. MANDOS.

JUNIUS PAULUS CRASSUS Patavinus edidit Baſil. 1581. 4. * cum ARETÆO, RUFO, THEOPHILO, PALLADIO & HIPP. *de purgativis medicamentis Quæſtiones medicas & naturales*, quorum magna pars eſt clinici argumenti, ad veterum ſaporem.

EJ.

EJ. *meditationes de theriaca & mithridatio* dictæ ſunt cum M. ODDO.

EJ. *mortis repentinæ examen cum brevi methodo præſagiendi & præcavendi omnes quæ ſubeunt ejus periculum* Mutinæ 1612. 8.

Pluſculos GALENI libellos latine reddidit, *de optima ſecta ad* THRASYBULUM; *de cujuſque animi peculiari cognitione; num diætetica ad medicinam pertineat, an ad gymnaſticam; de medicinis parabilibus ad* SOLONEM; *comm.* in HIPP. VI. *epid.*

LUDOV. de OVIEDO *metodo de la coloracion y repoſition de las medicinas ſimplices y de ſu correccion* Madrit. 1581. 8. 1609. 8. C. de V.

NIC. de NANCEL *diſcours ſur la peſte* Pariſ. 1581. 8. FALC.

PIERRE ANDRÉ *tr. de la peſte & de la cure d'icelle* Lion 1581. 12. FALC.

ALEXANDRE DENIS *Reponſe à la queſtion propoſée par* AVIGNON & MARTEAU, *& decidée par* L. JOUBERT Bordeaux & Paris 1581. Si huc facit.

ESAIE *le* LIEVRE *Epidimiomachie ou combat contre la peſte* Paris 1581. 8. FALC.

ANTOINE HOTMAN *de la diſſolution du mariage pour l'impuiſſance & froideur de l'homme & de la femme* Paris 1581. 8. 1610. 8. *. Docti viri non ſpernendum opus. Turpiſſimum congreſſum rejicit.

EJ. *ſecond tr. de la diſſolution du mariage pour l'impuiſſance de l'homme ou de la femme* Paris 1610. 8. *. Signa impotentiæ utriuſque ſexus.

ETIENNE YDELEY *de la peſte* Lion 1581. 12. RAST.

LORENZO CONDIO della Ripa Tranſona *medicina filoſofica contro la peſte* Lion 1581. 16. B. B. Declamatio non valde medica. Conatur homines conſolari, ne nimium a peſtilentia terreantur; quod mors ipſa non ſit reformidanda. Fugere quidem peſtem & quam longiſſime, prudentis eſſe viri, neque tamen parentes & conſanguineos deſerendos. Temperantiam laudat, cautelas ſpernit. Ante hos 54. annos medicos in magna civitate nimiis uſos cautelis homines ſeclusiſſe, ita multo plures periiſſe, terrorem enim mali ferociam augere.

ADOLARII ROTHE *die Leibapothek, d. i. Bericht, wie ſich ein Menſch ordentlich u. mäſſig halten ſolle in eſſen, trinken, ſchlafen u. dergl., vom aderlaſſen, von des Menſchen complexion u. ſeiner natur* Heidelberg 1581. 8. RIV. *in Reimen.*

J. BELLOPORTI *in* GALENI *de urinæ ſignificatione libros* Pariſ. 1581. 8. L.

E. ANHART v. GRATZ *conſilium podagricum* Ingolſtatt 1581. 8.

SEBAST. LIBORII *Büchlein für die Kranken* Görliz 1581. 8.

LUDOVICI GRÆVII *Regiment und kurzer Bericht wie man ſich in Sterbensläuften zur Præſervation u. Curation der Peſtkrankheit zu verhalten habe* Heidelberg 1581. 8. RIV.

EJ.

Ej. *de peſte* Heidelb. 1583. 4. Pl.

Ej. *theſes medicæ continentes explicationem & curationem febris peſtilentis epidemicæ paſſim per Germaniam vulgo ſudamina, pleuritides, ardoris linguæ aut doloris capitis graſſatio* Heidelberg 1593. 4.

Marx Rumpolt *neues Kochbuch* Francf. 1581. f. 1586. f. Draud. 1587. fol. Tr. 1676. f. Tr.

Christ. Kobler *Beſchreibung der Weinherrn und Bierbrauer Practic* Regenſpurg 1581. 4. B. Thom.

Georg. *an und vom* Wald *auf* Durrnhof J. & M. D. phyſici Donawerthenſis, *Bericht wie die new von ihm erfunden Terra Sigillata u. Univerſalarzney wider die Peſtilenz u. deren Zufalle, auch allerley eingenommen Gift, Stich der giftigen Thiere, viertägig u. alltägig Fieber, Gelbſucht, Grün u. Sand, Contractur, Leber, Verhaltung des Waſſers u. der Weiber Blumen, Franzoſen, des Leibes Verſtopfung, hinfallenden Sucht &c. zugebrauchen* 1581. 4. *. &

Ej. *zum andern mahl Gedanken u. Bericht* &c. Urſeln 1594. 4. *. In priori libello, terram ſuam ſigillatam tamquam medicinam univerſalem prædicat, in altero contra obtrectatores tuetur, & teſtimonia felicium curationum addit.

Ej. *Vortrab auf* Andr. Libavii *Spott u. Schmachkarten, daß die Panacea Anwaldiana eine Univerſalmedicin ſey* Hanau 1595. 4. Riv.

Ej. *gloſſarium in epiſtolam Libavianam* Roſchach 1596. 4. cum nonnullis panaceæ ſuæ encomiis.

Ej. *gemehrter Bericht von der Terra Sigillata Anwaldina wie u. was Geſtalt ſie wider die Peſtilenz, zauberiſche u. andre empfangene Giften, Fieber, Schlag, fallende Sucht, Freyß, Schwindel, Waſſerſucht, Gelbſucht, Grimmen, Grieß, Ruhren, Contractur, Podagram, Auſſaz, Franzoſen, Rothlauf u viel andre Krankheiten mehr ohne alle Gefahr zu gebrauchen ſey* Stutgart 1601. 4. Riv.

J. Faber & J. Bonard *E. omnis ſenſus voluptatis & doloris particeps* Pariſ. 1581. 4.

Marci Myron & J. Du Four *E. a diuturnis curato hæmorrhoidibus una relinquenda* ib. 1581.

Simon Seguin & Georg. Cornuty *E. redundantium humorum propria διαγνωσις* ib. 1581. 4.

J. l'Estell' & Henr. Viscot *Non E. confirmata elephantiaſis curationem recipit* ib. 1581.

J. Cotreau & J. le Moine, *Non E. in quovis morbo venæ ſectioni locus* ib. 1581.

Mich. Marescot & J. le Moine ſ. Lamonius *Non E. ad bene medendum in noſtratibus medicamentis ſatis præſidii* ib. 1581.

§. CCCLXIX.

§. CCCLXIX. Albertinus Bottonus. Alii.

Patavinus Profeſſor, clinicus, qui magnas divitias conſecutus eſt. Ej. *l. de vita conſervanda* Patav. 1582. 4. L.

Ej. *de morbis muliebribus* L. I. Patav. 1585. 4. *. 1588. 4. tum *in collectione* Bauhini & Spachii. Menſium ſuppreſſio, abundantia, gonorrhœa, præfocatio matricis, quam ſemini tribuit &c. Auxiliorum inmenſa farrago. Menſes occulta qualitate peccare.

Ej. *methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur propoſita ab* Alb. Bottono & Æmilio Campolongo, *opera* Lazari Susenbeti *editæ* Francof. 1595. 8. L.

Ej. *de modo diſcurrendi circa morbos eosdemque curandi tractatus* ib. 1607. 12. in Schenkii pandectis L.

Ej. *conſilia* in collectione Josephi Lautenbachii ib. 1605. f. L.

Epiſtola in collectione Scholziana.

Elogium Tomasinus dedit.

J. Albosius medicus Senonenſis. *Is portentoſum lithopædium, ſ. embryum petrefactum urbis Senonenſis* edidit Senonibus 1582. 8. Tr. recuſum cum F. Rousseti *hyſterotomotokia* Baſil. 1588. 8. *. Amſterdam 1622. 12. Cat. tum in Bauhini & Spachii *muliebribus*.

Acceſſit Simonis Provancherii *de eadem re opinio:* Fuſius de his dixi in B. *Anat.* I. p. 252. 253.

Eſt etiam S. de Provanchere *épitre à* M. Arnoulf *feſant mention d'un enfant conſervé en la matrice par l'eſpace de* 28 *ans* Lion 1582. Verd.

Ej. *diſcours ſur l'inappétence d'un enfant de Vauprofonde qui n'a bu ni mangé depuis dix neuf mois* Sens 1612. 8. Falc.

Et Ejusd. *hiſtoire de l'inappétence d'un enfant de Vauprofonde près Sens, de ſon deſiſtement de boire & de manger pendant quatre ans onze mois, & de ſa mort* ib. 1616. 8. Bur. 1615. 8. le Tellier.

Ej. *tumulus a variis poëtis* ornatus a J. B. Arnolpho *collectus* Senonibus 1617. 4.

J. Fienus Antwerpienſis. Ejus eſt *de flatibus corpus humanum moleſtantibus comm., in quo flatuum natura, cauſæ & ſymptomata deſcribuntur, eorumque remedia indicantur* Antwerp. 1582. 8. Tr. In typographia S. Andreana 1589. 8. *. Francof. 1592. 8. Lind. Amſterdam 1643. 12. Hamburg 1644. 12. L. Germanice Schneeberg 1759. 8. Trew. Theoria & ratiocinatio ad ve-

terum ſaporem, ut etiam alii morbi ad flatus reducantur, longe ab iis diverſi: tum formulæ.

Petrum Monavium Breslavienſem, medicum Rodolphi II. ex Italica ſchola profectum, hinc a Paracelsi ſchola alienum, hic recenſet J. Astrucius, cujus multæ medici argumenti epiſtolæ ſunt inter Cratonianas a Scholzio editas T. II. Turpethi uſum adverſus veneream luem alicubi laudat, tamquam rem novam. Scripſiſſe de l. ſaſſafras Astruc.

Hieronymus Rubeus. Ej. *de deſtillatione l.* Ravennæ 1582. 8. *. Chemicus libellus, ut tamen ſua remedia cuique morbo adſignentur.

Ej. *in* C. Celsum *adnotationes* Venet. 1614. 4. Sunt potius anatomicæ.

Hieronymus Reusner Lembergenſis, Chemicus. Edidit *urinarum probationes* Jodoci Willichii *cum ſcholiis, in quibus principia ſolidæ uroſcopiæ ad ſolidæ philoſophiæ fontes revocantur, multi medicorum errores deteguntur* Baſil. 1582. 8. B. B. Utrecht 1670. 8. *. Fuſæ ratiocinationes ex veteribus, interque ea conſilia clinica.

Ej. *diexodicarum exercitationum l. de ſcorbuto* Francof. 1600 8. Fuſum opus. Hæmorrhagiam narium frequenter accedere, in feminis album fluorem. Farrago medicamentorum.

Ejusd. *curationes & obſervationes medicæ. In Sylloge* G. H. Welschii Aug. Vind. 1668 4. Breves morborum hiſtoriæ.

Ej. *experimenta & obſervationes in* Welschiana *curationum & obſervationum chiliadibus* Ulm. 1676. 4. *. Lues Hungarica; ad eam ſpiritus vini cum croco, olea calida. In eodem malo, alterius nunc tituli, pulveris Pannonici ſumma efficacia. Angina contagioſa. Ad epilepſiam calida & aromatica. Phthiſicus deſperatus curatus electario de tuſſilagine. Sic ad morbos unice nominatos medicamenta recenſet, quæ ipſo uſu a non nemine efficacia reperta ſint. Obſervationes ducentæ.

Guil. Stukii *antiquitates convivales* Tiguri 1582. f. 1597. fol. * editas huc referas, ob cibos & de iis ex veteribus collectionem, tum ad balnea.

Claude Dariot Paracelſiſta *de præparatione medicamentorum* Lion 1582. 8.

§. CCCLXX. Varii ad A. 1582.

Æmilii Dusi *de tuenda valetudine* l. T. 1582. 8.

J. B. Goynæi *enchiridion ad quotidianam medendi exercitationem* Venet. 1582. 8.

Id. *quod Philoſophi & Medici dogmatici Juriſconſultos dignitate præcedant.*

Ludovicus Lemos Luſitanus *in libros duodecim methodi medendi* Galeni *commentaria* Salamant. 1582. fol. L.

Ej.

Ej. *de optima prædicendi ratione libri* VI. Item *Judicii operum* M. Hippocratis l. I. ib. 1588. fol. L. Venet. 1592. 8. L.

Georgii a Saa *concluſiones medicæ* Coimbra 1582. 12. L.

Petri Victorii, viri eruditi, *variarum lectionum l.* XXXVIII. Florent. 1582. f. ſi huc faciunt.

Ej. *Leibes und Seelen Arzney für die Peſt* Magdeb. 1586. 8. Tr.

Edidit etiam *Explicationes & caſtigationes in ruſticos* Lion 1542. 8. &c. Tr.

J. B. Pellegrini *adverſus medicinæ & philoſophiæ calumniatores apologia* Bonon. 1582. 4. Tr.

M. Mich. Uranii *de morbo peſtilente comm.* Schmalkalden 1582. 8. Idem puto l. quem Michaeli Veneto Lindenius tribuit.

Bateman *upon Bartholomé de proprietatibus rerum* Lond. 1582. f. Tr.

Pauli Flatacher *vitia aliquorum medicorum de urinis, phlebotomia, pulſu ac complexionibus* Ratisbon. 1582. 8. L.

J. Sporisch *Idea medici, cum tr. de ſymptomatibus crudelibus, quæ ſcarifationi & cucurbitularum uſui Brunnæ incolis ſupervenerunt, & de febre epidemica anni* 1580 Frf. 1582. 8. Falc. Pl.

Ej. *epitome medicinæ practicæ* Witteberg. 1582. 8. Tr.

Ej. *tr. duo de ratione inveniendi compoſita medicamenta morborum internorum & externorum in humano corpore curationibus neceſſaria; & II. de modo curandi in ægris hominum corporibus morbos per bonam diætam* Jena 1607. 8. Tr.

Ej. *libri VI. de ratione curandi in ægris hominum corporibus morboſque horum per diætam* Lipſ. 1607. 8. Idem cum priori.

Phil. Schopf *Bericht von dem Auſſaz* Strasb. 1582. 8. Tr.

Ej. *de peſte ein kurzes Tractätl. u. Unterricht wie man ſich von ſolcher erblichen Sucht wider helfen ſoll* Heidelb. 1583. 8. Tr.

J. Ewich *de officio magiſtratus tempore peſtilentiæ* Spir. 1582. Brem. 1656. 8. Tr.

Ej. *Peſtilenz-Ordnung deutſch durch* Just. Mollerum Mülhauſen 1584. 8. Tr.

Ej. *die Peſtilenz, ob ſie ein anfällige Seuche ſey, und wie fern ein Chriſtenmenſch weichen möge, zwo Fragen* Baſil. 1582. 8. Schulz.

Idem Hipp. *de natura humana novo Gymnaſio Bremenſi propoſuit, addidit epitomen vitæ* Hippocratis Brem. 1584. 4. L.

David Herlitz Zizenſis, *Bedenken von der Peſt* Anclam 1582. 4. Frf. 1621. 4.

Ejus *de cura gravidarum puerperarum oder gründlicher Unterricht von den ſchwangern Frauen Kindelbetterinnen, was ihnen vor u. nach der Geburt zu wiſſen vonnöthen ſey, dadurch ſie für allerley Krankheiten verwahret werden können. It. von*

 etlichen

[illegible]

etlichen beſchwerlichen Gebrechen junger Kinder Leipz. 1597. 8. Tr. Alt Stettin 1610. 4. Tr. 1612. 4. Tr. 1618. 4. Tr. Magdeb. 1613. 4. Huth. Latine *de cura providarum puerperarum & in partu* Anclam 1584. 8. 1623. 4. Stettin 1628. 8.

Ej. *Peſtilenzordnung für die Statt Stargard* Stettin 1599. 4. Oelr. Stargard alii.

Ej. *de variolis vel papulis Erinnerung von der jezt graſſirender Bocken u. Blattern* Lubec 1609. 4. Tr.

Ej. *Apothekertaxe der Statt Stargard* Stettin 1620. 4. Oelr.

Ej. *conſilium politico phyſicum was eine Statt in welcher vergangenen Herbſt die Peſt angefangen, künftigen Frühling auf den Straſſen u. in den Hauſern fürnehmen ſoll* Francf. Viadr. 1621. 4. Gunz. L.

An idem *getreuer Rath wider die Peſt* Francf. 1621. 4. H.

Vita in Witteni collectione.

Thomas Kellerthaler *de hæmorroidibus* Baſil. 1582. 4. *.

Matthias Ungarus Ej. *theſes de pleuritide* Baſil. 1582. 4. *.

Timothei Moder *de apoplexia* Baſil. 1582. 4. *.

J. Thomæ Freigii *de medicina libellus* Baſil. 1582. 8. In *quæſtionibus phyſicis*, multæ etiam anthropologicæ ſunt.

Franc. Kest & Heuppel *de lethargo* Heidelberg 1582. 4. *.

Michaelis Henig *oratio de ſudore cruento* Witteb. 1582. 8. Falc.

Eusebii Schenk *diſp. de apoplexia* Jen. 1582. *.

Petri Meyssonerii *de apoplexia* Baſil. 1582. 4. *.

Ph. Laudenot & Jac. Heraut *E. quod immodicum noxium* Pariſ. 1582.

Nic. *le* Gros & Steph. du Four *E. a peripneumonicis empyematis ſeniores ab aliis juniores potius intereunt* Pariſ. 1582.

Lud. Thibault & J. Marquis *E. ut corporum diatheſis, ita peſtis invadit* Pariſ. 1582.

Lud. Cochin & J. Marquis *E. pulſus vitæ & mortis index* Pariſ. 1582.

§. CCCLXXI. Varii.

And. *le* Fournier *la décoration d'humaine nature*, ſi huc facit. Lion 1582. 12. Falc.

Urbain Hemard *recherches ſur la vraye anatomie des dents & propriétés d'icelles avec les maladies qui leur arrivent* Lion 1582. 8.

Apotheken Reformation u. Ordnung wie es mit mit den ordinariis phyſicis ihres Verdienſtes halber in der Stadt Worms gehalten werden ſoll Francf. 1582. 8. Tr.

Ein Rathſchlag für die Peſtilenz Baſil. 1582. 8. Tr.

Bericht von Urſachen, Zeichen u. Cur der Peſtilenz Strasburg 1583. 8. Tr.

J. Hester chirurgi Londinenſis Paracelſiſtæ, *compendium ſecretorum rationalium* Lond. 1582. 8. Tanner.

Ej. *pearle of practice, or pearle for phyſik and chirurgerie* Lond. 1592. 8. Tanner.

Catalogus

Catalogus aller ſimplicien u. compoſitorum ſo zu Frankfurt durch die Materialiſten, Wurzelträger, Kräutler u. Apotheker verkauft werden Francf. 1582. 4. Draud.

§. CCCLXXII. Petrus Forestus.

Alcmarianus, ex nobili & medica familia natus, ex ſchola Italica, Helidæi Padoani diſcipulus, medicus Delphenſis, magnus clinicus, vaſtum *curationum & adnotationum propriarum* opus reliquit. Non poſſum diſſimulare, Boerhaavio felicitatem viri & in prognoſtico & in curatione, pene ſuſpectam fuiſſe. Fidem tamen hiſtoriis ſuis facit, citatis ubique nominibus & ægrorum & medicorum, qui ſecum una in curatione laboraſſent.

Primus ejus liber fuit *de incerto & fallaci urinarum judicio, quo uromantes ad perniciem multorum ægrotantium utuntur, & qualia ſint obſervanda ei, qui recte de urinis ſit judicaturus* Leid. 1589. 8. *. 1593. 8. Tr. dedicatio eſt anni 1588. Germanice *von den vielfaltigen Urtheilen aus dem Urin* &c. Nürnberg 1661. 8. Rr. Variæ cautelæ. Urinam non eſſe commovendam dum inſpicitur: matulam debere eſſe quam pelluc idiſſimam, inferne hæmiſphæricam (in qua ſedimenta minus limpide adparent). Neque lotium de vaſe in aliud vas transfundi debere. Nec bene in ædibus ſuis medicos urinas inſpicere. Iudicia ex lotio pleriſque in morbis incerta eſſe, ut in febribus lentis, certiuſque a pulſu in hydropicis judicium repeti. Eſſe cuique parti corporis ſuum canalem, per quem ſe liberet: ita in pectoris morbis ex ſputo, quam ex urinis, rectius judicium ferri. A cibo & potu lotium valde mutari, cum a corporis exercitatione, aliisque cauſis, ab anni æſtate, ut urina hieme pallidior ſit & uberior. Ut ipſe, cum ex lotio inſpecto alieniſſime jamjam eſſet reſponſurus, ægro conſpecto & pulſu tacto, legitimam prognoſin effatus ſit. Medicaſtrorum fraudes & errores, & abſurda ex urina præſagia. De ſexu ex lotio non conſtare, neque bene de imprægnatione præſagiri. Ex urinæ rubræ & craſſæ judicio, exhauſto neque viſo homini, venam lethali eventu ſectam fuiſſe, & omnino medicum debere ægrum præſentem conſpicere. Qui dogmatici audire velint, ægros tamen curent ut empiricos. Veri indicationum fontes. Alia quædam interſperſa. Paracenteſin medicos illuſtraſſe. Qui chirurgus pertentando cathetere urethram ruperit.

Ej. *obſervationum & curationum medicinalium* magnum opus, quo numeroſiſſimi caſus recenſentur, qui Ill. viro curanti obtigerunt, atque comparatione cum aliorum medicorum propriiſque adnotationibus ſuiſque ætiologiis illuſtrantur.

De febribus ephemeris & continuis ll. duo Leid. 1591. 3. L. 1595. 8. *, & prius ut puto, nam dedicatio eſt anni 1584. Febres omnis generis. Poſt venam linguæ ſectam tamen angina pene funeſta, quæ apoſtemate ſponte rupto levata fuerit. In acutis morbis noſter venam ſecabat, alvum leniter ducere ſolebat, & ſubinde dare, quæ alvum liberam ſervant. Frigida alias feliciter pota, alias funeſte, ut in Val Cordo. Morbilli valde periculoſi. Felix in ſynocho putri ſanguinis per nares, per uterum jactura. Senes febre acuta correptos fere perire.

In

In cauſo urina parca & nigra funeſta. Sic vox clangoſa. Ardens febris ſeptimo die ſudore ſoluta. Tertiana continua funeſta. In gravida femina, tertiana continua curata vena ſecta & ſolitis præſidiis. Quartanæ continuæ aliquot exempla. Febris lipyriæ & typhodis exempla, in iſta hepatis eryſipelas. Aſſodes cum diaria colliquativa; elodes, omnes ad ægroti lectum deſcriptæ.

Ej. *libri tres de febribus intermittentibus, hecticis & compoſitis* Leid. 1586. 8. 1589. 8. Trew. 1591. 8. *, qui ſunt *obſervationum* libri III, IV & V. Prius editi videntur, nam dedicatio eſt anni 1585. Tertianæ febres ſponte ſolutæ poſt tres, quinque, ſeptem & novem paroxyſmos, etiam in icterum terminatæ. Curationem noſter in tertiana fere eamdem adhibet, qua in continuis acutis utitur. Nothæ tertianæ ex bile, ut putat, & pituita compoſitæ, aut cum melancholia. Febris intermittens ſyncopalis. Ex quotidiana tabes, hydrops; ſic & alias nimis certus febres ex hac illa ve pituita vult naſci. Quartanam calidis curat. In hectica oleracea dat refrigerantia atque humectantia. Compoſitas vocat tertianas duplices, quæ etiam epidemice graſſatæ ſint. Febris biloſa ſubintrans, etiam in Principe Arauſiaco graviſſima, ab auctore tamen ſuperata. De febre duplici quotidiana. Quartana triplex aliive typi rariores. Hemitritæa febris graviſſima, etiam cum hectica complicata. Hemitritæa quam mediam vocat, & quam minorem.

L. VI. *de febribus publice graſſantibus.* L. VII. *de ſymptomatibus febrium* Leid. 1588. 8. Tr. 1591. 3. *. Dedicatio eſt anni 1587. Primo febris epidemica catarrhalis maligna ſuffocans anni 1557. Deinde fere ſimilis morbus epidemicus anni 1580. Noſter venam ſecabat, mollientia dabat & humectantia. Febris maligna peſtilens verminoſa anni 1553. Curationem malo opponebat fere eamdem. Febris maligna anni 1545. dicta le *trouſſe-galant*, quod juniores potiſſimum & robuſtos homines occideret. Febris ſoporoſa & phrenitica, verminoſa, exanthematica. Venam noſter copioſe ſecabat, alvum laxabat, dabat decocta, quibus plus tribuit, quam aquis deſtillatis & ſirupis. Sudor anglicus anni 1529. Peſtis Delfenſis anni 1557, quæ maximam ſtragem edidit, ut in urbe non maxima uno die ad centum homines abripuerit. Carbunculi plurimi erumpebant, Bubones mitiores. Carbunculus in oculo certam cæcitatem inferebat. Bubones, qui duri manerent, funeſti erant. Deliria, ſopores inſuperabiles. Periiſſe fere, quibus ſanguis de naribus erumpebat. Noſter in primis mali initiis venam ſecabat, non poſt 12 horam, cum ea ex miſſione ſanguinis certam mortem impendere perſuaderetur. Inde alexipharmaca dabat, etiam bolum: vinum album, tenue, concedebat. Quarta fere die leniter alvum ducebat, deinde ſubacida dabat, juncta ſudoriferis. Buboni cepas toſtas imponebat & acria. Anthracis feliciter ſponte delapſi exemplum. Alia peſtilentia ex Harlemenſi obſidione nata, pariter bubonacea. Febris hectica peſtilens. Febris petechialis, etiam anni 1573 Funeſtæ erant maculæ quæ paucæ, nigræ, quas vocabant *Pepperkorn*: ſic maculæ plurimæ, ut tamen aliqui cum iis maculis evaderent. In aliis maculæ pulicares rubræ, malignæ, & puſtulæ albæ in margine rubræ (nonne miliares). Variolæ: in iis vinum rubrum funeſto

eventu

eventu propinabatur. Bis in eodem puero variolæ. Variolæ epidemicæ. Nimium tamen aeris & ſtragulorum calorem noſter vitabat; etiam cum febre continua complicatæ. In morbillis narium hæmorrhagiam noſter ſetis inmiſſis adjuvit. Tumor durus a variolis ſuperſtes. Purpura rubra in puerpera. Symptomata febrium. Frequentes ſyncopæ. Capitis acrem dolorem ſcarifatione ſuperavit. Sudor ſymptomaticus, qui vires reſolvebat. Hæmorrhagia pluſquam quatuor horarum, quam noſter forte non bene adſtringentibus ſupreſſit. Ex febre maligna gangræna ſcroti.

Libri tres de capitis & ventris morbis & ſymptomatis, totius operis octavus, nonus & decimus. Leid. 1590. 8. *. 1602. 8. *. Ex deauratione capillorum delapſus, tramor, & alia mala. In tinea guaiaci decoctum valere; unguentum tamen etiam ex hydrargyro & ſulfure admovet. Hydrocephalus externus illito oleo cum ſulfure ſanatus. Ab hydrocephalo epilepſia. Dolôr capitis varius, etiam oppoſitis ex cauſis, in quibus noſter ſibi ſcholaſticas hypotheſes permittit. Gravem cephalæam ſe compreſſiſſe verbenæ radice collo adpenſa. Criticus abſceſſus auris. Phrenitis etiam in puerpera, curata ſyrupis ſoporiferis. Lethargus, inde hemiplegia in puero, & mors. Melancholia: etiam ſola evacuatione & lenibus humectantibus ſuperata. Mania purpatione alvi curata. Alius maniacus prudentia Foresti ſanatus. Nymphomania. Catarrhus ex nimio aeris frigore in militibus ſubortus. Vertigo, Incubus, Epilepſia. Rutæ confricatæ odore paroxyſmum diſſipari. Epilepſia cum uteri ſtrangulatione facile ſublata. Exempla ubi malum ex pede ortum eſt. Apoplexia. Paralyſis varia, linguæ ſolius, oculorum, veſicæ, penis. Convulſio funeſta ex cholera orta, a fungis. Catarrhus.

Libri quinque de morbis oculorum, aurium, naſi, labiorum, gingivarum, dentium, oris, linguæ. De faucium gutturiſque & gulæ adfectibus, & aſperæ arteriæ. Totius operis L. XI, XII, XIII, XIV, XV. Leid. 1591. 8. Tr. 1602. 8. *. Ophthalmia varia. Lacrumæ ſanguineæ in vetula diuturnæ, refrigerantibus repreſſæ & adſtringentibus. Oculi eminentes & humore pleni vino euphraſiato ſanati. Presbyopia pro morbo curata: myopiæ vitra concava obponit, neſcio an non medicorum primus. Viſus duplex duobus oculis utenti, ſimplex ſi unico. Otalgia cepa impoſita ſuperata. Surditas ſæpius ſanata, etiam moſcho extus adhibito. Ozæna. Polypus. Hæmorrhagia narium maxima, ex vinoſitate; ſex librarum ſanguinis jactura, & duodenarum. Dentium mala & gingivarum. Linguæ mala & enormis magnitudo. Uvulæ mala, etiam gangræna. Angina, etiam in muſculis internis laryngis. Angina varia & anno 1517. intra 16 & 20 horas ſuffocans. Ex angina purulentia pulmonis. Aqua ſuffocati, excitati ſudore moto. Crines per vomitum rejecti.

L. duo, nempe decimus ſextus *de pectoris pulmoniſque vitiis ac morbis.* XVII. *de cordis ac quibuſdam mammillarum adfectibus* Leid. 1602. 8. *. Dedicatio eſt anni 1593. Tuſſis, aſthma, hæmoptyſis, ex ea ſputum purulentum ſanatum. Vomitus cruentus. Pleuritis in puerpera feliciter methodo antiphlogiſtica

curata

curata, tum in ſene, & in femina poſt neglectam venæ ſectionem, & in prægnante femina. Peripneumonia ex pleuritide & tabes. Peripneumonia epidemica anni 1557. Pleuritis ſpuria muſculorum intercoſtalium. Iterum, quod frequens eſt in FORESTO, peripneumonia diverſa ex ſanguine, ex bile, ex pituita. Empyema: ex catarrho funeſtum. Totus pulmo pure ebrius. Phthiſis, ſæpe funeſta, aliquando benignior. In ulcere pulmonis ex uſu hydrargyri ſubita mors. Improbabili remedio ex ovis parato phthiſis ſublata. Cordis palpitatio ſæpius curata. Syncope varia, ex nimia hæmorrhagia, etiam ex uberiori ſudore. Auripigmento ſumto, ſervata quæ præfocabatur, lacte calido. Puellus oſſibus mollibus natus, adſtringente pulvillo impoſito confirmatus. Mammæ ſcirrhus mollienti pulticula emollitus.

Liber XVIII. *de ventriculi adfectibus* Leid. 1594. 8. TR. 1606. 8. *. Dedicatio eſt anni 1594. Inflammatio oris ventriculi acidis & adſtringentibus cum venæ ſectione ſuperata. Bulimus hiera curatus: exemplum orti a tolerato acri frigore. Anorexia. Singultus. Magna mala ex lactis flore in ventriculo coacto, cum ægra vomere non poſſet. Vomitus ex variis cauſis, etiam atræ bilis cum vermibus & ſcarabæis, ipſi FORESTO viſis (abſenti tamen dum rejiciebantur). Stomachi dolor vomitu (per purgans medicamentum) excitato ſanatus. Venenum ſumtum noſter ex viridi urina adgnovit; vomitorio & pinguibus propinatis ægrum ſervavit. Inflammatio ventriculi ſanata, & ulcus. Inflatio ventriculi maxima, ſublata. Cholera, etiam ex helleboro albo ſumto, molli juſculo curata: alii graves caſus. Cœliacus morbus.

L. XIX. *de hepatis malis ac adfectibus.* L. XX. *de lienis morbis & de ſcorbuto novo morbo* Leid. 1595. 8. TR. 1611. 8. *. Hepatis vitia varia, frigus, æſtus, ad veterum ſaporem. Hepatis inflammatio, in qua noſter ſanguinem mittit, alvum ducit: diſcuſſa ea cum viſcus tumeret, & ſuppurationis metus eſſet: alias ex ulcere mors, ut in cadavere adparuit. In ſcirrho JACCHINUM aquæ ſalſæ uſum laudaſſe. Icterus cum inflammatione, cum ileo. Ex ictero colicus dolor. Hydrops: aliquoties alvum ducentibus medicamentis ſublatus, etiam elaterio, mezereo. Umbilicus in hydrope cum bonis ægri rebus ruptus. Tympanites cum convulſione muſculorum ſanatus. Lienis tumores ſanati, etiam ſolo capparum eſu. Lienis inflammatio. In ſcirrho filicis & cuſcutæ radix (quæ fuerit radix cuſcutæ?) Scirrhus induratus ex quartana febre. Scorbutus. Novum morbum eſſe, & lienis: ad eum ſyrupus ſcelotyrbicus FORESTI. Ex febribus intermittentibus frequentem oriri. Mors inde ſubita. Lacte, cochlearia, & beccabunga utitur. Multos ſcorbuticos curavit.

L. XXI. *de meſenterii & inteſtinorum adfectibus, colicis & iliacis doloribus, vermibus.* XXII. *De diverſis alvi profluviorum generibus.* XXIII. *De ſedis & ani vitiis & adfectibus* Leid. 1596. 8. *. Abſceſſus in pancreate & meſenterio ingens. Doloris in colo inteſtino vere reſidentis certa ſigna. Colica varia origo ex lapide. Clyſterum utilitas. Ex oleo aniſi propinato ſubnata colica ægre ſuperata,

ſuperata, etiam narcoticis, & hyoſcyamo. Volvulus: in eo poſt ſubductam alvum theriacam dedit. Vehemens ileus ex inteſtini inflammatione, alvo ducta curatus. Hernia incarcerata ſanata, etſi ægra fæces revomeret, tamen ut recidiva funeſta fieret. Ileus ex arſenico, lenibus purgantibus curatus: noſter cryſtallum habebat pro vera antidoto. Vermium multa varietas, etiam ex nare. Tæniam abigit cruda data raphani radice. Alvi fluxus varius, etiam ſumme chronicus, & in febre continua criticus, ut tamen periculum ſubeſſet, ne vires exſolverentur. Chyli per anum deceſſio. Alvi profluvium ex cucurbitis agreſtibus decoctis. Diarrhoea ſolis narcoticis demum ſuppreſſa. Fluxus, quem hepaticum putat, demum in ſanguineum degener, a FORESTO ſanatus. Cœliaca. Lienteria. Dyſenteria. Laudat in decocto hordei ovorum vitellos cum melle roſato, etiam hirci pinguedinem, lenia adſtringentia. In gravida gravis dyſenteria curata vino gallico adſtringente, lacte, juſculis, ſed febris aberat. Dyſenteria diuturna, contagioſa & peſtilens cum febre. Ani vitia chirurgica. Hæmorrhoides utiles eſſe melancholicis, lienoſis, varicoſis, arthriticis, &c. Pruritus ſublatus aqua plantaginis, in qua alumen incoctum.

Liber XXIV. *de renum adfectibus & morbis.* L. XXV. *de veſicæ morbis & adfectibus* Leid. 1596. 8. *. Nephritis, ſuperata ſola alvi purgatione. Urina pinguis cum emaciatione, purgantibus, emollientibus & gummi ſanata. Diabetes, quem noſter aliquoties vidit. Urina cruenta: etiam ex cantharidum uſu eo in caſu lac datum profuit. Sanguinis mictio plethorica. Renum dolor varius & calculus & inde iſchuria. Renum inflammatio cum acerrimo dolore. Renum abſceſſus: hic alvum blande ducentia laudat. Stranguria varia: etiam ex recentis cereviſiæ potu: ipſe paſſus ſtranguriam plurimo cum dolore, mollibus adhibitis & lenientibus, ſenſim convaluit. Dyſuria a caruncula curata, cereis etiam cum auripigmento, vitriolo, alumine ſenſim conſumta, non ſine difficultate, & æger perfecte ſanatus. Iſchuriam ipſe paſſus eſt ex diutius retento lotio. Iſchuriam poſt decimum diem mollientibus ſuſtulit. Iſchuria ex ſanguine coacto. Incontinentia urinæ in puella, adſtringentibus tandem ſublata. Veſicæ ulcus, ſcabies, calculus. Ardor urinæ: peſſimus ex præcipitato hydrargyro natus, ſanatus cum urina quaſi purulenta, mollientibus propinatis.

L. XXVI. XXVII. *De penis, virgæ, ſcroti, teſtium affectibus & vitiis, deque ramicum diverſis ſpeciebus* Leid. 1597. 8. *. Plurima hic chirurgica. Medica magis iſta. Caruncula urethræ & fiſtula. Dolor & inflatio teſtis a nimia venere, abſque febre. In pene ganglion: id malum facile in cancrum tranſire. Priapiſmus diuturnus, quem FORESTUS ſuperare non potuit. Gonorrhoea varia: diuturna, tandem adſtringentibus ſanata, qualia eo ævo innotuerant. Impotentia. Ex unica nocte in veneris gaudiis intemperanter peracta, febris ardens funeſta. Scroti & teſtium inflammatio.

L. XXVIII. *De mulierum morbis* Leid. 1599. 8. *. Menſium errores varii. A frigore aquæ & terrore ſuppreſſi facillime decocto ſudorem pellente reſtituti.

Aliis puellis menſes ad nares, ad vomitum & alias partes averſi. Male promoti in puella extenuata. Menſes nimii; ad eos lapis hæmatites, omnibus lapidibus pretioſis, judice FORESTO, potior. Iidem nimii menſes funeſti: alias ex ſublevato pondere oborti. Fluor albus. Morbus hyſtericus, copioſe. Femina ex paroxyſmo ſuſcitata, & ſanata pondere ſubmoto. A præfocatione uteri mors putata, ut tamen femina ad vitam revocata fuerit. Furor uterinus, etiam funeſtus. Aer in utero cum gravi dolore collectus. Inflammatio uteri, ſcirrhus, abſceſſus, cancer, funeſti eventus mala. Sterilitas. Mola. per imaginationem roſtro ornata. Abortus. Fetus mortuus. Partus difficilis. Morbi puerperii. Cura infantis.

L. XXIX. *Arthritis & adfectus partium externarum* Leid. 1603. 8. *, mortuo nunc FORESTO a PETRO JORDANO editus. Arthritis copioſe. Aliquando venam ſecuit. Viſco querno impoſito dolor podagricus ſublatus, alias urticis impoſitis, oleove ligni guaiaci inuncto.

L. XXX. *De venenis.* L. XXXI. *De fucis* Leid. 1606. 8. *. Vehementiſſimum venenum ex ſublimato hydrargyro & arſenico miſtum; alexipharmaco dato (cujus ſcriptionem FORESTUS ignorat) tamen poſt maxima ſymptomata æger ſervatus; experimentum in carceribus factum. Oleo & lixivio dato ſuperata violentia mercurii ſublimati. Qui arſenicum ſumſerat, lacte & butyro fato ereptus. Perinde & alii ſervati, qui arſenicum ſumſerant. Euphorbium abſque noxa ſumtum. Tarantulæ ſolita hiſtoria, & ſaltationis ſalutaris effectus. Fucos omitto.

L. XXXII. *de lue venerea* Leid. 1606. 8. *. Lactatione contagium facile ſpargi. Male luis ſuſpecta mulier ſalivatione ſuffocata. Iterum, ut ſolet FORESTUS, aliam & aliam, ſecundum quatuor humores, luem gallicam facit. Guaiaco ceterum utebatur noſter, ſed per varios gradus præparationum & evacuationum. Inunctio quæ fit hydrargyro etiam utiliter adminiſtrata, id enim metallum verum eſſe mali venerei antidotum. Vapore etiam incenſæ cinnabaris uſus eſt. Pilulæ mercuriales. Unguentis ſanati, qui per decocti uſum non potuerant ſanari.

In *obſervationum chirurgicarum libris quinque* Leid. 1610. 8 *, huc pertinet eryſipelas, herpes, aliaque mala cutanea, œdema, hydrocephalus (unguentis ſanatus), elephantiaſis, lepra, maculæ, ſcabies, prurigo, malum mortuum. Libri quatuor poſteriores mere chirurgici ſunt.

Collectæ hæ *obſervationes* prodierunt Francof. fol. primum & ſecundum a. 1602, tertium anno 1604, quartum 1606, quintum 1611, ſextum 1611. 1634. Conjuncta iterum Rothomagi 1614. fol. 1653. fol. & Francof. 1623. fol. 1660. & 1661. fol.

§. CCCLXXIII. J. BAPTISTA SYLVATICUS.

J. BAPTISTA SYLVATICUS, Mediolanenſis.

EJUS *tr. de ſecanda in putridis febribus vena, quam ſalvatellam dicunt, deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquo comparato epiſtola* Mediolani 1583. 4. *. Quando ob evacuationem vena ſecatur, grandem venam præferri debere: deinde cum plethoræ ſedes potiſſimum in hepate ſit, & in vena cum hepate conjuncta, baſilicam nempe & jecorariam dictam, & venam ei proximam pertundi præſtare, repetendam ſanguinis miſſionem. Salvatellam parvam in eadem, quoties opus eſt, eſſe, lentius ſanguinem dimittere. De venæ incidendæ ratione & inſtrumento elaſtico, quo nuperi gladiolum in venam demergunt. De vincienda vena, & de tota adminiſtratione.

Ej. *de frigidæ potu poſt medicamentum* Mediolani 1586. 4. L.

Ej. *tractatus duo*, 1. *de materia turgente*, *alter de anevryſmate* Vicetiæ 1595. 4. L. Venet. 1600. 4. *. ſed TREWIUS ſolum *l. de anevryſmate* ad annum 1595. habet. De turgente materia conatur veterum mentem exponere, ut nixum naturæ ſignificet, quæ humores redundantes, & per univerſum corpus fluctuantes, neque ad ullam hactenus corporis partem firmatos, ad expulſionem incitat. Quænam auxilia hæc turgeſcentia poſcat. Anevryſmatis nomine ſolum ſpurium intelligit; verum, dilatatæ & integræ arteriæ, tumorem dari negat, & curationem chirurgicam proponit.

Ej. *Inſtitutio medica de iis, qui morbum ſimulant deprehendendis* l. Mediolani 1595. 4. TR. Heidelb. 1607. 8. Francof. 1671. 12. BEUGH.

Ej. *tractatus de conſtitutione & uſu theriacæ Andromachi* L. II. Heidelberg. 1597. 8. Francof. 1600. 8. & Lion 1607. 8. L.

Ej. *controverſiæ medicæ centum* Mediolani 1601. fol. f. quarto max. & Frf. 1601. fol. L. Pleraque practica ſunt ad ſcholæ ſaporem modumque, ut etiam ad ſyllogiſmos conſtruendos ſe demittat. Specimina aliqua decerpſi. Semel in die decoctum guaiaci melius propinari, quam bis. Sudorem poſt ſumtum decoctum utique cieri debere. Sennæ folia doloribus & tumoribus gallicis convenire. Pro guaiaci uſu contra hydrargyrum, non ſemper efficax. Symptomata morbi tollere eundem, non eſſentiam; ſiccare ulcera, quæ guaiacum aut ſarſa non ſiccaverat, & cariem pudendorum tollere: hepatis autem vitium non ſolvere, in quo ipſum mali ſit fundamentum. Non ſemper, neque omnibus, hydrargyrum convenire. Multos & expertos viros id auxilium damnaſſe. Thermarum ſolum uſum non nunquam morbum fugaſſe. Revulſionem perpetuo derivationi anteponendam eſſe, & univerſalem evacuationem particulari. In dyſenteriæ principio alvum non ducendam, neque ſanguinem mittendum. Non debere in omnibus febribus putridis ſanguinem mitti. Eſſe tamen, ubi conveniat, etiam in exanthematicis. Non laudat olei vitrioli in febribus peſtilentibus uſum. Decoctum ſudoriferum in variolis & morbillis non ſemper convenire. Lapidem Bezoar propria vi ſudorem non ciere.

Ej. *de unicornu, lapide bezoare, ſmaragdis & margaritis eorumque in febribus peſtilentibus uſu* Bergami 1605. 4. L. Venet. 1605. 4. L.

Ej. Galeni *hiſtoriæ medicinales enarratæ* Hanau 1615. fol. L.

Ej. *Collegii medicorum Mediolanenſium origo, antiquitas, neceſſitas* Mediolan. 1607. 4. L.

Ej. *Medicus* Mediolan. 1611. 8. L.

Ej. *de anno climacterico tractatus* Ticini 1655. 8. L.

§. CCCLXXIV. Thomas Bovius,

Qui Angeli ſui tutelaris, optime ſibi noti, nomine nomen ſuum auxit, ſeque *Zephirielem* dixit, vir nobilis, juriſconſultus, chemicus & medicus, magnus ſuarum curationum laudator, Orbem univerſum per angelos gubernari adfirmat, quorum princeps Demiurgus ſit Miſithran, inde ſeptem archangeli &c.

Ej. *flagello contro de medici communi detti rationali* Venet. 1583. 4. Carls. Vienn. 1601. 4. *. Milan 1617. 12. Hansen. Herculem ſibi eſſe medicamentum, quo peſtem, petechias, febres malignas, morbum gallicum ſanet, quatuor guttularum doſi. Ut is hercules præparetur, ex ſpiritu nitri, in quem carbones ardentes demergit, donec pingue omne conſumtum ſit; deinde cum vitrioli ſpiritu dephlegmato deſtillat, Eam aquam fortem cum ſale repetito deſtillat, in ea hinc aurum ſolvit, inde argentum vivum. Has aquas conjungit, deſtillat, ut pars metallorum fundum petat, pars ſublimetur: repetito cohobat, donec tota materia in egregium præcipitatum converſa ſit; eam in ferro candente cogit exhalare, reſiduum lavat, per quatuor menſes ſupra ignem tenet, addit lapides pretioſos. Ex vitriolo romano & melle idem purgans medicamentum cum aqua coquit. Venæ ſectionem vehementer improbat, quæ aſtris fiat invitis. Nullum medicum lignis ſolitis noſſe uti, & male duas tertias decocti perdi, cum tamen in vapore odor, ſapor & vis medica, ſit medicamenti. Ut hæc ligna cum multo pauciori aqua & nonnullis herbis coquantur, hinc aqua detur ſtillatitia: hanc cum decocto miſcet. Ut ægrum facile ſanaverit (ſudore tamen moto), quem medici gallica lue laborare dixerant. Contra fumum cinnabaris, quem ad ſanandam luem medici cogunt ægrotum reſpirare. Ut ipſe ſudorem cieat. Ut morbus in monaſterio ex male ſtannatis vaſis cupreis natus ſit. Mercurium præcipitatum utiliter propinavit. Alvum in febre maligna lathyride ducit. Vomitum etiam movet, & frigidam in acutis morbis dat. Antimonio epilepticos ſe curare; id ut præparet, cum nitro calcinando: nihil in antimonio vehemens eſſe contendit. Ut helleboro utatur, certo ſub ſiderum adſpectu lecto; extractum vinoſum inde parat, mite, ciendis menſibus idoneum. In *malo di montone* (morbo arietis) ait ſe ſuamque familiam gratiola ſe præſervaſſe, nulla diætæ ratione habita. In pleuritide vitriolo romano vomitum movet.

Ej. *fulmine contro de medici putatitii rationali*. Veron. 1592. 4. Smith. Rich. 1602. 4. Boehm. Milan 1617. 12. Hansen Padova 1626. 12. Trew. Opuſculum datum eſt a. 1582. Medicamenta ſua & felices curationes prædicat. Frictione ſola & moto ſudore catarrhum curavit. Vino feminam ſuſcitavit, a medicis per inediam pene enectam. Venæ ſectionis loco cucurbitulis utitur. Tæniam 50. ulnarum expulit, imbellibus certe medicamentis. Apoſtema hepatis per alvum evacuavit, epilepſiam ſuo hercule. Capivaccium deridet, qui incuratos dimiſerat, quos Thomas ſanaverit, & a ſuavioribus odoribus in animi deliquium conjectum, non inficete fœtore ſtercoris vaccini reconciliaverit Lathyridem dat ad quindecim grana. In peſte oleum vitrioli laudat.

Ej. *Melampygo overo confuſione de medici ſofiſti e del* Claudio Gelli Veron. 1595. 4. Rich. Milan. 1617. 12. Hansen. Padova 1626. 12. Trew. Ipſe ſe vocat Melampygem, nempe herculem. Luem gallicam ſanat vino conceſſo & liberali nutritione. Multum ſe ab Arnaldo (*de Villanova*) didiciſſe, & alchemia plurimum uti. Septem millia mortalium ſe ſanaſſe. Aurum potabile ſe parare, & optimo cum ſucceſſu exhibere. Cardinalem futurum prædixit, quem Rafael protegeret. Aureus fons in M. Baldi vicinia exſiliens. Herbæ eo loco naſcentes. Inſanientis opuſculum.

Ejusd. *novi flores medicinales* Venet. 1675. 8. Falc.

Ej. *opera* Venet. 1626. 12. B. S. Bur. Heist. 1676. 12. *.

Non removebo Claudium Gelli, qui ſuperſtitem Zefirielem refutare ſuſceperit. Ejus eſt *Riſpoſta ad un certo libro (al flagello) contro medici rationali* . . . . . Padova 1626. 12. Tr. & Venet 1676. 12.* cum opuſculis Bovianis. Thomam non medicum eſſe, neque a multis conſuli. Botanicen non facere felicem medicum. Matthiolum & Fuchsium ægros parum feliciter curaſſe. In M. Baldo ſtirpes non reperiri, quas Bovius indicat. Herculem ejus venenum eſſe.

§. CCCLXXV. Henricus Smetius.

De Leda, Aloſtanus, vir doctus, ex ſchola Italica, per varias urbes clinicus, demum Heidelbergenſis profeſſor.

Ej. *Unterricht wie der gemeine Mann ſich für der Peſtilenz hüten u. heilen ſoll, ſamt einem kurzen Rathſchlag ſo facultas medica Baſileenſis in ſolchen Läuften gegeben* Lemgo 1583. 8.

Ej. *de febre tertiana intermittente exquiſita* Heidelb. 1587. 4. Riv.

Ej *miſcellanea medica* cum T. Eraſto, Henrico Brucæo, Levino Batto, J Weyero, Henrico Weyero archiatro Trevirenſi, *communicata*, in libros duodecim digeſta Francof. 1611. 8. maj. *. Pleræque ſunt epiſtolæ argumenti medici, tum integræ diſſertationes, & noſtri & amicorum, quas ſenex conjunctas edidit. Omnia citare longum foret. In L. I. de antiquitate artis & dignitate carmen minime illepidum, & fuſe de helleboro utroque ejusque vario uſu.

uſu Smetii & Brucæi epiſtolæ, quorum ille validum medicamentum reformidat, iſte tuetur.

L. II. de occultis pharmacorum facultatibus, quibus non credulum ſe præbet, & diſerte negat, medicamenta dari, certæ corporis humani parti adverſa aut amica.

L. III. de purgantibus. Hic quærit, num dentur vires peculiares, hunc neque alium humorem trahentes & expurgantes. Medicamenta purgare vel ob acrimoniam, vel ob ingratam qualitatem, neque trahendo, ſed turbando operari. Pro vario robore ſuo, aut humores maxime mobiles ſolos, ut bilem, aut etiam difficiliores alios expurgare. Validiora pharmaca omnia aquam ducere.

L. IV. varia, interea morbus gravis H Smetii febre continua remittente laborantis, quam acidis & theriaca, ſudoreque moto ſuperavit. Deinde magnus & diuturnus morbus virginis, hyſtericus, nempe deliriis miſtus, & convulſionibus, & deliquiis, demum funeſtus, ut nullum in cadavere cauſæ indicium reperiretur. J. Wieri l. *de morbo varen* a Smetio latine converſus.

L. V. de Paracelso, cui non favet, & a Levino Batto ejus fautore diſſentit. De morbis totius ſubſtantiæ. De iisdem.

L. VI. & de eo T. Erasti theſes.

L. VII. varia ad morborum theoriam.

L. VIII. de monocerote cornu electoris Palatini Smetii, Posthii & aliorum expoſitio & collectio.

L. IX. in Dioscoridem notæ.

L. X. præcipua pars eſt operis, qua variorum morborum & ſymptomatum exempla ſibi viſa recenſet, quæ per quinquaginta annos viderat. Hic multa bona & utilia, quorum pauca decerpam. Steatoma abdominis peramplum pro ſarcocele habitum. Anevryſmata poplitis, claviculæ. Qui abſque teſtibus uxorem iniverit, ſemen effuderit, improbabilis certe hiſtoria. Ulcus inteſtini recti, excretum longum coagulum & ſiccum, in quo fæces. Ruſticus per nares videns, iterum pene incredibilis hiſtoria. Empyema raro exemplo feliciter inciſum. Balneo partus difficilis expeditus. Polypi cordis manifeſtum exemplum; ab eo palpitatio facta. Pulſus inæqualis in ſene abſque malo. Spaſmus in juvene corpus perambulans, etiam cordi moleſtus. Exemplum aſitiæ ſeptem annorum, ut tamen denique cibi cupido redierit: rejecerat pituitam vomitu & ſanguinem. Alvus per quinque menſes ſicca. A drachma dimidia pulveris hellebori albi ſumta, nihil valde mali. A partu abſceſſus per umbilicum apertus, copioſiſſimum pus fudit, eventu funeſto. Hymen, ut videtur, prævalidus vaginam poſterius arctans, ut vir admitti nequiret. Hydrocephalus enormis ſuturis laxatis, aqua ſub dura meninge effuſa. A iſchuria, tumor inter pubem & umbilicum rotundus, ipſa nempe tumefacta veſica, mors ex gangræna. Plura omitto.

Davidis Lipsii *demonſtratio hominem per complures annos abſque cibo & potu vitam poſſe tranſigere.*

L. XI. Smetii oratio de duobus congenitis vitæ humanæ hoſtibus, calido innato & ſanguine. Aquarum, vinorum, cereviſiarum differentiæ, præparatio.

L. XII. cum Levino Batto concertatio, & Paracelsi mirificæ curationes, quæ ei homini ab adſeclis tribui ſolent: falſa eſſe, quæ de epilepſia aliisque gravioribus morbis gloriatus ſit.

§. CCCLXXVI. Varii. ad 1583.

J. Angeli de Contecillis *ab Aquila* Apuliæ protomedici *practica rationalis de medendis morbis per cauſas & ſigna.* L. III. *de febre & de ſanguinis miſſione.* L. IV. V. VI. Venet. 1583. 8. 1640. 8.*. In L. I. febres recenſet, intermittentes & continuas, ad theoriam potius & ad Galeni præcepta, quam ad obſervatam naturam. Romanum aerem ſalubrem eſſe. Morbi a capite ad calcem. In peſte, ut in alia febre ardente, venam ſecat, alvum ducit, refrigerat, ut tamen cardiaca addat. Selectum venarum defendit, ſalvatellæ ſectionem rejicit, ſaphenæ miſſionem in mulieribus ad revulſionem laudat. In principio mali ſecat venam partis adfectæ. Potionem *dia Contecilli* valde laudat, ex theriaca & calidis vinique ſpiritu deſtillatam, quam ad Quartanas continuas ſalutarem ſit expertus.

Guilielmi Adolphi Scribonii *rerum naturalium doctrina methodica* editio tertia aucta Baſil. 1583. 8. Tr. ed. IV. ibid. 1587. 8.

Ej. *idea medicinæ acc. de inſpectione urinarum contra eos qui ex qualibet urina de quolibet morbo judicare volunt, & de hydrope, de podagra & dyſenteria, phyſiologia curſoria* Baſil. 1585. 8. B. B. Princeps libellus eſt contra uromantes, cum cura & ſtudio ſcriptus. Abuſus uromantices & nimia promiſſa uromantum. Urinam de ſanguinis ſtatu indicium eſſe poſſe, non itidem de morborum & partium corporis ſtatu; Galenum fateri, lotium nihil poſſe ſignificare de muſculis. Graviditatem per lotium non prodi. Bernardini Paterni effata. Ne hepatis quidem ſtatum ab urina demonſtrari. Urinas aliunde ad medicum adportatas mutari. Contra indicia a lotii ſapore, odore, colore, ſumta. Podagram ſæpe a nimia venere eſſe. Venæ ſectionem convenire, ex utroque potiſſimum halluce. Parti dolenti theriacam cum vino bene imponi. Nodos, etiam vetuſtos, ſolvi aro macerato in decocto carnis ſuillæ ſalſæ.

Idem Petri Hispani *theſaurum pauperum cum theſauro ſanitatis* J. Liebault recognovit Francof. 1578. 8.

Non credo huc pertinere l. *de ſagarum natura & poteſtate & de purgatione earum per aquam frigidam contra* J. Ewich & Henricum Neuwald Marpurg. 1588. 8. L. & *reſponſionem ad examen de purgatione ſagarum per aquam frigidam* Francof. 1590. 8. Tr.

Timothei Brigth Cantabrigienſis, *Hygieine, ſ. de ſanitate tuenda* P. I. Frf. 1588. 8. Tr. 1598. 16. L. Mogunt. 1647. 12. Tr.

Ej. *therapeutice, h. e. de ſanitate reſtituenda medicinæ pars altera* Frf. 1589. 8. Tr. 1598. 16. L. Mogunt. 1647. 12. In Falconeti libris legas, T. Brigth *de dyſcraſia corporis humani therapeutica* London 1583. 8. Liber ex veteribus collectus eſt, etiam unctiones & lotiones a noſtris moribus alienas imperat.

Ej. *treatiſe on melancholy* Lond. 1586. 12. Ames.

Joachimus Camerarius Junior, Medicus Noribergenſis, celebris botanicus. Edidit *ſynopſin quorumdam brevium ſed parabilium commentariorum de peſte* Donzellini, Ingrassiæ, Cæs. Rinci & proprium l. *de rectaratione præſervandi a peſtis contagio, & conſtitutiones a. 1576. tempore peſtis propoſitas.* Adjecit *de recta & neceſſaria ratione præſervandi a peſtis contagio meditationem & obſervationes.* Germanice Hieronymi Donzellini, J. Phil. Ingrassiæ & Joach. Camerarii *kurzer Begriff dreyer Tractätlein von der peſt* Licha 1597. 4. Tr.

Ej. *de bolo Armenia & terra Lemnia* Noriberg 1583. 8.

Ej. pluſculæ *epiſtolæ* ſunt in *ciſta medica* J. Hornung, de rebus clinicis, de re medicamentaria.

J. Marquard Viennenſis. Ej. *practica theorica empirica morborum internorum a capite ad calcem* Spir. 1583. 8. 1585. 8. 1592. 8. Heidelb. 1607. 8. Francof. 1610. 8. L.

Ejusd. *apologia pro therapeutica* J. Marquardi piæ *mem.* Spir. 1590. 8. Lind.

Constantini Lucæ in Avicennæ *capita de phlebotomia cucurbitulis & hirudinibus expoſitiones* Ticini 1583. Tr.

Ej. *methodi medendi* L. III. ib. 1583. 4. L.

J. Schyronii cancellarii Monſpelienſis, qui ad depoſitum ſenium pervenerat, jam a. 1557. dederat *medendi methodum & inſtitutiones medicinæ faciendæ.* Una prodierant *Curatio febrium putridarum* L. IV. *Acc. tr. medicamentorum ſimplicium & compoſitorum cum doſibus* Monſpel. 1609. 12. Tr. Hanau 1608. 12. L. Non potui ſerius collocare, prius præſtitiſſet.

Alphonsi Marescotti *Compendium totius medicinæ in utilitatem filii ſui* Omedi Marescotti *collectum, additis formulis remediorum* Petri Gorræi Francof. 1583. 12. L. Herborn. 1588. 12. L. 1604. 12. Tr. An Idem qui Henrici IV. ævo Marthae Brossier obſeſſionem ſimulantis fraudem detexit.

Ferdinandi Valdes Prof. Hiſpalenſis, *de utilitate venæ ſectionis in variolis atque aliis affectibus puerorum* Hiſpali 1583. 4. C. de V.

Galenus

Galenus Gherardus Hippocratem *de medicamentis purgantibus latine vertit & explicavit* Antwerp. 1583. 8. L.

Petri Mercado *de felici medico* Granada 1583. 4. L.

Antidotarium Romanum, ſ. de modo componendi medicamenta Rom. 1583. 8. Venet. 1585. 1590. 12. Trew. Francof. 1624. 8. Tr. 1675. 8. L. Italice verſum ab Hippolyto Cicarelli Rom. 1651. 4. Dicetur cum editione Petri Castelli.

Andreæ Bertholdi *terræ ſigillatæ nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejuſque adminiſtrandæ atque uſurpandæ ratio* Francof. (Miſniæ L.) 1583. 4. Riv.

Cornel. a Baesdorf *methodus univerſæ artis medicæ in formulis expreſſa ex* Galeni *traditionibus, ſcopos omnes curantibus neceſſarios commonſtrans* Brugis 1583. fol.

J. Jac. Northeimer *de curanda peſte ex* Ph. Paracelso Argent. 1583. 8. Gesner.

J. Jac. Nic. Scheler hoc anno Sangalli Gesneri *Euonymum* edidit.

Andreæ Christiani Ripenſis *Enchiridion medicum de cognoſcendis curandisque externis ac internis corporis humani malis c ex* V. Trincavelli *prælectionibus & commentariis ſupra* Gal. *de differentiis febrium* L. I. *artis curativæ ad Glauconem* Baſil. 1583. L. 1607. 8. Tr.

Ej. *de comate ſ. cataphora. Acc. quæſtio ſitne peſtis morbus contagioſus* Baſil. 1583. 4. *.

Ej. *de ſanitate diſp.* Hafniæ 1590. He.

J. Denkelii *oratio* Justino Petzoldo *phyſico habita* Erfurt. 1583. 8.

Georg. Stæhelius *de phthiſi* Heidelb. 1583. 8. Riv.

Henr. Michaelis *de hepatis obſtructione* Baſil. 1583. 4. *.

Ej. *de hepatis inflammatione* ib. 1584. 4. Riv.

Lazari Mayenschein *de cholera morbo* ib. 1583. 4. *.

J. Baptista Major *de ſuppreſſis menſibus* ib. 1583. 4. *.

Jacob Hasebard *de apoplexia* ib. 1583. 4. *.

Hieronymi Klein *de præcipuis adnatæ oculi adfectibus* ib. 1583. 4. *.

Steph. Du Four & Duret, *E. morbi omnes vel intus, vel extrinſecus naſcuntur* Pariſ. 1583.

Jac. Herault & Gabriel Drouin, *E. retenti ſeminis, quam ſuppreſſi menſtrui, graviora ſymptomata* Pariſ. 1583.

§. CCCLXXVII.

§. CCCLXXVII. VARII.

GEORG BARTISCH *Augendienſt oder Bericht von Urſachen aller Schäden, Gebrechen Mängel der Augen* Dresden 1583. fol. *. Morbi etiam ii, qui manu non curantur, cum infinita vi formularum.

J. MATTENBURG *neu geordnet Regiment wider den tödlichen Gebrechen der Peſtilenz* Lemgow. 1583. 8. RIV.

EJ. *de hydrope* Lemgow. 1583.

VICTORIN SCHOENHEID *Bericht von der rothen Ruhr* Francf. 1583. 8.

EJ. *de dyſenteriæ curatione* Francof. 1584. 8.

EJ. *Regiment wie ein jeder ſich in Zeit regierender Peſtilenz halten u. bewahren ſoll* Görliz 1586. 8.

Conſilia in SCHOLZIANA collectione.

GALLI EMMEN *Beweis wie man ſich jeziger Zeit, weil das Sterben in der Cron Böhmen überhand nimmt verwahren u. halten ſoll* Görliz 1583. 4. TR.

ANTOINE ROYET *de la peſte* 1583. 12. RAST.

BALTH. *de* HUVAL *diſcours de la peſte* Paris 1583. 8. FALC.

BALTHASAR DUVAL *de peſtis curatione* L. idem ut puto l.

GERARD FRANÇOIS *trois livres de la ſanté* Pariſ. 1583. 12. FALC.

B. BIMBINO *diſcorſi interno il governo . . teorica dell agricultura . . regimento excellentia dell animo humano, delle ſue perturtationi* Venet. 1583. 8. TR. cura.

§. CCCLXXVIII.

FELIX PLATER.

Baſileenſis, THOMÆ f., ex ſchola Monſpelienſi, vir induſtrius, inciſor, botanices non imperitus, & materiæ medicæ, pharmaciæ gnarus, quam apud LAURENTIUM CATALANUM didicerat, felix & gratioſus clinicus, Academiam Baſileenſem (*a*), in qua dudum nemo gradum doctoris quæſiverat, adeo celebrem reddidit, ut ejus ſcholæ eſſet *Doctores creare*, ex receptis etiam verſiculis.

EJUS eſt & BAUCYNET diſſ. *de epilepſia* Baſil. 1584. 4. *.

EJ.

(a) Monſpelienſem doctorem facit ASTRUCIUS, verum Baccalaurei quidem gradum ibi conſecutus, Baſileæ certiſſime doctor creatus eſt, ut fuſe per ſingula in vita ſua narrat.

EJ. *de mulierum partibus generationi dicatis: acceſſerunt curationes aliquot affectuum partibus his accidentium.* In *Gynæciis* SPACHII reperitur, nam in BAUHINIANIS icones quidem genitalium partium reperiuntur, non vero morbi.

EJ. *de febribus, genera cauſas & curationes febrium tribus capitibus proponens, adjunctis viginti hiſtoriis, curationes febrium præcipuorum generum morborumque quorumdam febres comitari ſubſequique ſolitorum deſcribens* Francof. 1597. 8. B. Tig.

L. II. *de doloribus* ib. 1609. 8. TR.

L. III. & *ultimus de vitiis* ib. 1609. 8. TR.

EJ. *de functionum læſionibus* Baſil. 1602. 8. TR.

EJ. *praxeos medicæ opus quinque libris adornatum* &c. Baſil. 1602. 4. B. Tig. L. 1608. 8. L. 1625. 4., opera FELICIS PLATERI ex fratre nepotis, tum 1656. 4. L. 1666. 4. *. 1736. 4. amplum opus. Morborum corporis humani a capite ad calcem theoria & curatio, ad genium ſeculi, formulis potiſſimum numeroſiſſimis adſcriptis. Febres hic redeunt.

Multo majoris momenti ſunt *Obſervationum in hominis affectibus pleriſque* L. III. Baſil. 1614. 8. *. a grandævo ſene editæ, recuſæ a. ib. 1641. 8. tum 1680. 8. MERKL. etſi hic vereor errorem ſubeſſe: eo enim anno prodiit FELICIS PLATERI junioris, noſtri ex fratre nepotis, *Obſervationum ſelectiorum Mantiſſa*, quam puto MERKLINUM avunculo tribuere. Ipſe noſter ſingulari ſtudio omnia ſcripto conſignabat, quæ ſibi memorabilia obveniſſent, ut etiam juvenilia ſua ſtudia, deinde ſingulum nummum in *vita ſua* conſignaverit, quem medendo meruiſſet, erant autem non pauci. Eodem ſtudio memorabilia quæque, que in clinica praxi uberrima ſexaginta annorum vidiſſet, deſcripſerat: ex iis adnotationibus ſelectiores ſuas ſub claſſes diſpoſitas, edidit: generalia primum, deinde caſus, qui ſibi rariores viſi eſſent. Per ſingula ire omnino non datur; decerpam adeo aliqua de febribus. Febris ardens a ſumta neſcio qua terra: noſter, cum ſero acceſſiſſet, ſoporiferum dedit ſuum: tunc ſirupos ſubacidos, alvumque repetito duxit, iterumque diacodium exhibuit: ita formidatum malum ſuperatum eſt. In tertiana febre alvum duxit, clyſteres lenes repetito infundi juſſit, demum rheo morbum expugnavit. In alio exemplo nihil egit morbo ſubigendo par, qui ſponte, ſed poſt 31. paroxyſmos, ſui finem fecit. Hemitritæus cum ſingultu, & tumore ſiniſtri hypochondrii: alvum noſter repetito duxit, aromaticis inunxit. In febre Hungarica Baſileæ in robuſtiores cives potiſſimum ſæviente, ſerius tamen lethali, venam ſecuit, glandem ſubdidit, limonum ſuccum dedit, & refrigerantia fronti appoſuit: id malum natura, primum hæmorrhagia narium molita, per fætidum ſudorem die 11. ſuperavit. Plures peſtilentias vidit, ſæviſſimam a. 1564. in patre etiam & matre ſua, quæ tamen ſalutarem habuit eventum. Antidoto MATTHIOLI utebatur, & ſucco limonum. In alia ſæva peſtilentia anni 1607, & 1610. maxima ſtrages eſt edita, & ex duodecim fere millibus civium interemti 3968, ſanitati reſtituti 2250, ut tamen, quod non exſpectes, in noſodochio pauciores perierint, & 428. ſanitati reſtituti fuerint, cum 209. periiſſent. Dabat aromatica, calida. In gravi puerperæ

febre,

febre cum convulſionibus, leniter alvum duxit, cucurbitulas adplicuit, cum levamine. Hæc ut viri curandi ratio innoteſcat. Cæterum magnus hic theſaurus eſt adnotationum, etiam rariorum, & maxime memorabilium. In ſubmerſorum ventriculo aut nullam aquam fuiſſe, aut pauciſſimam.

Ej. niſi eſt junioris Thomæ fil, *diſp. de apoplexia* Baſil. 1604. 4. *.

Ej. *quæſtionum medicarum paradoxarum & endoxarum juxta partes medicinæ diſpoſitarum, centuria poſthuma;* a fratre, ſed multo juniori, Thoma edita eſt Baſil. 1621. 8. recuſa cum *Praxi* ibid. 1656. 4. 1666. 4. & Pariſ. 1625. 1632. 8. L. Pathologici etiam argumenti, ſemeiotici, diætetici, & therapeutici, ſed ad ſeculi ſaporem; ut tamen noſter propriam etiam ſententiam ſequatur. Auri & pretioſorum lapidum vim medicam negat ſe unquam vidiſſe, iiſque theſauris boni vini cyathum præfert. Paracenteſin in hydrope male negligi. Planetarum obſervationem Germanis eo ævo familiarem rejicit.

Conſilia lego exſtare in Brendelianis Francof. 1615. 4. & *epiſtolam* in Hildanianis. Sed plures epiſtolæ medici argumenti ſunt inter Gesnerianas a Wolfio editas.

Vitam MS. conſervant in familia: ex fratre nempe minori Thoma medica ſtirps orta eſt, cujus ultima propago per filias in Passavantiis pariter medicis etiam nunc ſupereſt. In eo codice vivida pictura Monſpelienſis potiſſimum ſcholæ habetur, in qua ab a. 1552. ad 1555. noſter ſtudia coluit, Saporta, Rondeletio, Schyronio doctoribus. Paſſim etiam medica & phyſica a ſe in beata illa regione adnotata, febrium cauſſas, condituram olivarum, & alia ejuſmodi deſcribit. Peſtilentiarum eaſdem fere dat deſcriptiones, quæ ſunt in obſervationibus. Hic codex ſcriptus eſt a 1612.

§. CCCLXXIX. Petrus Salius Diversus.

Faventinus; Ejus eſt *de febre peſtilenti tractatus & curationes quorumdam particularium morborum, quorum curatio ab ordinariis Practicis non habetur.* Acc. *adnotationes in artem medicam, de medendis humani corporis malis a* Donato Antonio *ab* Altomari *conditam* Bonon. 1584. 4. *. *Tr. de febre peſtilente* Francof. 1586. 8. *. Amſterdam 1587. 8..M. Harderwic. 1586. 8. Gunz. Curationes particularium morborum ſunt omnino 23, eorum alii vulgares ſunt, rariores alii, non abſque propriis Cl. viri adnotationibus, ut in pericardii & mediaſtini inflammatione; in noctambulonibus, quorum proprias habet hiſtorias, in rabie canina, quam confirmatam negat curari poſſe.

In l. *de febre peſtilente*, negat eſſentiam ejus febris in putredine eſſe: negat focum in corde eſſe, cum poſſit in craſſis inteſtinis ſedem habere, uti habuerit tempore Pauli. Non neceſſario eam febrem continuam eſſe; poſſe etiam intermittere, exemplum ejus modi peſtilentis febris producit cum paroxyſmis, & ſenſu

caloris maximo, cum nullus tamen calor tactu deprehenderetur, & cujus criſu
ſis etiam per vomitum bilioſum ſalutariter eruperit. Febris catarrhalis nemini par-
cens, non tamen valde pernicioſa, tuſſifera, anni 1580. Febris peſtilentis vero
nomine intelligit petechias, cum quibus bubones & parotides etiam adparuerunt.
Cur in hæc febris morbi initiis non ſemper ex lotio adgnoſcatur, quod poſſit eſſe ſani
ſimile. Eſſe ubi ſanguis per alvum decedat, eum nigrum fere eſſe, & ſubinde fætidiſſi-
mum. Dari ubi fæces copioſæ eæque fætidæ decedant. Sudores ſæpe colliquativos
erumpere. Petechias antiquis non fuiſſe notas. Aphthæ in ulcera ſæpe abeuntes, &
phthiſin facientes. Maculas in ipſis cadaveribus erumpere. Aerem a tormento-
rum bellicorum exploſione poſſe emendari. Venæ ſectionem rejicit, contra teſta-
tur, hirudines & ſcarifationem felicem habuiſſe eventum, etiam quando vires lan-
guebant. Veſicatoria feliciſſime reſpondiſſe. Alvum mitiſſimis laxandam. Inde an-
tidotos exhibet, ex cantharidibus, theriaca: ſudores vult ſiſtere: abſurda illa aqua
pulli. Donatum Antonium ab Altomari fere refutat; interſpergit ſubinde ſuas
minime inutiles adnotationes. Oſſicula vidit per alvum deceſſiſſe, cum in cibo
nulla ſumta fuiſſent. In dyſenteria aquas naturales refrigeratas ſalutiferas eſſe. Mo-
læ veræ fibroſæ rudem aliquam animalium ſimilitudinem referentes. Lapidis in utero
generati exemplum: ſecundas retentas utique ſero decedere, non ſemper vero cum
funeſtis ægri rebus.

Ej. *commentaria in* Hipp. *libros quatuor de morbis, in quibus* Hippocratis *loci obſcuriores enarrantur* Francof. 1602. fol. Tr. 1612. f. L. 1646. f. Tr.

Ej. *in* Avicennæ *librum* III. *de morbis particularibus corporis humani & eorum curatione* Patav. 1673. fol. Tr.

§. CCCLXXX. J. Thomas Minadous.

Rhodiginus, profeſſor Patavinus.

Ej. *Philodicus ſ. de ptiſana ejuſque cremore pleuriticis propinando dialogus.* —— *De indicante vitali* Mantuæ 1584. 4. Bur. Venet. 1587. 4. L. 1591. 4. Falc

Ej. *apologia contra* Joh. Leunclavium Venet. 1591. L.

Ej. *oratio pro* Avicenna Patav 1598. 4. Gunz.

Ej *duæ diſputationes, 1. de cauſa periodicationis in febribus, 2. de febre ex ſanguinis petredine* Patav. 1599. 4. L.

Ej. *de morbo cirrhorum, ſ. de Helotide quæ Polonis Gozdziec, conſultatio habita* Patavii a. 1599. Patav. 1600 f. *. Novum morbum eſſe, & in Pokutia ante hos 50 annos demum innotuiſſe, in Polonia etiam nuperiorem eſſe. Venerei quid ſubeſſe. Non eſſe verum morbum, neque eumdem cum gallica lue, neque contagium habere. Deraſis cirrhis malum deterius reddi. Hunc morbum ex publica in victu mutatione natum eſſe.

A. Lau-

Accedit Laurentii Starniegel Zamoſcii data ejus morbi deſcriptio. Jam tunc decocto foliorum brancæ urſinæ (Sphondylii) caput abluebant.

Ej. Minadoi *de corporis humani turpitudinibus cognoſcendis & curandis* L. III. Acc. *libellus modo dictus de Plica* Patav. 1600. f. Tr.

Ej. *de arthritide* L. I. Patav. 1602. 4. L. Venet. 1603. 4. L.

Ej. *de variolis & morbillis* L. I. Patav. 1603. 4. L.

Ej. *de febre maligna l. duo* Patav. 1604. 4. L.

Ej. *pro quadam ſua ſententia diſputatio* Patav. 1604. 4. L.

Ej. *conſilia medica* in Lauterbachii collectione Francof. 1605. 4. L.

Ej. *medicarum diſputationum* L. I. Tarviſ. 1610. 4. Falc. De ſudore ſanguineo indicante adæquato venæ ſectionis; de injucunditate in curationibus evitanda... quod l. ad *Thraſybulum* genuinus & Galenicus fuerit; num coctio, num ſublimatio, plus præſtet ad aquæ depurationem?

Multa horum operum Lindenius J. Baptistæ Minadoo pariter tribuit, & Thomæ.

§. CCCLXXXI. Varii ad A. 1584.

J. Bapt. Gemmæ Veneti, Trincavelli diſcipuli, *methodus rationalis nova atque dilucidiſſima curandi bubonis carbunculique peſtilentis, in qua morbi eſſentia, cauſæ, ſigna, prognoſticum, præcautio atque curatio oſtenditur* Gratz 1584. 4. *. Gedani 1589. 4. Trew. 1599. 4 Falc. Tr. Francof. 1603. 8. *. Venet. 1602. 4. Tr., quæ editio dicitur locupletior eſſe. Peſtem Venetam a. 1575 & 1576. ſævitie omnes alias ſuperaſſe. Pene omnes, qui perierint, bubone aut carbone fuiſſe adfectos. Anno 1571 milites plures 40000 Venetiis a peſte fuiſſe abreptos. Morbos caſtrenſes graviſſimos a carnium nuper mactatarum eſu natos eſſe. Medicamenta calida ſola habet & antidotos. Amuleta ſpernit. Bubonum eruptionem adjuvat frictione, antidoto, carlinæ decocto, etiam elixirio proprietatis Paracelſi: ita ſudorem movet. Cataplaſma imponit buboni, aut unguentum diachylon, ſuppuratum aperit. Carbunculum amburit, cucurbitulam toti adplicat, ſcarifat, circulum incidit, & carbunculum exſtirpat.

Matthiæ Illyrici F. Flaccii Profeſſoris Roſtochienſis, *commentariorum phyſicorum de vita & morte* L. IV. Francof. 1584. 4. *. Utcunque huc facit phyſica collectio de longævitate, de ejus cauſſis, de iis, quæ corpus corrumpunt, & mortis faciunt neceſſitatem, de rebus non naturalibus.

Salvii Sclani Neapolitani, *apologia ad* Altimarum Venet. 1584. 4.

Ejus *commentarii in aphoriſmos* Venetiis a. 1579. 1580. 4. prodierunt L.

Ej. *in artem parvam* Galeni Venet. 1597. 4. L.

Ej. *conſilia* ſunt inter Lauterbachiana.

Neri Nerii, *quod in ſiniſtri lateris ſtupore a cauſa frigida oborto liceat ſanguinem mittere per ſedis venas & applicare cauterium occipiti* Neapoli 1584. 4. Lind.

Julii Palamedis *index in* Avicennæ *opera* Venet. 1584. fol. cum ipſo Avicenna.

Dominici Massarii *de ponderibus & menſuris medicinalibus* L. III. opera C. Gesneri *acc. alia ejus argumenti ſtudio* Casp. Wolphii in lucem edita Tiguri 1584. 8. Tr. Gunz.

J. B. Pontanus *de alimentis* Venet. 1584. Bodl.

Philippi Scherbii profeſſoris Altdorfini, *theſes medicæ collectæ & editæ a* C. Hofmann, Lipſ. 1614. 8. *. Prima eſt anni 1584. Magni faciebat Caspar Hofmann, noſtro ævo vix ullam utilitatem retinent, breves, generales & ſcholaſticæ. Subjectum eſt examen panaceæ Anwaldinæ.

Ej. *ſylva medicamentorum compoſitorum, quæ uſus quotidianus exigit, tironibus accommodata* Lipſ. 1617. 8. L. Huth.

Ej. *epiſtola* in *Ciſta* Hornungi.

Franc. *du* Port *Creſpejenſis* Valeſius, *de ſignis morborum* L. IV. Pariſ. 1584. 8 Tr. London. 1766. 4. edente R. Schomberg.

Ej. *medica decas in ſingula librorum capita commentariis illuſtrata* Pariſ. 1613. 4. *. Mead. 1594. 8. hæc verſibus gallicis a Dufour reddita. Compendium praxeos, cum cenſu medicamentorum ſimplicium ad quoſque morbos. Carmen non indoctum; res ipſa ad ſcholæ modum. In ſynocho carnes phaſiani laudantur, & columbarum, & leporis &c.

Ej. *peſtilentis luis medendæ ratio* lat. Gall. Poema. Pariſ. 1606. 8. Falc. Gallicus titulus eſt *moyen de cognoiſtre & guerir la peſte.*

Thomæ Muffeti (Moufet) Londinenſis, peregrinatoris, docti viri, neque naturæ ignari, *de jure & præſtantia chymicorum medicamentorum.* Acceſſ. *epiſtolæ medicinales ad medicos aliquos ſcriptæ* Francof. 1584. 4. Falc.

Ej. *Noſomantia* Hippocratica, *ſ. Hippocratis prognoſtica cuncta ex omnibus ejus ſcriptis methodice digeſta & a mendis repurgata* Francof. 1588. 8. *. Non inutili ſtudio prognoſtica, quæ ad anginam, ad mala hepatis, ad quemcunque alium morbum ſpectant, ſub eum titulum collegit, ut nihil de ſuo adderet.

Ej. *Healths improvement, or the nature, method, and manner of preparing all ſorts of food uſed in this nation, corrected and enlarged by* Christopher Bennet London. 1655. 4. *. & nuper recuſ. Lond. 1746. 8. Non mala diætetica, neque perinde, ut vulgo ſolent, unice ex aliis deſcripta. Carnium album colorem teneritudinem indicare, rubrum forte alimentum, nigrum difficilem digeſtionem.

A mytulorum eſu ſe pene venenatum periiſſe, Belgicos albos mytulos noxa carere. Cinaras cariſſimo pretio veniiſſe, nunc vulgatiores fieri, ſolanum eſculentum vulgari in uſu eſſe. Multos habet cibos ab aliis omiſſos, & ſub finem quærit, num ſimplex cibus ſalubrior ſit, num miſtus.

Epiſtolæ inter SCHOLZIANAS exſtant.

FRANC de la CROIX du MAINE *bibliotheque ou catalogue de toute ſorte d'auteurs, qui ont écrit en françois depuis* 500 *ans* Paris 1584. fol. cum auctorum vitis eorumque operibus impreſſis & ineditis ad 3000. B. BUN.

CATHARINÆ BINDER *inedia* Heidelberg 1584. Francof. 1587. & in LENTULI collectione. De eadem SMETIUS. Puella 29 annorum cibo cepit abſtinere, ut ſola fere frigida vitam ſuſtentaret; inde per ſeptem annos omnino nihil admiſit, quorum tres abſque ſenſu & mentis uſu vixit. Per novem annos integros nunc (a. 1587.) abſque cibo & potu ſupervixerat.

SCÆVOLA SAMMARTHANUS (GAUCHER de S. MARTHE).

EJUS. *pædotrophia* Poema 1584. 1623.

Gallice verſum ab ABELE de S. MARTHE, & excuſa cum titulo *maniere de nourir les enfans à la mammelle* Paris 1598. 8.

EJ. SCÆVOLÆ *elogia virorum in Gallia illuſtrium* Poitiers 1606. 8. FALC. Pariſ. 1633. 4. BUNN.

Gallice *éloges des hommes illuſtres dans la profeſſion des lettres depuis un ſiecle* vertente GUILL. COLLETET Paris 1644. 4. B. BUN.

SEBASTIANI BLOSSII *diſp. explicans* GALENI *doctrinam de methodo* Heidelb. 1584. 4. L.

EJ. *diſp. de peſte* Heidelb. 1596. 4. HE.

EJ. *diſp. de phrenitide* Tubing. 1602. 4. L.

EJ. *de medicinæ parte pharmaceutica* ib. 1606. 4. L.

EJ. *prodromus refutationis quarumdam Exercitationum vaniſſimarum ſuper diſputatione quadam de peſte* Tubing. 1610. 4.

EJ. *de convulſione* Tubing. 1612. 4. RIV.

EJ. *de phthiſi* Tubing. 1604. 4. RIV.

EJ. *de morborum cauſis univerſalibus* Tubing. 1620. 4. L.

ANTONII ZEIGER *epiſtola inquirens in paginas* J. PHILIPPI LONER *an hæ* ἐξετασιν μεθοδικην *trium alvi fluxuum contineant* 1584. 4. L.

PHIL. JAC. SCHROETER *de arthritide* Jena 1584. 4. RIV.

EJ.

EJ. *de incubone* Jena 1602. 4. HAEN.

EJ. *de fluxu hepatico* Jena 1602. 4. RIV.

J. FRID. SCHROETER *oratio de medicinæ præſtantia* Jena 1584. 4. PL.

EJ. *comm. in Hipp. de natura humana* diximus Jen. 1585. 4. *.

EJ. περι ἑλμινθων Jena 1602. 4. HAEN.

EJ. *de convulſione* Jena 1604. 4. RIV.

EJ. *ſyllabus diſputationis medicæ ex tortuoſis nodoſis & rigidis epilepſiæ fraxinii conglomeratæ & conpactæ* Jena 1616. 4. TR. niſi vitium eſt in titulo.

ANT. FLACHIUS *de colico dolore* Jen. 1584. 4. RIV.

J. STEINBACH *de epilepſia* Baſil. 1584. 4. *.

FRANC. SCHROEDER *de phrenitide* Baſil. 1584. 4. *.

PETRI RYFF *de affectibus cordis* Baſil. 1584. 4. *.

HENRICII VISCOT & J. DURET *Non E. hydropi ab hepate phlebotomia & paracenteſis* Pariſ. 1584.

GEORG CORNUTI & FRANC. POIROT *E. prægnantibus tutior venæ ſectio quam purgatio* Pariſ. 1548.

GUIL. ROBINEAU & FRANC. POIROT *E. arthritidis gentilitiæ & venereæ eadem curatio* ID. 1584.

LUD. DURET & J. DURET *Non E. criticorum dierum periodi ab aſtris* Pariſ. 1584.

PETRI l'AFFILE' & GABRIEL DACUIN *E. ut morti ſtatus periodis moventur, ita & judicantur* ID. 1584.

ALB. le FEBVRE & NIC. JABOT *E. aſſumpti alimenti ut medicamenti rationem habeas* ID. 1584. 4.

SYLV. FACIO *paradoſſi della peſtilenza* Genoa. 1584. 4. TREW. Et gallice vertente B. BARALIS Pariſ. 1620. 8. RAST. *Paradoxes de la peſte où il eſt montré clairement comme on peut vivre & demeurer dans les villes infectées ſans crainte de la contagion tr. de l'italien.* Dialogi ſunt ſeptem, auctoris non nominati, verboſi iidem & tædioſi. Peſtem non neceſſario contagioſam eſſe, eſſe quidem plerumque. Genuæ liber ſcriptus eſt, de cujus civitatis peſte ab auſtrina tempeſtate orta agitur. Contagium in veſtibus nullum eſſe, cum tot mortales veſtimenta peſte demortuorum transferant, & purgent, neque mali quidquam patiantur: ſed etiam de induſtria experimento facto ejuſmodi veſtes non nocuiſſe. In eadem domo aliquos homines a peſte exſtingui, reliquos nihil pati. Non verum eſſe, virgines ſacras a peſte immunes manſiſſe, fuiſſe quæ cum buboni-

bubonibus perierint. Cum in noſodochium, cui noſter præfuit, ſex vel ſeptem peſte infectæ feminæ aditum inveniſſent, eas quidem noſter exturbavit de ædibus, unicus tamen homo infectus eſt. *Quarantanam* inutilem eſſe, & videri boni quid facere, quando aliunde peſtis declinat.

Ej. *diſeſa intorno al ſputo di ſangue* Firenz. 1596. 4. Pl.

Bartolom. Hidalgo *de* Aguero *antidotarium* 1584. & 1604. fol. cum *vera chirurgia* prodiit C. de V.

Joachim Baudis *Apothekertax u. Ordnung aller Arzneyen der Apotheker in der Statt Ligniz* Francof. Viadr. 1584. 4. Tr.

Michael v. Glaubitz *zwo Haustafeln für reiche und arme wider die fürſtebende Peſtilenz* Mayntz 1584. Riv.

§. CCCLXXXII. Julius Cæsar Claudinus.

Bononienſis, cujus magna ſuo ævo fama fuit.

Ej. *de ingreſſu ad infernos* L. II. *In quibus medici munus ſ. per ſe curet ſ. cum aliis conſultet, delineatum continetur. Acc. appendix de remediis generoſioribus* Bonon. 1612. 4. *. 1628. 4. L. 1663. 4. L. Baſil. 16.6. 8. & 1617. 8. 1641. 8. L. Venet. 1690. 4. Boehm. & *de catarrho, de criſibus, & diebus criticis.* Celebre opus, neque perinde inutile, ut plerique ejus ævi libri ſolebant. In L. I. agitur de conſultatione medica, de adgnoſcendo morbo, de eruenda indicatione; Galenica quidem omnia, nimiumque generalia. In L. II. ad auxilia tranſit, & in S. I. ad evacuationes chirurgicas. In venæ ſectione copioſus, in univerſali plethora venam ſecat quam remotiſſimam. In cacochymia per venam oppoſiti lateris, ſed ejusdem artus, ſanguinem mittit. Quando materies jam fixam ſedem tenet, venam ſecat ex proximo, ut ſaphenam, vel iſchiadicam, ſi in renibus, aut in genitalibus partibus malum ſederit: contra venas ſuperiores, quando morbus in ſuperiori aliqua corporis parte conſtitit. Salvatellæ ſectionem in febribus chronicis & continuis defendit. Malleolos ſcarifat, ſi materies morbi tenuior fuerit. S. II. pharmaceutica eſt, de medicamentis ſecundum indicationes. Videtur mihi inſignes doſes præſcribere. Helleborum nigrum laudat; braſſica marina negat ſe uti, quam nunquam profuiſſe viderit. S. III. diætetica eſt.

In *app. de remediis generoſioribus* ſalſamparillam ad diſſolvendos oſſium tophos laudat, & guaiaco præfert. De balneis & embrochis fuſe. Ex auro & argento præparata medicamenta eodem modo uſurpanda eſſe, quo ferrum, conſilium eſt viri, quod vix probes. Saponariam laudat & juniperi lignum. Guaiacum unicam veram venereæ luis eſſe antidotum, & manifeſta qualitate agere. Plurimum tamen etiam hic ab auctoritatibus pendet, neque facile a Galeno diſcedit.

Codex *de ingreſſu* &c. eſt in B. R. Par. n. 6858.

Ej.

Ej. *paradoxa medica, ſ. tr. de natura & uſu thermarum, lutorum, ſtuffarum, guaiaci, ſaſſafras, ſaſſaparillæ* &c. in Coll. Joſephi Lauterbach Frf. 16‿5. 4. L. 1660. 4. L. Putes eſſe idem quod appendix prioris operis.

Ej. *de gonagra & podagra conſilium.* In eadem Lauterbachii collectione Francof. 1605. 4. L.

Ej. *conſultationum & reſponſionum tomus* Venet. 1606. fol. L. 1611. fol. Tr. 1646. 4. Id. Francof. 1607. 8. L.

Ej. *de catarrho tr.* Bonon. 1612. f. L. Venet. 1690. 4. Boehm.

Ej. *de criſibus & diebus criticis* Bonon. 1612. fol. 1628. 4. L. Baſil. 1620. 8. L. Venet. 1690. 4. Boehm.

Ej. *Empirica rationalis* ll. VI. *abſoluta, in duo volumina diviſa, in quorum* 1. *univerſi corporis humani affectus penes totum & partem, altero penes ſpeciem, individuum, ætates, cauſas* &c. Bonon. 1653. fol. 2. vol. Falc. Olim Franciscus filius ad prelum paraverat, edidit J. C. Claudinus junior.

§. CCCLXXXIII. Varii.

Antonii Alvarez prof. Complutani & Pinciani, *Epiſtolarum & conſiliorum medicinalium* P. I. Neapoli 1585. 4. *. Scopus videtur fuiſſe, Salvium Sclanum perſequi, qui contra Donatum A. ab Altomari ſcripſerat. In primis 13 epiſtolis Salvianas locorum Hippocraticorum expoſitiones rejicit. De venæ ſectione tum Vesalio ſentit, ut Galenum veneretur, veritatem magis. Conſilia aliqua ad ſtuporem poſt apoplexiam ſuperſtitem. Aquas medicatas Hiſpanicas commendat. Cum Nerio Neri Florentino, certat de ſanguinis per ſedis venas emiſſione, de cauterio occipiti admoto. Idem contra objectiones noſtri ſe tuebatur: trifidum vulnus hirudinis non ignoravit, & conſenſum venarum ſedis cum hepaticis. Conſilia alia ad podagram, menſium obſtructionem. Propria demum defenſio D. ab Altomari adverſus Sclanum.

Andreas Vasquez *de la melancolia, en la quel ſe trata de la naturaleça deſta enfermidad, de ſus cauſas y ſymptomos* Hiſpali 1583. 8. C. de V.

Petro Baeza *commentaria medica* Madrit. 1585. C. de V.

Gius. di Rossi *diſcorſi ſopra gli anni climatterici* Romæ 1585. 4. Falc.

Claudii Alberii (Aubery) Triumcuriani, *de concordia medicorum diſputatio exoterica* Bernæ 1585. 8. B. B. Apologia ſcholæ Paracelficæ. Laudat ſignaturas tum in parte adfecta, tum in remedio, exemplo hyperici rubro ſucco pleni, & ad hæmorrhagias proficui. Salem abdomen obſidere, ab eo mala abdominis oriri, ſulphur in pectore dominari, idem ejus morbis mederi. Sic mercurium capitis malis. Cætera non indoctus homo.

J. Juvenis Galeni *de theriaca ad* Pisonem *libellum* edidit, & addidit *epiſto-*

lam

lam complectentem medicamenta bezoardica, quorum uſus a peſte præſervat Antwerp. 1585. 16. *.

J. Lopez de Tudela *de materie medica ad tirones* Pompejopoli 1585. fol. Hiſpali 1589. fol. C. de V.

Jacobi Schenk *tractationum phyſicarum & medicarum libri* VII. Francofurti 1585. 12. De medicamentorum facultatibus, de purgantium in febribus uſu.

Agostino Bucci *modo di cognoſcere e diſtinguere gl' influſſi peſtilenti* 1585. 8. Falc.

Jac. Sauter *Bericht von Leibesgebrechen* Paſſau 1585. 8. Tr.

Jacques Guillemeau *tr. des maladies de l'œil* Paris 1585. 8. Bur. Rouen 1649. fol. *. Belgice, vertente J. Verbrugge Amſterdam 1678. 8. *. Germanice, vertente M. Schurig Dresden 1706. 8. *. 1710. 8. Veteres ſequitur, in re medicamentaria plurimus.

Ej. *de la groſſeſſe & de l'accouchement des femmes* Paris 1598. f. *. 1620. 8. *. Habet etiam morbos graviditatis & puerperii, infantis, muliebres demum quoſcunque.

Porro edidit parvum libellum *ſur les abus qui ſe commettent ſur les procédures de l'impuiſſance de l'homme & des femmes.* Contra congreſſum. Nihil demonſtrare, ſi amor & cupido abſuerint, neque ſemper ad venerem paratum eſſe, qui cætera ſanus ſit. Venerem non eſſe de eſſentia matrimonii.

L. B. *the difference between the ancient phyſic firſt taugth by the godly forſathers and the latter phyſick proceding from the idolaters* London 1585. 8. Ames.

Antonio Bartholino *conſiderazioni ſopra l'olio di ſcorpioni del Matthioli* Mantova 1585. 4.

Cornelii Pleyer *examen tractatus* G. A. Scribonii *contra uromantas impoſtores* Baſil. 1585. 8. Erford 1623. 8.

Elias Anhard *conſilium podagricum* Ingolſtatt 1585. 8. L.

Valentin Espich *de melancholia* Witreb. 1585. 4. Riv.

Francisci Fabri *theſes de dyſpnœa vulgari ejuſque gradibus* Witteb. 1585. 4.

Petri Hener *de phthoe* Tubing. 1585. 4.

Janus Ferschius *de convulſione* Baſil. 1585. 4.

Arn. Freitag *de palpitatione cordis* Baſil. 1585. 4. Riv.

Andr. Schwenzer *de catarrho* Baſil. 1583. 4.

Henr. Fabricius *de lue peſtifera* Baſil. 1585. 4.

Joh. Huguet & Ant. Capluanus (de Cappe) *E. febribus intermittentibus continuæ perículoſiores* Pariſ. 1585.

Oliv.

Oliv. de Violaines & Ægid. Girard *Non E. ab hepate affecto omnis icterus* Paris 1585.

J. Liebault & Nic. Jabot *E. pueri morboſiſſimi* ib. 1585.

J. Rochon & Ægid. Girard *E. purgationi & venæ ſectioni in dyſenteria locus* Pariſ. 1585.

§. CCCLXXXIV. J. Zechius.

Bononienſis, civis Romanus, archiater pontificius.

Ej. *in primam ſectionem aphoriſmorum* Hippocratis *dilucidiſſimæ lectiones. Acc. tractatus quatuor de ſanguinis miſſione, de purgatione, de criticis diebus, ac de morbo gallico, a* Scipione *de* Mercuriis *ex ore auctoris excepti, cum ejuſd. ſcholiis in ſingulas lectiones* T. I. Bonon. 1586. 4. L. 1629. 4. Non legi. In l. *de lue gallica* ſcribit, citante Astrucio, non cedere decoctis, ſupereſſe ut ad hydrargyrum deveniatur. Suffumigia primo loco proponit, tum inunctiones & pulveres præcipitatos, ſed eos valde periculoſos vocat, & medicos hortatur, ne venenato præſidio uti velint.

Ej. *de ratione curandi præſertim febres ex putri ortas humore, a medicis hactenus in urbe ſervata, diſputatio* Rom. 1596. 4. L.

Ej. *conſultationes medicinales, in quibus univerſa praxis medica exacte pertractatur,* Andromachi Zecchii *opera in lucem editæ* Rom. 1601. 4. *. Venet. 1617. 4. L. Francof. 1650. 8. *. Spiſſum opus, conſultationes 101, ſæpe cum plena morbi hiſtoria, ut etiam alia auctori viſa ſubinde interſpergantur. Ecce ſpecimina aliqua. In capitis deſtillatione, & purulento ſputo, jubet caput inurere, non in ſutura coronali, ut vulgo fiat, ex qua uſtione phrenitidem funeſtam naſci viderit, ambuſta, ut videtur, dura cerebri membrana, neque ſe probare, ut chirurgi ſoleant, primam laminam oſſis ferro amburere. Vidiſſe ſe pulmonem undique adhæreſcere. In ulcere pulmonis medicamenta alvum ducentia ſuſpecta videri; ſua remedia commendat, primum emulſionem, etiam ex nucleis pineis, ſed carnibus corruptam; alterum lac coctum cum urticæ ſemine & cinnamomo; tertium, cui multum tribuit, potiſſimum ob opium valet atque hyoſcyamum. In epilepſia cauterium admovet, primam inter & ſecundam vertebram. In ulcere veſicæ vomitum ciet, lac injicit cum mollientibus. Exemplum cardinalis, cui, cum oedematoſa crura ſcarifaſſet, aquæ bene multum effluxit, ſed funeſto eventu, ut gangræna ſuperveniret. In quotidiana ex febre putrida diuturna ſuperſtite (quod ſæpe fit) mirifica quæque imperat, ſaſſafras, cinnamomum, aloën, guaiacum dat. Contra pollutiones laudat ſuum medicamentum, miſtum ex lactucæ ſemine & viciſſim rutæ, cum mentha & iridis radice. Ad partes genitales confirmandas unguentum illinere jubet, quod euphorbium recipit. In putrida febre omnino ſanguinem mittit; ſed urinam præterea ciet, inungit ex Aetio cum nitro (quod Aetio natrum erat, cum oleis in ſaponem abiturum), dat theriacam.

Ej.

Ej. *de pulſibus brevis methodus*, compendium eſt ex Galeno.

Ej. *de urinis brevis & pulcherrima methodus*. Tum *de laterali dolore cum febre putrida conſilium* Herculis Zecchii *opera editum* Bonon. 1613. 4.

Libellum de Porrettanis aquis in phyſicis dicemus.

§. CCCLXXXV. Scipio *de* Mercuriis (Mercurio)

Romanus, Arantii diſcipulus, peregrinator, ad magnum ſenium pervenit, & in prædio prope Peſchieram ad lacum Verbanum ſe recepit.

Ej. *commare o raccoglitrice* ſæpe edita, etiam Milan 1618. 8. *. Venet. 1621. 4. Tr. Veron. 1642. 4. Tr. 1652. 4. *. Germanice, Lipſ. 1652. 4. Witteberg. 1671. 4. *. vertente & augente God. Welschio. Multum ratiociniorum & fuſa dictio. Morbos dicit feminarum gravidarum, parturientium, puerperarum, & infantum.

Ej. *degli errori populari d'Italia* Venet. 1603. 4. Rast. Padova 1645. 4. *. Senis facundum & verboſum opus. L. I. medicam artem in univerſum defendit: credulus miraculis. L. II. Pro medicis apologia. Honores nonnullis medicis tributi. Medicum debere omnes pene ſcientias tenere. Judæis artem medicam non debere permitti. L. III. de erroribus ægrotorum. Bovii antimonium & herculem non omnia mala curare. Mercurialem & Capivaccium gravidam tanquam ægrotam curaſſe. L. IV. Contra agyrtas. Coquum neſcio quem unguento ad ſcabiem multum nummorum confeciſſe. Medicum gallum unico remedio caruncula curaſſe, magno ſuo cum fœnore. Agyrta tamen noluit experimentum in ſe ipſo facere, & mercurium ſublimatum deglutire, aut a vipera morderi. De abuſu ſpiritus vini, fontanellarum; malo loco inuri, male tractari, in gangrænam verti. L. V. Errores prægnantium & parturientium. Zingibere & calidis Venetos abuti. Nimium & indigeſtum cibum puerperis indulgeri. L. VI. Errores obſtericum, nutricum, eorum qui puerorum curam gerunt. Florentiæ puero continuo, uti natus eſt, nucham aduri, ad epilepſiam avertendam. L. VII. errores in ſex rebus non naturalibus. De producenda vita. Pagi, in quibus frequentes ſenes nonagenarii vivunt. Aerem in Monſelice inſalubrem eſſe, quo in loco noſter, more italorum, conductus fuit, ut medicinam faceret. Inſalubris aer Piſcariæ. Num bis quam ſemel cibum præſtet ſumere. Contra acetaria. Non debere, qui peregrinatur, aliis in regionibus patrias conſuetudines tenaciter obſervare.

§. CCCLXXXVI. Rodericus a Fonseca.

Luſitanus, Profeſſor Piſanus.

Ej. *in* Hippocratis *legem commentarius, quo perfecti medici natura explicatur* Rom. 1586. 4. L.

Ej. *de calculorum remediis, qui in renibus & veſica gignuntur* Rom. 1586. 4. *. Aquas pluſculas medicatas laudat, Tettuccianas, Piſanas, Porrettanas.

Ej. *de venenis & eorum curatione* Rom. 1587. 4. L.

Ej. *in ſeptem aphoriſmorum* Hippocratis *libros commentaria, eo ordine contexta, quo Doctoratus puncta exponi conſueverunt* Venet. 1595. 4. Tr. 1608. 4. L. 1621. 4. L. Patav. 1678. 4. des Tourn.

Ej. *opuſculum quo adoleſcentes ad medicinam facile capeſſendam inſtruuntur, juxta normam in punctis tentativis pro Doctoratu recitandis uſitatam. Add. conſultationes aliquot, & modus demonſtratur, curandi capitis vulnera ſine apertione per* Apparitii *oleum ſecretum unicum* Florent. 1596. 4. L. Tr.

Ej. *in* Hipp. *prognoſtica commentarii* Patav. 1597. 4. L.

Ej. *de tuenda valetudine & producenda vita* l. Florent. 1602. 4. L. Francof. 1603. 8. Trew. *Italice del conſervar la ſanità*, vertente Politiano Mancino Firenze 1603. 4. *. De cibo & potu. Luſitanos non ante annum decimum quartum pueris vinum indulgere. Periit, qui durorum ovorum copiam ingeſſerat. Periit, qui in compoſitione Thapſiam loco Caſſiæ acceperat. Catarrhos vitari ſitu, dum dormitur, plano. Turcas opio deſtitutos debilitari. Ut pavimento frigida adſperſo nudis pedibus incedens, princeps alvi libertatem recuperaverit. Coſmum & Ferdinandum M. Duces Piſis ſalubritatem reddidiſſe, aquis ſtagnantibus averſis. Romæ coriarios ſolos in peſte tutos manſiſſe. Caraneſii medici Hiſpani conſilium pro podagra curanda.

Ej. *de hominis excrementis l.* Piſis 1613. 4. *. Præſagia & ſignificationes ex fæcibus. Lumbrici. Vomitus. Urina. Medica efficacia ſtercoris, urinæ. Sudor. Nihil ſe mali paſſum, cum in febre acuta totis 13 diebus ſudore maderet frigido. Reliqua excrementa, aurium etiam ſordes. Ex veteribus pleraque.

Ej. *conſultationes medicæ, ſingularibus remediis refertæ, etiam ex nova medicina deſumtis. Acc. de ratione conſultandi compendium, & de Plica Polonica conſultatio* Venet. 1618. f. L. 1619. fol. L. 1620. f. L. 1622. f. L. 1628. f L. Frf. 1625. 8. Tr.

Ej. *de febrium acutarum & peſtilentium remediis diæteticis, pharmaceuticis & chirurgicis* Venet. 1621. 4.

Idem Leonh. Jacchini *methodum curandarum febrium* edidit, & addidit, *quæ ad operis abſolutionem deſiderabantur* Baſil. 1625. 8. L.

Ej. *de morbis virginum qui intra clauſuram curari nequeunt* L. abſque anno.

§. CCCLXXXVII. G. Bertinus.

Georgius Bertinus Campanus.

Ej. *medicina* L. XX. *abſoluta, in qua mutuus Græcorum & Arabum conſenſus; medicinæ adverſus Paracelſum defenſio, vera animadverſionum* Argenterii *in* Hippo-

CRATEM & GALENUM *refutatio, dilucida controverſiarum & difficilium locorum explicatio*, &c. Baſil. 1587. f. B.B. PARACELSUM utique, ſed ex hypotheſi impugnat, proprias adnotationes nuſquam profert, ſyſtema totum medicinæ hoc opere complectitur. Poſt phyſiologiam libro VIII. & IX. de cibo & potu agit, etiam per ſingulas partes, vinum, olera, fructus &c. L. X. generalia de morbis ex GALENO. L. XI. de febre. L. XII. morborum a capite ad calcem cenſus & deſcriptio. L. XIII. morbi partium externarum, tumores. L. XIV. ſymptomata. L. XV. prognoſtica. L. XVI. pulſus. L. XVII. urina. L. XVIII. medicamenta ſimplicia ex tribus regnis. L. XIX. compoſita, eorum componendorum cauſa, formulæ pharmacopoliorum, julepi, ſirupi &c. L. XX. morborum curatio.

EJ. *de conſultationibus medicorum & methodica febrium curatione commentarius* Baſil. 1586. 8. L.

§. CCCLXXXVIII. VARII.

JOHANNIS le BON *therapia puerperarum*, in *gynæciis* Baſil. 1587. 4. *. & in SPACHIANIS, & Francof. 1589. 12. B. B. Genev. 1635. 4. Pariſ. 1661. Morbi gravidarum, puerperarum, inmenſa vis formularum.

SIMONIS a TOVAR *de compoſitorum medicamentorum examine vera methodus, qua medicamentorum omnium temperamenta ad unguem examinari, ac propoſitæ temperaturæ medicamenta componi facillime queant* Antwerp. 1586. 4. L.

EJ. *Hiſpalenſium pharmacopoliorum recognitio* Hiſpali 1587. 4. L. Haag. 1640. 16. *. In L. I. pondera Hiſpaniæ cum Romanis comparata. In L. II. purgantium medicamentorum præparatio, deque accurata eorum, quam deſiderat, tritura. L. III. Examen medicamentorum compoſitorum. Sirupi aliqui, electaria, pilulæ, olea, emplaſtra.

CAMILLUS SQUARCIALUPI Plumbinenſis, citatus p. 156. EJ. *opuſculorum pars* Puſclavii in Rhætia 1586. f., ut legi, prodiit & 1587. 8. *. Contra PLUTARCHUM negat, quinque amygdalas amaras ſumtas ebrietatem arcere. In hunc noſtri luſum vehementer SIMON SIMONIUS ſcripſerat. Hic noſter cauſam ſuam tuetur. Amygdalas etiam amaras dulci oleo plenas eſſe. Ut cauſtica medicamenta cuti admota operentur. Contra SIMONIUM, utique poſſe ſanguinem in vivo homine putreſcere. De nova SIMONII expectoratione citra tuſſim, ſex nempe libris puris, quas in dies polonus nobilis citra tuſſim exſcreaverit. Negat noſter, potuiſſe abſque tuſſi exſcreari. Cum *expectoratio* ceſſaret, æger ſuffocatus eſt.

HENRICUS a BRA Doccumanus Friſius, Campis & in patria medicinam fecit.

EJ. *medicamentorum ſimplicium & facile parabilium ad calculum enumeratio & quomodo iis utendum ſit brevis inſtitutio* Franeker 1589. 8. L. 1591. 8. *. Brevis libellus.

libellus. Catalogus alphabeticus ex veteribus, ſed etiam ex nuperis. Veriora miſta aliis manifeſto falſis, nullum judicium adhibitum, neque ſelectus.

EJ. *medicamentorum ſimplicium & facile parabilium ad icterum & hydropem catalogus & quomodo iis utendum* Leid. 1590. 8. L. 1597. 8. L.

EJ. *de curandis venenis per medicamenta ſimplicia & facile parabilia* L. II. Arnheim 1603. 8. L. Leeuwaard 1616. 8. L.

EJ. *medicamentorum facile parabilium adverſus peſtilentiam catalogus* Arnheim 1605. 8. L. Leeuwaarden 1616. 8. L.

EJ. *catalogus medicamentorum ſimplicium & facile parabilium adverſus epilepſiam, & quomodo iis utendum ſit, brevis inſtitutio* Arnheim 1693. 8. L. Leeuwaarden 1616. 8. L.

EJ. *epiſtola de nova morbo Friſiis & Weſtphalis peculiari de Varen* in PETRI FORESTI L. XIX. Leid. 1591. 8. *. cum HEURNII de eodem morbo epiſtola. Vagi dolores erant per omnia membra, ſed potiſſimum per dorſum & lumbos decurrentes, cum alvo adſtricta, ſubinde etiam cum vermibus in lotio. Purgantia noſter dat, theriacam, ariſtolochiam, lumbricos terreſtres.

SALUSTII SALVIANI Romani, viri docti, *de calore naturali acquiſititio & febrili* L. II. *cum expoſitione* XIV. & XV. *aphoriſmi* Libri I. & L. II. *de concoctione ubi exponuntur aphoriſmi* XXI. & XXIV. libri I. Rom. 1586. 8. TR.

EJ *de urinarum differentiis, cauſis & judiciis* l. Rom. 1587. 8. TR.

EJ. *variarum lectionum de re medica* L. III. Rom. 1588. 8. TR.

NICIUS laudat, & multa contra vulgarem opinionem docuiſſe teſtatur.

BACCII BALDINII *in l.* HIPP. *de aere aquis & locis comm.* EJ. *tractatus de cucumeribus* Florent. 1586. 4. TR.

DAMIANI LAPHANCHINI *in Hippocratis aphoriſmos dialogus* Venet. 1586. 4. L.

CÆSAR OTTINELLUS *de curanda porrigine* Rom. 1586. 8. FALC.

FRANCISCI CAPOCCII *artis medicæ praxeos de morbis mulierum l.* Vicetiæ 1586. 4. RICHT.

RICHARDI VALCHERII *de arthritide & de variolis* l. II. Venet. 1586. 4. GUNZ.

HIERONYMI SACCHETTI *de podagricis & arthriticis morbis retractationes* Brix. 1586. 4. BOEHM. TR. LINDEN habet editionem anni 1580. 8.

Epiſtola eſt in ciſta HORNUNGI.

VIDUS VIDUS *junior*, ſenioris *de curatione generatim Partis ſecundæ ſectionem ſecundam* recognovit, edidit, Venet. 1586. 4.

IDEM *Tomum V. de curatione membratim undecim libris pertractavit* (quos VIDUS ſenior morte præventus non perfecerat) Florent. 1594. f. 1611. f. L. Frf. 1596. f. L.

GUILLELMI ROMANI *de modo ſenſationis & depravato ſenſu tactus: h. e. de dolore, ejus vera cauſa & ſedatione* Baſil. 1590. 4. RIV.

EJ. *de convulſione* Lipſ. 1590. 4. RIV.

MICHAEL WILLEBROCH *de aſthmate* Baſil. 1586. 4. RIV.

J. JAC. SCHITLER περι της κωλικης διαθεσεως παρασκευη ιατρικη Baſil. 1586. 4. RIV. diverſum enim puto a JOHANNE p. 186.

SAMUEL LE IAY *de dyſenteria* Baſil. 1586. 4. RIV.

CONRAD MINDER *de ſideratione ſ. apoplexia* Baſil. 1586. 4. RIV.

JACOBUS GRÆGORI TUXANIUS *de phthiſi* Baſil. 1586. 4. preſide STUPANO.

J. LUD. HAFENREUTER profeſſor Argentoratenſis, *de arte medica oratio* Frf. 1586. 4. L.

EJ. *de iis, quæ in principio artis medicæ a Galeno tractantur* Argent. 1586. 4. LIND.

EJ. *tr. de epilepſia* ib. 1586. 4. L.

EJ. *pharetra ſagittifera & vexillum Raphaeliticum* Tubing. 1611. 4. L.

J. VARISMANI *de rabidi canis morſu & de hydrophobia* Regiomont. 1586. 8. L.

EJ. erat, eodem nomine certe cum, *de inflammatione* &c. diſſ. Baſil. 1593. PL.

J. HARTMAN BEYER *de lactis ejuſque partium natura & viribus diſputatio* Tubing. 1586 4. L.

EJ. *de morbis formæ & totius ſubſtanſtiæ* ib.

Cum *operibus* LUDOVICI MERCATI ejus *encomium* dedit.

Edidit VALESCI de TARANTA compendium.

MARCI MYRON & SIM. PIETRE *ſuntne morborum omnium ſubjectum cauſa & ſigna* Pariſ. 1586.

LUDOV. COCHIN & ANT. CAPLUANUS *E. apoſtaſis omnis ab humorum vitio* Pariſ. 1586.

GUIL. ROBINEAU & J. GROUST *Non ergo in calculi curatione catharticis miſcenda diuretica* Pariſ. 1586.

GERARD DENIZOT & NIC. JABOT *E. vere mania melancholia & phrenitis facilius ut fiunt, ita & curantur* Pariſ. 1586.

PETR COLLIER & ANT. CAPLUANUS *E. pulſus quam urina febrium certior index* Pariſ. 1586.

CL. FAUVELET & ARNULPH *de l'Isle ſuntne hereditarii morbi curabiles?* ib. 1586.

LUD. DREUX & SIM. PIETRE *Non E. curabilis Elephantiaſis* ib. 1586.

SIM. PIETRE & SIM. PIETRE *E. prægnantibus utilior phlebotomia catharſi* Pariſ. 1586.

J. HUGUET & PETR. MARIE *E. præſtat ſenſuum officia eſſe intermiſſa quam continua* Pariſ. 1586.

§. CCCLXXXIX. VARII. AD 1585.

J. B. ZAPATA *ſecreti varii di medicina, chirurgia, raccolti da* GIOSEPPE
SCIENTIA *chirurgico ſuo diſcipulo* Rom. 1586. 8. FALC. Venet. 1586. 8. 1595. 8.
THOM. 1602. 12. 1618 8. HEIST. Venet. 1611. 8. L. 1677. 12. *. Latine
Ulm 1696. 8. FALC. Germanice titulo *Schlüſſel der Arzney* Lipſ. 1685. 8. HIP-
POLYTI SURIANI diſcipulus, chemicus & agyrta, arcanorum ſuorum laudator,
hactenus aliis agyrtis honeſtior, quod ſua arcana aperuit. Aquam vitæ cum ſac-
charo dat pro auro potabili. Vires aliquæ medicamentorum ſimplicium minus
notæ, ut radicis gladioli adverſus ſcrofulas, ſacchari roſati ad vermes, decocti
ſaponariæ adverſus luem veneream, easdem vires eſſe gentianæ cruciatæ, ſpatu-
lam fætidam alvum ducere. Oxymel aſari emeticum. Oleo vitrioli ipſe in
ardentiſſima febre reſtitutus fuit. Fuſe de mechoacanna. Aurum potabile; furnus
philoſophicus.

JEAN SUAU *tr. de la doctrine de la peſte & de la coqueluche* Paris 1586. 8. FALC.

RAOUL de MONVERT *le tréſor des fleurs & ſecrets de médecine* Lion 1586. 16. RAST.

Diſcours pour conſerver & augmenter la mémoire Lion 1586. 16.

MATTHÆI SEBIZ *Bericht, Rath, und Hülf wider die peſtilenziſche Krankheit* Augſpurg 1586. 8. TR.

B. SCHWALB *gründlicher Unterricht von dem Verhalten in Sterbenslaüften* Neyſſ. 1586. 4. HUTH.

EJ. *Ordnung der præſervation u. curation der Peſtilenz* Prag. 1598. 4. TREW. 1585. 4. TR.

BARTHOL. SCULTETI (SCHULZE) *tabula phyſica, aſtronomica & medica de peſtilitate aus* PARACELSI *Büchern* Görliz 1586. forma patente. TR.

EJUSD. *ſynopſis univerſæ medicinæ* diſſ. XII. Lipſ. 1601. 8. TR.

EJUSD. *conſilium medicum pro curanda valetudine acc* DIOCLIS *epiſtola prophylactica paucis ſcholiis exarata* Witteb. 1606. 12. RIV.

Paſſauiſcher Arzt u. Apothekerordnung reformation Paſſau 1586 4. TR.

FEL. COSTA *diſcorſi ſopra le compoſitioni de gli antidoti e medicamenti, che piu coſtumano di darſi per bocca, con la dichiaratione d'alcuni ſuccedanei: nel fine una lettere medicinale del G. Batt.* CAVALLARA Mantova 1586. 4. TR.

§. CCCXC. Varii. Ad. A. 1587.

Matthæi Martini medici Islebienſis, *de febre peſtilenti diſp.* Baſil. 1587. 4. Riv.

Ej. *Bedenken zur Præſervation u. Curation der peſtilenziſchen Seuche dienlich* Eisleben 1611. 4. Tr. Nonne idem l. eſt *das peſtilenziſche Regiment* Boehm.

Ej. *de febre epidemica* Isleb. 1616. 4.

Ej. *de ſcorbuto commentatio* Witteb. 1624. 8. *. cum Sennerto & aliis. Multa ex Eugaleno ſumſit, quem pro oraculo habet. Symptomatibus addit tumorem oculorum, caliginem, ulcera, furunculum, dolores varios, cum pulſu parvo & inæquali. Cum febribus intermittentibus ſcorbutum fere componi.

Ej. *von der Fiebern, u. Bruſtkrankheiten Natur und Eigenſchaft* Halle. 1625. Heist.

Ej. *de morbis meſenterii abſtruſioribus, in ſcholis medicorum hactenus fere prætermiſſis. Item affectionum hypochondriacarum hiſtoria & curatio* Hall. 1625. 8. L. Lipſ. 1630. 8. L.

Ej. *armer kranken Rath oder Arzneybuch für den armen gemeinen Mann* Leipz. 1684. 8. Francf. 1676. 8. Lehm.

Antonii Anguisolæ *compendium ſimplicium & compoſitorum medicamentorum* Placent. 1586. 8. Smith.

Ej. *conſilium de hæmorrhoidibus* in Lauterbachianis Francf. 1605. 4 L.

J. Khuenii *Zodiaci medicinæ ſ. materiæ medicæ* L. I. Colon. 1587. 8. Willer 1588. 8. Tr.

Caspar Schwenkfeld *theſaurus pharmaceuticus, medicamentorum omnium fere facultates & præparationes continens, ex probatiſſimis auctoribus collectas.* Acc. G. Rondelet tr. *de ſuccedaneis* Baſil. 1587. 8. Tr.

Ej. *Lebensbeſchreibung u. Abſchied* 1697. 8. B. Bun.

Gabriel Beatus; Ej. *de morbo gallico* MS. Astrucio dicitur.

Gabriel Minutius Ruthenus. Ej. *morbi gallos infeſtantis curatio & ſancta medicina* Lion 1587. 12. De bellis ait civilibus non de morbo Astruc.

Franc. Thomasius *de peſte* Rom. 1587. 8. Tr.

Ej. *dignitates aphoriſticæ in re medica* Rom. 1589. 12. Tr.

J. Bapt. Minadous *de ratione mittendi ſanguinis in febribus* Venet. 1587. 4. L.

Hieronymo Merola *Republica ſacada del cuerpo umano dos libros.* In libro poſteriori quæritur *utrum ſit potiori loco habenda medica ars an legalis facultas* Barcinone 1587. 8. C. de V. 1595. 8. Id.

Marco

Marco Antonio Florio *della natura de mali epidemici e modo di curargli* Ferrara 1587. 8. Falc.

Walth. Cary's *farewel to phyſik* Lond. 1587. 8. Osb.

Ej. *hammer of the ſtone* Lond 1587. Ames.

Hiſtoire d'une fille qui ne boit ni ne dort & ne jette aucun excrément Francf. 1587. 8. d'Etr.

Cesar Augenville tr. *contre la maladie contagieuſe de la peſte* Paris 1587. 16. Carrer.

Barthol. Walther *vita* Wolfgangi Meurer Lipſ. 1587. 4. Boehm.

Georgii Liebler *oratio funebris de vita, moribus & ſtudiis* Jac. Schegkii Tubing. 1587.

Pascal Rollin *hiſtoire memorable d'une fille d'Anjou, laquelle a été quatre ans ſans uſer d'aucune nourriture, que d'un peu d'eau commune* Paris 1587. 12. Portal.

Sim. Pietre & J. de Renou *E. homo omnium animalium morboſiſſimum* ib. 1587.

Henr. Blacvod & J. Debonnaire *E. piſces febricitantibus carnibus ſalubriores* Pariſ. 1587.

Juliani Pere' & Petr. Pijart *E. nuptarum quam virginum morbi periculoſiores* Pariſ. 1587.

Nic. Marchant & Andre' Mele *E. morbi capitis quam thoracis periculoſiores* ib. 1587.

German. Courtin & Phil. Greslet *E. ſaluti apoplexiæ phlebotomia* Pariſ. 1587.

J. Groust & P. Pijart *E. in hepatitide ut phlebotomia, ſic catharticum tutum* ib. 1587.

Andre' de Cappe & Guil. Fournier *E. ſanitatis optimum præſidium diæta* ib. 1587.

Aliqua de Simone Pietre medico Pariſino hic addo, quem plurimi Guido Patinus facit.

In *epiſtola* a. 1619. de venæ ſectione Brissotum ſequitur.

In Gourmeleni opere chirurgico, & in comm. ad L. VI. Pauli Dalechampiano, aliqua dicitur adjeciſſe.

Conſilia ejus ſex exſtant cum editione Fernelianorum *conſiliorum* a. 1597. 1619. editorum.

Elogium viri dedit Masson P. II. & Gouietus.

§. CCCXCI.

§. CCCXCI. J. Heurnius.

Ultrajectinus, Profeſſor Leidenſis, Italos & Duretum audivit, celebris clinicus, & in dignoſcendis morbis perſpicax, Hippocrati addictiſſimus. Propria manu, raro exemplo, cadavera diſſecuit.

Ej. *oratio de medicinæ origine, Æſculapidum & Hippocratis ſtirpe ac ſcriptis* dicta 1584. alias 1589. 4. *. a morte demum auctoris a filio edita. Elogium ut exſpectes Hippocratis.

Ej. *praxis medicinæ nova ratio* L. III. Leid. 1587. 5. 1590. 4. Tr. 1599. 8. Tr. 1609. 4. *. Roterdam 1650. 8 Tr. Leid. 1690. 4. Methodicum opus, bono ordine ſcriptum, ſed ad veterum ſaporem, ut fere nimis in generalibus ſubſiſtat. L. I. eſt materies medica. Remediorum formulæ, cautiones, locus. Hic tamen ſe in peculiaria dimittit, in præparationes &c. In L. II. medicamenta recenſentur, ſecundum indicationes & ſcopum, quem ſibi medicus proponit. Libro tertio methodum tradit eruendi indicationes, ſatisfaciendi indicationibus. Superſtitioſa refutat. De conſultandi modo.

Ej. *Inſtitutiones medicinæ. Acc. modus ratioque ſtudendi eorum, qui medicinæ operam dicarunt* Leid. 1592. 8. Tr. 1609. 4. *. 1609. 12. L. 1666. 12. L. auctius, Hanau 1593. 8. Tr. Compendium ad ſcholarum ſaporem omnium medicinæ partium.

Ej. *de morbis qui in ſingulis partibus capitis humani inſidere conſueverunt* Leid. 1594. 4. Tr. 1608. 4. *. 1609. 4 L. Plenius opus, in quo noſter auxilia fere omnium veterum conjungit, legerat enim & Galenum & Græcos, & Arabes; multum etiam Aureliano utitur, nimium a reliquis medicis neglecto. Obſervationes aliquas rariores interſpergit, & morborum hiſtorias proprias, inter illas veſiculas in ventriculo hominis pediculis plenas. Maniacus homo, ut etiam convulſus perierit, memoria tamen fideliſſima pollebat, & integros, quos exaudiverat, ſermones repetebat.

Ej. *de l. morbis oculorum, aurium, naſi, dentium & oris a morte viri a filio* Othone *editus* Leid. 1602. 4. 1608. 4. *. Fere ex veteribus. Vitriolo magnas hæmorrhagias ſe compeſcuiſſe.

Ej. *de morbis pectoris l. poſt mortem auctoris a filio* Othone Heurnio *editus* Leid. 1602. 4 Pl. 1608. 4. *. Ejuſdem ſaporis. Anginas vidit funeſtas, in quibus nigri quid circa epiglottidem viſum, oeſophagus exeſus erat, & in alio ægro ipſæ venæ jugulares funeſto eventu eroſæ. Vidit & celebrem nuper morbum, qui compreſſa gula hominem fame conſumſit. Eſſe, ubi in cadavere inciſo nullum morbi prægreſſi indicium offendatur; id ſibi in phrenitico accidiſſe. Cor bubulo æquale, in ejus ſepto tres calculi.

Ejusd. *de febribus* liber Leid 1598. 4. *. 1610. 4. Tr. Fuſum & Galenicum opus. Venam ſecabat in eodem latere.

Ej.

Ej *de peſte l.* Leid. 1600. 4 *. Theriaca utitur & calidis antidotis, & ſudorem urget. Fotum bubonum valde commendat, ſic carbonum.

Ej. *de morbis ventriculi. Acc. oratio de medicinæ origine, Æſculapidum ac* Hippocratis *ſtirpe & ſcriptis. A morte auctoris filius* Otho *edidit* Leid. 1608. 4. *.

Ej. *de graviſſimis morbis mulierum l. & de morbis novis & mirandis hiſtoriæ* Leid. 1607. 4. *Acc vita auctoris.* Morbi novi in epiſtola continentur ad H. a Bra, quæ cum Foresto etiam prodiit, Heurnius nempe de morbo varen negat, veteribus dictum eſſe, & de morbis endemiis minuſque vulgaribus aliqua colligit.

Porro numeroſi exſtant Heurnii in Hippocratis varia opera commentarii. *In l. de natura humana* Leid. 1609. 4. *. Græcus textus cum verſione nova cumque paraphraſi.

Ej. *prolegomena & prognoſticorum* L. III. Leid. 1597. 4. *. 1609. 4. L., nempe in jusjurandum; de medico; de lege; de arte; de veteri medicina; de elegantia; præceptiones; de carnibus; de purgantibus medicamentis.

Ej. *in* Hipp. *de victu in morbis acutis comm.* Leid. 1609. 4. *.

Et *Aphoriſmi brevi enarratione fidaque interpretatione illuſtrati & hiſtoriis obſervationibus curationibus & remediis ſelectis* Leid. 1609. 4. *. 1609. 12. L. 1623. 12. L. Haag. 1664. 12. *. Jen. 1677. 12. L. 1690. 12.

Ej. *opera omnia* Leid. 1609. 4. * Lion 1658. fol. L. cum vita viri.

Ej. *de ſtudio medicinæ rite inſtituendo diſſ.* Amſterdam 1645. 12. L. Utrecht 1651. 12. Lion 1658. fol. 2. vol.

Ej. *notæ & obſervationes in* J. Fernelii *univerſam medicinam* in ed. Fernelii Utrecht 1656. 4. *.

Et *in* Hippocratem *de medicamentis purgantibus*, cum Anutii Foesii Hippocrate Genev. 1657. fol.

Ej. *diſſ. de eryſipelate* Leid. 1596. 4. Riv.

Lego etiam Ej. *de morbis meſenterii & pancreatis l.* prodiiſſe Leid. 1599. 4.

§. CCCXCII. Ludovicus Duret.

Seguſianus Burgundus, medicus Pariſinus, Archiater gratioſus & locuples, magnus Hippocraticæ medicinæ cultor.

Ej. Hippocratis *Coacæ prænotiones interprete & enarrante* L. Dureto Pariſ. 1588. fol 1621. fol. 1658. fol. L. Argent. 1633. 8. L. Genev. 1665. fol. *. Hippocrati adſcriptum opus Græce, cum interpretatione Dureti, deinde cum fuſiſſimis commentariis. In verſione ſua ſenſum, potius quam voces,

 magni

magni viri reddere ſuſcepit. Lectionem ex codicibus regiis emendavit. In commentariis ætiologia datur eventuum, ab HIPPOCRATE prædictorum; dubia mens divi ſenis eruitur; quæ ſibi adverſari videntur conciliantur. In ipſo textu paſſim multa ad conjecturam verique ſpeciem reformavit, non valde conſultis membranis. Ex GALENICA etiam hypotheſi, & ex quatuor humorum doctrina, multa profert infirma. In eodem ſemper latere venam ſecabat, nunquam in altero, niſi in ſumma plethora. Coacas prænotiones a GALENO paſſim repudiatas, ubique defendit, & certe præſidis eſſe familiæ ASCLEPIADUM conatur oſtendere. Commentarium ad ultimas 58 prognoſes, quem LUDOVICUS morte præventus non potuit addere, filius JOHANNES ſupplevit, qui etiam hoc opus edidit. Ex PETRI DROETII epiſtola conſtat, DURETUM a. 1570. in *Coacas* prælegiſſe, eum DROETIUM & una JACOTIUM audiviſſe, & iſtum, quæ a Præceptore didicerat, ſuis commentariis inmiſcuiſſe. Sed paſſim etiam video JACOTIUM adcuſari, quod DURETIANA pro ſuis ediderit.

EJ. *Adverſaria, ſ. Scholia in* JACOBI HOLLERII *l. de morbis internis* Pariſ. 1571. 8. L. Venet. 1572. 8. & in viri operibus Pariſ. 1611. 4 *. Genev. 1635. 4. *. Brevis commentarius, deinde adnotationes, ſæpe utiles, quod proprias adnotationes & morborum rariores hiſtorias contineant. Ita calculorum in corpore nuperam frequentiam accuſat. Calculus veſicæ felleæ, parum hactenus notus; diabetis non vulgaris morbi exempla. Cæterum HOLLERIANA ex collatione cum veteribus auget & dilatat.

EJ. *in Magni* HIPPOCRATIS *l. de humoribus purgandis & in* L. III. *de diæta acutorum commentarii, editi a* PETRO GIRARDET Pariſ. 1631. 8. *. Commentarii paraphraſtici, cum aliorum locorum ex veteribus ſelectorum comparatione.

§. CCCXCIII. EUSTACHIUS RUDIUS.

Bellunenſis, Profeſſor Patavinus. EJ. *l. de uſu totius corporis humani* Venet. 1588. 4. L.

EJ. *ars medica, ſ. de humani corporis adfectibus dignoſcendis. Liber I. De capitis, cervicis thoracisque vitiis* Venet. 1590. fol. *. 1592. f. L. 1608. fol. TR. Verboſiſſimus ſcriptor & inutilis in ſcholaſticis ratiocinationibus manet.

EJ. *liber ſecundus de humani corporis adfectibus dignoſcendis, prædicendis, curandis & præſervandis* Venet. 1590. f. 1595. f. *.

EJ. *liber tertius de humani corporis adfectibus dignoſcendis, prædicendis, curandis & præſervandis* Venet. 1592. fol. *. 1596. f. Ejusdem omnes ſaporis.

EJ. *in affectibus externarum corporis humani partium* L. VII. *quinque de morbis, duo de ſymptomatibus, chirurgis & phyſicis utiliſſimi* Venet. 1606. f. L.

EJ. *ars medica ſ. de omnibus humani corporis affectibus medendis* L. IV. Venet. 1608. fol. TR.

Et

EJ. conjuncti libri V. *de humani corporis affectibus dignoſcendis prædicandis curandis* Venet. 1590. fol.

EJ. *de morbo gallico* L. V. a MUNDINO MUNDINIO *ex ore docentis excepti* Venet. 1604. 4. ASTRUC. Contrahi id malum hereditate, contagio vario, lactatione, oſculo, levi penis contactu. Eo pene revincto putat luem veneream coerceri poſſe. Cauterio ad hepatis ſedem admoto, ſe morbum ſanaſſe. Ad hydrargyrum pene invitus, ſed tamen confugit. Guaiacum fere curationi ſufficere, non ſaponariam.

EJ. *de naturali & morboſa cordis conſtitutione* Venet. 1600. 4. TREW.

EJ. *de pulſibus* L. II. Patav. 1602. 4. L. Francof. 1602. 8. Baſil. 1642. 8. LIND.

EJ. *de morbis occultis & venenatis* L. V. Venet. 1610. fol. L.

§. CCCXCIV. SEV. EUGALENUS.

SEV. EUGALENUS, Doccumanus, Hamburgenſis & Emdenſis medicus, circa a. 1580. ſcripſit *de ſcorbuto morbo l. quo omnia quæ de ſignis ejus diagnoſticis dici poſſunt continentur animadverſa* Bremæ 1588. 8. CARLS. Lipſiæ 1604. 8. GUNZ. & Jen. 1624. 8. * edente JOSEPHO STUBENDORF & BRENDELIO ib. 1634 8. Haag. 1658. 8. cum BRUNNERO & BRUCÆO. Scopus eſt colligere ſymptomata ſcorbuti, quo nomine fere omnia mala corpori humano imminentia comprehendit, in eo nimius, quod omnes pene morbos ad ſcorbutum refert. Cauſam facit ubertatem vitioſam humanis atrabilarii in hypochondriis collecti. Reſpirandi difficultatem ſcorbuticam non negligit. Multum tribuit in morbo adgnoſcendo urinæ craſſæ, turbidæ, rubræ, pulſui duro inequali, huic etiam potiſſimum, cum urinæ ſignificatio nonnunquam incerta ſit. Febres intermittentes ſcorbuticæ; hemiplegia, in qua ab abſinthio multa ſperat; apoplexia, epilepſia: arthritis ſcorbutica *Varen*, non valde frequens, hydrops veſicalis, veſicis a quavis parte protuberantibus. Ulcera: gangræna digitorum pedis: plurima utique exempla, & curationes ad ulcera 72. In medicamentis brevior, laudat ruſticanum raphanum, cochleariam. Peſtilens in febre intermittenti lethargus cum ſcorbuto conjunctus. Ab eo malo nervos pati. Uvulam etiam ſanato malo non renaſci. Febres ſoporoſas habet.

§. CCCXCV. ANDREAS LAURENTIUS.

Archiater Regius, Cancellarius Monſpelienſis, DURETI diſcipulus.

EJ. *de hyſtericis affectibus infantilibusque morbis* Lion 1595. 8.

EJ. *de criſibus* L. III. *adjecta prænoſcendi methodus* Lion 1596. 8. TR. 1605. 8. *. Francof. 1606. 8. TR. Collectanei ex veteribus.

Mm 2 EJ.

Ej. *diſcours de la conſervation de la vue, des maladies melancholiques, des catarrhes, de la vieilleſſe* Pariſ. 1597. 12. *. Italice vertente Fr. Gio Germano Napoli 1666. 4. Falc. Multa tamen memorabilia docet. Exemplum ſtrepitus in ſede lienis exauditi, inde vaporis adſcendentis ad caput, cum pulſatione arteriarum & frontis dolore, ægrique debilitate, frigore interno. Iterum ex lienis ſede origo hypochondriaci mali, cum ſono, inde ſicca tuſſis, concuſſio corporis, hydrops demum pectoris. Quare in liene ſedem eſſe mali. Ad diœceſin *Uſez* ſcripſit, huic malo obnoxiam.

Prius prodierat L. *de ſenio diſcurſus philoſophico medicus in quo de ſeni cauſis diſſeritur.* Latine verſ. a Phil. Maur. Schönlin Strasb. 1626. 12. ut Germanice vertente J. L. Gottfried Francof. 1627. 8. Trew. Italice Venet. 1637. 8.

Ej. *de mirabili ſtrumas ſanandi vi ſolis Galliæ regibus conceſſa* L. I. *De ſtrumarum natura, differentiis, cauſis, curatione* L. alter Pariſ. 1609. 8. *. Cerimoniam deſcribit, qua Henricus IV. ſcrophulas tactu ſanabat. Miraculoſum donum a Deo regi Francorum, non familiæ ſed throni poſſeſſori, datum eſſe: multos ſe ipſe vidiſſe a Rege ſanatos. Non pertinere ad Angliæ Reges (qui tamen, & ipſe ſic dictus Jacobus III. hoc privilegio conſtanter uſi ſunt, & Eduardum adducunt, qui antiquiori tempore, quam Galli, ſtrumas ſanaverit). Multos nunc alios mirificos ſolius tactus effectus noſter credulus narrat, ipſos etiam Hiſpanorum *Salnadores.* Imaginationem tamen in alienum corpus veram vim poſſidere negat.

Liber II. proprie medicus eſt. De ſtruma morbo in genere. Hiſpaniæ endemium malum eſſe, ob impuras aquas & hereditarium vitium. Intra folliculum variam materiam reperiri, etiam gypſum, cochleas, cornua, fœnum, pilos. Curatio chirurgica, quæ ſectione fit *myrtina*, qua, ut nuper Angli ſolent, cutis portio una exſcinditur. Hanc exciſionem deſcribit, quaſi vere adminiſtratam & vulgo cognitam.

Ej. *adnotationes in artem parvam* Galeni.

Ej. *quelques opuſcules recueillis des leçons d'A. du L. en les années* 1587. 1588. edente Theophilo Gelée Pariſ. 1613. fol. Astr. De arthritide; lepra & morbo gallico. Luem veneream noſtro ævo non, ut dudum, ſolo vapore inficere, ſed liquore aliquo. Guaiacum eſſe pro antidoto, Mercurium tamen extus adhiberi poſſe. Suffitum periculo plenum eſſe.

Ej. *operum tomus alter.* Therapeutica priora nempe omnia, & *conſilia medica* Francof. 1621. f. L. 1628. 8. Tr. vel 1627. f. Id.

Opera Gallice reddita a Theophilo Gelée Rouen 1621. fol. H.

§. CCCXCVI.

§. CCCXCVI. Varii.

Andreæ Trevisii Fontanetenſis, medici in Gallarato, *de cauſis, natura, moribus ac curatione peſtilentium febrium vulgo dictarum, cum ſignis ſ. petechiis, perbrevis tractatio & obſervatio ann.* 1587. & 1588. Mediolan. 1588. 4. *. 1595. 4. Boehm. Non ſpernendus auctor. Hiſtoria luculenta tempeſtatum, conſtitutionum morboſarum, Hippocratico fere modo ſcripta. Febris ipſa ſub ingreſſum hiemis graſſata fuerat. Sexto die frequenter, ſalubri eventu, ſanguis erumpebat. Vere proximo pleuritides fere funeſtæ, etiam cum parotidibus & bubonibus acceſſerunt. Sanguinis eruptio frequens, ſæpe critica. Multæ recidivæ. Malum verminoſum. Periculoſe laborabant, quibus urina fere naturali ſimilis erat: ſitis non magna erat; paroxyſmi fiebant diebus paribus, & paribus etiam fere diebus mors ſuperveniebat. Vinum ægroti deſiderabant. Paluſtria plurimum patiebantur. Deſcriptio morbi brevis, uberior de curatione ſermo. Uti ſanguis a natura ſalubriter fluebat, ita arte excitus: neque prius oportebat alvum ducere, quam vena ſecta fuiſſet, cum procraſtinatio miſſionis ſanguinis fere funeſta eſſet. Poſt eam curam alvus ducebatur, clyſteres injiciebantur, cucurbitulæ admovebantur. Venæ ſectio etiam decimo quinto die fauſte cadebat, ut etiam, quæ delituerant, petechiæ poſt venæ inciſionem prodirent. Non conveniebat eadem ſanguinis miſſio, quando morbilli facile prodibant. Hieronymum Bonifertum in peſte feliciter ſanguinem miſiſſe. Morbilli prodibant diebus imparibus, decretoriis ſudor. Acida medicamenta, etiam citri ſuccum, non valde laudat. Neque tamen calida dabat. Expulſionem morbillorum radice petroſelini & ſimilibus adjuvabat. Ardorem aëris ſalignis foliis temperabat & aqua. Ante 17. diem alvum non ducebat, ne recidiva ſuperveniret.

Ej. *epiſtolæ & conſilium* exſtant cum Bruschii *promachomachia* Mantua 1623. f. *.

Theodori Angelutii *ars medica ex Hippocratis Galenique Theſauris deprompta* Venet. 1588. 4. *. Theoria & curatio morborum collectanea. Pharmaceutica aliqua.

Ej. *de natura & curatione malignæ febris* L. IV. Venet. 1593. 4. Tr. Falc.

Ej. *Bactria quibus rudens & falſus criminator valide repercutitur, & de natura malignæ febris accurate diſſeritur* Venet. 1593. 4. L.

Caroli Crassi *adnotationes in* J. Mesuen *de ſimplicibus.* Ej. *adnotationes in epiſtolas* Johannis Manardi, *cum tabula de ſignis conceptus, tabula de fluxu ſanguinis, & fragmento de modo collegiandi* Venet. 1588. 8. Gunz.

Alexandri Stictici *obſervationes practicæ* Colon. 1588. 8. Tr.

Ferdinandi Eustachii *de vita humana a facultate medica proroganda* Rom. 1588. 4. L. 1589. 4. Bur.

David f. Isaac de Pomis Judæi, *Enarratio brevis de ſenum affectibus præcavendis*

cavendis atque curandis . . quod ſingulæ corporis pravæ conſtitutiones haud abſque innati caloris oppreſſione oriri poſſint, oſtenditur Venet. 1588. 4. L.

Ej. *de medico Hebræo enarratio apologetica . . . quod magna Hebræum inter & Chriſtianum adfinitas, & quod mutua inter eorum utrumque dilectio jure divino eſſe debeat* Venet. 1588. 4. L.

An dicam Ej. *dittionario novo Hebraico* Venet. 1587. fol.

Nicolai Buccellæ *refutatio ſcripti* Simonis Simonii, *cui titulum fecit*, Stephani *Regis ſanitas, vita medica, ægritudo, mors* Cracau 1588. 4. L. Tr.

Ej. *confutatio reſponſi* Sim. Simonii *ad epiſtolam* Chiakori *de morte* Stephani I. *Poloniæ regis, nec non ad ejusdem epiſtolæ examen ſub* Amadei Curtii *Ticinenſis ficto nomine editum* Cracau 1588. 4. Tr.

D. M. S. P. Simonis Simonii *athei ſumma religio* Cracau 1588. 4. An forte potius D. M. Squarcialupi Plumbinenſis opus fuerit?

Gerhardi Nennii Sledani, *compendium medicinæ, res omnes medicæ curationi ſubjectas in naturales, non naturales, præter naturam vulgo diſtributas, totidem tabulis pertractans. Acc. ex* Weckeri *ſyntaxi tabulæ duæ ſemeiotica & therapeutica, intactas* Nennio *partes complexæ* Franeker 1588. 4. L.

Caroli Wittestein *vera medicinæ forma* Antwerp. 1588. 8.

Daniel Moegling *de catarrho* Tubing. 1588. 4. Hefter.

Ej. *de compoſitione, generatione & conſervatione corporis humani* Tubing. 1588. 4. Id.

Ej. *de judiciis morborum* ib. 1588. 4. Id.

Ej. *de ſignis criſium* ib. 1591. 4. Id.

Ej. *de cauſis, differentiis & curatione febrium & peſtis* ib. 1591. 4. Id.

Ej. *de ſignis criſium* ib. 1592. 4. Id.

Ej. *de pleuritide* P. I. ib. 1593. 4. Id. P. II. ibid. 1595. 4. Id.

Ej. *de ſanguinis ex pulmonibus ſputo* ib. 1593. 4. Id.

Ej. *de apoplexia, ſ. morbo adtonito* ib. 1594. 4. Id.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1597. 4. Id.

Ej. *de triſtiſſimo peſtilentiæ morbo* P. I. ib. 1597. 4. Id. & Riv. P. II. ib. 1598. 4. Riv.

Ej. *de ictero ſ. aurigine* ib. 1598. 4. Heft.

Ej. *de catarrho ſ. capitis deſtillatione* ib. 1599. 4. Riv.

Georg Kaufung *de dolore* Baſil. 1588. 4. Riv.

Franc.

Franc. Worman *de febribus* ib. 1588. 4. Riv.

A. Schwalenberg *de morbo gallico & ejus curatione* ib. 1588. 4. Riv.

Christoph Bruno *de arthritide* Lipſ. 1588. He.

Ej. *de variolis* ib. 1592. 4.

Ej. *quæſtiones quatuor cum totidem problematibus* ib. 1601. 4.

Ej. *de hydropiſi diſſ.* 2. ib. 1606. 4. Riv.

Ej. *de febribus in genere ex libro I. de differentiis febrium* Galeni ib. 1613.

Ej. *de febribus in ſpecie ex eodem libro* ib. 1613. 4.

Ægid. Girard & A. Melle' *E. alimentis, medicamentis & venenis ineſt proprietas inexplicabilis* Pariſ. 1588. 4.

Georg. Cornuty & J. Debonnaire, *E. angina periculoſior omnibus morbis acutis* ib. 1588.

J. Le Moine & Phil. Grezlet *E. remedii cujuſque quantitas conjecturalis* ib. 1588.

Franc. du Port & J. du Renou *E. paralyſi venæ ſectio* ib. 1588.

J. Rochon & J. Pidox *E. febrium omnium ſolæ putridæ purgationem & ſanguinis miſſionem admittunt* ib. 1588.

§. CCCXCVII. Franciscus Diaz.

Franciscus Diaz M. D., Prof. Alcalanus (*de Henarez*) chirurgus regius, edidit Madriti 1588. 4.* *tratado nuevamente impreſſo de todas las enfermidades de los Rinnones vexiga y carnoſidades de la verga y urina.* Etſi liber ad veterum morem fuſiſſime ſcriptus eſt, & ad quemque morbum integra fere ars diætetica repetitur, experti tamen hominis non inutilis eſt labor, neque propriis egenus adnotationibus. Libri ſunt tres. Primus de renum malis. Calculos in animalibus frequenter ſe reperiſſe, etiam in gallinis, & in cordis vicinia. Cum *carnoſitatem* curare vellet, ſcirrhus erat ſuppuratus & calculus. Sic alias ex abſceſſu calculus prodiit, tum ex manuum pedumque articulis. In uretere etiam ſeriem calculorum reperit, iter urinæ obſtruentium. Calculum fieri vel ex arenulis, vel ex humore craſſo. Varietates calculorum. Jaſpidi ſimilem de juvene excidit, venis cæruleis, nigris, albis & aureis. Alios vidit quaſi ſalinos & cryſtallinos. Diuretica medicamenta pernicioſa eſſe. Cum alii lapidem exſpectarent, noſter in rene cancrum non exiguum reperit. Fuſe de aquis mineralibus adverſus calculum ſalutaribus, etiam in Hiſpania prope Almagra, prope Gayangos ſcaturientibus, quæ ipſæ Duci Albæ calculum cum magno ardore urinæ patienti profuerunt. Aqua prope Vallecabros ſubito urinæ enormem copiam expedivit. Remedia calculi renalis, inter ea emetica, tunc clyſteres & purgantia, inter quæ noſter mechoacannam non laudat, neque ſarſam

neque

neque lignum ſanctum, quæ potius noceant. Lithontriptica, in quibus noſter nimis credulum ſe prebet. Pulveres debere ſubtiliter teri, ut in intima penetrent. Laudat cannam fiſtulam. Balnea, a quorum uſu legatus Gallicus copioſiſſimos calculos reddiderit: hic noſter varia Hiſpaniæ balnea recenſet. A cancro renis ardor urinæ, ut pro ulcere veſicæ haberetur. Renis inflammatio & abſceſſus extus ſe offerens, quem cum aperire vellet, pus vomitu redditum eſt, felici eventu. Abſceſſus renum. Laudat lac aſininum. Ardor urinæ; in eo malo, cum eſſet a carunculis, maximo cum damno ægri data medicamenta diuretica; quem noſter candela ſervavit, cum lotium integre ſupprimeretur. Balnea cæterum, immerſiones, & ſimilia commendat. Mictus ſanguineus. A laxitate renum diabetes recte a frequentia urinæ diſtinctus. Balnea etiam hic adhibet, etiam artificio parata.

Liber II; *de morbis veſicæ.* Exemplum epiſcopi per quinquaginta annos magnum calculum gerentis abſque ſymptomatibus. Calculus adeſſe poteſt, neque tamen tangi: exemplum ejuſmodi, in quo a morte lapis inter veſicæ tunicas repertus fuerit. Aliud exemplum ubi, cum nihil tangeretur, alius chirurgus candelas cauſticas admovit, funeſto eventu. Calculi ſectionem DIAZ metuit, frequenter funeſtam, in pueris tamen minus infelicem. Duo modi extrahendi calculi, Hiſpanicus apparatus, parvus, cum ſpeculo anguſto, & ferramento myrto ſimili. De imperitis herniotomis: vidiſſe ſe, qui inteſtinum miſero puero inciderent; male etiam eſt poſt extractum calculum digeſtivis uti. Nuci æqualem calculum de femina eduxit, inciſione facta in ſiniſtro latere. Sectio calculi Italica (apparatus magnus), omnio ex MARIANO SANCTO. Medicamenta lithontriptica laudat. Abſceſſus veſicæ in collo minus periculoſi ſunt. Injectiones laudat, & ſiphone utitur. Non debere certam curationem promitti, ſiphone careri non poſſe, Poſſe etiam nonnunquam calculum ad exteriora veſicatoriis educi, cauterium etiam adhiberi.

L. III. de carunculis. LACUNAM candelas deſcripſiſſe ante AMATUM, qui inventionem male D. ALDERETE tribuat. Pharmacopœum Luſitanum ALFONSUM DIAZ, qui ſibi nomen fecerit *Romano*, candelis uſum, quarum arcanum rex magno redemerit, qui idem Hiſpaniam ad curandos ægrotos peragraverit, nimis tamen acri cauſtico uſus. Verum auctorem candelarum eſſe Magiſtrum FELIPO, chirurgum Caroli V. in Germania, multis prius tentatis, etiam in ſe ipſo. Ab eo ROMANUM habuiſſe. Carunculam eſſe verrucam penſilem. Cauſæ carunculæ variæ, inter eas lues gallica; nullum eſſe in candelæ uſu periculum. Debere candelas continuo adhiberi; nam urinam putreſcere, & poſſe, ut in exemplis accidit, ægrum enecare, etiam ſi demum educta fuerit. In urethra cadaveris repertæ numeroſæ carunculæ. Varia mala, mors ab inflammatis renibus. Contra diuretica. Contra properationem in adhibenda candela; exemplum mortis inde ſecutæ. Callus difficilior, & iterum majus periculum, ſi una calculus adfuerit & caruncula: exemplum tamen, ubi felicem eo in caſu operam noſter præſtitit. Can-

delis careri non poſſe: ad duram vero carunculam plumbeum bacillum requiri. Se ad duriſſimas carunculas deſtruendas excogitaſſe acum tenuem, triquetro mucrone. Curatio autumno facilior eſt, poſt fomenta, unguenta mollia. Ut via caute quærenda ſit. Quando ob duritatem carunculæ candela non ſubit, utendum plumbo, & demum acu triquetra. Innumeræ formulæ cauſtici, quo candela armatur ad deſtruendam carunculam, fortis, mediocris, lenis: formula acris ROMANI. Signum bonæ operationis, quando candela viſco obducta adparet. M. FELIPO deradebat de cera aliquantum, foveam replebat cauſtico, male autem candelam in urethra relinquebat, dum æger emeieret. Se cauſticum ob periculoſas inflammationes correxiſſe. Se lapidem *Soliman* (mercurium ſublimatum, ut puto) terere cum aqua roſarum, addere dimidium viridis æris & tantumdem vitrioli, hæc terere in aqua novemdio, tunc addere tutiam & plumbum, & opii grana XX, inde omnia miſcere: ſic pulverem ait fieri, quo ipſe a viginti annis utatur: exſtirpaſſe eo omnes carunculas. Symptomata ſi acceſſerint, candela abſtinendum, donec iis ſit ſubventum. Ea ſymptomata. Rigor, febris, dolor, ad eum collyria, unguenta, opium. Sanguinis fluxus innocuus eſt, qui a deſtructa fit caruncula. Una potum ſuadet nivatum. Abſceſſus curandus mundificantibus, tunc cicatricem adjuvantibus, lacte feminæ vel aſinæ, & ad ardorem narcoticis. Vitandam venerem Hæc fuſe ob libri raritatem.

PETRI LOPEZ ZAMORA *libro de Albeiteria Luroni* 1588. fol. C. de V.

OLIVA SABUGA *de* NANTES *Conoſcimiento de ſe miſmo . . aviſo ſobre las cauſas naturales porque vive y porque muere* Madrid. 1588. 4.

BRICE BAUDERON pharmacopœus Matiſconenſis. EJ. *Paraphraſe ſur la Pharmacopée* Lion 1588. 12. 1596. 12. HANSEN 1614. 8. TREW. Rouen 1627. 8. acceſſit L. CATALANI de aquis deſtillatis, tum Lond. 1639. f. cum Pharmacopœa J. du BOYS, & alias recuſa eſt, etiam latine vertente PHILEMONE HOLLAND Londin 1634. fol. Germanice per OL. SUDENUM Strasburg 1595. 8. TR. Sed confer *B. Bot.* T. I. p. 321. Non mite de eo opere judicium eſt NICOLAI *le* FEVRE.

EJ. *praxis de febribus & de ſymptomatibus & morbis internis* Pariſ. 1620. 4. FALC.

Du GAULT *palinodie chymique avec les erreurs de cet art* Paris 1588. 4. FALC.

Arzneybüchlein von dem aqua vitæ u. Wacholderöl wider die jezige Plage der Peſtilenz zu gebrauchen 1588. 4. TR.

BARTHOLOMÉ HUBNER *neues Speiſebüchlein, von eſſen u. trinken allerley Speis u. Trank, vielen guten Hausarzneyen* &c. Erfurd 1588. 4. DRAUD. 1607. 8. RIV.

EJ. *de morbis incurabilibus* Erfurt 1589. 8. PLATN.

EJ. *de veris immotiſque fundamentis artis medicæ & philoſophiæ, deque impietate, vanitate & moribus* PHILIPPI PARACELSI *& ſectatorum ejus Oratio* Erford. 1593. 4. *.

Andreæ Helmreich *Kunſtbüchlein, wie man den Wein erhalten . . allerley Kräuter u. Gewürze, Wein, Bier, u. Weineſſig machen ſoll* Leipz. 1588. 8.

§. CCCXCVIII. Andreas Libavius.

Hallenſis, Coburgi ſedem fixit, ſcholæ director, calculoſus, chemiæ deditus, neque tamen fanaticus aut Paracelſiſta, & plurima edidit opera.

Ej. *de ſummo & generali medendi ſcopo, quod nimirum in omni therapeuſi contraria contrariis ſint curanda* Baſil. 1588. 4. He.

Ej. *de judicio & exploratione homicidæ nefarii ex ſanguine contaminati vi injuſta* Jen. 1590. 4.

Ej. *de peſte & naturalium poſitionum cauſarum contemplatione* Jen. 1590. 4.

Ej. *diſp. de vertigine* Jen. 1591. 4. B. Tig.

Ej. *quæſtionum phyſicarum inter Peripateticos & Rameos diſp. tr.* Francofurti 1591. 8.

Ej. *cum tr. de cruentatione cadaverum & de unguento armario* Francof. 1594. 8. *. prodiit *Epiſtola de examine Panaceæ Anhaltinæ, ut quiſque judicare poſſit, qua arte* Anwaldus *ſit uſus.* Hoc *examen Panaceæ* etiam Germanice 1594. 8. prodiit.

Ej. *Neoparacelſica, in quibus vetus medicina defenditur adverſus* τερετίσματα Georgii Anwald, *docetur quid ſit Panacea, ſervata veræ chymiæ laude* Francof. 1594. 8. Tr.

Ej. *anatome tractatus neoparacelſici de pharmaco cathartico ſcripti adverſus Galenicos veteris veræque medicinæ profeſſores . . . & oſtenditur neoparacelſici calumnia, & detergitur veræ medicinæ macula* Francof. 1594. 8. Tr.

Ej. *rerum chymicarum epiſtolica forma ad philoſophos & medicos ſcriptarum* L. I. Francof. 1595. 8. ſi huc facit.

L. II. ibid. eod. an.

L. III. ibid. 1599. 8. L.

Ej. *antigrammata ſecunda, ſupplemento abſurditatum & conviciorum in* Galeni *artem & profeſſores ejus a* J. Gramanno *effuſorum oppoſita* ib. 1595. 8.

Ej. *Gegenbericht von der Panacea Anwaldina auf* G. Anwalds *ausgegangenen Bericht beſtellt, ſamt einer Wiederantwortung auf die zwey Bogen in welchen er ſich zu defendiren vermeint* Franck. 1595. 4. Riv.

Ej. *Panacea Anwaldina victa & proſtrata oder wiederholter Gegenbericht von der überwundenen panacea Anwaldina,* G. Anwalds *davon ausgegangenem dreyfachen Bericht und angeheftetem Paſquill entgegen geſezt* Franck. 1596. 4. Riv.

Ej. *Schediaſmata medica & philoſophica* ib. 1596. 8. Tr.

Ej.

Ej. *ſingularium* L. I. *de abſtruſioribus quæſtionibus in Philoſophia, medicina, chymia de veneno* &c. ib. 1599. 8. Tr.

Ej. P. II. *de hauſtus ſanguinis effectibus, de catoblepis* &c. 1599. 8. Tr.

P. III. *de variis medicamentis ſimplicibus* ib. 1601. 8. Tr.

P. IV. perinde, *tum de ranarum medicata proprietate, confutatio Panaceæ violentia* Anwaldi *extorta* 1601. 8. B. B. Plura ſunt opuſcula. 1, de thermis ferinis Tuberanis, quod in Phyſicis dicetur. 2, *Batrachion ſ. de ranis*, ubi plurima collecta legas de vi medicata & venenata eorum animalium. 3, *hiſtoriæ Panacearia* ſectiones duæ &c. In Ambaldum, Balduinum ſ. Anwald. Eum virum juvenem, juris ſtudioſum, medicamenta vendidiſſe, ſubito in medicum evaſiſſe, ideo Auguſta ejectum, & poſtea Donawertha, nullo ornatum laurea medica, acerbum ſcriptum hic recuſum edidiſſe in medicos Nürnbergicos & Galenicos. Paracelsi nunc caſtra ſecutum epiſtolam Libavii cum refutatione aliquoties recudi curaſſe. Noſter ſæpius, uti diximus, refutato Anwaldio, iterum reſpondet, conſenſum doctorum virorum laudat, qui ſuam ſequantur opinionem, eorum epiſtolas edit. In II. Sectione Anwaldi medicamentum reperit eſſe cinnabarim factitiam. Teſtimonia ab Anwaldo producta elevat. 4. Asclepiades, etiam in Anwaldum.

Ej. *novus de medicina veterum tam Hippocratica quam Hermetica tractatus. In* P. I. *dogmata inter utriuſque profeſſores controverſa adverſus* Joh. Michelii *Paracelſici conatum diſcutiuntur.* P. II. *Univerſale Alchemiſtarum aperitur* ib. 1599. 8. Trew.

Ej. *variarum controverſiarum inter noſtri ſeculi medicos peripateticos, Rameos, Hippocraticos, Paracelſicos agitatarum* L. II. ib. 1600. 4. B. B. Aliqua ſchediaſmata pro Galeno in Grammannum; ejuſque ſalem veneris. In empiricos.

Ej. *Praxis Alchymiæ* &c. 1607. 8.

Ej. *Alchymia recognita, emendata & aucta cum commentario* Francof. 1606. fol. B. B. Hæc pars prior continet pharmaceuticen chemicam, & medicamentorum ex arte præparationem.

Ej. *Commentariorum Alchymiæ pars* 1. *ex libris declarata. Præmiſſa eſt defenſio Alchemiæ, & refutatio objectionum ex cenſura ſcholæ Pariſienſis* Francof. 1606. fol. B. B. *Examen cenſuræ ſcholæ Pariſienſis in* J. Riolanum a. 1603. 1604 editæ, juſtus fere liber eſt, ſyllogiſtice ſcriptus. Hiſtoria aliqua Alchemiæ, quæ olim Democrito nota fuerit, & cujus veſtigia apud Hippocratem reperiantur. De Paracelso judicium; hominem non probat, eum tamen res ipſas veras docuiſſe, non a ſe ipſo inventas, hæc poſt Cratonem. Quercetanum cum laude medicinam facere. Galenicos ignaros de chemicis judicare. In medicamentis etiam efficacibus artis eſſe perfectionem, non in ſola morbi adgnitione. Aliis nos medicamentis egere, quam Hippocraticis; debiliores eſſe noſtro ævo

mortales

mortales & morboſiores. Chemica medicamenta utique potentiora eſſe & meliora. Riolanum rei ignarum oratorie ſcripſiſſe. Opium potius calidum eſſe.

Inde Chemica, nam chemica ſunt reliqua, etſi miſta alchemiſticis. Furni & ſuppellectilis. Metallurgia recepti moris. L. II., Ignis, frigus. L. III. diſtractiones ſ. adminiſtrationes chemicæ & metallurgicæ, etiam putrefactio, fermentatio, calcinatio. L. IV, Extractiones. L. V, Compoſitiones. L. VI, Exaltatio, volatiliſatio. P. II. Metallorum natura & metallurgia. L. IV, Lapis Philoſophorum cum emblematibus ænigmaticis. Tunc docimaſtice, & de aquis mineralibus judicium, ut ea ætas ferebat.

Ej. *de criſibus* ib. 1606. 4.

Ej. *Alchymia triumphans de iniqua collegii Galenici ſpurii cenſura & J.* Riolani *maniographia funditus everſa* ib. 1607. 8.

Ej. *ſyntagma ſelectorum undiquaque & perſpicue traditorum Alchymiæ arcanorum. Pro III. parte commentariorum Chymiæ hactenus deſideratorum in IIX. l. digeſtum* Francof. 1611. fol. B. B. Alchemica equidem multa continet, nam aurum potabile & tranſmutationem metallorum noſter tamquam rem indubitatam admittit. Multa vero intercedunt, quæ noſtro ævo chemica dicuntur, & vulgo nota ſunt, eo tempore nova, medicamentorum præparationes, etiam potiſſimum ex antimonio & hydrargyro; alia metallurgica, & ad artes facientia.

Ej. *de theriaca Andromachii ſenioris* Coburg. 1613. fol. Menz.

Ej. *appendix neceſſaria ſyntagmatis arcanorum chymicorum.* Acc. 1, *judicium de Dea Hippocratis ſ. Hygia Hemingi* Scheunemanni. 2, *ſchema medicinæ Hippocraticæ, Hermeticæ* &c. 1615. fol. Tr.

Ej. *trium quæſtionum ſcitu jucundarum explicatio*; 1, *de medicamento tyriorum* &c. Coburg 1615. 4. He.

Ej. *epiſtolæ variæ medicæ & conſilia* in *ciſta* J. Hornungi Nurnberg. 1625. 4. *. Magna pars ejus voluminis fit epiſtolis Libavii ad Sig. Schnitzerum medicum Bambergenſem datis. In iis multa medica ſunt, ut epidemia, quam vocat catarrhum, & quæ in eadem tempora incidit, in quibus Marpurgenſes medici de morbo *die Kriebelkrankheit* conſilium ediderunt. Multa medicamenta etiam parum nota citat, ut extractum Aquilegiæ & Chelidoniæ in ictero, Anglicum pulverem ex fuligine ad cancrum. Herniariæ experimentum factum Noribergæ, ſpem fefelliſſe Ferri ſquamam ad infamiam uſque ſanguinem duxiſſe. Oleum vitrioli dulce potius ad ſpiritum vini pertinere. Vana fuiſſe in Epilepſia etiam celeberrima medicamenta. Lignum nephriticum alvum ſibi duxiſſe. Halecum eſu diſcuſſa Iſchuria. Lamii albi decocto ſanatus hydrops. De theriaca fuſe. Arſenico cancrum exulceratum non ſuperari, iterum fuſe. Calculi equini prægandes. Dolore & terrore ſummo incuſſo ſanata podagra, ad quam etiam cucurbitulas adfixas ait conferre.

Ej. *de theriacæ compoſitione, malitioſa ſcarificatione, fœtore puellæ ſingulari Epiſtolæ* in libro IV. Epiſt. G. Horstii Ulm 1628. 4. *.

§. CCCXCIX.

§. CCCXCIX. Franciscus Joel.

Pater Francisci, & alterius Francisci avus, medici utriuſque, Prof. Gryphiswaldenſis. Integrum ſyſtema medicinæ ſcribere adgreſſus eſt, quod a morte viri demum prodiit, obiit enim a. 1601.

Ej. *de morbis hyperphyſicis & rebus magicis theſes cum appendice de lamiarum* .... Roſtoch 1599. 8.

Tomum I. ſ. *compendium medicum magni operis* edidit Matthæus Bacmeister Profeſſor Roſtochienſis Hamburg. 1616. 4. Roſtoch 1630. 4. *. Galenicus in univerſum, ut tamen Aſtrologica cum Galenicis in prognoſi, bonoque vel malo morborum eventu conjungat.

Tomus II. *practicæ* L. I. II. *de morbis & adfectibus capitis, cerebri, organorum ſenſuum, faucium & colli*; pariter a Matthæo Bacmeister editus, Hamburg. 1616. 4. 1617. 4. *. Fuſa Galenica curatio, cum formulis.

Tomus III. ſ. *practicæ* L. III, IV. *de morbis & adfectibus thoracis ventriculi & inteſtinorum* ib. 1618. 4. *. Ejusdem ſaporis.

Sic Tomus IV, ſ. *Practicæ* L. V. VI. VII. VIII. IX. X. *de morbis hepatis, lienis, renum, veſicæ, genitalium, mulierum, puerorum & externarum partium* eodem edente Lauemburg. 1622. 4. *. Arnicæ tamen hic adverſus contuſa laudes jam reperias, non adeo nuper notæ herbæ. In variolis per Rugiam inſ. graſſantibus inſecta fuiſſe in puſtulis. Sæpe variolas ad oſſa penetrare, quorum particulas eximere neceſſe ſit.

Tomus V. L. II. *de febribus & venenis*; edente Francisco Joel nepote Roſtoch 1629. 4. *. Venenorum catalogum: cum auget Agarico, viſco, aliis plantis, quæ vulgo non habentur pro venenatis.

Tomus VI. eſt chirurgicus 1631. 4. *.

Anno 1630, Roſtochii Tomi VI. recuſi prodierunt 4.

Ej. *methodus medendi* Leid. 1637. 12. L. & 1652. 12. cum V. Cordi diſpenſatorio.

Ej. *opera omnia* Amſterdam 1663. 4. L.

§. CCCC. Varii.

Gerardi Columbæ, Meſſanenſis, *Apologia pro* Fr. Bisso Protomedico, Meſſan. 1589. 8. occaſione eryſipelatis in Sicilia epidemice graſſantis.

Ej. *de febris peſtilentis cognitione & curatione diſputationum medicarum* L. I. *In I. de ſtellarum etiam influxibus agitur; in poſteriore de abuſu phœnigmatum in febre*

N 3 *peſtilenti*

peſtilenti Meſſan. 1596. 4. *. Venet. 1600. 4. L. Francof. 1601. 8. *. 1608. 8. L. Scopus viro fuit, collegam ſuum MARCELLUM CAPRAM refutare. In præfatione febrem deſcribit, quæ de duplicis tertianæ continuæ genere fuit, maligna eadem & ſæpe funeſta. Ad eam curandam CAPRA phœnigmos ſuaſerat, eos noſter rejecit, & ſecta narium vena ægrum ſanavit, eaque ſola. In I. libro defendit ſtellarum verum præter lucem influxum eſſe. In altero veteribus ignota fuiſſe medicamenta, quæ veſicas trahunt; & in ipſo morbo nuper nocuiſſe.

PAULI CRINCI *reſponſiones apologeticæ in apologiam pro* FRANCISCO BISSO Meſſan. 1589. MONGIT.

BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA tertius, medicus Patavinus, chirurgiæ in ea ſchola Profeſſor. Ej. *de herpete, phagedæna, gangræna, ſphacelo & cancro tum cognoſcendis, tum curandis tractatio accuratiſſima* Venet. 1589. 4. *. Nepos fuit BARTHOLOMÆORUM medicorum, patris, & filii. Compilatio cæterum ex veteribus, ut etiam ignotas nuperis plantas imperet ſumendas, perdicii v. c. decoctum.

FRANCISCI RAICI M. L. *tr. de podagra medico kimicus* Frf. 1589. 8. 1625. 8. *. Morbum eſſe tartareum. Fuiſſe, cui de planta pedis humor lacteus manaret, & cui ex articulis humor prodiret, in tophum conſiſtens, cui denique per univerſum corpus nigra tophacea grana exſudarent. Quare cum calculo podagram ſæpe conjungi. Oleo utitur ſaturnino & medicamentis pure chemicis, qui ſe adeptum eſſe profiteatur. Vocibus utitur barbaris, quas ego quidem non intelligam.

LUCÆ GHINI *morbi Neapolitani curandi ratio* Spir. 1589. 8. TR. 1592. 8. cum MARQUARDO. Brevis libellus; inunctio per intervalla, alvus laxanda. Suffitum inunctione efficaciorem eſſe.

BALDI ANGELI ABBATII Eugubini, *de admiranda viperæ natura* Urbin. 1589. 4. *. Nurnb. 1603. 4. Haag 1660. 12. * hactenus. Venenum ex ductubus venire, qui de gingivis prodeunt. Eſſe ex victu animalculorum venenatorum, & noxiarum plantarum. Carnem viperæ alexiteriam eſſe, quare omnino ab ea theriacam ſuas vires habere, quibus medeatur morbis venenum habentibus. Ad vitam facere producendam.

EJ. *opus præclarum præſertim concertationum diſcuſſarum de rebus, verbis & ſententiis controverſis ex omnibus fere ſcriptoribus* L. IV. Piſauri 1595. 4. L.

MICHAEL POCCIANTIUS. EJ. *catalogus ſcriptorum florentinorum* Florent. 1589. 4. cum LUCÆ FERRINII additionibus fere 208. ſcriptorum.

VALENTINI VALENTINI *apologia, qua ſuam pilularum compoſitionem bonam eſſe &c.* Avenione 1589. 4.

AUGUSTINI

AUGUSTINI VASQUEZ *quæſtiones medicæ practicæ & chirurgicæ* Salamanticæ 1589. 4. C. de V. FALC. Francof. 1589. 4. L.

JACOBI TAMARO *de epilepſiæ curatione libellus* Sevilla 1589. 4. L.

PETRI ACEVEDO theologi, *remedios contra la peſtilencia* Auguſt. 1589. 8. C. de V.

LAURENTIUS GOZAR. EJ. *dialogus de medicina*, circa a. 1594. SEGUIER.

J. PHILIPPI LONII *obſervationes de fluxu diarrhææ, lienteriæ & dyſenteriæ anni* 1588. *Naumburgi obſervato* Lipſ. 1589. 4. FALC.

EJ. *εξετασις ιατρικη μεθοδικη apoplexiæ cum ſuis cauſis, ſignis, præſervandi curandique modo* Lipſ. 1596. 8. RIV.

LAZARUS a SOTO. EJ. *animadverſiones medicæ & comment. in l.* HIPPOCRATIS *de aëre aquis & locis* Madrit. 1589. fol. L.

LAURENTII SCHOLZE a Roſenau, Vratislavienſis, medici, *aphoriſmorum medicorum theoreticorum & practicorum ſectiones* VIII. Baſil. 1589. 8. L. Frf. 1626. 12 TREW.

IDEM edidit *Conſilia medica* CRATONIS & *Epiſtolas*, aliorumque Cl. virorum libellos, etiam CRATONIS aliquos Francof. 1598. fol. Hanau 1610. fol. LIND. deinde Francof. . . . . . & 1654. 8. 7. vol. *. In his Conſiliis & Epiſtolis aliqua ſunt H. MERCURIALIS & CAPIVACCII, T. ERASTI, THEODORI ZWINGER, ARAGOSII, T. MOUFET, J. C. ARANTII, ALBERTINI BOTTONI, PETRI MONAVII, HELIDÆI, H. DONZELLINI, ANDREÆ GALLI, ANT. FRACANZANI, J. & CASP. NÆVII: alia J. AICHHOLZ, JOACH. CURÆI, CASPARI LINDNER, BALTHASAR SCHEIDER, CAR. OSLEVII, CHR. PITHOPOEI, M. BARTH. PAULI, CLOSII, JUSTINI PETZOLD, JOACH. BAUDIS, HENRICI STAPEDII, MATTHÆI STOI, ABRAHAMI SEILER, BARTHOLOMÆI CHRYSÆI, CHR. SCHILLING, J. PFEIL, J. SIGISMUND, ISAACI SCHALLER, AUGUSTINI SCHURF, JOHEL MICHAELIS, & plurima ANDREÆ DUDITH.

NICOLO VITO di GOZZE *governo della famiglia* Venet. 1589. 8. Si huc facit.

CHRISTOPH HIEBLIN, phyſici Conſtantienſis, *tr. von der fürtrefl. Arzney wider die Peſt, welches der Stein Bezoar iſt* Coſtanz 1589. 8. *. 1598. 8. TR. Ad venena, ad omne morborum genus, nihil efficacius eſſe lapide Bezoar bonæ notæ. Alia quædam remedia quæ lotium cient, refer ex *B. Chir.* I. p. 250.

PETRI ALBINI *Meiſniſche Berg-Chronik* Dresden 1589. Morbos rariores habet, epidemias &c.

J. SEBALD KOBENHAUPT *oratio de vita* SEBALDI HAVENREUTERI dicta a. 1589.

1589. edita Argent. 1592. 8. in MELCHIORIS JUNII orationibus Argentinenſium.

J. OSWALD *de natura & differentiis alimentorum* Baſil. 1589. 4. RIV.

Ej. *Unterricht für geſunde u. kranke, u. Krankenpfleger wie ſie ſich ſo wohl in Erhaltung als Wiederbringung der Geſundheit &c.* Francf. 1589. 8. 1597. 8. TR.

Ej. *Arzneybüchlein darinnen etliche auſerleſene Recept gefunden werden* Wittenb. 1599. 4. TR.

THOMÆ MORGAN *heaven of health* London 1589. 4. AMES.

OSWALD GABELKHOVER *nüzlich Arzneybuch* Tubing. 1589. 4. HEIST. 1594. 4. TR. 1596. 4. 1599. 4. B. Tig. 1603. 4. 1606. 4. 1618. 4. Frf. 1594. 8. TR. 1665. 4. 1680. 4. TR. Belgice Dordrecht 1698. 4. &c. conf. *B. Bot.* I. p. 389.

Liber eſt LUDOVICI Ducis Würtembergici, a noſtro in ordinem redactus.

Ej. *curationum & obſervationum centuriæ II.* Tubing. 1611. 8. TR. *centuriæ VI.* ib. 1617. 8. TR.

Ej. *vita* per ERNST GRUNINGER ib. 1617. 4. TR.

FRANC. JOEL *de apoplexia* Baſil. 1589. 4. RIV.

GEORGIUS CUNELIUS *de dracunculis* Baſil. 1589. recuſ. Aug. Vindel. 1674. 4. * cum *vena medinenſi* WELSCHII.

Ej. *de hæmorrhoidibus* Lipſ. 1591. 4. PL.

DOM. BOURGOIN & ANT. QUIQUEBOEUF *E. natura ætatis decurſu mutabilis* Pariſ. 1589.

J. BEAUCHESNE & CAR. PISONIS, *E. febri intermittenti focus in venis, & utraque confert evacuatio* Pariſ. 1589.

ÆGID. HERON & J. LEURECHON, *E. pueri per nutrices nutriendi.*

J. RIOLANI patris & GUIL. HOSTE, *E. cum utriuſque magni remedii æqualis eſt neceſſitas, venæſectio præmittenda* ib. 1589.

J. HAUTIN & P. SEGUYN, *E. apoplexiæ confert febris ſuperveniens* Pariſ. 1589.

NIC. MARCHANT & PHIL. THIBAULT, *E. tabes curabilis* ib. 1589.

FRANC. DU PORT & J. LAVERNOT *Ita ne pleuritidi confert purgatio ut venæſectio* ib. 1589.

GUIL. LUSSON & GASP. BRAYER *E. lienoſis dyſenteria ſalutaris* ib. 1589.

§. CCCCI. LUDOVICUS SEPTALIUS.

SETTALA, Mediolanenſis, vir nobili genere natus, variis artibus illuſtris, patriæ ſuæ protophyſicus, in ea obiit, repudiatis lautiſſimis Patavinorum conditionibus.

Ej. *commentarii in* HIPPOCRATIS *l. de aeribus, aquis & locis, appoſitus eſt textus græcus, ope antiquorum exemplarium reſtitutus* Colon. 1590. f. *. Francof. 1645. f. L. Paraphraſis equidem & collectio: neque in libro paradoxis axiomatibus pleno ſuo uſquam judicio uſus eſt.

Ej. *animadverſionum & cautionum medicarum libri ſeptem* Mediolani 1614. 8. CORTE Argent. 1625. 12. HANSEN. Patav. 1628. 8. L. *libri IX.* Dordrecht 1650. 8. *. Patav. 1628. 8. TR. 1652. 8. *. 1659. 8. LIND. auctiores nunc libris chirurgicis & notis RHODII. Libri ad medicinam ſpectant ſeptem priores & nonus, qui vero, pro octavo numeratur, is ad vulnera facit.

L. I. ad prudentiam medici pertinet.

L. II. de victus ratione in acutis; collectanea decerpta ex HIPPOCRATE, GALENO, etiam ex Arabibus. De hordeo & ptiſana. Jura vitulina indulget, non bene, ex ſeculi conſuetudine. Oxymellis præparatio. Vinum nunquam in Inſubribus dandum. Ne in tertianis quidem aer frigidus admittendus.

L. III. de purgatione breviter; in declinante morbo acuto utique.

L. IV. de venæ ſectione. Pueris ante annum 14. utique ſanguinem mitti poſſe; ante primum ſeptenarium hirudines potius convenire. Morbo in præcipiti ante purgationem ſanguis mittendus.

L. V. Rhei uſus in febribus æſtuoſis non convenit, neque ſcammoneum. In quotidiana ciendus eſt vomitus. Aloen valde laudat. In peſtis principio ſæpe ſanguinem mittit, etiam apparentibus bubonibus & anthracibus, & ex eodem latere. Crurum ſcarifationem & cucurbitulas valde commendat. In peſte utique alvus ducenda, & tunc demum danda alexipharmaca. Neque tamen ſemper in peſte aut ſanguinem mittere confert, aut alvum ducere. Sordes in principio febris male moventur. Aurum laudat, non tamen juribus incoctum, neque arſenicum.

L. VI. VII. morbi a capite ad calcem. In phrenitide ab ipſis initiis vetat alvum ducere, niſi clyſtere. Non ſecandam frontis venam. In ſomniferis exhibendis cautus eſt. In apoplexia fugiendum vomitum. In ophthalmia lac muliebre non probat. In pleuritide non probes butyrum cum melle exhibitum. Colicis in doloribus in principio utique purgandum. Evacuatis primis viis olei uſus optimus. Colicæ ab inflammatione natæ caſſiam convenire. Rhabarbari in dyſenteria uſum non probat. Ad hepatitidem valde laudat uvam rubram ſiccatam, in pulverem tritam, ex vino rubro propinatam. In calculo thermales

aquas ſuſpectas eſſe. In ſuppreſſis menſibus rhabarbarum nocere. Oleo ſaligno declinante morbo confricandi artus a podagra dolentes. In morbo gallico ſirupos ſolventes laudat, conjunctos cum alexipharmacis: guaiacum cum vino optime decoqui. Hydrargyrum copia ſufficiente, ubi neceſſe eſt, inungendum, & continuo uſu abſque interruptione: cum ulceribus externis ſuffumigia præfert. Poſt inunctiones alexipharmaca.

L. IX. de medicamentorum compoſitione, quæ omitto, ſpatiis excluſus iniquis.

Ej. *de peſte & peſtiferis adfectibus* Mediolani 1622. 4. Venæ ſectionem laudat cum acidis medicamentis. Politicam curam ad avertendam & curandam peſtem docet.

Ej. *analyticæ diſſertationes de nævis l. unus* Mediol. 1606. 4. Baſ. 1626. 4. CORTE KAST. Patav. 1628. 8. TR. Argent. 1629. 12. L. Dordrac. 1650. 8. *. Patav. 1651. 8. * & cum BONNETI *labyrinthis* Genev. 1688. 4.*. Notas eſſe a ſignis cæleſtibus humano corpori impreſſas.

Ej. *de margaritis nuper ad nos allatis judicium* Mediol. 1618. 4. L. 1626. 8. CORTE. Una prodiit l. *de nævis*, & ALFONSI NUNNEZ ejus judicii *aſſertio*.

Ej. *della preſervazione della peſte* Milano 1630. 8. CORTE. TR.

EJUS *Commentarii in* ARISTOTELIS *problemata* T. I. II. ap. WECHEL. 1602. fol. B. BUN. Lion 1632. fol. * liber editus a. 1601. Dixi ad ARISTOTELEM. S. I. medica varia. Igne uſos veteres, quod lapidem infernalem non haberent. De facultate ſurſum purgantium pharmacorum & deorſum. Piper largius ſumtum ſolvere veſicam. Signa ex urina. S. II. de ſudoribus. S. III. de vino. Magis inebriari qui aquatum vinum bibant, minus qui merum. S. IV. ad rem veneream. S. V. ad laborem. S. VI. ad quietem. S. XIV. in regione frigidiſſima febres naſci ardentiſſimas. S. XX. ſqq. ad cibos & potus. S. XXXI. oculum aliquando poſt ophthalmiam acutius videre. Ad LXXXVII. frictiones carnem augere. Sic reliqua. Collectanea fere, etiam ex ARISTOTELE.

Ej. *de malis a prolapſu mucronatæ cartilaginis* Mediol. 1632. 8. MEAD.

In *Muſæo*, varios lapillos animales ſ. bezoardicos ſervabat, inter eos tophum maximum pilarem juvencæ, calculos aureos ex venis majoribus quarundam vaccarum exciſos, bezoar humanum veri ſimile.

Multos *Codices* reliquit ineditos, *Solutionem apparentium contradictionum* HIPPOCRATIS & GALENI. *De morbo Gallico. De Roſa. Exercitationes in* GALENUM. *Conſultationum medicarum* l. I. & II. CORTE.

§. CCCCII. VARII ad 1590.

HIERONYMI BRASSAVOLÆ, ANTONII MUSÆ f. Medici Ducis Ferrarienſis, *de officiis medicis libellus* Ferrar. 1590. 4. *. De ſtatu & conditione medici in univerſum,

univerſum, deque ejus officio. De conſultatione. Exempla dat, ut morbus adgnoſcatur, indicatio ex ſuis ſignis eruatur, in nonnullis ægrotis fuſiſſime, eo ſemper fine, ut tota quæſtio ad veterum auctoritatem referatur, ex ea judicetur.

EJUS *in primum* HIPPOCRATIS *aphoriſmorum librum expoſitio*, Ferrar. 1595. 4.

PASCHALIS GALLUS Picto Villafanenſis, ex ſchola Baſileenſi. Ej. eſt *bibliotheca medica, ſ. catalogus illorum qui ex profeſſo artem medicam ſcriptis illuſtrarunt* Baſil. 1590. 8. *. Primus catalogus alphabeticus cum editionibus, codices etiam Mſ. ex GESNERI bibliotheca. Deinde peculiares catalogi librorum a Gallis, a Germanis, ab Italis ſcriptorum. Tum botanicorum librorum catalogus ex GESNERI præfatione ad Tragum: libri Anatomici, Chirurgici, ſic porro, librique in HIPPOCRATEM, in GALENUM, AVICENNAM, DIOSCORIDEM ſcripti. Pharmacopoeæ, Practicæ, Conſilia, libri de peſte, de lue venerea. Multa parum exaſciata. AVICENNA certe non fuit Hiſpalenſis. DIOSCORIDEM noſtrum cum Phaca confundit. Ter repetit J. de KETHAM, paulum mutato nomine. VESALIUS non obiit, cum Hieroſolymam adiret, ſed tum demum, cum patriam repeteret.

J. POSTHIUM, Profeſſorem Heidelbergenſem & archiatrum, Italorum & RONDELETII diſcipulum, hoc loco dicere viſum eſt, quod *obſervationes anatomicæ* Frf. 1590. 8. * prodierint, recuſæ 1593. 8. *. Morborum etiam memoria paſſim intercedit. Atreti pueri. Quo loco pectus perforare oporteat. Morbi aliqui exteriores capitis.

Ej. ſunt *epiſtolæ duæ medicæ in Ciſta* HORNUNGI Nurnberg. 1625. 4. *.

Ej. *Chriſtlicher Schlaftrank nebſt etlichen Regeln die Geſundheit zu erhalten, zum Druck befördert durch* G. FABR. HILDANUM Francof. 1624. 4. TREW. 1628. 4. TREW.

Icon eſt ap. BOISSARDUM.

LUDOVICUS TRUMENUS Tridentinus; Ej. *vera atque perfecta medendi methodus, juxta Peripateticorum doctrinam commentarius* Ingolſtatt. 1590. 4. *. Medicinam methodo ARISTOTELIS tractari debere, brevi libello it oſtenſum.

JACOBI SEIDEL *methodicæ arthritidis & phthiſis curationes certis theſibus comprehenſæ. Acc. diſp. de ſalivæ ſputo & muco* Bard in Pomerania 1590. 4. LIND. Greifswald. 1604. 4. TR.

Ej. *obſervationes medicæ* cum LYSERI *cultro* Hafn. 1665. 8.*. 1679. 8. *. Convulſiones enormes, quas putat hyperphyſicas. Melancholia ſingularis; calculus ſublingualis.

Ej. diſp. *de polyuria ſ. diabete* diſp. in T. VI. in Genathiana collect.

Georgius Morellus *de uſu ſcarificationis malleolorum frequentiſſimo apud antiquos, a modernis neglecto* Brix. 1590. 4. Propria experimenta producere Cl. Portal.

Viti Ortelii Winshemii *oratio de ſtudio diſcendi anatomen* Witteberg. 1590. 8. B. Bun.

J. B. Pona *Daphnis ſ. de cura tertianæ carmen* Veron. 1590. 4. L.

Ursa . . . . medicus Ej. *libellus de primarum qualitatum arcanis & effectibus* prodiit Oxon. 1590. 8. Bodl. Deficit finis nominis.

Martin Wendrich *problematum phyſicorum & medicorum ex* J. B. Montani *ſcriptis ſelectorum* l. I. Witteberg 1590.

Joh. Polhammer *de ſanguinis mictu conſilium* Bamberg 1590. 4. Riv.

Nicol. Hemminus Ej. *antidotus adverſus peſtilentiam* Zerbſt 1590. 4. L.

Abrahamus Memmius *de hæmorrhagia* Baſil. 1590. 4. He.

Lucas Eberlin *de ſolutione unitatis tertia morborum ſpecie in genere* Baſil. 1590. 4. Riv.

Antonii Bouchart *de venenis* Baſil. 1590. 4. Riv.

Mart. Biermann *διηγησις de arthritide* Helmſtatt. 1590. 4. Riv.

Ægidii Heron & Petr. Seguyn *E. inſanis & ægris idem cibandi ſcopus* Pariſ. 1590.

J. Beauchesne & Ant. Quiqueboeuf *E. quartana febrium intermittentium longiſſima* Pariſ. 1590.

J. Riolan & Car. Piso *E. terminus morborum chronicorum motus ſolis, acutorum lunæ* Pariſ. 1590.

J. le Pescheur & J. Lavernot *Non E. caput arthritidis omnis principium* ib. 1590.

§. CCCCIII. Alii.

Michael Bapst von Rochliz Ej. eſt *neues u. nüzliches Erzney Kunſt u. Wunderbuch wie Menſchen u. Vieh geholfen werden kann* Mulhauſen 1590. 4. Riv. Lipſ. 1592. 4. Id. Tr. Eisleben 1596. & 1597. 4. tres partes Tr. ib. 1604. 4. tres partes Id. B. B.

Titulus alius eſt *giftjagendes Kunſt u. Hausbuch* Leipz. 1591. & 1592. 4. Tr.

Prius opus, niſi alterum idem eſt, ut puto. Paracelſicis hypotheſibus addictus & aſtrologiæ, miracula rerum undique compilat, admiſcet, nullo ordine ſervato, collectis medicamentorum formulis. Deinde artificia phyſica, chemica, ad artes pertinentia, præparationes & deſtillationes eo tempore minus notæ.

Ej. *pimelotheca vom Nuzen des Schmers, Unſchlets, Specks, fettes der Menſchen* Eisleben 1600. 4.

Ej. *Juniperetum* edente Joachimo Tankio Eisleben 1605. 4. Tr. Enormis & fabuloſa collectio virium medicatarum *B. Bot.* I. p. 375.

Ej. *warhaftiger Unterricht von dem neuen peſtilenziſchen Krampf oder reiſſenden chyragriſchen u. podagriſchen Krankheit* Freyburg 4. Tr. anno puto 1597. cum morbi ſit deſcriptio, qui vulgo clavo ſecalino tribuitur, *die Kriebelkrankheit*

Ambros. Papen *nöthiger Bericht von ſchwangern u. gebährenden Frauen* Magdeburg 1590. 8. Carls.

Christoph Ferrioli *von den Magenſchwachheiten und daraus entſpringenden Haubtflüſſen, Schwindel, Melancholey und Abnahm* Inſprugg 1590. 4. *. Calorem non eſſe cauſam, quæ cibos coquit; hinc male vitiis ventriculi calida medicamenta opponi, cum acida & refrigerantia ventriculum adjuvent. Eum ventriculum proprio ſucco ſuo cibos coquere. Calida nocere, dum eum ſuccum exſiccant. Noſſe ſe, qui a calidorum uſu ambuſti quaſi in cineres abierint.

Andreas Leon *declaration de los temperamentos, pulſos, urinas* Beſa (Beatia) 1590. 4. C. de V.

Ej. *aviſos para . . . purgar* ib. 1590. 4. C. de V.

Giov. Bratti *diſcorſo della nuova e vecchia medicina* Venet. 1590. 4 Heist.

Ordine di cavalcare e modi di conoſcer le nature di cavalli e per fare excellente razze Venet. 1590.

§. CCCCIV. Prosper Alpinus.

Maroſticenſis, in Ægypto aliquandiu medicinam fecit, conſulis Veneti familiaris, inde ad cathedram Patavinam vocatus eſt, medicus & botanicus celeberrimus. Ex Ægypto redux Venetiis a. 1591. 4 *. edidit de *medicina Ægyptiorum libros* IV, recuſos Pariſ. 1648. 4. Tr. & nuper Leid. 1735. 4. *. Sæpe vidi virum clariſſimum, tamquam teſtem medicinæ antiquæ Ægyptiacæ citari: id ita verum eſt, ut non vetuſta illa Ægypti autonomæ medicina intelligatur, & Alpinus de medicina nuperorum Mahometanæ ſectæ addictorum intelligendus ſit; in quorum artem medicam & Græca, & potiſſimum Arabica, inventa tranſiverunt, multum ab illa vetuſta ſimplicitate remota. Aer fervidus, quem tubis de ædibus eductis temperant; venti & peſtifer auſter. Victus, & cum malis aquis frequens longævitas. Morbi endemii, febres peſtilentes autumnales, ophthalmiæ hiemales. Morbus intra paucas horas exitialis Dem el Muja. Lepra. Peſtis ob incuriam gentis late urbem depopulans, dira magis, quoties ex Barbaria in Ægyptum venit. Æſtivis menſibus, dominante borea, Nilo exundante, peſtis nulla eſt: redit eadem, quando recedentes aquæ limum putreſcentibus animalibus plenum nudaverunt. Venam frequentiſſime ſecant Ægyptii, etiam in pueris, urbani enim & cives ſucci & ſanguinis pleni ſunt, ut tamen ſanguinem prodigant. Cucurbitu-

lis etiam multum utuntur & ſcarifiant, pluribus quam nos locis, neque arterias vitant, neque in morbis malignis ſanguini parcunt. In inflammationibus jugulares venas ſecant, & in morbi progreſſu ſcarifant. Cucurbitula impoſita retrocedens bubo revocatus. Malleolos cruris & ſuras ſcarifant antiquo more, non noſtro, ſed frequentibus inciſionibus, etiam in peſte, in vehementi dolore, in hydrope; ſed frequenter etiam igne utuntur. Plebs prævalidis purgantibus indulget, neque infauſte; poſt purgationem frigidam bibunt. Theriacæ etiam fidunt, aliquantum a noſtra diverſæ, clyſteribuſque. Peculiares morborum curationes. Plantas & opobalſamum alias dixi.

Ej. *rerum Ægyptiarum libri* IV. *poſthumi a* BARTHOLOMÆO SELLARI *oblivioni erepti* & Leidæ 1735. 4. *. excuſi. Multa ad rem medicam faciunt, victus ratio, cibus, potus, temperamentum Ægyptiorum. Medici Ægyptii, recepta medendi ratio. Aphrodiſiaca medicamenta. Deinde notiora Ægyptiis medicamenta, plantæ edules, aliæ, animalia, ſerpentes.

Ej. *de præſagienda vita & morte ægrotantium* L. VII. Venet. 1601. 4. duæ editiones L. Frf. 1601. 4. IDEM 1621. 8. etiam duæ editiones, cum titulo *medicinalium obſervationum hiſtorico criticarum* L. VII. & cum HERMANNI BOERHAAVE præfatione Leid. 1710. 4. *. & 1733. 4. cum nonnullis HIER. D. GAUBII emendationibus, recuſi Venet. 1735. 4. BOISSY Lipſ. 1754. 4. Anglice vertente R. JAMES Lond. 1746. 2 vol 8. SMITH. HIPPOCRATICA præſagia colligere & per ſuos titulos diſponere noſter adgreſſus eſt, felicius etiam, ſi BOERHAAVIO fidem non denegas, quam ipſe DURETUS. Non improbo inſtitutum, mallem vero ſyntheſin videre, ex qua hæ leges analytica methodo ſunt profectæ, quibus nunc meram ob auctoritatem ſenis fides eſt adhibenda. In magno ergo opere, primo ſigna indicantur, ex quibus HIPPOCRATES de viribus vitalibus ægri judicat, aut de morbi viciſſim viribus. Præſagia a functionibus animæ, a calore & frigore corporis ſumta. Præſagia a viribus motricibus, a tremore, palpitatione, convulſione, ſingultu, frigore, horrore, in quibus omnibus vereor, ut omnia libero naturæ obſervatori reſpondeant. Iterum vires vitales, nempe pulſus & inde præſagia, ſic reſpiratio, appetentia ciborum. Tunc de habitu & partibus corporis, emaciatione, colore mutato, vario, oculi, de lingua, hypochondriis, artubus. Iterum præſagia ab excre mentis, urina, alvi fæce, ſudore; criſes & dies decretorii, omnia ex veteribus. Hæmorrhagia varia. In ultimo libro iterum de excretione ſanguinis, ſudore, alvi dejectione, vomitu, urinis, ſputo &c. fauſtis & infauſtis.

Ej. *de medicina methodica* L. XIII. Patav. 1611. fol. Leid. 1719. 4. *. Spiſſum iterum volumen. Methodicam medicinam obpreſſam & deſertam ex veterum monumentis reſuſcitare conatus eſt. Collegit adeo, ut alias monui, ſubque titulos ſuos reduxit, quæ de ea ſecta ſuperſunt, tum theoriam, tum clinicam praxin, eaque cum dogmaticorum placitis comparat, AURELIANO, ut facile exſpectes, potiſſimum uſus. Raro, aliquando tamen interſpergit, quæ ipſe in ſua clinica praxi vidit.

Ej.

Non prodierunt, quos TOMASINUS noſtro tribuit.

De medicina Ægyptiorum liber V.

De naturali Ægypti hiſtoria l. V.

De ſurditate.

Prælectiones Patavinæ.

Et *de præſagiendis morbis in ſanitate* BOERH.

§. CCCCV. BAPTISTA CODRONCHUS.

Imolenſis Ej. *de chriſtiana & tuta medendi ratione* L. II. *cum tr. de baccis orientalibus & antimonio* Ferrariæ prodierunt 1591. 5. *. Bonon. 1629. 4. L. Caſuiſtica voces hæc conſilia & præcepta, plurima ſuperſtitione ita commiſta, ut vix ulli nobis uſui eſſe poſſint. Non debere medicum multos eodem tempore eodem ægros curandos recipere, neque feminis hyſtericis ſemen elici, recte iſta. Religioſis & ſacerdotibus arte medica interdicendum. Anatomen non debere ſuſcipi, niſi cum venia epiſcopi. Baccæ orientales ſunt *cocculi di levante*, amariſſimi, piſces enecantes, quos tamen noſter negat venenum habere, etſi pediculos deſtruunt. Piſces ab eorum cocculorum veneno interfici, non inebriari. Stibium præparatum venenum non eſſe, & nequidem nimiarum eſſe virium.

Ej. *de morbis veneficis ac veneficiis* L. IV., *in quibus veneficia dari demonſtratur, eorum ſpecies, cauſæ, effectus, nova methodo aperiuntur, de eorum curatione & præſervatione pertractatur, veraque & nova remedia proponuntur* Venet. 1591. 8. TR. Mediolan. 1618 12. *. Liber ſuperſtitione plenus. Veneficia eſſe a dæmonibus, credulus hiſtoriolis paſſim vagantibus, qui idem puellam pro faſcinata habuerit, nulla de cauſa: qui in Germania & in Septentrione omnia dæmonibus aiat plena eſſe, qui familiis ſerviant.

Ej. *de vitiis vocis* L. II. *Acc. Conſilium de raucedine, methodus teſtificandi in quibusvis caſibus medicis oblatis, in quibus nonnullæ difficiles quæſtiones & formulæ teſtationum proponuntur* Francof. 1597. 8. *. Non utilis libellus. In methodo &c. formularum dat exempla, quas medici in Italia ad declarandam ſuam ſententiam conſignent, tum aliqua præcipua medicinæ legalis momenta, deque iis doctorum virorum opiniones. Virginitatem non hymene demonſtrari, ſed fumo gagatis accenſi non adſcendente, & clariori urina.

Ej. *de morbis qui Imolæ & alibi communiter a. 1602. vagati ſunt commentarius, in quo potiſſimum de lumbricis tractatur, & de morbo novo, prolapſu nempe cartilaginis mucronatæ* Bonon 1603 4. *. Pleuritis verminoſa. Obpoſitas indicationes curationem difficilem reddidiſſe. De lumbricis in univerſum: expulſis vermibus multos ſuos ægrotos convaluiſſe, eſſe quibus utique mortem intulerint: habere dentes vel ſimile quid, quo rodant lædantque. De morbo novo dixi in chirurgicis.

Ej.

Ej. *de rabie, hydrophobia communiter dicta libri* II. *de ſale Abſinthii; de iis qui ſubmerguntur, & de Elleboro comm.* Francof. 1610. 8. *. (eadem eſt editio Beckeri & Baſſæi quas Lindenius ſeparat). De rabie ex aliorum fide ſcribit. Sales vires ſuarum plantarum conſervare, etiam augere. Elleborum utrumque laudat, qui eo rarius quidem uſus ſit.

Ej. *de annis climactericis* Bonon. 1620. 8. L. Colon. 1629. 8. 1623. 8. Tr. Ulm. 1651. 8. L.

Scripſerat etiam ante l. *de Chriſtiana medendi ratione*, libellum Italicum ad rem medicam adtinentem, cujus nonnullos errores in poſteriori opere revocat.

§. CCCCVI. Hercules Saxonia.

Patavinus, Venetiis medicinam fecit, & in patria Academia, Maximiliani etiam II. curam geſſit, quem dicitur ſanaſſe (Tomasin.). Non felix medicus, qui uxorem tanquam mola laborantem curaverit, cum gravida eſſet Primeros. *error. vulg.* II. 2.

Ej. *de phœnigmorum, quæ vulgo veſicatoria appellantur, & de theriacæ uſu in febribus peſtilentibus diſputatio, in qua etiam de natura febris & peſtilentium febrium nonnulla tractantur* Patav. 1591. 4. Tr. Veſicatoriorum in febre peſtilenti uſum cum Mercuriali introduxit, laudavit, etiam in hydrope, melancholia, nervorum morbis.

Ej *de phœnigmis* L. III. *in quibus agitur de univerſa rubificantium natura deque differentiis omnibus atque uſu, pſilothris, ſmegmatibus, dropacibus, ſinapiſmis ſimplicibus & compoſitis, vulgo veſicantibus, de quorum uſu in febribus peſtilentibus multa diſputantur* Patav. 1593. 4. L. Per auctoritates veſicatoria defendit.

Ej. *luis venereæ perfectiſſimus tractatus, luci datus opera* Andreæ Ghetti Patav. 1597. 4. Tr.

Ej. *tr. de febrium putridarum ſignis & ſymptomatibus, de pulſibus & de urinis. Acc. doctrina celeberrima de lue venerea ſ. morbo Gallico* Francof. 1600. 8. Tr. etiam ſeorſim eod. anno. Ex India cum mulieribus advectum morbum, ſæviorem eſſe factum. Cum guaiacum malo ſæpe ſuperando non ſufficiat, ad hydrargyrum veniendum eſſe, alioquin innocuum. Fabuloſa varia admiſcet Astruc.

Ej. *de febribus & de melancholia* Venet. 1620. fol. Rast.

Ej. *de plica, quam Poloni* Gwozdziec *Roxolani* Coltunum *vocant l.* Patav. 1600. 4. Tr. 1602. 4. L.

Ej. *pantheum medicinæ ſelectum, ſ. medicinæ practicæ templum, omnibus fere morborum inſultibus commune*, edente Petro Uffenbach ejus diſcipulo Francof. 1603. f. Redeunt hic ll. *de pulſibus, urinis, febribus putridis, lue gallica, plica, phœnigmis.*

phœnigmis. Venam ſecat ſæpius in latere adfecto, rarius in altero aut in parte remota, ſuppreſſis tamen menſibus vena pedis ſecta convenit.

Ej. *conſilia medica.* In collectione Lauterbachii Francof. 1605. 4.

Ej. *prognoſium practicarum* l. II. Vicentiæ 1620. fol.

Ej. *opera practica* Patav. 1639. fol. 1648. fol Tr. 1658. fol. Tr.

§. CCCCVII. J. Bauhinus.

J. Bauhinus ex familia Gallica, nuper adhuc celebri, ob religionem relicto Lugduno Ebrodunum, deinde Montembeligardum ſe contulit, laudeque potiſſimum botanica inclaruit, ut tamen Principis Archiater medicinam omnino fecerit.

Ej. *Hiſtorie von etlichen wütenden Wolfen um Mümpelgard und Belfort* Mümpelgard 1591. 8. *. In Chirurgicis diximus. Hic repeto, interiiſſe etiam eos, qui aquam bibiſſent. Anagallidis nullum fuiſſe effectum. Collegiſſe Bauhinum, quæ ad curandum hunc morſum unquam propoſita fuiſſent.

Ej. *tr. des animaux ayans ailes, qui nuiſent par leurs piquures ou morſures avec les remedes* Montbelliard 1593. 8. *. Papilionum ſpirilinguium prælonga proboſcide ubertas fuerat, a quibus pagani male ſibi metuebant, & animalia domeſtica querebantur enecari. Noſter, & in epiſtola addita F. Plateri, oſtendit innocentiſſimum eſſe animal, ſoliſque in floribus occupari.

Ej. *hiſtoria novi & admirabilis fontis balneique Bollenſis mandato principis* Montisbeligard 1598. 4. *. & Germanice *Arzney und Badbuch verdeutſcht durch* David Foerter Stuttgard 1603. 4. Tr. Varia ad rem medicam pertinent. Curationes numeroſæ ægrorum, quibus uſus Bollenſis balnei ſubvenit. Deinde ratio utendi his thermis, & vivendi, & in univerſum, & per ſingulos etiam morbos, ut pene integra praxis medica hic redeat. Demum longiſſima & pleniſſima enarratio morborum, quibus minerales aquæ adverſantur.

Ej. *von der Peſt* Mümpelgard 1597. 8.

§. CCCCVIII. Varii.

Pius Æneas Caprilius Ferrarienſis, equitis aurati, in Acad. Ferrarienſi profitentis L. II. *primus de febribus putridis in genere, alter in ſpecie* Ferrar. 1591. 4. & Ej. *altera* editio emendatior Patav. 1643. 4. *. Librum laudari vidi: Galenicum reperi, de more ejus ſeculi rationiis indulgentem. In febre maligna feminæ plethoricæ ſanguinem ſe miſiſſe, nihil inde mali ſecutum eſſe. In febribus bilioſis uti ſe ſirupo violarum per repetitam infuſionem parato: eas febres ad putridas refert, tum tertianas intermittentes irregulares. In iſtis vomitum ciet. Tertianam notham dicit, aliam, pariter benignam, cum admiſta bile atra. Peſtilentes

tes febres curat theriacalibus, ut tamen venam ſecet. Febris bilioſa continua notha &c.

FELICIANI BETERÆ *de cunctis corporis humani affectibus, maligna & deleteria qualitate, febribus malignis & lue gallica, de putredine peſtilente, deſumpta ex peſte Brixiana* a. 1577. Brix. 1591. fol. ASTR.

EJ. *noctes Brixianæ de peſte ſ. de igne peſtilente Gallico* &c. Brix, 1601. fol. FALC. 1633. fol. ASTR. Fuſiſſimum opus mere collectitium ASTR.

PAMPHILUS HERILACIUS Reatinus, *de aquarum natura & facultate* L. V. *Vinorum & aquarum effectuum invicem comparatorum tractatus. De arthritide & podagra conſilium* Colon. 1591. 8. *. Francof. 1645. 8. L. De aqua cæleſti, ſubterranea; fluviali; adeo addictus ſectæ, ut aquam ex ſcatebris potam putet nocere. Examen neſcio quale aquarum. Fæces & ſedimenta, nitrum quod præcipatione demonſtrat (qui ſit marinus ſal). Sulfur. Aureas, æneas, plumbeas etiam aquas dari. De arthritide juſtus liber, non ſolo tamen in morbo occupatus, ſed in univerſa ciborum ratione. Collectanea.

ANNIBAL NICOLINUS *de curativis ac mittendi ſanguinis ſcopis diſputationes in genere* Peruſiæ 1591. 4.

JORDANI BRUNI *de imaginum ſignorum & idearum compoſitione ad omnia inventionum, diſpoſitionum & memoriæ genera* Francof. 1591. 8. B. BUN.

ANDREÆ GRUTINII *ſolus philoſophus, ſ. novæ medicinæ & chemiæ compendioſa refutatio* L. II. Patav. 1591. 4. *. Chemiam refutat. Contra quintam eſſentiam diſputat. Deſtillatione evacuantes facultates deſtrui. Aurum quidem beneficum eſſe metallum, auri vero potabilis formulas noxii eſſe medicamenti &c. L. II. mere phyſicus eſt.

JACOBUS FERRARIUS. EJ. *idea theriacæ & mithridatii ex optima auctoris pragmatica, partim ex* FLAMINII EVOLI *ſcriptis excerpta* Venet. 1591. 4. L. 1601. 4. 1606. 4. L. Scriptio theriacæ, qualem pharmacopola BERTHIOLUS præparabat, correxerat EVOLUS. Fuſe de viperis, de nonnullis etiam plantis rarioribus & ſubſtitutis.

HIERONYMUS BRISIANUS. EJ. *arca medicinæ, in qua multorum errores in hac facultate reteguntur & antiquus ſuus honor medicinæ reſtituitur* Venet. 1591. 4. L.

EJ. *Geraeologia* (quid ea voce velit, ignoro) Trident. 1583. 8. 1585. 8. L.

BARTHOLOMÆUS VICARIUS *de ægrotantium optumo aſſiſtente ejuſque officio in ſingulis morbis* L. III. Rom. 1591. 4. TREW.

HIERONYMUS MONTALTUS Platienſis Siculus. EJ. *ſunt de homine ſano.* L. III. Francof. 1591. 8. *. Duorum poſteriorum librorum alter quidem pathologicus eſt, alter practicus, de generalibus auxiliis. Venam ſecat in putridarum febrium initiis,

initiis, & baſilicam, in virium defectu ſalvatellam. Cæterum ad veterum ſaporem unice ſcribit.

ABRAHAM NEHEMIAS Luſitanus. EJ. *methodus medendi univerſalis per ſanguinis miſſionem & purgationem: libri duo. De tempore & ordine purgandi, de tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad ſatietatem exhibendæ* Venet. 1591. 8. L. 1592. 4. TR. 1604. 4. WOLF. ID. bis.

J. CARDENOS *problemas y ſecretos de las Indias* 1591. 8. N. ANT. ſi huc facit.

EJ. *del chocolate che provechos haya, y ſe es ſaludable o no* Mexico 1609. N. ANT.

PETRUS UFFENBACH medicus Francofurtanus, multos aliorum libros edidit & recudit, BARTHOLOMÆI de MONTAGNANÆ ſelectiora: BENEDICTI VICTORII Faventini Practicam magnam; BERNHARDINI GOMESII L. IV. *de ſale*: FERD. CARDOSI *l. de ſex rebus non naturalibus*; GABRIELIS FERRARA, qui CAMILLUS fuerat, *ſylvam chirurgicam*: HERCULIS SAXONIÆ *Pantheon*: MATTHIOLI *Dioſcoridem*; GESNERI *theſaurum chirurgicum*.

EJ. *diſpenſatorium Galenico-chymicum* pariter collectum eſt ex J. RENODÆI *inſtitutionibus pharmaceuticis*, & J. QUERCETANI *pharmacopœa dogmaticorum reſtituta* Hanau 1631. 4. L.

ISRAEL SPACH Argentoratenſis. EJ. eſt *Nomenclator ſcriptorum Græcorum, Arabum, latinorum, veterum & recentium medicorum* Francof. 1591. 8. *. Argentor. 1597. fol. L. Dedicatio editionis meæ eſt anni 1610, icones nullæ. Libri ſecundum titulos partis medicæ artis, de qua ſcripſerunt, diſpoſiti; brevis titulus, cum editione & indicatione loci, ubi codex MS. reperitur.

IDEM *Gynæcea* C. BAUHINI recudi fecit Argent. 1597. fol. aucta LUD. MERCATI *muliebribus*.

EJ. *diſp. de temperamentis* Argent. 1598. 4. B. UFF. Si huc facit.

JACOBI BORDING ex ſchola Gallica, & Italica, Roſtochii & Hafniæ Prof. φυσιολογια, υγιεινη, παθολογια Roſtok 1591. 8.

EJ. *commentt. in ſex libros* GALENI *de ſanitate tuenda, & in tres priores de morbis & ſymptomatibus*. It. *Conſilia aliqua* Roſtoch 1605. 4. BODL.

Panygricum ei dixit SPITHOVIUS. Vita exſtat in ciſta BARTHOL. & apud M. ADAMI.

BIL. PIRKMAIR *commentarii de arte apodemica, ſ. vera peregrinandi ratione. Acc. alia* & G. GRATAROLUS *de regimine iter agentium* 1591. 12. TR.

J. FRIDERICI WOLFESHUSII *de lycanthropis problema philoſophicum pro ſententia* J. BODINI, Lipſ. 1591. 8. TR. ſi huc facit.

Conrad Rittershusii *oratio de Zaleuco & Charonda & legum deſcriptione utriuſque* Altdorf. 1591. 4. Tr.

Tobias Stimmer *les 92. portraits des hommes illuſtres* Baſil. 1591.

Bernh. Mitelli *vom Stettiniſchen Theriak* Alt Stettin 1591. 4. Tr.

Ej. *antidotum* Nürnberg. 1596. 4. Tr.

Unterricht wornach bey jezo graſſirender rohten Ruhr die Unterthanen in der Herrſchaft Schmalkalden ſich zu halten Schmalk. 1591. 8. Huth.

Saugender kreiſſender Wöchnerinnen Unterweiſung, ſamt einem Verzeichniß geſunder u. ungeſunder Speiſen und Trank Hall. 1591. 4.

Jacobi Marant & Jac. Cousinot, *E. ſtrumarum quam bubonum venereorum curatio difficilior* Pariſ. 1591.

Caspar Keyler *de ſingultu* Baſil. 1591. 4.

Jac. Geiger *de dyſenteria* Baſil. 1591. 4.

Valentin Rupitz *de elephantiaſi* Baſil. 1591. 4. Riv.

Erh. Cellius *de vita & morte* Philippi Apiani *medici* Tubing. 1591. 4. L.

Ant. Vari *de methodo purgandi univerſali* Jen. 1591. 4. Riv. ſed annum 1634. habet Heft.

Ej. *de hydrope* ib. 1601. 4. Riv.

Ej. *de morbo articulari ſ. arthritide* ib. 1603. 4. Riv.

Ej. *de phthiſi* ib. 1607. 4. Id.

Ej. *de oppreſſione ſ. incubo* ib. 1609. 4. Id.

Ej. *de febre hectica* ib. 1610. 4. Riv.

Id. *de mania ſ. deſipientia* ib. 1610. 4. Riv.

Ej. *de quartana* ib. 1618. 4. Id.

Ej. *de peripneumonia* 1619. 4. Id.

Ej. *de phthiſi* ib. 1626. 4. Id.

Ej. *de angina* ib. 1628. 4. Id. 1634. 4.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1629. 4. Id.

Id. *de alvi profluvio in genere* ib. 1629. 4. *.

Id. *de pleuritide* ib. 1630. 4.

Ej. *de podagra* ib. 1630. *.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1635. 4. *.

Ernesti Hettenbach (Præf. Sal. Alberti) *de ſcorbuto diſſ.* Witteb. 1591. 8. Gunz.

Ej. *de angina & de pleuritide vera* ib. 1597. 4. Hen.

Ej.

Ej. *de vitioſa morborum ſolutione, deque ejus cognitione & prædictione* ib. 1598. 4.

Ej. *de catarrho, de ſanguine per tuſſim ejecto, de aſthmate, de dyſenteria* ib. 1601. 4. Riv.

Ej. *de ephialte ſ. incubo* ib. 1607. 4. Riv.

Ej. *de podagra & quæ huic affinis eſt, chiragra* ib. 1605. 4. Pl.

Ej. *de cordis ventriſque moderato dolore & colica paſſione* ib. 1610. 4. Riv.

Ej. *de aphoriſmo XXI. ſect. I.* Hippocratis, *occaſionem & tempus utilis purgationis docente* ib. 1609. 4. Riv.

Ej. *de paralyſi* ib. 1615. 4. He. duæ diſpp.

Ej. *de tumore ſub lingua, quem ranulam vocant* ib. 1616. 4. He.

Ej. *de locorum affectorum ſecundum* Galenum *notitia* ib. 1617. 4.

§. CCCCIX. Varii.

Henricus Garet Lovanienſis, medicus electoris Moguntini, edidit Frf. 1592. 8. *. *De arthritidis præſervatione & curatione Cl. medicorum conſilia.* Pro Ludovico a Flandria Petrus Bruhesius primum Jacobum Sylvium, tum J. Fernelium, inde ſenſim alios medicos conſuluerat, ad eorum conſilia reſponderat, ut illi ſubinde ſuam iterum ſententiam confirmarent. Hæ epiſtolæ omnes hic collectæ habentur; ſunt autem præter eos, quos primo loco dixi viros, earum auctores Antonius Gallus, Hieremias Thriverius, Gemma Frisius, Andreas Bonardus, Andreas Vesalius, Cornelius v. Baesdorf Caroli V. medicus, Daniel Vlierden, Carolus Gosvinus, J. Zomer, Franciscus Fabricius. Ultimo P. Bruhesius integrum *de arthritide ejuſque remediis* libellum ſubjecit. Vesalius cauterium ſuaſerat.

Simonis Scherbii *quæſtiones cum concluſionibus ac problematibus* 1. *de vertigine* 2. *de phthiſi*, 3. *de tumore ventriculi* Lipſ. 1591. 4. Tr.

Francisci Tidicæi *in jatromaſtigas de recto uſu & abuſu medicinæ* l. Thorun. 1592. 8. Tr. 1598. 8. L.

Francisci Cigalini *duæ epiſtolæ ad* Th Dunum *de oxymelitis uſu & viribus maxime in pleuritide* Tigur. 1592. 8. cum Duni epiſtolis.

Nic Kleinfeld. Ej. *de morbis & ſymptomatibus eorumque cauſis & differentiis* L. II. Antwerp. 1598. 12. Leid. 1618. 12. L. legi etiam 1592. 12.

Ej. *pathologia ſecundum gradus* Leid. 1598. 12. Tr.

Octaviani Roboreti Tridentini, Mercurialis diſcipuli, equitis Hieroſol. *de peticulari febre Tridenti a.* 1591. *vagante deque veſicatoriorum in ea potiſſimum uſu,* de

de putredine, *de contagio*, *de ſanguinis miſſione* Trident. 1592. 4. *. Annus praecedens peticularem febrem æſtuoſus ferat. A. 1591. febris a principio cum miti calore, capitis inde dolore ſe efferebat, die vero ſexta ſeptima accedebant vigiliæ, deliria, pleuritides, vel & lethargi, & circa diem ſextum petechiæ plerumque rubræ, tamen etiam nigræ, faucium dolores, inflammationes, tuſſis, vermes, hæmorrhagiæ plerumque ſalubres. Lotium ad diem ſextum ſano ſimile, inde jumentoſum. Non adeo peribant obſequioſi, & decimus fere quiſque, nobiles magis. Contagium inerat. Moriebantur convulſi urina ſuppreſſa, vel ſuffocati. Convaleſcentes ſurdaſtri fiebant, capilli defluebant. Theoria multa, quam omitto. Sanguinis erat in arteriis inque venis putredo. Non erat vera peſtis, ea pauperes magis attigit. Cauſæ externæ fuerunt æſtus, maligna annona, glandes, paleæ, fames. Obiter de febre cum deſtillatione anni 1580. Ipſe hac febre R. laboravit & duo, qui ejus curam geſſerunt, famuli. Conſtantinopoli a. 1588. peſtem vidit: ſe incluſit, nihilo ſecius, cum poſt decemdium de cubiculo prodiret, ſubito ei bubo de inguine erupit, a peſtis ſeminio hactenus occultato, quod tamen periculum effugit. Petechiæ ex Cypro advectæ, tamen non ſatis GALENO innotuerant. Curatio; Præſidia externa; inunctum oleum infectio vitata. Fonticuli & cauteria pleroſque tutos ſervarunt in peſte 1575. Sanos debere purgatione abſtinere. Cucurbitulæ proderant, quod humorem in corporis ambitum expellerent. Evacuatio neceſſaria erat, & præferenda venæ ſectio cucurbitulis, multoque plures monet ſe illa ſervatos vidiſſe, quam his admotis. Ideo multos interiiſſe nobiles, quod eam miſſionem ſanguinis repudiarent. Medicamenta compoſita, antidoti calidæ; theriacam dandam non exſpectata coctione. Symptomatum curatio. Peticulas, fere ſemper ſymptomaticas eſſe, non ergo adjuvandas; utique tamen ſi criticæ fuerint, theriaca, mithridatio, illa ubi plus requiritur excitati motus. Cucurbitula ſicca convenit, ubi evacuatione non opus eſt, cum ſcarifatione vero, ſi vacuare neceſſe eſſet.

Ej. *de veſicatoriis* tr. In omnibus malignis febribus uſui eſſe poſſunt, ubi morbi capitis, deliria, ſopores, ſenſus obtuſi. Teſtimonia auctorum, maxime Patavinorum (MASSARIA excepto): ſe quidem valde proficua expertum eſſe. Quibus ſponte magnæ veſicæ erumpebant, ii febre per eas liberabantur. Coctionem eædem non impediunt.

BERNARDINI CARANES *adverſus Valentinos & alios noſtri temporis medicos de ratione mittendi ſanguinem in febribus putridis* Barcinon. 1592. 8. FALC.

Nürnbergiſche Ordnung dem Collegio medico den Apothekern u. andern angehörige gegeben Nürnberg 1592. 4. 1679. 4. TR.

SEBASTIANI MIRONI *de venæ ſectione in febre peſtilenti retractatio* Cremon. 1592. 12. maj. BOHEM.

BENEDICTI PERELII *adverſus fallaces & ſuperſtitioſas curas* Lion 1592. 8. TR. ſi huc facit.

JACOBI

JACOBI MARANT & GUIL. FAUCONNIER *E. vernales morbi autumnalibus ſecuriores* Pariſ. 1592.

CHRISTOPH ROESLER *de præcipuis cauſis epilepſiæ, apoplexiæ, paralyſeos* Baſil. 1592. 4.

HIERONYMI NYMMAN *de angina* Witteberg. 1592. 4. RIV.

Ej. *de epilepſia* ib. 1592. 4. RIV.

Ej. *de gravi auditu ſ. ſurditate* ib. 1592. 4. RIV.

Ej. *de herpete* ib. 1594. 4. RIV.

Ej. *de arthritide* ib. 1594. 4. HE.

Ej. *de hæmorrhoidibus* ib. 1594. 4. HE.

Ej. *de imaginatione oratio* ib. 1613. 8. cum T. TANDLER.

SALOMONIS GESNER programma in ejus obitum a. 1594. Lipſ. 1596. 8. B. BUN.

CHRISTOPHORI MEURER *de phthiſi ſ. tabe* Lipſ. 1592. 4. RIV.

Ej. *de mola* ib. 1594. 4. RIV.

Ej. *de præfocatione hyſterica* ib. 1598. 4. TR.

Ej. *Hausregiment für die Seuche der Peſtilenz* ib. 1598. 4. &

Ej. *Peſtregiment deſſen ſchwangern Frauen wie auch anderſeits Perſonen zu gebrauchen* ib. 1607. 4. TR.

Ej. *de carbunculo contagioſo* ib. 1613. 4. PL.

Ej. *Oratio in commendationem* CHRISTOPHORI BRUNONIS ib. 1613. 4.

Ej. *de peſte* ib. 1616. 4. HE.

LAZARI SUSENBETI *de natura, præcautione & curatione dogmatica febris peſtilentis* Marburg. 1592. 4. RIV.

Ej. *methodi medicinales duæ propoſitæ ab* A BOTTONO & ÆMILIO CAMPOLONGO. Acc. BARTH. HIEROVII ... *quæſtionum medicinalium practicarum decas.* In Offic. Palthen. 1595. 8. TR.

BLASIUS ALVAREZ de MIRAVAL theologus & medicus Salmanticenſis, *la conſervacion de la ſalud del cuerpo y dell alma* Medina da Campo 1592. C. de V. legi etiam 1597. 4. Salmant. 1601. 4. N. ANT.

NICOL. GYER *method and way of healing by letting blood* Lond. 1592. 8. OSB. 1604. 4.

§. CCCCX.

§. CCCCX. Rodolphus Goclenius.

Profeſſor Marburgenſis, Paracelſiſta, vir credulus.

Ej. *poſitiones phyſicæ & ethicæ* Marburg. 1592. 4. *.

Ej. *de luxu convivali noſtri ſeculi &c.* Licha 1605. 8. Tr. 1613. 8. cum *magnetica vulnerum curatione.* Ad ciborum hiſtoriam.

Ej. *de peſtis febriſque peſtilentialis cauſis differentiis & ſignis* Marburg. 1607. 8. L. Forte Ej. *Weiſs und Weg ſich vor der Peſt zu hüten, dieſelbe zu curiren* Maynz 1607. Huth.

Ej. *loimographia, in qua arduæ quæſtiones medicorum quorundam in curanda peſte teguntur, explicantur, ſymptomata omnia enumerantur, contagionis natura & cauſæ eruuntur, & quid in ſpecie in peſte Marburgenſi anni* 1611. *evenerit, inſeritur* Francof. 1613. 8. *. Ecce aliqua auctoris adnotata, aut placita. Sanguinis paucæ ſtillæ in principio mali mortem portendunt. Peſti adfuit anno 1611; carbunculum in palpebra curavit; extractum ſuum vitale laudat. Adverſus ſoporem non meminit medicamentorum, quæ veſicas excitant. Adverſus ſitim nitrum ex aqua diluit. In exanthematibus ſudorem ciendum. Venam tamen ſubinde pertundit, ſed poſtquam dedit, quæ vires ſuſcitent. Emetica habet ex antimonio parata. Sudores in mali initiis nocere, arte exactos nocuiſſe. Amuleta defendit ex hydrargyro, arſenico. Putridum ſanguinem eum eſſe, in quo venæ non adparent. Salem fraxini utiliter datum fuiſſe.

Ej. *de vita propaganda, h. e. animi corporiſque vigore conſervando, ſalubriterque producendo tr.* Mogunt. 1608. 8. Tr.

Id. Q. Apollinaris *enchiridion remediorum facile parabilium latine reddidit* Francof. 1610. 8. L.

Ej. *eſſentia medicinæ univerſalis adverſus univerſalem vulgo jactatam* Francof. 1620. 4. L.

Ej. *tractatus phyſicus & medicus de ſanorum diæta ſ. de ſeptem rebus non naturalibus, aere, cibo & potu, ſomno & vigilia, motu & quiete, perturbationibus, excretis & retentis, cum appendice præcipuorum corporis humani morborum, adjuncta methodo generali & compendiaria* Alfonsi Bertotii, J. Cratonis &c. Francof. 1621. 8. L. 1643. 8. Endt. 1645. 8. L.

Wolfg. Lorisecie *panegyricus* Goclenio *dictus* Marp. 1629. 4. B. Bun.

§. CCCCXI. Andreas Chioccus.

Veronenſis. Ejus *quæſtionum phyſicarum & medicarum* L. III. Veron. 1593. 4. *. Venet. 1594. 4. L. Pro Aristotele & Galeno ubique pugnat. Ad noſtram rem faciunt.

L. I. de coctione.

L. II.

L. II. de putredine contra Roboretum. Omnino veri nominis putredinem in humoribus locum habere.

L. IV. de vino mordaci pro Aristotele.

L. V. de revellente purgatione in morborum initiis utiliter adhibenda.

L. VI. de rigore. Salutarem eſſe poſſe, quod exſurgentis facultatis expultricis vigorem demonſtret.

L. VII. de lethargo. Num abſque pituitæ putredine poſſit locum habere. Num a cerebri inflammatione pendeat. Ab humorum eſſe putredine.

L. VIII. de medicamentis & lenientibus. Antimonium tamen ad vomitum ciendum utiliter datum eſſe.

L. XII. de facultate pulſifica pro Galeno in Tilesium.

L. XIII. an venenum in humoribus noſtris gigni poſſit. Poſſe.

L. IV. lapidem veſicæ non ſemper ex renibus eo deſcendere.

L. XIV. methodi curativæ natura & definitio.

Ej. *Pſoricum ſ. de ſcabie* L. II. *De contagii natura, ſiderum vi & thermis Calderianis. Carmine ab auctore deſcripta* Veron. 1597. 4. *. Carmen heroicum minime inficetum.

Ej. *apologia pro divina* H. Fracastorii *ſyphilide adverſus Julii* C. Scaligeri *cenſuram* Veron. 1598. 4.

Ej. *de aeris Veronenſis clementia* Veron. 1597. 4. *. Cum Cardinalem Valerium ægrotantem ex agro Veronenſi in Romanum agrum transferre vellent, noſter oſtendit, Galeni auctoritate aliisque teſtimoniis, aerem in urbe inſalubrem eſſe, Veronenſem ſalubrem, inque ea civitate cives ſenes plurimos vivere, & ad magnum ſenium pervenire.

Ej. *commentarius quæſtionum quarumdam de febre mali moris & morbis epidemicis.* II. *de venæ ſectione in obſtructione ab humorum qualitate* Venet. 1604. 4. Trew.

Ej. *de collegii Veronenſis illuſtribus medicis & philoſophis, qui ſcribendo & profitendo patriam illuſtrarunt, ex quorum moribus & inſtitutis optimi medici idea colligi poteſt* Veron. 1623. 4. L. & in *Theſauro* Burmanniano T. IX. P. VIII. Panegyricos dat civium, ſcripta fere negligit, editiones certe omittit.

§. CCCCXII. Guilielmus Fabricius.

A patrio pago *Hilden* vulgo Hildanus, Chirurgus & Medicus, Poliater Bernenſis, vir pius & ingenioſus. Ej. l. *de gangræna & ſphacelo d. i. vom heiſſen u. kalten Brande &c.* Colln. 1593. 8. Baſil. 1603. 8. Draud. 1615. 8. *.

Oppen-

Latine Oppenheim 1598. 8. ut lego & 1600. 8. 1617. 8. Francof. 1611. 8. Lion 1658. 16. Gallice 1597. 8. * ſed de gangræna ſola. In hoc libro, certe in editione 1615. 8. * agitur etiam de angina. Facile metaſtaſin in pulmonem ſuccedere. Sectionem venæ raninæ potius nocere. Venam brachii ſecari debere, vel ſcariſari; venam vero ſub lingua demum incidi, quando priores evacuationes præceſſerunt. Acribus debere abſtineri, refrigerantia exhiberi. Porro de narium immodica hæmorrhagia, ad quam pulverem habet in nares ſubdendum. Tunc de dyſenteria, de qua continuo proprium libellum dicam.

Ej. *traité de la dyſenterie, c. à d. cours de ventre ſanguinolent* Payerne 1602. 8. *. Oppenheim 1617. 12. Rast. cum Paterniaci medicinam faceret. Latine Oppenheim 1610. 8. 1666. 12. Rast. Germanice 1616. Lew. Lenia etiam hic dat, hordeata, amygdalata. Alvum tamen ducit, vomitum etiam movet, ulcus adſtringentibus curat, & abſorbentibus, clyſteres anodynos & adſtringentes commendat.

Ej. *de conſervanda valetudine & thermis Valleſianis* Francof. 1629. 4. *. Conſilium eſt pro viro illuſtri diæteticum, quo integra fere victus ratio continetur. Recte contra vulgare præjudicium monet, ſcorbutum infrequentem in Helvetia morbum eſſe. De thermarum uſu.

In Ej. *chirurgiſchem Reiskaſten* Baſil. 1615. 8.*. Medicamenta uſitata recenſentur.

In *obſervationibus & epiſtolis*, conjunctim Francof. 1646. fol. 1687. fol. * editis, ipſi princeps utique ſcopus fuit, chirurgica ſcribere, multa tamen practici ſunt argumenti; hydrocephali pluſcula exempla, dolor capitis a verme narium, hoc excuſſo ſedatus: alius profluvio ſanguinis per alvum curatus; in alio ægro ſuturæ capitis dimotæ. Alii rariores caſus. Inteſtina a vermibus eroſa. Laudani felix in atroci dolore uſus. Mentis alienatio ab antimonio, ab aura maligna. Phrenitis curata. Melancholia confirmata in maniam abiit, quæ ſe curari paſſa eſt. Maniæ exempla. Somnambulo: qui ipſe a lapſu morbo liberatus eſt. Lethargus ex fumo novæ fornacis funeſtus. Paralyſeos caſus: etiam ex balnei uſu accitæ & a frigida. Paralyſis brachii oſſe fracto curata. Spaſmi ex lue venerea; ex aura maligna. Epilepſia etiam in virili ætate curata, & ſetacei auxilio ſublata. Apoplexia: ab ea mortua femina ſanguinem poſt mortem profudit. Catarrhus ſuffocans. Morbi oculorum interni, ut amauroſis ab hydrope. Surditas curata. Lapilli pulmonis. Phthiſis ſetaceo ſuperata. Pleuritis per urinam judicata. Noxæ repercuſſionis. Venæ ſectio ſerius facta, tamen benefica. Læſus, ut putat noſter, a ſecta contra præcepta artis oppoſiti lateris vena. Aſthma ex obeſitate. Hydrops pericardii. Deglutitio læſa, ut potus abſque ſuffocationis metu non poſſet deglutiri. Cardialgia ex potu frigidæ. Fames nimia. Aſitiæ diuturnæ exempla. Urina per vomitum reddita. Tænia. Volvulus ex ſcirrho cancroſo inteſtini tenuis. Alvi conſtipatio: alia exempla. Dyſenteria a frigidæ potu, & idem morbus male frigida curatus. Varia mala ex hæmorrhoidibus ſubpreſſis, etiam paralyſis. Hepatis inflammatio a calidis admotis, a cucurbitulis. Calculi fellei. Hydrops abſtinentia a potu ſanatus. Lienes tumidi, ſcirrhoſi, Retentio periculoſa lotii poſt materia gypſea referti. Nephritis male curata. Diabetes. Aliena & terebinthinæ uſum. Graviſſima iſchuria aliquoties ſanata. alias menſes abſque noxa retenti. Varia mala ex ſubpreſſa menſtrua purgatione: Steriliţas. Fetus pili per urinam. Uteri hydrops. Menſium aliæ varietates. Malum venereum: infectio varia. retenti. Infantum morbi. Morbi cutanei. Fungi pernicioſi. Inunctionem veram hujus mali antidotum eſſe. Venena varia. Medicamenta varia ſimplicia, compoſita.

Reliquas Obſervationum & Epiſtolarum editiones dixi in chirurgicis.

De trichiaſi Obſ. eſt in Gregorii Horstii *Obſſ.* & *de ſemine aniſi per lotium rejecto.*

Ej. *de prodigioſa puellæ Colonienſis inedia epiſtola* excuſa eſt cum Paulo Lentulo.

In *poſthumis* viri *Codicibus*, qui in Bernenſi Bibliotheca ſervantur, paſſim aliqua medici ſunt argumenti. Boni viri de proprio & gravi morbo querelæ. Paralyſis terrore ſublata, quales etiam hiſtorias Gregorius Horstius in reſponſoriis recenſet. Vertigo ſubitanea ſanata. Ad imbecillitatem oculorum conſilium. De peſte Bernenſi, quæ quartam civium partem a. 1628. abſtulit, qua & ipſe noſter & uxor laboravit, lenius equidem, ob inuſtos fonticulos, qui pariter, ut trajecta ſetacea, utiliter ſunt adhibiti. Contra Neronianam duarum venarum ſimultaneam inciſionem. Folia rhabarbari monachorum ad ſtrictam alvum laxandam laudat. Henricus Schobinger refert de variis morbis Patavii viſis, calculis felleis, lienis abſceſſu: Signum, quo iſchuriam a caruncula natam ſepares, ab iſchuria nata a calculo: calculoſos facilius mingere ſupinos & pedibus altioribus. Semen & oleum lini in pleuritide profuiſſe. Abſceſſus ſub aure in cephalæa criticus. In arthritide lumbricorum ſuccum laudat. Fortiſſima draſtica vulgatis præfert, helleborum, colocynthidem. Cadavera a peſte exſtincta mollia. Longum conſilium ad arthritidem. De ſignis ab urina repetitis fallacibus exempla, & funeſti eventus cum optimo lotio, & viciſſim. Beſtias & urinariis calculis eſſe obnoxias & felleis. Aliqua in Platerum. Sanguinis poſt mortem fluentis exempla. Horstius ad Hildanum, inveteratam luem veneream ſe abſque hydrargyro, ſolo decocto guaiaci ſanare. Unguentum de arthanita laudat Hildanus. Criticum diem nihil moratus, optimo eventu venam in pleuritide incidit. Tumor inſignis pectoris poſt pleuritidem. Ægidius Tonsor de peſte Scaphuſina. Adverſus phthiſin conſilium, ex genio ſeculi excuſabile. Iterum de peſte Bernenſi. Aceto ad bubonem admoto mors ſubita. Magna a calidis chemicis medicamentis ſtrages. Alvi purgatio nocebat. Subitaneus ex halitu fætido bubo. Acida & refrigerantia noſter dabat; buboni cantharides imponebat. Fonticuli ſaluberrimi, ex quibus halantem fætorem peſtiferum noſter olfactu percepit. In anaſarca fonticulos profuiſſe. In hydrope tabidum hepar per lotium deceſſit. Franciscus Monheim de aſita Morſienſi. Lapidem bezoar vix venire niſi factitium.

factitium. Bona deſcriptio hydrocephali infantilis non congeniti. Setacei uſum in cephalea ſæpe felicem fuiſſe. Superſtitioſam dierum obſervationem in vena ſecanda ſpernit.

In exemplo I. *vom Nutzen der Anatomey*, ad novam editionem præparato, noſter potiſſimum adverſus duros torturæ effectus invehitur, & magiſtratus humanitatem implorat, cum a violentia torturæ ſcapulæ laceratæ fuerint. Eæ ſcapulæ etiam nunc in *Bibliotheca Publica Bernenſi* ſervantur.

Retuli de his codicibus in *Relatione Gotting.* T. XII.

§. CCCCXIII. Varii.

Franciscus Sanchez, medicus Hiſpalenſis.

Ej. *reſpueſta a lo que hacido preguntado en un acidente de un batua de calor* Hiſpali 1593. 4.

Ej. *reſpueſta total ſobre una palpitacion y temblor que padecia un enfermo de Guatimala* Sevill. 1594. 4.

Ej. *diſcorſo para a veſigua que mal de urina ſen el que padecio* D. Diego Henriquez Leon Hiſpal. 1594. 4.

Ej. *diſcorſo ſobre las batuas que padecio el* P. Fray Andres del Ginonimo Sevill. 1599. 4. Ita C. de V.

Francisci Aguillar *de febrium putridarum curatione adverſus* Bernardum Caranes Valent. 1593. 8. Verus auctor eſt Hieronymus Polo Valentinus C. de V.

Hieronymus Minettus Aretinus, Profeſſor Senenſis, Cæsalpini diſcipulus. Ej. eſt *quæſtio non minus pulchra quam utilis de Sarzaparillæ & ligni ſancti viribus* Senis 1593. 4.

Eſt porro Livonii Rectorii *epiſtola, qua oſtendit ſalſamparillam minus quam lignum Guaiacum validam eſſe.* Repoſuit & contrariam ſententiam defendit Minettus.

Reſpondet Livonius Rectorius in *diſſ. apologetica de indole & qualitate Guaiaci & Sarſæparillæ* Bonon. 1594. 4. Falc. Bene ſententiam tueri Astrucius, cujus hæc ſunt.

Ludovicus Rosellus Foro Sempronienſis. Ej. eſt *tractatus de morbo gallico* Rom. 1593. 8. Falc. Jejunum vocat Astrucius.

Galeacii Landrini *de vini & aquæ inter ſe mixtione quæſtio* Florent. 1593. 4. Seg.

Bartholomæi Burchelat *charitas ſ. convivium dialogicum ſeptem phyſicorum,*

rum, in quo apparatus ciborum, potus utenſilia ex antiquorum promtuariis dilucidantur Tarvis 1593. 4. Bur.

Francisci Indiæ *Hygiphilus, ſ. de febre maligna dialogus, in quo de veſicantium medicamentorum, hyacinthi, zapphiri, ſmaragdi, de auri & argenti in re medica abuſu, & de optimo theriacæ uſu in febre maligna tractatur* Veron. 1593. 4. L. 1599. 4. L.

Ej. *Hygiphilus tertius, ſ. de ſymptomatum febri malignæ ſupervenientium natura & curatione* Veron. 1599. 4. * Adverſus *Cacoſtomum*, quem vocat, oſtendit utique ſymptomatum rationem haberi debere. Adverſus lapides pretioſos: bolum tamen dat & ſimilia ad fluxionem inhibendam, ad ſudorem immodicum, ad ſitim, ad cibi faſtidium, ad languorem & ſyncopen, ad dolorem capitis, deliria, ſomnum ciendum.

Ej. *de gutta podagrica, chiragrica & arthritica* L. II. Veron. 1600. 4. *. L. I. Ne cauſis ſecundum humores quærit. Negat a ſolo capite humores fluere. Negat per ſolas partes exteriores fluere. Contra Pareum negat mali naturam occultam eſſe, ſ. totius ſubſtantiæ. Signa humorum a quibus malum eſt. Prognoſtica varia. Curatio, venæ ſectio, purgatio, pro varietate humoris varia, medicamentis ad quemque humorem ſuis. Medicamenta repellentia, roborantia, balnea. Multa abſona.

J. Balcianellus Arzignanenſis, *de abuſu bolorum corroborantium, antimonii & caſſiæ purgantis* Veron. 1593. 4. L.

Ej. *diſcorſo contro l'abuſo dell antimonio præparato d'argento vivo ſublimato e del præcipitato in medicina ſolutiva ordinato* Veron. 1603. 4. Carrer.

Hier. Crassus *de ceraſte ſ. baſiliſco novo morbo medicis incognito; curandi problemata ad dictum morbum pertinentia* Utini 1593. 8. L.

Sylvii Lanceani Monticatiani phyſici, *de hydrope, quod non ſemper ſit ab hepate. Acc. expoſitio in aphoriſmos* Hipp. 17, 38, 53. *ſectionis* V. *& tractatus, quod dentur aliqua vina frigida* Rom. 1593. 8. *. Ratiocinia ex ſeculi genio.

Ej. *de molæ generatione & cura.* —— *An in dyſenteria ſanguis ſit mittendus & purgandum, cum expoſitione loci Galeni* L. I. ad Glauc *c.* 14; *Expoſitio aphoriſmi* 43. *ſectionis IV. Caſus dominæ, in quo exponitur aphoriſmus* 21. *Sect.* 1. *An Mithridatium poſſit cauſare abortum. Expoſitio loci* Hipp. L. VII. *epid. in calce* Rom. 1602. 8. L.

J. Donatelli *de febre maligna diſputatio cum* Thoma Angeluccio *de ejus febris natura & curatione* Venet. 1593. 4. Riv.

Francisci Courcellii Ambiani, *de vera ratione mittendi ſanguinis adverſus heautothraſcas l.* Francof. 1593. 8. B. B. Cauſæ mali. Plethora. Cacochymia. Ad iſtam purgatio magis convenit. Modus venæ ſectionis ad utrumque ſcopum inſti-

inſtituendæ: In cacochymia vena ſecatur, unice ut mali effectus plethoræ minuantur aut caveantur. Sanguinis copia diverſa facit, ut alii magnam venæ ſectionem ferant, alii ne minimam quidem. Ægros multo facilius ferre vacuationem puri ſanguinis, quam impuri, & in cacochymia, ſi puri ſanguinis nonnihil detraxeris, miſſionem ſanguinis valde nocere. Conſilium pro FRANCISCO GALVET.

EJ. *tr. de la peſte* Paris 1596. 8. FALC.

J. GRAMANNI Paracelſici, *tr. de pharmaco purgante, quod Galeni mancipia pſeudomedici ac logiatri ſuis catharticis ſ. purgantibus cum ſint deleteria corroſiva &c.* Erford. 1593. 4. PL.

EJ. *apologetica refutatio calumniæ, qua Paracelſiſtæ philoſophi & medici ſaniores nimis violenta corroſiva ægris propinare dicuntur* Erford. 1593. 4. *. Paracelſica medicamenta pura eſſe, certas doſes habere. Venenum medicamentis omnibus inmiſtum a Galenicis non tolli. Nullos eſſe quatuor humores. Spiritum morbi auctorem a Galenicis ignorari. HIPPOCRATEM ſpagirum fuiſſe. Veras morborum cauſas ex Galenica anatome non adparere. GALENUM impium fuiſſe.

EJ. *reſponſoria ad progymnaſmata quorundam antichymiſtarum, in qua calumniis refutatis imperfectio artis Galenicæ oſtenditur* Erford. 1594. 4. UFF.

EJ. *vom Theriak, Mithridat, Goldeney u. andern Opiatis, u. vom ſpagyriſchen extrahirten eſſentialiſchen alexipharmaco.* 4.

LAMBERTI SCHENKEL *gazophylacium artis memoriæ* Duaci 1593. 8. Argentor. 1611. 8. Gallice Pariſ. 1623. 12. BUN. V. B. *Anat.* p. 317.

TOBIAS COBER medicus caſtrenſis. EJ. *de lacte & pultibus quibus infantes paſſim ſuſtentantur* Görliz 1593. 8. L.

EJ. *de paralyſi in morboſa conſtitutione & ſolutione continui* Helmſtatt 1593. 4.

EJ. *Obſervationum caſtrenſium & ungaricarum decas I. Auſtriaca* Francof. 1606. 8. *. *Decas II. Sileſiaca* Francof. 1606. 8. *. *Decas III. Suevica* Francof. 1606. 8. *. & junctæ Helmſtatt 1685. 4. *. cum HENRICI MEIBOM præfatione. Nomen decadibus facit a patria ægrotorum, quorum morbos in quaque decade recenſet, fervidus cæterum ſcriptor, in diſſentientes aſper, ſuperſtitioſus idem & credulus. Chryſalidis uſu putat ſe calculum comminuiſſe. Procellas a ſagis Mahometanis excitari. Morbos varios deſcribit, qui in exercitu Cæſareo dominati ſunt. Curationes non vulgares. In cauſo opium dedit & frigidam. Cum ex carnium pene crudarum eſu languor Ungaricus ingruiſſet, vomitum non imperite movit. In dyſenteria Ungarica apoſtemata pugni mole, & ulcera pure ſcaturientia vidit. Pepones in umbroſis natos valde culpat, qui narcotica vi polleant. In dyſenteria fructus horæos vehementer accuſat: clyſteres negat facere quidquam, præter piſi decoctum, quod poſt legitimas evacuationes injiciatur, & ad tormina thapſi decoctum. In ciſtis militaribus mala medicamenta proſtare. De RAUWOLFII morbo lethali ex malis aquis orto narrat. Diætam univerſam Hungariæ damnat, carnes, fructus, aquam, vinum, muſtum.

ANTO-

ANTONIO PERSIO *del bever caldo coſtumato degli antichi Romani* Venet. 1593. 8. FALC.

PETRI PARISII *avertimenti ſopra la peſte e febre peſtifera con ſomma delle loro principali ragioni* Panormi 1593. 4.

EJ. *aggiunta* ib. 1603. 4. MANG. Ipſe peſti interfuit.

SIMON KELLING *defenſative againſt the plague* London. 1593. 4. AMES. Continet etiam variolarum curationem.

JEAN JOSSEL chirurgi Divionenſis, *les aphoriſmes d'*HIPPOCRATE *traduits en vers françois* Lion 1592. 8. *. miſere.

J. FERSIUS *parcius cœnandum quam prandendum* Fr. Viadr. 1593. 4 HE.

CHRISTOPH STYMMEL *de ophtalmia* Baſil. 1593. 4. lego etiam 1594.

PAULI HASLER MARTINI f. archiatri Saxonici, Chemici, *medica in officinis conſervata* 1593.

LEOPOLD BURSER *de pleuritide* Baſil. 1593. 4. RIV.

CHRISTOPH MULDENER *de apoplexiæ natura & curatione* Baſil. 1593. 4. RIV.

J. SCHATO *de variolis & morbillis* Witteb. 1593. 4. RIV.

GEO. ROWITZ *de variolis & morbillis* Witteb. 1593. 4. PL.

GÆORG. WALTHER *de hepatis inflammatione* Lipſ. 1593. 4. PL.

MELCHIOR SEBIZ *de dyſenteria* Argent. 1593. 4. RIV. An IDEM, qui ſeculo XVII. floruit, quem longævum fuiſſe non ignoro.

J. MARTIN & ÆGID. *le* TELLIER *E. alia nutritionis in ægrotantibus quam per os via eſt* Pariſ. 1593.

CH. BAIN & PETRI PONÇON *E. excretorum immodice potius quam retentorum, graviora ſunt ſymptomata* Pariſ. 1593.

J. COUSINOT & QUIRINI *le* VIGNON *E. in pleuritide præſentius a venæ ſectione quam a catharſi remedium* Pariſ. 1593.

§. CCCCXIV. J. JESSENIUS. ALII.

IESSENSK, in *Nagy Ieſſen* Nobilis Breslavienſis, Profeſſor Wittebergenſis inde Pragenſis, ſubacta Bohemia ab Auſtriacis ultimo ſupplicio adflictus periit a. 1621.

EJ. *de homine diſſ. tres.* Witteberg 1594. 4. ſi huc faciunt HE.

EJ. *de Cl. viro* MART. BIERMANNO M. D. ib. 1595.

EJ.

Ej. *de morbo quem humores in corpore tota ſubſtantia naturæ noſtræ adverſi efficiunt* ib. 1596.

Ej. *de morbis partium ſimilarium* ib. 1596. 4.

Ej. *de morbis quos venena extrinſecus morſu, ictu illata inferunt* ib. 1596. 4. Boehm.

Ej. *de peſte affectu* ib. 1597. 4. Pl.

Ej. *paradoxa phyſico medica* ib. 1597. 4.

Ej. *de morbi gallici inveſtigatione diſſ. ſeptem.* ib. 1597. 4.

Ej. *de mithridatio & theriaca* ib. 1598. 4. Menz.

Ej. *pr. de ortu & progreſſu medicinæ* ib. 1600. 4. Boehm.

Ej. *de medendi methodo* ib. 1600. 4. Riv.

Ej. *ſemeiotica, ſ. nova cognoſcendi morbos methodus ad analyſeos* Capivaccianæ *normam ab* Æmilio Campolongo *expreſſam, nunc primum publicata* Witteb. 1601. 8. Prælectiones ad ſaporem ſcholarum generales, abſque propria adnotatione.

Ej. *de curanda tollendaque peſte conſilium* Prag. 1601.

In *Chirurgicis inſtitutionibus* Witteb. 1601. 8. *. aliqua huc revoces, morbos cutaneos &c.

Ej. *de curanda tollendaque peſte* Prag. 1606. 4. Vater.

Ej. *de cute & cutaneis affectibus* ib. 1611. 4. Pl.

Ej. *adverſus peſtem conſilium cum diſſ. de theriaca & mithridatio.* Adnexi libelli Durastantis & Nicc. Curtii *l. de medicamentis lenientibus & purgantibus* Gieſſ. 1614. 4. Tr.

Ej. *de ſanguine vena ſecta dimiſſo judicium* Prag. 1618. 4. Francof. 1618. 4. L. Cum notis & caſtigationibus Jacobi Pancratii Brunonis Noriberg 1668. 12.*. Ex ſenſu veterum. Notæ Brunonis fuſiſſimæ.

Bartholomæus Cabrol chirurgus. In ejus *Alphabèt anatomique* Turonibus 1594. 4. excuſo, recuſo Genevæ 1603. 4.*. Francof. 1604. 4. *. 1668. 4.*. &c. obſervationes ſubjectæ ſunt, quarum aliquæ pertinent ad medicam praxin. Imaginarii morbi curati imaginatione levata. In icterico porus choledochus ad exitum ex hepate ampliſſimus. Enormis ſatyriaſis caſus. Hydrops poſt repetitam paracenteſin ſublatus. Ulcus enorme curatum, & abſceſſus abdominis cum tumore cyſtica.

Jacobi Mock Friburgenſis, *de morbis totius fere corporis ex bolari & lapidoſa ſubſtantia excitatis P. I. hiſtorica* Friburg 1594. 8.

Ej. *de cauſis concretionis & diſſolutionis rerum quarundam tam extra quam intra corpus humanum* Friburg. 1596. 4. *. Compilatio de aqua utcunque lapideſcente, & concreſcente calculo. Lapis equinus aſbeſto ſimilis. Uterus lapideus. Fetus lapideus. Frigidiſſimam non nocere. Lithontriptica.

Ej. *de nutritionis læſæ cauſis* Friburg 1589. 4. Uff.

Ej. *diſſ. de dolore lateris* Frib. 1598. 4. Uff.

Ej. *de epilepſia* Friburg. 1609. 4.

Ej. *de lithiaſi* 1614. 4. He.

Ej. *diſquiſitio de calido innato & influentiis* Marburg. 1637. 4. L. ſi huc facit.

§. CCCCXV. Varii.

Camilli Thesauri *de Corneto, pulſuum opus* Neapoli 1594. 4. Falc.

Nonii a Costa *de arte medica* Patav. 1594. 4. *.

L. *de quadruplici vita* vix huc facit.

J. Jac. Bassii *de* Hipp. & Aristotelis *decretis* L. III. Papiæ 1594. 4. *.

Sebastian Petra Ficta *de ſenſuum externorum uſu & affectionibus, deque memoriæ cum rationis læſione vitio* Venet. 1594. L.

Casp. Carnliæ *tr. de modo cibi ſumendi* Genuæ 1594. 4. Pl.

Guilielmi Seraphini *de compoſitione medicamentorum & exhibendi ratione* L. II. Turin 1594. 4.

Medici antiqui Græci, Latini atque Arabes qui de febribus ſcripſerunt Venet. 1594. fol. Mead.

C. C. K. ſive Kunrath *medulla deſtillatoria & medica, oder Bericht wie man den ſpiritus vini zur exaltation bringen ſoll* Leipz. 1549. 8. Tr. Schleſwic 1594. 8. Tr. 1595. 4. Io. Eisleben 1595. 8. Leipz. 1595. 8. Hamburg 1625. fol.

Ej. *Deſtillir u. Arzneykunſt* Lipz. 1680. 4. Tr. idem puto opus.

Ej. *fünf ſchöne Tractätlein vom Elleboro, Roreſolis, abſinthio, ſaccharo und der Schlange* 1597. 8.

Ej. *von allerley Flüſſen und Catarrhen* Lipz. 1597. Tr. 1601. B. B. Eisleben 1605. 8. Tr. Plurimos morbos ad catarrhum refert, etiam arthritidem, apoplexiam. Formulas habet innumeras.

Dan. Millerii *theſes phyſicæ de calore, & medicæ de ſomno præternaturali* Patav. 1594. 4. Tr.

Theodor Velius. Ej. *theſes phyſicæ de natura & medicæ de febribus intermittentibus* Patav. 1595. 4. Tr.

Leonh. Bauschii *comm. in* Hipp. *de locis* Madrit. 1594. fol.

Ej. *de vera phrenitide* Baſil. 1601. 4. Riv.

Ej. Epiſtolæ apud Hornung.

Chr. Henr. Ayrer *informatio medici practicam aggredientis* Francof. 1594. 8.

Ej. *regimen peſtis & dyſenteriæ populariter graſſantium præſervandæ & curandæ* Argent. 1607. 4. L.

Ej. *Epiſtolæ* apud HORNUNG.

BERNARDI PENOT chemici, qui in noſodochio infelicis vitæ finem reperit, *tractatus varii de vera præparatione & uſu medicamentorum chymicorum* Francof. 1594. 8. Urſellis 1602. 8. L.

Ej. *alexipharmacum ſ. antidotus apologetica ad virulentos* QUERCETANI *vomitus in* JAC. AUBERTI *l. contra chymiſtas* Baſil. 8. TR.

Ej. *denarius medicus quo decem medicaminibus via docetur &c.* Bern. 1602. 8. *.

PETRI OLAI *oratio de febribus peſtilentibus* Herborn 1594. 8.

ANDREÆ KRAGII *Laurea Apollinea Monſpelienſis* Baſil. 1594. TR. In B. Tig. ejuſdem tituli eſt libellus, ſed Baſil. 1604.

MATTH. MULLER *de cholera* Baſil. 1594. 4.

COSMUS BORGEMANN *de melancholia* Baſil. 1594. 4.

Ej. *de bile flava & humore melancholico* Francof. Viadr. 1595. 4.

MART. CODICIUS *de peſtis natura & præſervatione* Baſil. 1594. 4. RIV.

MARTINI HELLING *theſes de phlebotomia* Nurnberg 1594. 4. TR.

JOH. STEINMETZ *de morbis hyemalibus* HIPPOCRATIS *Aphor.* 23. Lipſ. 1594. 4. PL.

Ej. *kurze Inſtruction wie ſich reich u. arm vor der Peſtilenz bewahren ſoll* Leipz. 1599. 4. TR.

THOMÆ PARCOV *de pleuritide ejuſque curatione* Helmſtätt 1594. 4. RIV.

Ej. *de hydrope* Helmſt. 1596. 4. HE.

Ej. *phthiſi ejuſque curatione* ib. 1596. 4. HE.

Ej. *de melancholia* ib. 1596. 4. HE.

JAC. COCUS *de putredine* Witteberg. 1594. 4. HE.

Ej. *de peſte diſp. gemina* ib. 1607. 4. HE.

HENR. BLACVOD & QUIRINI *le* VIGNON *E. hepatitis arte expugnabilis* Pariſ. 1594.

NIC. ELLAIN & JAC. d'AMBOISE *E. venæ ſectio arthritidi purgatione commodior* Pariſ. 1594.

NIC. MILOT & CL. BELIN *E. febris frigidis & humidis expugnanda* ib. 1594.

J. CÆSARIS SCALIGERI *vita ſcripta a filio Joſepho* Leid. 1594. 4.

Ej. *loci cujuſdam* GALENI *difficillimi explicatio doctiſſima: nunc primum in lucem data ex muſeo* JOACH. MORSII Leid. 1619. 4. *.

§. CCCCXVI

§. CCCCXVI. NICOLAUS ABRAH. FRAMBESARIUS.

FRAMBESARIUS Veromanduus, celebris chirurgi filius, profeſſor Pariſinus.

Ej. *canonum & conſultationum medicinalium* L. III., *quibus aphoriſtica methodus medendi affectibus corporis partium continetur* Pariſ. 1595. 12. TR. & *appendix de arthritide* Pariſ. 1619. 8. 1619. 8. TR.

Canones chirurgici Genevæ, ut puto, 1632. 8. *. cum NARVATIO & aliis. Pleraque chirurgica ſunt; huc ex tumoribus referas eryſipelas, phlyctænas, alioſque morbos cutaneos, tum paralyſes & ſymptomata aliqua morborum chirurgicorum.

Ej. *le gouvernement neceſſaire pour vivre longuement en ſanté* Pariſ. 1608. 8. d'ETR.

Ej. *ſcholæ medicæ ad candidatorum examen pro laurea impetranda ſubeundum* Pariſ. 1622. 8. RICHT. 1636. 12. LIND. Leid. 1628. 12. TREW. 1640. 8. RICHT. 1647. 12. TREW. In operibus redeunt ampliores, inque iis univerſæ medicinæ compendium traditur.

Ej. *ordonnances ſur les préparations des medicamens tant ſimples que composés, nouvellement reformées* Pariſ. 1613. 4. HOVSS.

Ej. *examen practicum de recta gubernandarum febrium ratione* Pariſ. 1622. 8. 1636. 12. TR. RICHT. Leid. 1640. 1647. 12. TR.

Ej. *de peſtis curatione & præcautione* Pariſ. 1619. 8.

Ej. *idea academica* 1619. 8.

Ej. *Ambroſiopoea qua elegantes medicamentorum præparationes ad morborum curationes præſcribuntur* Pariſ. 1622. 12. *. 1636. 12. Leid. 1628. 12. TR. cum *ſcholis* L. Ferte idem l. qui *ordonnances.*

L. *de peſtis curatione & præcautione* Francof. 1629. 4. TR., qui in mea editione ſeptimus eſt operis l. *du gouvernement neceſſaire à chacun.*

Opera omnia medica Francof. 1629. 4. TR. Hac collectione continentur *Canones medici*, *Canones chirurgici*, *Apologia pro veritate & innocentia medicamentorum chymicorum adverſus criminatores*, *Laurea academica Frambeſariana*, quæ in mea editione audit *la couronne doctorale avec les graces dont doit être doué le médecin.* Leges etiam eloquentiæ tradit, phraſes tropoſque, & ethica.

In editione gallica *des œuvres de* M. N. A. *de* FRAMBOISIERE Rouen 1631. aut 1632. fol. B B. Lion 1669. 8. continetur *le gouvernement néceſſaire à chacun*, Vaſtum opus, tradit diætetica conſilia pro homine in genere, deinde ſecundum diverſitatem ætatis, regionis, morborum. 2. *le Gouvernement requis en l'uſage des eaux minerales pour la guériſon des maladies rebelles, & ſingulierement de la fontaine minerale decouverte dans le territoire de Rheims en* 1616. qua in ſchola eo tempore noſter de cathedra prælegebat. 3. *Les loix de médecine pour la gueriſon*

 des

des maladies. Videntur eſſe *Canones medici* prius dicti. 4. *Praxis medica* cum admiſtis conſiliis, vaſtum opus. 5. *Les loix de chirurgie pour proceder methodiquement à la gueriſon des maladies externes.* *Canones* ſunt *chirurgici dicti* p. 315. quos eosdem in Bibliotheca eo ſpectante laudavimus. 5. *Les ordonnances ſur la preparations des medicamens.* 6. *La couronne doctorale.* 7. *Scholæ medicæ.*

§. CCCCXVII. Varii.

Horatius Guargantus Soncinenſis. Ej. *de theriacæ virtutibus paraphraſis, de mechoacannæ radice opuſculum, de ovis gallinarum & earum uſu in febribus* Venet. 1595. 4. Cin. & *l. de theriaca* Italice Venez. 1648. 4.

Ej. *reſponſa ad varias ægritudines & inprimis tres tractatus de dyſenteria, de morbo gallico, de febre peſtilenti, de peſte.* Acc. R. P. Cypriani Mantegarii *exactiſſima cognitio ſedandi & curandi fluxus* Venet. 1613. 4. *. In dyſenteria inteſtina exulcerari; in eo malo adſtringentia imperat, ipſam ferri ſcobem. In lue venerea lignum ſanctum vim habere antidoti. Juvenem vidit, cui cranium totum molle & carioſum, cerebrum aſcaridibus plenum erat. In febre peſtilenti veſicas cientia medicamenta rejicit, alia inania ſuadet. Conſilia plena ſuperſtitionis, battologiæ. Balſami ad finem hiſtoria.

Duncanus Liddel Scotus Aberdeenenſis, Profeſſor Helmſtadienſis.

Ej. numeroſæ ſunt diſputationes, *pathologicæ novem*, *ſemeioticæ* tres, *therapeuticæ* ſeptem, *de febribus* decem L. excuſæ Helmſtatt. ab 1605. ad 1620. 4. Hæ diſp. conjunctæ *compendium univerſæ medicinæ* conſtituunt. Inter eas ſunt,

De concoctione Helmſt. 1595. 4. ſi huc facit.

De melancholia ib. 1596. 4. Burckh.

Inter Diſp. pathologicas, prima eſt *de morbis & morborum differentiis* ib. 1598. 4. He.

Quarta *de ſymptomatibus & ſymptomatum differentiis* ib. 1598. 4. He.

Ej. diſp. *de arthritide* ib. 1600. 4. He.

Therapeuticæ.

Earum quarta *de ratione purgandi* ib. 1605. 4. He.

Diſſ. VII *de victus ratione in ſanis & ægris* ib. 1605. 4. He.

Ej. diſp. *de convulſione* ib. 1605. 4. He.

Ej diſp. *de paralyſi* ib 1605. 4 He.

Ej diſp. *de apoplexia* ib. 1605. 4 Riv.

Ej *ars medica* Hamburg 1607. 8. & 1628 8. *. Plenum opus, quo præter

præter phyſiologiam, pathologia, therapeutica, morbi a capite ad calcem traduntur, denique medicamentorum facultates & compoſitio, victusque ratio. Ex veteribus cæterum collectanea tradit.

Ej. *de febribus libri III.* Hamburg. 1610. 8. *. plenum & fuſum opus ad veterum ſaporem.

Ej. *de dente aureo ex* Joachimi Morsii *Muſæo* Hamb. 1628. 8. *. Fraudem fuiſſe, quam vir nobilis percuſſo juvene detexerit. Somnia Jacobi Horstii, & portentum excidium imperii Turcici refutat.

Ej. *operum jatro Galenicorum tomus unicus, ab erroribus vindicatus opera* Ludovici Serrani Lion 1624. 4. Housset. Sunt priora præter l. *de dente aureo.*

Univerſæ medicinæ ſynopſis in tabulis quatuor methodice collecta. Item libri ſex Galeni *de morborum & ſymptomatum differentiis & cauſis & de ſanguinis miſſione in tabulas ſeptem digeſti & de morborum ſpeciebus nuncupationes* Vicetiæ 1595. fol. *. Titulus omnia dicit, quæ hic breviſſime recenſentur.

J. Molani *medicorum eccleſiaſticorum diarium* Looanii 1595. 8. Falc.

W. Bulleyn *theory of health* Lond. 1595. 12. Ames.

Bartholomæi Hierovii *methodus chirurgica docens ſumma felicitate & brevitate rationem &c.* Francof. 1595. 8. ſi huc facit.

Ej. *quæſtionum medicinalium decas* I. ib. 1595. 8. Tr. Conf. p. 4304.

Ej. *de natura & curatione tuſſis* Witteb. 1595. 4.

Henricus Gorge Henriquez Prof. Salamanticenſis, *de regimine cibi & potus & cæterarum rerum non naturalium uſu nova enarratio* Salamant. 1594 4. C. de V.

Ej. *tratado del perfecto medico* ib. 1595. 4.

Alphonso Lopez de Hinoioso *el origin y nacimiente de las urinas y enfermidades que de ellas proceden* Mexico 1595. Nic. Ant.

Antonii Bergæ *prælectiones naturales* Monteregali 1595. 4. Falc.

Martini Rulandi filii, *nova & in omni memoria inaudita hiſtoria de aureo dente, qui nuper in Sileſia puero cuidam ſeptenni ſuccreviſſe animadverſus eſt* Francof. 1595 4. Tr.

Ej. *demonſtratio judicii de aureo dente pueri Sileſii adverſus* J Ingolstetter *reſponſionem* Francof. 1597. 8. L 1598. 4. Tr.

Ej. *problematum medico phyſicorum L primus & ſecundus* Francof. 1608. 8. Tr.

Ej. *de perniciosæ luis Ungaricæ tecmarſi & curatione tr. hiſtoricis curis atque obſervatio-*

obſervationibus triginta, *necnon quæſtionibus homologis locupletata* Francof. 1600. 8. Tr. Lipſ. 1610. 8. Lion 1628. Stettin 1651. 8. Ita L. An idem Loimogogus *kurzer Unterricht des Regiments u. Ordnung wie man ſich in peſtilenziſchen Lauften verhalten ſoll* Leipz. 1607. 4. Tr.

Ej. *Alexicacus chymiatricus mendaciis* Joh. Oberndorfer, *quibus apologiam ſuam nequiſſimo auſu conſarcinavit*, *oppoſitus* Francof. 1611. 4. L. Alchemica alia ſuo loco dicenda.

Caroli Batti medici Dordraceni *ſecret boek van heerlyke konſten* Leeuwaarden 1664. 8. ob auctoris ætatem huc refero. Anglice Lond. 1599. Belgice ſcripſit *de puerorum funeſta abſque febre angina.*

Severini Goebel *antidotarii caſtrenſis particula prima* Hall. 1595. 4. Tr.

Jacob Suter Balth. Conradini *de febris regimine & ejus ſymptomatum curatione* ex Germanico latine reddidit & excudit Paſſau 1595. 8.

Petri Spehrer *Bericht von der rohten Ruhr* Maynz 1595. 4. Tr.

Apotheker-Ordnung und Reformation der Statt Neuburg Lauingen 1595. 4. Trew.

Abraham Schopf καθόλου *omnium præſidiorum medicorum univerſalium & topicorum diſquiſitio* Baſil. 1595. 8. Tr.

Henr. Artocophinus περὶ τοῦ ἄσθματος, ſ. *de aſthmate* Baſil. 1595. 4. Riv.

Ge. Rowitz *poſitiones medicæ de variolis* Patav. 1595. 4. Boehm.

Georg Seiller *de catarrhis* Francof. 1595. 4. Tr.

Stephan Bacher *concluſiones medicæ & chirurgicæ de dolore in genere ejusque cauſis*, *ſpeciebus*, *cura* Baſil. 1595. 4. Riv.

Zachariæ Brendel Profeſſoris inde Jenenſis, *de vita* J. Schroeteri Jen. 1595. 4. Pl.

Ej. *de pleuritide* Jen. 1604. 4. Pl.

Ej. *funebria* Jacobo Flachio *perſoluta* Jen. 1613. 4.

Ej. *de apoplexia* ib. 1614. 4. Pehe.

Ej. *diſp. de melancholia* ib. 1618. 4. Pl.

Ej. *de cachexia* ib. 1625. 4. *.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1628. 4.

Ej. *de ictero* ib. 1629. 4.

Ej. *de cardialgia* ib. 1630. 4. He.

Ej.

Ej. *de plica polonica* ib. 1630. 4. Pl.

Ej. *de contagio & contagio peſtilentiali* ib. 1633. 4. He.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1634. 4.

Ej. *de medicina arte nobiliſſima* ib. 1635. 4. He.

Ej. *miſcel. illuſtrium quæſtionum* Jen. 1637. 4. *.

Ej. *de adfectu hypochondriaco* ib. 1637. 4. *.

Ej. *de ventriculi imbecillitate* ib. 1638. 4. Tr.

Ej. *Chymia in artis formam redacta*, *methodus addiſcendi encheireſes*, *correctio medicamentorum plurimorum*, *diſquiſitio de auro potabili* Jen. 1630. 12. L. 1641. 8. L. Leid. 167 . 12. Amſterd. 1659. 12. L. 1668. 12. L.

Jacques d'Amboise & Jac. l'Escrivain, *E. totus homo a nativitate morbus* Pariſ. 1595.

Barth. Perdulcis & Petr. Ponçon, *E. lac nutricis puero medicamentum optimum* Pariſ. 1595.

Ant. Quiqueboeuf & Petri Paulmier, *Non E. hydrargyrum luis veneræ alexipharmacum* Pariſ. 1595. Astrucius refert ad a. 1596. Contagium ex impuro coitu naſci. Leve malum hydrargyro cedere; in gravi caſu oſſibusque adfectis debere frigus hydrargyri guaiaco emendari.

Henr. de Monantheuil & Petri Paulmier, *E. medicamenta purgant ſubſtantiæ ſimilitudine* Pariſ. 1595.

Guil. de Baillou Ill. medici & Jac. Lescrivain, *E. qui gibbi ex aſthmate aut tuſſi ante pubertatem fiunt*, *cito moriuntur* Pariſ. 1595.

§. CCCCXVIII. Varii.

Hoc anno editio Avicennæ plena prodiit, *ex verſione* Gerardi Carmonensis & Andreæ Alpagi, *cum adnotationibus* Johannis Costæi & Pauli Mongii, *recognita a* Costæo, *cum œconomia & tabulis iſagogicis ex vita* Humain *per* Fabium Paulinium Venet. 1595. fol. max. Gunz. Tr.

Ejusd. Paulini Utinenſis, ſunt *prælectiones Marciæ ſ. commentaria in* Thucydidis *hiſtoriam ſ. narrationem de peſte Athenienſium* Venet. 1603. 4. Tr.

Ej. *de viperis in trochiſcorum apparatu pro theriaca adhibendis* diſſ. Venet. 1604. 4.

Ej. *in libros artis medicinalis* Galeni *per tabulas œconomia* Hanau 1610. fol. Lind.

Hic recenſebo Hieronymum Fabricium *ab Aquapendente*, cujus in *chirurgicis*,

gicis, inque eorum editione poſthuma Patav. 1647. fol. *, præter tumores ad medicinam facientes, vel bubonem utrumque, etiam morbi cutanei recenſentur, & acc. tr. *de cucurbitularum in febribus putridis abuſu.*

Ei etiam tribuitur *Bericht wider die Seuche der Peſtilenz* Nürnberg 1607. 4. Tr. 1626. 8. Tr.

Ej. *medicinam practicam* edidit Petrus Bourdelot Pariſ. 1634. 4. B. B. Cum Æmilii Campolongi *tr. de morbis cutaneis*, *&c.*

Morborum a capite ad calcem recenſio, adjectis breviſſimis hiſtoriis ægrorum peculiarium, & formulis. In dolore tamen ſanguinem mittit ad deliquium animi. Nihil famæ viri dignum in hoc libro eſt. Spurium eſſe Bartholinus (a).

Sollicite ſolebat corpora ægrotorum incidere. Se præſente calculum in veſicula fellea reperiiſſe Baronius (*b*).

§. CCCCXIX. Varii.

Rodericus a Castro Luſitanus ex ſchola Hiſpanica, qui Hamburgi medicinam fecit, *de univerſa mulierum medicina opus abſolutiſſimum* L. IV. Hamburg 1603. fol. *. 1604. f. Boehm. & Pl. Colon. 1603. f. Tr. 1662. 4. ſi fides Lindenio. Omnino diverſum opus a Stephani Roderici *Caſtrenſis* opere de natura muliebri. Galenicus ſcriptor multas cum Mercato lites agitavit. Superſtitioſus idem, qui feneſtris apertis partum hærentem ſperet expediri.

Ej. eſt etiam tractatus brevis *de peſte quæ a.* 1596. *Hamburgum & viciniam adflixit . . . demonſtratur methodus qua urbem a lue præcaveri ac ejus vis propulſari poſſit* Hamburg. 1596. 4. Falc.

Ej. *medicus politicus ſ. de officiis medico politicis tractatus*, 4. *diſtincti libris, in quibus bonorum medicorum virtutes exponuntur, malorum fraudes & impoſturæ deteguntur, alia utilia proponuntur* Hamburg. 1614. 4. *. Ad confabulationis modum ſcriptus liber, neque ad medicinam, neque ad hiſtoriam proprie pertinet. In L. I. defendit medicinam contra calumniatores, & medicos Juriſconſultis præfert. In L. II. docet, quibus in artibus medicum oporteat erudiri, quos libros legere; non ſupra quadragenos. In L. III. agit de decore, virtutibus & vitiis, de fortunis medici; de prudentia in conſultando, in curando. Negat numeroſos ægros eodem tempore ab uno medico poſſe curari. In L. IV. de faſcinis, medica muſicæ poteſtate, medicina forenſi, virginitate, ejus amiſſæ ſignis &c.

Diomedis Amici *de morbis communibus l. tr. de variolis & app. in l. de morbis communibus, in qua agitur de cauſis præſentis tempeſtatis* Venet. 1596. 4. Trew.

Ej.

(a) *Opes mejend.* L. I. p. 72.
(b) *Vindic. anat.* p. 3.

Ej. *de morbis ſporadicis opus novum, quo omnia ad affectionum diagnoſtica, prognoſtica, therapeutica, prophylactica, analeptica, gerocomica, ad tria medica inſtrumenta in univerſum pertinentia explicantur* Venet. 1605. 4. Tr.

Durantis Scacchi Fabriani chirurgi atque phyſici, *ſubſidium medicinæ, in quo quantum docta manus præſtet ad immanes morbos evellendos elucefcit.* Acc. *Epiſtola de medicinæ laudibus* Urbin. 1596. 8. *. Dictio antiqua; auctor animoſus multum laudat maſcula auxilia, & ferrum ignitum. Lithontriptica, ea inter ſuccus millepedum. De candelis adverſus urethræ caruncuIas fuſe. Thermas *Caſtro Cornetanas* ſuadet bibere. Medicinam laudat, ut filios ſuos ad artis amorem excitet.

Jostrerius de Jostreriis Baſſanenſis. Ej. *admirationes medicæ ex doctrina* Galeni *& aliorum auctorum, de uſu veſicantium promiſcue in morbis omnibus, de cucurbitulis adſigendis importune, de venæ ſectionis omiſſione, de purgatione incongrua, de victus ratione monſtroſa* Venet. 1596. 4. *. Venetiis nono anno in patriam redux, novam medicinæ artem miratus eſt ſe in ea reperiſſe; eam improbat, quod veterum auctoritatibus non confirmetur. Veſicantium in febre maligna uſum rejicit, quæ in calido morbo importune calefaciant, neque criſi a natura motæ faveant, eam enim per ſudorem fieri debere. Spem eorum deridet, qui bullas a veſicante medicamento excitatas putent materie morbi repleri. Sed etiam cucurbitularum uſum, corpore nondum repurgato rejicit, quæ imbecille ſunt auxilii genus, minus tamen quam veſicas cientia noxium. Purgationem naturali purgationi contrariam pariter damnat, quæ per cutem fiat. In materia turgente purgare non vetat. Hæmophobiam etiam in malignis morbis non probat. In victus ratione non definiri ex medicis legibus, num ægrum nutrire præſtet, num abſtinere cibo.

Camilli Flavii Faneſtris, *in* Hippocratis *librum de aeribus aquis & locis paraphraſis* Venet. 1596. 4. * utique paraphraſis, nec quidquam ultra.

Aurelii Minadoi Rhodigini, medici Veneti, fratris J. Thomæ, *tr. de virulentia venerea, in quo omnium aliorum hac de re ſententiæ conſiderantur, mali natura explicatur, cauſæ & differentiæ cum dogmatica curatione proponuntur* Venet. 1596. 4. *. Plurimum controverſiarum. Scriptores priores omnes refutat, naturam veneni venerei contendit, vaporem eſſe præter naturam, eumque vaporem vagum eſſe, & ex varia materie miſtum. Virulentiam veneream omnium præter naturam rerum cauſam eſſe, febrem producere &c. Jecur non perpetuo adfectum eſſe. Morbum nullo non tempore exſtitiſſe. In coitu cum femina infecta contagium non poſſe vitari. Neque fonticulorum, neque cauteriorum auxilium ſufficere. Ab hydrargyro non ſuperari, & deſperatum eſſe remedium. Sudorem commendat, eum Sarſaparilla atque Guaiaci ligno ciet, pro antidoto morbi etiam efficax futuro, ſi per urinam vel alvum fuerit operatum, etſi per ſudorem optime curet. Melle injucunditatem tolli: a Paulo Romanio aromatario id lignum in aptiſſimam compoſitionem parari. Antidotos varias nullius momenti ſubjicit. Poſt curationem ſerum lactis ſuadet.

JASME SEGARRA *de artis medicæ prolegomenis* Valencia 1596. fol. cum *phyſiologia* 1598. fol.

EJ. *in prolegomena* HIPPOCRATIS *de humoribus commentarius, in* GALENUM *de morborum & ſymptomatum differentia & cauſis*, hæc vertente VINCENTIO SALVATORE Valent. 1622. 4. L.

In CAMILLI, poſtea GABRIELIS, FERRARÆ *nuova ſelva de chirurgia* Venez. 1596. 8. TREW. latine Francof. 1629. 8. * clinicæ aliquæ adnotationes ſunt, vermis ſingularis deſcriptio, medicamentorum chemica arte paratorum catalogus.

ALF. LOPEZ HIPPOCRATIS *prognoſtica cum brevibus adnotationibus* Madrit. 1596. 4. L.

ILDEFONSI POPI *comm. in* HIPP. *prognoſtica* Madrit. 1596. 4. L. An forte idem liber, quem proxime dixi.

ADRIANI ROMANI *Sphygmologia i. e. theſes medicæ de pulſibus* Würzburg. 1596. 4. UFF.

EJ. *de febre putrida & febre peſtilenti* Würzburg. 1597. 4. HE.

J. WERNER *therapeutica, h. e. ſanitatis reſtituendæ ratio artificioſa L. II. propoſita* Francof. 1596. 8. Vix fuerit idem p. 79. totis 50. annis prior.

CHR. PERSO *kurzer Bericht von den Eigenſchaften des Rochlitzer Steinmarks, und wie daſſelbe zu der Arzney nützlich zu gebrauchen* Witteb. 1596. 8. RIV. Ad phyſica.

TOBIAS DORNKRELL *von der Peſtilenz dieſes 96. Jahres kurzer und gründlicher Bericht* Hamburg 1596. 4.

EJ. *diſpenſatorium ad omnia propemodum corporis humani pathemata* Ulyſſeæ 1600. 4. Cum *tr. de purgatione* Hamburg. 1604. 12. HANSEN. Lipſ. 1623. 12. L. Jen. 1645. 12. L. cum taxis pharmacopolarum.

EJ. *conſilium von zweyen ungewöhnlichen, neuen und ankleblichen, Krankheiten dieſes* 1602. *Jahres* Ulſen 1602. 4. TR.

EJ. *Bericht von der Peſtilenz* Hamburg 1604. 12. HEIST.

EJ. *de purgatione tr.* ex HIPP. & GALENO *de dextro purgationis uſu. Omnium purgantium ſimplicium & compoſitorum doſes, atque ut doſes ex arte inveſtigari & corrigi poſſint* ib. 1604. 12. Jen. 1649. 12. L.

EJ. *medulla totius praxeos medicæ aphoriſtica* Erfurt. 1656. 4.

EJ. *von der Rohtenruhr, Leipziger Peſtſchade u. Gottesgnade* Altenburg 1681. 4. VATER. Niſi alius eſt auctor ejuſdem nominis, aut annus vitioſus.

EJ. *kurzer Bericht von Præſervirung und Cur des Menſchen Geſundheit* Hamb. 1604. 4. MOLLER.

Edidit

Edidit etiam J. STOKERI *empiricam ſ. medicamenta varia experientia diuturna comprobata contra pleroſque corporis humani affectus* Francof. 1604.

JOH. INGOLSTETTER Noribergenſis, Ambergenſis medicus.

EJ. *de aureo dente pueri Sileſii reſponſio ad judicium* MARTINI RULANDI, *quo demonſtratur, neque dentem neque ejus generationem naturalem eſſe* Lipſ. 1596. 8. *. Ridicula de fabula concertatio.

EJ. *de natura occultorum & prodigioſorum diſſ. ad* J. HORSTIUM, *qua reſpondetur ejus libro de aureo qui putabatur dente* Lipſ. 1597. 8. 1598. L.

EJ. *de natura naturalium & non naturalium oppoſita demonſtratio demonſtrationi judicii* MARTINI RULANDI *de aureo dente* ib. 1589. (puto 1598) 8.

EJ. *epiſtolæ variæ medicæ* in *Ciſta* HORNUNGIANA.

J. CONRAD RHUMEL, medicus Noribergenſis. Non poteſt idem eſſe, cui diverſa opera LINDENIUS tribuit, & quem natum facit a. 1597, & tamen diſputationem recenſet anno 1596, & alia opera anno 1596 edita. Quantum video, noſter J. CONRADUS fuerit, cujus eſt diſputatio *de arthritide errante* Noriberg. 1596. 4. tum *Loimographia* Amberg 1606. 8. L. & *Prophylaxis medico practica luis venereæ εγκιφαλονοσε, una cum apologia, ſ. centuria curationum medicarum in Novo Foro factarum* Norib. 1624. 8. *. Porro *Hiſtoria morbi qui ex caſtris ad raſtra, a raſtris ad roſtra, ab his ad aras & focos in ſuperiori Bavaria ſe penetravit a. 1621. & permanſit a.* 1622. 1623. Nurnberg. 1624. 4. *. 1625. TR. quem librum latine filius ejuſdem nominis edidit, eo tempore medicinæ ſtudioſus. Hic liber videtur prior prodiiſſe: febris erat petechialis, quam vult a mercurio aeris vel aquæ extenſæ, quæ dicitur Perinthon & ſugina, natum eſſe. Dolor capitis, dorſi etiam, lumborum, deliria, convulſiones, faucium moleſtiæ, alia nullo ordine nulliſque periodis ſymptomata. Viderat tamen fluxum ſanguineum & diarrhœam profuiſſe, ſudores nocuiſſe. Papulas etiam vidit ad dimidii piſi molem elevatas. A febre Hungarica ſeparat, aque petechiis a. 1505. ex Cypro inſ. in Italiam adlatas. Venæ ſectionem & purgationem repudiat, vomitus incertum facit eventum. Malum hieme viguit, urinæ ſanorum ſimiles fuerunt: ſurditas bonum ſignum præſtitit. In *Prophylaxi* curationes habentur cum formulis: aromatica, odorata, abſorbentia, theriacæ, lapides pretioſi. Narium fluxum adſtringentibus coercebat, qui potius ſalubris eſſet. Inter ſymptomata cæcitas inconſtans. In Catalogo ſuo TREWIUS *Loimographiam* PHARAMUNDO RHUMELIO tribuit, quæ Ambergæ 1616. 8. prodiit, verum eam putaſſem noſtri eſſe.

EJ. *partus humanus ſ. diſſ. perbrevis de humani partus noſtris temporibus cauſis ex meditullio veræ medicinæ theoreticæ eruta* Norib. 1627. 8.

ZACHAR. LIEBHOLD *Geſpräch vom guldenen Zahn* Breslau 1596. 8. PL. Verſiculi Germanici.

Hoc anno J. WITTICH edidit *Medici Patavini anonymi methodum ſimplicium medicamentorum & compoſitorum* Lipſ. 1596. BUR.

Der

Der fürſtl. Graffſchaft Hennenbergs Apothekerordnung und Tax Schmalkalden 1596. 4.

JEAN DAVID M. D. *tr. de la peſte contenant les cauſes, ſignes, & préparations & cure d'icelle ou les cauſes & cure de la maladie populaire qui a regné à Limoges l'an* 1595. Limoges 1596 16. FONTENEL.

MICH. RAUDENIUS Engadinus P. Baſileenſis *de dolore* Jen. 1596. 4. RIV.

GEORG. LAUREA *de febribus melancholicis* Baſil. 1596. 4.

MICH. MEIER *de epilepſia* Baſil. 1596. 4.

J. STENGEL *de pleuritide* Herbipoli 1596. 4. L.

J. MARTIN & MARTIN AKAKIA, *E. in contentis, continentibus & impetum facientibus ſanitas & morbus* Pariſ. 1596.

HENR. BLACVOD & J. LAMPERIERE *E. unus corporis partium mutuusque conſenſus* Pariſ. 1596.

Ordonnance & avertiſſement de l'Archevêque de Valence à tous médecins & chirurgiens de ſon Dioceſe Lion 1596. 8. PORTAL.

THOMAS PHAYRE *regiment of life whereunto is added a treatiſe on peſtilence and a book of childern* Lond. 1596. DOUGL.

LEONARD MARSHAL *book of cattel taken from the beſt authors* Lond. 1596. 4. Veterinarius.

PET. LOWE Scotus, *chirurgus*, EJUS *eaſie certain and perfect method to cure and prevent the ſpaniſh ſickneſſ* London. 1596. 4. Rejectis aliis, mercurii uſum internum commendat, pilulas, medicamenta ſua arcana, decoctum lignorum, compoſita.

EJ. *the whole courſe of chirurgie whereunto are annexd the preſages of* HIPPOCRATES Lond. 1597. 4. TR. 1612. 4. PORT. 1614. 4. GUNZ 1634. 4. PORT. 1657. 4. GUNZ.

JACOBI PONS, Lugdunenſis, *de nimis licentioſa ac liberaliore intempeſtivaque ſanguinis miſſione, qua hodie plerique abutuntur* Lion 1566. 8. PLATNER. 1600 8. *. Circa hæc tempora BOTALLIANA illa ſanguinis prodigalitas invaleſcebat: ei noſter ſe opponit, & oſtendit per ſingula, neque ad curandos morbos & ſanitatem conſervandam, neque in cacochymia, neque in febribus curandis, certe nonnullis, neque in peſtilentiali febre ſanguinem mitti debere: ſed neque in aliis morbis ea cum profuſione, quam nuperi imperent, neque in morbi ſtatu, vel circa ſtatum, neque in febrium declinatione, neque toties ac nonnulli ſoleant. Ratiociniis hæc evincere ſtudet, & GALENI auctoritate.

EJ. *medicus, ſ. ratio ac via aptiſſima tum ad diſcendam tum ad exercendam medicinam* Lion 1600. 8. *. Propædeutica plurima requirit, etiam aſtrologiam. Inde libros

libros recenſet, quos tyro utiliter legat, ad ſuos titulos. De ponderibus aliqua male a latinis ex græcis converſa. Recte docet, quod nulla nuper alicujus definiti mali accurata hiſtoria ſcripta ſit. Morbi provinciarum Galliæ endemii. Ut morbum in præſente ægro medicus dignoſcat. Canones ad quosque morbos, quibus ſumma curationis capita continentur.

EJ. libellus *avertiſſement pour la préſervation & cure générale contre les poiſons.* In eo libro viperas Lugdunenſes nimis debiles eſſe, hinc theriacam in ea urbe pariter deterioris eſſe conditionis. Contra eum ſcripſit *de la* BRIVE quem dicemus. Reſponſum eſt in *ſycophantie theriacale* Lion 1634. 8. RAST. Nomen ibi præfigitur JACOBI PONS. Quare eo magis perſuadeor, annum 1566. male apud PL. ſcribi & varius eſſe 1596. 8. ut LINDEN.

§. CCCCXX. VARII.

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS Meſſanenſis.

EJ. *eſt totius artis medicæ methodo diviſa compendium & ſynopſis, in qua quidquid ab* HIPPOCRATE, GALENO, AVICENNA *ſummiſque in arte doctoribus ſcriptum eſt continetur* Meſſan. 1597. 4. L.

EJ. *Lexicon medicum Græco latinum* Venet. 1607. 8. 1626. 8. 1642. 8. WACH. Patav. 1713. 4. 1721. 4 Auctum ab EM. STUPANO Baſil. 1628. 8. Tertia parte auctum Rotererod. 1644. 8. LIND. 1651. 8. LIND. 1657. 8. ibidem 1661. 8. LINDEN 1670. LIND. Iterum auctum a JACOBO PANCRATIO BRUNONE, addita BRUNONIS *Mantiſſa titraglotta, vocabulis latinis cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis* Nurnberg 1682. 4. Iterum auctius, ut certe titulus præfert, Genev. 1746. 4. maj. *. Neapoli 1761. 4. 2. vol. CASTELLI primas editiones non poſſideo; quæ coram eſt, ea a BRUNONE ex nuperis inſigniter aucta videtur. Prior illa videtur ex HIPPOCRATE, GALENO, GORRHÆO plurima habere, quo fine auctor non inutili labore defunctus eſt.

PAULUS DIONYSIUS HIPPOCRATIS *aphoriſmi verſibus reddidit* Veron. 1597. 4. L.

EVANGELISTA QUATRAMMI Eugubini, *tr. ad theriacam mithridatiumque antidotum componendum* Ferrar. 1597. 4. TR.

EJ. *tract. brevis de præſervatione & curatione peſtis l. Romæ ante 30 annos Italice editus, latinus factus opera* ANDR. HILDEBRANDI Lipſ. 1618. 8.

MICHAEL MARTINES LEYRA chirurgus, ſcripſit *remedios præſervativos para el tiempo de peſte y otras curioſas experiencias* Madrit. 1597. 8. C. de V.

FR. PERELLI *de febribus intermittentibus deque veris intermiſſionis cauſis lib.* Pariſ. 1597. 8. FALC.

J. MICHAELIS *apologia chymica adverſus* LIBAVII *calumnias* Middelburg 1597. 4. LIND.

PETRUS PAULUS GALLEO Peruſinus. Ej. l. *de febribus* Peruſ. 1597. 4. L.

JACOBI FONTANI *prognoſticorum ad artem medicam ſpectatium perinde ex* HIPPOCRATE & GALENO *collectio* Turnon. 1597. 12.

Ej. *methodus generalis cognoſcendi, prædicendi curandique morbos, ad veterum,* HIPPOCRATIS *maxime* & GALENI, *mentem exacta* Avenione 1601. 8. RAST. Pariſ. 1612. 8. L.

Ej. *commentaria in omnes* HIPP. *aphoriſmos criſium,* & *de morborum cauſis aliiſque nonnullis, in quo prior* FRACASTORII *de criſeos cauſis ſententia defenditur: nec non conſilia medica* Pariſ. 1608. 12. TR.

Ej. *Practica curandorum morborum corporis humani* L. IV. *diſtincta* Pariſ. 1601. 8. B. Tig. 1611. 8. TR.

Ej. *Opera, in quibus univerſæ artis medicæ ſecundum* HIPP. & GAL. *doctrinam partes IV. methodice explicantur, præponuntur libri duo de demonſtratione medica, tunc commentaria, conſilia modo dicta* Pariſ. 1612. 4. Genev. 1613. 4. L.

Ej. *de aſtrologia medica l.* Lion 1620. 8. L.

ID. a. 1599. l. edidit, quo medicos Monſpelienſes accuſavit, quod MESVEN deſeruiſſent: & cum J. PONS reſpondiſſet, ſecundo accuſationem repetiit ob eamdem confectionem Alkermes. In eum L. CATALAN ſcripſit.

FABII PACII *comm in* GALENI *libros methodi medendi* P. I. Vicet. 1597. fol. TREW.

Ej. *comm. in ſex priores Galeni libros methodi medendi* Vicetiæ 1598. fol. TR. L.

Ej. *comm. in ſeptimum* GALENI *librum methodi medendi* Vicet. 1608. f. 1609. fol. TR. 1610. fol. L.

Inedita aliqua in *aphoriſmos commentaria* reliquit TOMASIN.

EJUS vita & icon eſt in TOMASINI *Elogiis.*

PETRI MATTHÆI PINI *compendium inſtar indicis in* HIPPOCRATIS *Coi opera omnia* Venet. 1597. 4. recuſum Venet. 1737. fol. magni fit.

J. B. MELLA *il corteſino overo del mal di caſtron o d'ogni altra infirmita che queſt anno minaccia* Napoli 1597. 4.

HENR. MONANTHOLII *ludus iatromathematicus ad tres hoſtes academiarum, bellum, famem, peſtem* Pariſ. 1597. 8. L.

J. NIC. ROGERII *de recta curandi ratione per ſanguinis miſſionem* Venet. 1597. 4.

GUILIELMUS ARRAGOSIUS Tholoſanus, *de natura & viribus hydrargyri. Ep. ad* PAULUM JOVIUM Baſileæ demum 1710. 8. *. in faſciculo diſputationum prodiit.

Multa ſingularia de argento vivo paſſim hic reperias. Periculoſiſſimum ejus metalli uſum eſſe, ſuas tamen, ſi probe depuratus ſit, vires habere.

Ej. *epiſtola de extractis chemicis* eſt in *collectione* SCHULZIANA.

ANTONIUS CONSTANTIN, Ej. *bref traité de la pharmacie provinciale* Lion 1597.

Ej. *opus medicæ prognoſeos, in quo omnium ſymptomatum in omnibus morbis cauſæ & eventus exponuntur. Ex* GALENO, HOLLERIO, DURETO & JACOTIO Lion 1613. 8. L.

BASILII PLINII *carmen de venenis & venenatis in univerſum, & de morbi gallici inveſtigatione* Witteberg 1597. 8. Noriberg. 1689. 8. TR.

DAVID HOESCHEL edidit Aug. Vind. 1597. 8. *Iatro mathematica Hermetis Triſmegiſti Gr. lat.* IDEM ARETÆUM edidit.

GEORG RIVET *de peſte, exanthematibus & anthracibus, de methodo in febris peſtilentialis curatione.* Ex Italico latine reddidit Colon. 1597. 8. L.

GEORG LAUB Auguſtanus edidit SIMONEM SETH: & *Roſam anglicam* Aug. Vind. 1597.

JACOBI CAHAGNESI *de morbo* NICOLAI MICHAELIS Cadomi 1597. 4.

Ej. *brevis faciliſque methodus curandarum febrium* Cadom. 1616. 8. L.

Ej. *brevis faciliſque methodus curandorum capitis adfectuum* Cadom. 1618. 8. L.

Ej. *elogiorum civium Cadomenſium Centuria* I. Cadom. 1609. 4. B. BUN.

CASPARI TAGLIACOTII *conſilia aliqua* exſtant in LAUTENBACHII *collectione.*

MARTINI MYLII *hortus medico philoſophicus* Görliz 1597. 8. L.

GUIL. TOOKER *chariſma, ſ. donum ſanitatis, ſ. explicatio quæſtionis in dono ſanandi ſtrumas conceſſo regibus Angliæ* Lond. 1597. 4. FALC.

HELIDÆI ROESLIN *de mundo hypotheſes, continentes artium principia,* etiam medicinæ Francof. 1597. 4. L.

JOACHIMI ILLYES Pomerani, *novæ theoriæ de natura & conſtitutione medicinæ, de ordine facile eamdem imbibendi atque exiguo temporis ſtadio ejus ſtudium abſolvendi* Jena 1597. 4. *. Generalia aliqua.

NIC. AGERII *chronologia medica, h. e. concluſiones de temporibus rerum præter naturam tum univerſalibus, tum particularibus* Baſil. 1597. 4. RIV.

J. W. WIRINGI *de jejunio & abſtinentia medico eccleſiaſtici libri* V. Ægiaci Atrebotum 1597. 4. FALC.

GODOFR STEEGH (STEECH L.) *tr. de peſte* Wurzburg 1597. TR.

Ej. *ars medica methodo diverſa a* GALENO *commendata, a nemine hactenus abſoluta* Francof. 1606. fol. TR.

GERMAIN

GERMAIN COURTIN Prof. Pariſ. Ej. *adverſus* PARACELSI *de tribus principiis auro potabili totaque pyrotechnia portentoſas opiniones* Pariſ. 1597. 4. L.

In EJUS *leçons anatomiques & chirurgiques* dictatis ab a. 1578. ad 1587. & editis a STEPHANO BINET. Pariſ. 1612. f. *. aliqua ſunt de omni morbo cutaneo, ſed præterea de puſtulis, plethora, cacochymia, revulſione, derivatione, inflammatione, bubone, carbone, peſte, theriaca propria capita: porro L. XIV. materia medica etiam internis morbis dicata traditur, in qua emmenagoga, diuretica, galactopojetica, aphrodiſiaca, emetica purgantia omnia, fere ex veteribus collecta, & tironibus deſtinata.

MATTH. ZELSII *Orationes de cauſis & periodis peſtilentiæ acc. VIII. tract.* alii *de peſte* AURIFABRI, LIPSTORPII, RHENANI, WAGNERI Francof. 1597. HEIST.

BOISSARD *icones brevesque vitæ virorum illuſtrium* P. I. Francof. 1597. 4. P. II. 1597. 4. P. III. 1598. P. IV. 1599. 4. Partes IV. 1628. 4. P. V. ib 1635. & Partes V. 1636. 4. P. VI. VII. 1650. P. VIII. 1652 4. P. IX. 1659. & novem tomi eo anno.

JEAN TRUYE *tr. de la peſte* Douai 1597. 12. FALC.

ISRAEL HARVET Aurelienſis, *diſcours contre* L. JOUBERT *dans lequel il eſt montré qu'il n'y a aucune raiſon que quelques uns puiſſent vivre ſans manger pendant plusieurs années* Niort. 1597. 16. L. TR.

EJ. *confutatio Cauſarum abſtinentiæ puellæ confolentaneæ a* FREITAGI *oredditarum & apologiæ pro* JOUBERTO Orleans 1602. 8. B. B.

EJ. *defenſio chymiæ adverſus cenſuram ſcholæ medicorum Pariſienſium, & in eandem* GUILIELMI BACYNET *adnotationes* Pariſ. 1604. 8. *. non mala. Venæ ſectionem non improbat; artis perfectionem oſtendit non eſſe in morbi dignotione, ſed in curatione: ſales non eſſe cauſticos; neque perinde acres ut euphorbium: opium non refrigerare, ejus vim a ſulfure eſſe. DIOSCORIDEM metallica medicamenta habere; ſales non debere pro artificialibus haberi. Hominem etiam iis nutriri, quæ nunquam vixerunt.

EJ. *demonſtratio veritatis doctrinæ chymicæ adverſus* J. RIOLANI *comparationem veteris medicinæ cum nova* Hanau 1605. 8. TR.

BALTHASAR SUMMERS *Unterricht wie in dieſer gefährlichen Peſtilenzzeit jedermann ſich halten u. verwahren ſoll* Wittenberg 1597. 4. TR.

EJ. *Arzneybüchlein* Witteb. 1599. 8.

CHRISTOPH. THOMAN *Bericht von Kraft u. Tugenden der aureæ aquæ ſanitatis* Prag 1597. 4. TR.

BERNH. *a* KIRCHEN *kurzer u. einfältiger Bericht wie ein jeder in der epidemiſchen Ruhr ſich halten ſoll* Paderborn 1597. 8. TR.

Ambergiſche Ordnung wie es bey dieſen einreiſſenden ſterbenden Läufen zu halten Amberg 1597. 4. TR.

PAUL SIMLER *Bericht wie man ſich in dieſen beſchwerlichen laufenden peſtilenziſchen Seuchen præſerviren ſoll* Coburg 1597. 4. TR.

EJ. *Anleitung wie ſich in der jetzt graſſirenden u. beſchwerlichen Rohtenruhr beydes geſunde u. kranke mit Erzneyen u. andern nothigen Stücken recht u. wohl verhalten ſoll* Coburg 1597. 4.

CASP. STRUBII *Bericht wie der gemeine Mann in der gefährlichen Sterbenläuften ſich verhalten u. curiren ſoll* Witteb. 1597. RIV.

ANDR. STARKENS *Bericht von der Peſtilenz wie man ſich davor bewahren, u. vor der Ruhr hüten ſoll, nebſt einem Harnſpiegel, worinn gewieſen wird, daß den Harn in peſtilenzzeiten nicht zu trauen ſey* Erfurt 1597. 4. RIV.

EJ. *Krankenſpiegel wie ſich ein Kranker dann ein treuer Arzt ſich beyde verhalten mogen, und wie in itziger Peſtilenz-Zeit ſich zu bewahren* Mülhauſen 1598. 4. RIV.

Der Marburgiſchen Profeſſorum facultatis medicæ Bericht von der Krampfſucht u. Kribelkrankheit ſamt angehängter Curation der Peſtilenz und rohten Ruhr Marburg 1597. 4. HANSEN. Morbi ex ſecali corniculato orti, ut vulgo creditur, deſcriptio.

Kurzer Bericht wie man ſich in der jetzigen geſchwinden eingefallenen Peſt præſerviren ſoll Braunſchweig 1597. 4. TR.

H. DONZELLINI, J. P. INGRASSIÆ und JOACH. CAMERARII *kurzer Bericht .. drey Tractätlin von der Peſtilenz* Lipſ. 1597. 4.

TOB. FABRICII *kurzer Bericht aus der Landſchaft woher die giftige Seuche Peſtilenz komme* Neuſtatt an der Hart 1597. 8. TR. ex latino verſ.

WENDELIN THALII *wie man vor der Peſt ſich præſerviren ſoll* Mülhauſen 1597. 4. TR.

Kurze und nothwendige Ordnung wie man ſich in jetz graſſierender Peſtilenz verwahren möge Helmſtatt 1597. 4. TR.

ZACHAR. BARTHIUS *de febre peſtilentiali* 1597. 12.

J. RUD. SALZMAN *de hydrope* Baſil. 1597. 4. RIV. An non idem, quem dicemus in ſeculo XVII.

MATTHÆUS BORBONIUS a BORBON *de medicorum, ut vocant, opprobrio podagra* Baſil. 1597.

J. NEUDORFER *de hæmorrhagia ſ. fluore ſanguinis ſymptomatico* Baſil. 1597. 4. RIV.

J. LYSERI *de hepatitide* Baſil. 1597. 4. RIV.

HEINR. LAMBACH *de peſte* ib. 1597. 4.

EJ. *conſilium pro cujusdam ſenis vita ad multos annos in vigore conſervanda* 1606. 8.

J. HERMANN *de venæ ſectione in genere* Baſil. 1597. 4.

J. MONTANUS *de vera natura terræ ſigillatæ* ib. 1597. 4. HE.

J. RICHTER *de nephritide* ib. 1597. 4.

GEORG JENISCH *de coli dolore* ib. 1597. 4.

SIGM. SCHILLING ευφημιαι *præceptorum & amicorum honoribus ſcriptæ* Lipſ. 1597. 4. TR.

EJ. περι τȣ της κεφαλης παλμȣ Baſil. 1598. 4.

EJ. *de dyſenteria* Lipſ. 1600. 4. HE.

EJ. *de arthritidis præſervatione & curatione* ib. 1602. 4. HE.

EJ. *de hepatis ſcirrho* ib. 1610. 4. HE.

EJ. *de gonorrhœa* ib. 1614. 4. HE.

EJ. *de angina* ib. 1617. 4. HE.

EJ. *de dolore capitis* ib. 1619. 4. RIV.

EJ. *de eryſipelate ſ. roſa Germanorum* ib. 1621. 4. RIV.

JAC. MARTINI *de ſuppreſſione menſium morboſa* Baſil. 1597. 4.

NIC. MILOT & RICH. MARCE'S, *E. febrium ex urina quam ex pulſu certior dignotio* Pariſ. 1597. 4.

GUIL. de BAILLOU & HIERON. TAQUET, *E. vertigines magnorum morborum prodromi* ib. 1597. 4.

HENR. de MONANTHEUIL & MATHURIN CHEVALLOT, *E. morbi & curationis principia paria* ib. 1597.

MICH. MARESCOT & ROBERT le SECQ, *E. in pleniore quam in tenuiori victu minus peccatur* ib. 1597.

MICH. MARESCOT & HIERON. TAQUET, *E. licet diebus criticis vacuare* ib. 1597.

LUD. THIBAULT & MATTH. CHEVALLOT, *E. ut ab inflammato jecore icterus, ſic a refrigerato hydrops* ib. 1597.

ALBERTI le FEVRE & SIM. le TELLIER, *E. febrium peſtilentium & reliquarum putridarum eadem curatio* ib. 1597.

MARC MYRON & ANT. RABAULT, *E. in febribus intermittentibus venæ ſectio remedium* ib. 1597.

CL. ROUSSELET & MARTIN AKAKIA, *E.* οργασμος & πεπασμος *purgationis ſcopi* ib 1597.

PETRI LAFFILE' & SIM. BAZIN, *non E. omni contagioni utraque vacuatio* ib. 1597.

LUD. THIBAULT & HIER. TAQUET, *E. criſes per urinas quam per ſudores meliores* ib. 1597.

ALB. le FEBVRE & NIC. le PIETRE, *E. a flatu indicatio refrigerandi* ib. 1597.

CL. ROUSSELET & CL. le TELLIER, *E. in menſtruis docoloribus purgatio* ib. 1597.

MARC. MYRON & J. LAMPERIERE, *Empyematis* διαδοχης *ad renes ductus azygos* ib. 1597.

PETR. LAFFILE' & GERM. CLERSELLIER, *E. ab affecto loco quam a morbo præſtantior indicatio* ib. 1597.

§. CCCCXXI. VARII ad A. 1598.

THOMAS FIENUS, Antwerpienſis, Profeſſor Lovanienſis.

EJ. chirurgica & phyſiologica diximus.

Utcunque huc pertinet *l. de viribus imaginationis* Lovan. 1608. 8. Leid. 1635. 12. L.

Sed omnino *Semeiotica, ſ. de ſignis medicis tractatus poſthumus* Lion 1664. 4.*. ex dictatis auctoris editum, plenum opus, ad ſaporem veterum, ut varii eventus ad theoriam accommodentur.

Non confundi debet cum J. FIENO.

ULYSSES ALDROVANDUS in inmenſa *collectione* ſua morbos etiam pecorum habet. Nunc demum confirmor, ob lites cum pharmacopolis & medicis, ex collegio medico excluſum, pauperem vixiſſe. Paſſim etiam rariora aliqua habet, & in *metallotheca* calculos.

J. ALFONSI de FONSECA Caſtellani, *medicorum incipientium medicina, ſ. medicinæ chriſtianæ ſpeculum* Madrit. 1598. 4. FALC. Compluti 1598. 4. C. de V.

EJ. *dies privilegios para las mugeres prennadas con un dicionario medico* Complut. 1606. 4. ib.

EJ. *dicionario medico de piedras, plantas, fructos, yervas, flores, enfermidades, cauſas y accidentes que ven en eſte l. de privilegios de mugeres prennadas* Complut. 1606. 4.

Martini Gomez *de Pampeluna, contra la peſte* Pampeluna 1598. 8.

Fortunati Fidelis Byssus *ſ. medicinæ patrocinium quatuor libris diſtinctum* Panormi 1598. 4. Mongitor.

Ej. *de relationibus medicorum* L. IV. Panormi 1602. 4. 1605. 4. Falc. Lipſ. 1674. 8. *. cura P. Ammanni & 1679. 8.* cum ſpurio titulo Thomæ Reinesii *ſchola juriſconſultorum medica.* Primus juſtus de medicina forenſi liber, non quidem proprio ab experimento undique natus, neque is, qui noſtro ſapori reſpondeat.

L. I. agit de valetudine publica, aere, aquis, locis, de peſtilentia, ejus cauſis, de annona publica, cibo, potu.

L. II. de ſimulatis morbis deprehendendis, de aptitudine ad torturam, & de cauſis quæ excuſant, ne torturæ reus ſubjiciatur. Vulnerum judicia omitto.

L. III. de virginitate, ſterilitate, impotentia, morbis hereditariis, graviditate diſſimulata, vera, falſa & mola.

L. IV. de mortis veræ & imperfectæ indiciis; de venenis, de ſuffocatione varia, de fulguratis.

Petri Franc. Arellan *trattado della peſte* Aſtæ 1598. 4.

Ej. *avertimenti ſopra la cura della contagione* Aſt. 1599.

Ej. *praxis Arellana* Taurin. 1610. Carrere.

Ant. Riccoboni *de gymnaſio Patavino commentarior.* L. VI. *doctores clariores uſque ad* 1574. *ac deinceps omnes qui in eo G. floruerunt & florent, eorumque controverſiæ* Patav. 1598. 4. B. Bun.

Joh. Rolotius *de profeſſoribus academicis* Hall. 1598. 4. Carr.

Caroli Ruini *delle infirmità dell cavallo ſ. liber ſecundus anatomes Equi* Bologna 1598. 4. Venet. 1599. fol. Veterinariam continet.

The cure of diſeaſed in remote regions, preventing mortalities Lond. 1598. 4.

Erasmi Hedeni *de contagione & infectione peſtifera admonitio* Lipſ. 1598. 4. Trew.

Ej. *Diſcurſus medicus de impotentia virili denuo recuſus* Colon. 1598. 8. Falc. . . .

Petri Pauli Simonetæ *compendium totius medicinæ* Francof. 1598. 8. Tr.

Daniel Schaller *Troſtſchrift bey geſchwinden Sterbensläuften für die ſo um die ihrigen in der Peſtilenz umgebenen ſehr bekümmert ſind, auch für ſich ſelbſt* Magdeburg 1598. 12. Huth.

Jos. Rubiger *Ordnung zur Præſervation jetziger hin u. wider ſchwebenden Sterbensläuften vor gemeine Statt und Land des Creiſes Eger* Hof. 1598. 4. Tr.

Valen-

Valentin Espicht *Bericht von den Flekfiebern* Bauzen 1598. 4.

J. Franc. Ripa *de peſte tractatus opera* J. Neldeci Lipſ. 1598. 4.

Jac. Liebzelter *de ratione præſervandi a peſte* Lipſ. 1598.

Ej. *de ſimplicium medicamentorum facultatibus in genere* Lipſ. 1600. 4.

Caspar Buchan's *Bericht wie man ſich für der Peſtilenz verwahren ſoll* Magdeburg 1589. 4. Boehmer.

Laur. Nelands *Unterricht wie man ſich in der Seuchen der Peſtilenz curiren ſoll* Francof. an der Oder 1598. 8. Tr.

Præſervation und chirurgia für die Peſtilenz Steinfurt 1598. 12. maj. Huth.

Jac. Volgnads *Unterricht bey der Peſtilenz für die Statt Kitzing* Nürnberg 1598. 4. Tr.

Franc. de Rontrier *Kunſtbuch von allerley Speiſen zuzurichten* Wolfenbuttel 1598. 4. Hansen.

J. Bierdumphel *de angina* Baſil. 1598. 4. He.

Christoph Ering *de icteritiis* ib. 1598. 4. Pl.

Jacobus Zwinger Theodori fil. medicus Baſileenſis, honoratus & longævus. Ej. eſt *principorum chymicorum examen ad generalem* Hippocratis, Galeni *cæterorumque Græcorum & Arabum conſenſum inſtitutum* Baſil. 1606. 8. *. Minime malum ſcriptum. Chemiæ apologia, ut artem tueatur, non ut Paracelsum. Veteres lithargyro, ſtibio, vitriolo, ſulfure intus in medicina uſos eſſe, neque metallis abſtinuiſſe. Eorum vitia emendari poſſe. Chemiam non eſſe novitiam artem, neque præparationes chemicas a Galenicis differe. Nuperos medicos etiam medicamentis uti chemicis, quæ efficacia ſint. Internum uſum & calidorum & acrium poſſe innocuum eſſe. Non male facere medicos, qui ſua medicamenta propria manu præparent, neque eam curam medicum dedecere.

Ej. *de ſomno & ejus accidentibus* ib. 1598. 4. *.

Ej. *oratio panegyrica dicta* a Casp. Dornavio Görliz 1612. 4. 1677. 8. B.Bun.

Ej. *de hydrope epiſtola* eſt in Cent. II. *Obſervationum* Hildani, alia *de abſtinentia* in centuria V. aliquæ apud Hornungium.

Jac, Flach *de orthopnœa & arthmate* Jen. 1598. 4.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1684. 4.

Ej. *de arthritide* ib. 1610. 4.

Petr. Ponçon & Sim. Bazin *E. ut convulſio ſic paralyſis a cauſis contrariis* Pariſ. 1598.

Ant. Quiqueboeuf & Rob. le Secq *E. apoplexiæ phlebotomia* ib. 1598.

Jac.

Jac. Cousinot & Matth. Chevallot *E. pituitoſis venus* Pariſ. 1598.

Sim. Pietre & J. Lamperiere *E. in periaptis vis medica* ib. 1598.

Petr. Seguin & Ant. Rabault *E. ut lepræ, ſic lui venereæ hydrargyroſis* Pariſ. 1598.

Petr. Pijart & Rob. le Secq *E. dyſenteria ab atra bile maxime lethalis* Pariſ. 1598.

Nic. Jabot & Rich. Marces *E. ut autumno melancholiæ facilius fiunt, ita curantur* ib. 1598.

Ant. de Cappe & Germ. Clerselier *E. ad lipothymiam uſque licita vacuatio* ib. 1598.

J. Groust & Nic. Pietre *E. medicamentorum facultas dicata partibus manifeſta* ib. 1598.

Sim. Bazin & Petr. Collier *E. magis ab aere quam ab alimentis corpus immutatur* Pariſ. 1598.

Hier. Taquet & Bonav. Hachette *Non E. in epilepſia θεῖόν τι* ib. 1598.

Rich. Marces & Franc. Ellain *E. a ſola diæta valetudo* ib. 1598.

J. de Renou & Mich. Toutain *E. calor febrilis pro ratione nativi* ib. 1598.

§. CCCCXXII. Varii.

Josephus Phavorinus a Clavariis Fabrianenſis, dedit *medicarum exercitationum l. in quo de phyſiologia, pathologia & therapeutica explanantur res ſecundum naturam & præter naturam, cum recta iiſdem occurrendi methodo* Camerini 1599. 4. *. Primum ſcripſerat libellum a. 1591. *contra uſum ſevi hircini in dyſenteria*, medicis ſuæ civitatis oppoſitum. Apologiam repoſuit neſcio quis: ad eam noſter iterato reſpondet. Totus eſt in auctoritatibus. Pathologica generalia ſunt; ut auctor fere in morborum claſſibus ſe contineat. In therapeuticis poſt generalia multa ſe ad dyſenteriam convertit, & *apologiam* refutat.

In *philoſophicarum exercitationum l.* Camerini 1599. 4. *. Iterum de ſevo hircino agit: omnem adipem calidum confirmat eſſe & humidum. De alimentorum uſu, theriaca. Aliqua ad declarandos dubios veterum locos.

Ej. *de hominis excellentia* Peruſ. 1607. fol. Rast., ſi huc facit.

Guido Pancirolus J. C. Regienſis, qui Patavii diu vixit, ibique mortuus eſt. Ej. *l. de rebus memorabilibus deperditis* Italice primum prodiit Venet. 1599. 8. 2. vol. 1612. 4. cum titulo *racolta d'alcune coſe piu ſegnalate chèbbono gli antichi, e d'alcune altri tr. de moderni.* Iterum latine Amberg. 1599 8. & L. II. 1602. 8. ib. 1612. 8. Tr. Francof. 1646. 4. L. 1660. 4. L. curante Henrico Salmuth, cumque

cumque ejus *commentariis*. *Codicem* iſte MS. a. 1596. a J. R. Camerario acceperat. Gallice Lion 1608 8. prodiit. & 1617. 12. anglice Lond. 1715. 8. Varia, quorum in medicina uſus erat, quæ nunc ignorata aut obſoleta perierunt; porro de thermis, de cibi capiendi modo, de menſuris veterum. In L. II. de nuperis quibuſdam inventis, de novis aromatibus, artibus, ludis, cibis, caviaro & botargo. Vir doctus, ſed ab arte noſtra alienus. Salmuthi commentarii multo ipſo opere fuſiores ſunt. Multum laborat commentator, ut nuperorum inventa veteribus vindicet. Multa habet a Stephano Forcatulo, & C. Rhodigino, quæ melius ex vetuſtis fontibus hauſiſſet.

In Ej. *theſauro variarum lectionum* Venet. 1610. fol. B. B. aliqua huc faciunt, de balneis veterum, de menſuris, de ambulatione, geſtione, ſphæriſteriis &c.

Elogium dat Tomasinus.

Hieronymus Soriano *experimentos medicos faciles y verdaderos* Madrid. 1599. 8. Complut. 1612. 8. Saragoſſa 1601. 8. C. de V.

Ej. *methodo de curar las enfermidades de los ninnos* Saragoſſa 1640. 8. C. de V. 1709. Seg.

Manuel Ledesma *apologia en defenſa de la aſtrologia contra alcunos medicos que dicen male de ella* Valenc. 1599.

Andreas Bastellus (Bastelo) Melphitani, *ſpeculum medicinæ* Madrit 1699. 4. C. de V. De pulſibus, urinis, febribus, peſte, ægritudinibus peculiaribus, morbo gallico. In iſto morbo dat decoctum lignorum, & niſi malum ceſſerit, ad hydrargyrum tranſit.

Philandfr Colutius *de uteri querimoniis* Rom. 1599. 8. L.

Cæsar Mocha *trattado de la peſte* Carmagnola 1599. 4.

Ej. *conſilia medicinalia* Turin 1620. 4. Falc.

Andreæ de Zamudo y Alfaro *ordin para la preſervation de las ſecas y carbuncos* Madrid. 1599. 8. N. Ant.

Gerhardus Bontius celebris medicus, profeſſor Leidenſis, ex ſchola Iralica obiit a. 1599. Adami.

Mich. Julii *Hiskias peſtilenti ulcere decumbens d. i. das tödliche Lager des Königes Hiskias wie es beſchrieben wird Reg. II. 20. &c.* Erfurt. 1599. 4. Tr.

Rath in peſtilenzischer Dyſenteria welches genennt wird die gefährliche rothe Ruhr oder Wehe wie man die verhüten kann u. curiren ſoll Helmſtatt 1599. 4. Tr.

Casp. Reuschel *hippoponia Bericht von Art u. Eigenſchaft der Pferde von derſelben Zufällen u. Krankheiten* Strasburg 1599. fol. Tr.

Magni Seuter (ut intelligo Mangen Seuter) *Buch von der Roſsarzney ſo von vielen Kunſtbüchern von allerley Gegenden in Ordnung gebracht worden* Augſpurg 1599. fol. Tr.

J. Am-

J. Armbruster *diſq. medica circa modum quo purgant medicamenta cathartica* Stutgard 1599. 8. L.

Ej. *de melancholia hypochondriaca* Baſil. 1604. 4. Riv.

Ej. puto eſſe *Balſambüchlein* Nürnberg 1625. 12. Tr.

Ej. *pilularum ſine quibus eſſe non vult, oder ſonderbare Pillen für Hartleibige* Lipſ. 1631. 12. Tr.

Aderlaßbüchlein vom rechten Gebrauch der Aderlaß Ventoſen oder Köpfe die Geſundheit zu erhalten 1601. 8. *. collectio eſt, in qua exſtant Alexander Seiz, J. Hebenstreit *wie man ſich für die Aderlaß halten ſolle.* Hier. v. Brunswick *nüzliches Büchlein von vielen guten bewärten Stücken der Arzney.* Mich. Schrick *nüzlich Büchlein von Kraft u. Tugend der gebrandten Waſſer. Tractat von der aller fürtreflichſten Arzney wider allerley Gift welches der Stein Bezoar iſt;* Libellos ſingulos dixi.

Mich. Oertelii *vom blutigen Hofgang* Magdeburg 1599. 4.

Mart. Akakia & Guil. Lescaillon *E. in ευκρασια ευεξια* Pariſ. 1599.

Nic. Jabot & Fr. Dissaudeau *E. a ſolo coitu mola* ib. 1599.

Rob. *le* Secq & Ant. *le* Plege *E viventibus mori omnibus natura & neceſſitate fatale* ib. 1599.

J. Duret & Mich. Toutain *E. in alimento medicamentum optimum* Pariſ. 1599.

Georg Cornuty & J. Perrin *E. a cauſa morbifica læſa actio* ib. 1599.

J. *le* Moine & Guil. Lescaillon *E. acutorum quam chronicorum morborum facilior ab initio προνοια* ib. 1599.

Steph. du Four & Andr. Brayer *E. acutis diæta tenuis* ib. 1599.

Cl. Boyvin & J. *le* Mercier *E. renum & veſicæ affectus per dejectionem expurgantur* Pariſ. 1599.

Phil. Hardouin & Bon. Hachette *E. lethargicis phlebotomia* ib. 1599.

Cl. Fauvelet & Fr. Dissaudeau *E. circuitus manifeſta cauſa* ib. 1599.

Ant. *de* Cappe & Joseph Gorion *Non E. a ſolis alexiteriis venenati morbi expugnantur* ib. 1599.

Sim. Pietre & Franc Ellain *E. medicamentorum incerta quantitas* Pariſ. 1599.

J. Duret & Guil. Lescaillon *Non E. in febrium paroxyſmo vena ſecanda* ib. 1599.

§. CCCCXXIII.

§. CCCCXXIV. Varii.

Antonius Ponce Santa Crux Archiater Regius, magnus Galeni & Arabum admirator. Ej. eſt *l. de las cauſas y curacion de las fiebres con ſecas peſtilentiales* Valladolid 1600. 8. Seg.

Ej. l. III *de impedimentis magnorum auxiliorum* Madrit. 1624. 4. Barcinone 1648. 8. *. Patav. 1652. 16. *. Non quidem in natura puto fundamentum habere firmum leges omnes, quibus noſter evacuationes circumſcribit, intercedunt tamen multa bona, ut mihi videtur, cogitata. Quæ evacuationes impediant, ea fere recenſet, ut frigus partis, intemperiem frigidam, debilitatem facultatis animalis. Quærit num feminas prægnantes vacuare liceat. Porro an magis primis quam poſtremis graviditatis menſibus, demum quibus medicamentis. Num lactis generatio vacuationi obſtet, num menſtrua purgatio. Num recte Aetius ad promovendas eas purgationes venam cubiti ſecet? Noſter pro venis pugnat inferioribus. In febribus continuis humores corruptos utique per alvum expurgari debere, neque per venæ ſectionem educi poſſe. Quid cacochymiæ in vacuationes juris ſit. Copiam ſanguinis mittendi a vitio ſanguinis non pendere. Malignitatem peſtilentem neceſſitatem miſſionis ſanguinis non auferre, contra Jacobum Pons. Flatuum poteſtas. Ut homo ob corruptos humores a noſtro purgatus, & venæ ſectioni ereptus, ſanatusque fuerit. Frigidam aſſiduo potam primas vias debilitare. Humores revulſionis ſcopo e directo debere purgari. Dari ubi humores continuo expurgari neceſſe ſit, cum concoqui renuant. Maculas efflorefcentes purgationem vetare, ſic refrigerationem venæ inciſionem impedire. Putridos humores leni medicamento educendos. Non omni obſtructioni venæ ſectionem deberi. Hippocratem in pleuritide non omnem, ſed largam venæ ſectionem rejeciſſe. Deliria, quæ miſſioni ſanguinis obſtent, & quæ non obſtent.

Ej. *philoſophia* Hippocratica Madrit. 1622. fol. Tr.

Ej. *opuſcula medica & philoſophica*, I. diſputationes in primum primi Avicennæ. II. de Hippocratica philoſophia. III. de pulſibus. IV. Alphonsi de S. Crux libellus, a filio editus, de dignotione & curatione affectuum melancholicorum Madrit. 1622. fol. 1624. f. L.

Ej. *prælectiones Valliſoletanæ in* Hipp. *l. de morbo ſacro* Madrit. 1631. fol. Falc.

Ej. *de morbo & ſymptomate* Madrit. 1637. fol. L.

Hippolyti Bosci Ferrarienſis, medici, chirurgi, profeſſoris in patria univerſitate, *perbreves lectiones de facultate mathematica* (ſic) *cum quibuſdam obſervationibus* prodierunt Ferrar. 1600. 4. *. Canani diſcipulus pluſculas rarorum morborum adnotationes in his lectionibus repetiit. Vaginam, quæ hodie ſaccus

hernialis dicitur, peritonæum eſſe dilatatum oſtendit. Lienis tunicam duram vidit, cum viſcus ſanum eſſet. Lien ſcirrhoſus adeo magnus, ut totum abdomen repleret. A cauſo lien ruber & aridus. Calculi fellei aliquoties, & fellis veſicula ſcirrhoſa. Hydatides in omento. Scirrhi ventriculi, aliquoties. In femina cyſtis plena ſeboſa pinguedine; in ea quaſi maxillæ & dentes & capilli. Poſt duram alvum in coli anfractibus lapidea ſtercora. Volvulus a ſcirrho tunicæ coli oſſiculis pleno. In alia, cum nephritis putaretur, ſcirrhus in ileo inteſtino. Pinguedo candelæ ſebaceæ ſimilis (polypus) in cordis ventriculo ſiniſtro. Pulmone dextro abſumto æger vitalis. Scirrhus, inde tuſſis. In iis, quibus cor palpitat, arteriæ magnæ tunicæ dilatantur.

Nicolai Boca Angelini medici Imperatorii, *de morbis malignis & peſtilentibus, de cauſis, præſagiis, medendi methodo, remediis* Madrit. 1600. 4. *. 1618. 4. Carrere qui Petrum vocat. Peſtis bubonibus & carbunculis comitata a. 1599. in Hiſpania graſſata eſt, contagioſa, ex veſtibus ex Flandria miſſis propagata. Salubres fuerunt glandulæ (bubones) & carbunculi, ægroſque vel ſervarunt, vel certe mortis periculum longius removerunt: ſi abeſſent, cita mors ſuperveniebat. Magis ſervabantur, quibus duo, etiam tres carbunculi prodibant: evaneſcentes mortem accerſebant: funeſti etiam erant, qui in pectore aut collo prorumpebant. Medicatio noſtri fiebat, per calida auxilia, motum ſudorem. Frigidæ potum Cæſarauguſtæ ſaluberrimum fuiſſe tamen fatetur: pueris theriacam obfuiſſe. Frigidam etiam in febre colliquativa utiliter dedit. In febre petechiali laudat cucurbitulas, terramque ex Italia adlatam. Variolarum ſecundam febrem non ignoravit, purgationem tamen rejecit.

Reperi citatas ejus *obſſ. de variolarum notis relictis ſine maculis & foveis.*

Simonis Maioli, non quidem medici, *dies caniculares, h. e. colloquia tria & viginti phyſica* Urſell. 1600. 4. Tr. Mogunt. 1607. 4. L. & *continuatio* ib. 1608. 4. L. Mogunt. 1610. 4. Tr. Heteropoli 1610. 4. 2 vol. & tomus III. ib. 1612. 4. Tr. Tomi VII. Frf. 1642. fol. Tr. Offenbach 1691. fol. Medica etiam aliqua admiſcentur. Tres calculi inſignes in difficili partu per anum excreti.

Jayme Ferrer *tratado de la peſte* Valencia 1600. 8. C. de V.

Franciscus Puez Cascales *de morbis puerorum* Madrit. 1600. 4. C. de V. Ej. *de affectibus mulierum, una de morbo vulgo garottillo & duabus quæſtionibus de gerentibus ultero & de faſcinatione* Madrit. 1666. 4. C. de V.

Caroli Galli *de febribus peſtilentialibus & malignis tractatus bipartitus* Ferrar. 1600. 4. Tr.

Petri Verderii *de morborum & ſymptomatum occultis manifeſtatione cauſis diſp.* Vicent. 1600. 4. Riv.

Justi Balbiani *nova ratio praxeos medicæ* Venet. 1600. 8. L.

Lucii Lælii Fulginatis (Julii Recalchi) *de Sarmatica lue conſultatio* Ferrar. 1600. 4. Gunz.

Ambrosii Nennii *comm. in tertium librum aphoriſmorum* Hippocratis Coimbra 1600. f. L.

Andreæ Posthumi a Grafenberg medicinæ candidati, *ſeptem morborum ad Sarmatas dialogus, in quo novæ luis Pokutienſis quam cirrhorum naturam vocant, natura & eſſentia examinantur* Vicetiæ 1600. 4. *. Septem morbi iter faciunt in Poloniam. Scopus eſt oſtendere, Plicam non eſſe veneream luem, etiamſi aliqua ſymptomata communia habet. Hæc contra Lælium Fulginatem.

Petrus *de* Torres chirurgus, Ejus. *l. de la enformedad de las bubas* Madrid. 1600. 4. C. de V. Complut. 1626. 4. Id. Inunctiones mercuriales aliis adminiculis prætulit, doſin hydrargyri pro ægroti robore aliam aliamque fecit.

Cæsaris Crivellati *tr. dell uſo e modo di dare il vino nelle febri acute* Rom. 1600. 8. Falc.

Franciscus Ranchin Cancellarius Monſpelienſis, anno 1600 edidit *la chirurgie de Chauliac*, & quæſtiones chirurgicas, in quibus de lue venerea agit, de lignis &c. Recuſ. Lion 1627. 8.

Ej. *opuſcula medica* edente Henrico Gras Lion 1627. 4. *.

Plures ſunt libelli, I. *Oratio de origine & incrementis Academiæ Monſpelienſis cum Cancellariorum catalogo.*

Ej. *commentarius in* Hippocratis *jusjurandum.*

Ej. *pathologia univerſalis.* Generalia primum, cauſæ morborum & ſymptomata.

Ej. *de puerorum morbis* L. II. *cum medicamentorum formulis.* Variolæ, epilepſia, alii morbi hic tractantur.

Ej. *de morbis virginum, etiam de virginitate.* Quæſtiones & reſponſiones.

Ej. *de ſenum conſervatione & ſenilium morborum curatione.* Fuſe de diæta & medicamentis.

Ej. *tr. de mortibus ſubitaneis, inter eas de venenis.*

Ej. *de curatione morborum qui purgationem comitantur aut conſequentur.*

Ej. *de conſultandi ratione.*

Ej. *quæſtio an coitus ligatura arceatur?* Monſpel. 1618. 8. Falc.

Ej. *tr. duo poſthumi; 1. de morbis ante partum, in partu & poſt partum;*

2. *de purificatione rerum poſt peſtilentiam* Lion 1645. 8.*. Prior libellus totus in medicamentis eſt. In altero videas conſilia viri in peſtilentia vulgo pro legibus eſſe recepta. Modum quo domus infecta expurgetur ſuadet, fumo, calce, illitione, die vigeſimo; non placent fumi arſenicales. Domus ante & poſt purgationem diſcolore cruce ſignat. Ut purgentur homines, merces, lana, goſſipium. Multas merces mavult comburi. Non inutilis libellus.

EJ. *tr. de l'origine des cauſes, de l'origine des ſignes & de la préſervation de la verole* Lion 1640. 8. Morbum novum eſſe, inunctione ſanari.

EJ. *Opuſcules ou tr. curieux en médecine* Lion 1640. 8. FALC. *De la peſte avec celle de Montpelier en 1629. & 163‿; de la lepre, de la verole, des accidens de la peſte, des accidens de la gehenne, de la cruentation des corps morts, de la terebenthine.*

EJ. & COURTAUD *quæſtiones quatuor* Monſpel. 1629. 4.

EJ. *Oratio funebris dicta a* SIMONE COURTAUD. 1641.

EJ. *tr. de la peſte* recuſus Liege 1721. 12. RAST.

EJ. *œuvres pharmaceutiques données par* M. CATELAN Lion 1628. 8. FALC.

HIER. CORTEZ *varios ſecretos de naturaleça Saragoſſa* 1600. 8. d'ETR. Corduba 1601. Complut. 1611. Sevilla 1616. 8. Barcellona 1645. 1658. C. de V.

Pharmacopœa auguſtana recognita &c. Aug. Vind. 1597. 4. GUNZ.

Wittenbergiſcher Apothekertax Witteb. 1600. 4.

J. OBERNDORFER *de veri & falſi medici agnitione* Lauingen 1600. 4.*.

EJ. *apologia chymico medica adverſus illiberales* M. RULANDI *calumnias* Amberg. 1610. 4. TR.

EJ. *Bericht von der Natur u. Urſache der Ungariſchen Krankheit* Francfurt 1607. 4. TR. 1606. 4. HUTH.

EJ. *deſcriptio morbi Ungarici, i. e. Erklärung der ungariſchen Krankheit* Frf. 1620. 4.

OSWALDI ULIANI *de dyſenteriæ morbi omnium fere periculoſiſſimi cauſis ſignis & curatione collectanea medica* Jenæ 1600. 4. TR.

BARTHEL. LINARD *l'abſtinence de la viande* Pariſ. 1600. 12. FALD.

FILIPPI GESUALDO *plutoſofia — l'arte della memoria — naturale, artificiale* Vizenz. 1600. 4. B. BUN.

Sechs Bücher auserleſener Arzney u. Kunſtſtück faſt vor alle des menſchlichen Leibes Gebrechen u. Krankheiten Torgau 1600. fol. TR.

J. J. VIETHEIMER *Bericht von der Peſtilenz aus den Büchern des* THEOPHRASTI 1600. 4. PL.

Reformation

Reformation u. Ordnung bey der JULIUS *Univerſität u. Raths Apotheken zu Helmſtatt* Helmſtatt 1600. 4. TR.

Ordnung welcher Geſtalt es mit Verfertigung der Arzneyen in den Apotheken in Görliz ſoll gehalten werden, aufgerichtet bey der Viſitation a. 1600. Görliz 4. TR.

MARTIN DEL RIO *diſq. magic.* a. 1600. 8. & Colon. 1655. 4. 1678. 4. editæ etiam medica habent.

ANDREÆ SCHATONIS *theſes de vertigine, epilepſia, apoplexia, paralyſi, convulſione, incubo* Witteberg 1600. 4. HAENEL.

EJ. *Or. ſecularis de initiis & incrementis ſtudii medici in Acad. Wittebergenſi, deque ejus per decurſum ſeculi fideli primorum & præcipuorum virorum opera ad nos propagatione* Witteberg 1602. 4.

EJ. *de ictero* Witteb. 1602. 4. RIV.

V. RUMPEL *de medica conſultatione* Baſil. 1600. 4. HÆN.

VALENT ZEISIUS *de melancholia* Baſil. 1600. 4. RIV.

VINCENT LISCOVINUS *de lue venerea* Baſil. 1600. 4.

GEORG SEILER *de ſyncope* Francof. ad Viadr. 1600. 4. PL.

FRANC. PANCOVIUS *de apoplexia* Helmſtatt 1600. 4. RIV.

EJ. *de phthiſi* Helmſt. 1604. 4.

EJ. *de peripneumonia* ib. 1610. 4. RIV.

EJ. *de aſthmate* ib. 1610. 4. RIV.

EJ. *de angina* 1610 4. RIV.

In ejus funere programa ADAMI LUCHTENII Helmſtatt 1611. 4. BB.

OWEN GUNTHER *de renum morbis* Helmſtätt 1600. 4.

GEORG CORNUTI & BON. HACHETTE *E. tetanus intra quatuor dies lethalis* Pariſ. 1600.

J. *le* MOINE & MICH. TOUTAIN *E. ſplenica ſterilitatem inducunt* Pariſ. 1600.

CLAUD. BOYVIN & PETR. COLLIER *E. peripneumonia pleuritide periculoſior* Pariſ. 1600.

PHIL. HARDOUIN & J. *le* MERCIER *E. elephanticis balnea* ib. 1600.

CL. FAUVELET & JOH. PERRIN *Non E. omni hepatico fluxui adſtringentia* Pariſ. 1600.

NIC. MARCHAND & FR. DISSAUDEAU *E. victus tenuis, catharſis, venæ ſectio* ιατρευματικα Pariſ. 1600.

NIC. MARCHAND & STEPH. GORION *E. a melancholia mania* ib. 1600.

FRANC.

FRANC. *du* PORT & PETRI COLLIER *E. graviſſimi morbi quarto vel ante perimunt* Pariſ. 1600.

FRANC. ELLAIN & ANT. *de* GUINANT *E. temperamentum calidum humidum longioris vitæ* ib. 1600.

J. FABRI *Laurea Apollinis Monſpeſſulana* Monſp. 1600.

§. CCCCXXIV.

LIBRI HUJUS SECULI, quorum editio non expreſſa eſt.

J. SAUBERICH italice *apologiam* ſcripſit *Contra calumnias & fraudes quorumdam pharmacopolarum* GESNER.

LEONHARDUS SCARDONIUS PROTOPALEA *in Canonem* AVICENNÆ *Commentarium*, GESNER.

LUIS ALCANES *regimento preſervativo y curativo de la peſtilentia* 4. SEG.

Treaſure of health containing many profitable medicines 8. literis Gothicis.

J. CORNEIO medicus Madritenſis. EJ *diſcurſo o diſſertador preſervativo de nocimientos y enfermedades.* Ad CLEMENTEM VIII, adeoque circa finem ſeculi XVII.

EJ. *diſcurſo particular preſervativo de la Gota* ad PHILIPPUM II.

EJ. *otro diſcurſo preſervativo de la Gota del oro potable y virtudes de lentiſco* Madrid. 4. C. de V.

§. CCCCXXV.

J. UDALRICUM RUMLER.

Hic recenſeo JEREMIÆ MARTII ex fili nepotem, de ſchola Italica; medicum & ipſum Auguſtanum, qui circa hæc tempora vixerit. EJ. *poſthumas obſervationes centum medicas* G. H. WELSCHIUS edidit, cum aliis jam recenſis, Ulm 1668. 8.*. Breves ſunt & rariorum eventuum. Ægrotorum hiſtoriæ ſunt annorum 1580—1592. Mors ex mœrore ſubitanea. Venæ ſectione ad animi deliquium uſque continuata pleuritis ſuperata. Febris ardens cum univerſæ cutis rubore, urinæ nigræ, ſed malum a ſalutari diarrhœa ſuperatum. Vena in febre inciſa, cum vires alioquin deficerent, exigua ſanguinis particula emiſſa, mors ſubita. In febre exanthematica cucurbitulæ bono eventu adhibitæ. Pulſus rariſſimus, etiam nullus, cum ſummo periculo. Epilepſia cum calvaria paſſim eroſa, ut dura membrana cerebri cum ipſo cerebro per ea foramina emineret. Mors ſubita a drachma Philonii. Ex lue venerea caries cranii ſæpe curata. Qui mortuus putabatur revixit.

Anevryſma

Anevryſma aortæ, in quo plurima lardi ſimilis materies, partim fibroſa & pene carnea, coſtæ carioſæ. Alia exempla, Fumariam ſplit arthritidi mederi. Viperinæ carnis proficuus uſus in hydrope, in lepra. Cantharides in hydrope noſter exhibuit. M. Ducis Florentiæ & uxoris Blancæ Capellæ mortes ſubitæ, fungorum uſui adſcriptæ (deteriori potius veneno). Vagitus uterinus. Sanguis & vermes vomitu redditi.

In *Centuriis* IV. WELSCHII ſæpe citatur Uxori C. GESNERI conſilium dedit in *Cent.* I. Ad malum hypohondriacum in IV.

§. CCCCXXVI. CODICES M. S.

BERENGARIUS CATALANUS. EJ. *in* AVICENNAM *quæſtiones & in* HIPP. & GALENUM *epiſtolæ* C. de V.

J. PETRI AYROLDI MARCELLINI *conſilia octo de febribus* B. R. P. n. 7081.

Loci communes de re medica ordine alphabetico B. R. P. n. 6878. ſeculi XVI.

HIERONYMI *de* S. CRUCE Valentini *Comm. in aphoriſmos* HIPPOCRATIS C. de V.

De puella, quæ ſine cibo vixit in B. BODL.

ANTONII PAVILLON *de natura & qualitate cibi & potus.* SANDER *clar. Ant.*

J. ROCHON *antidotarium* B. R. Par. n. 7078.

EJ. *adnotationes in* MESVEN *de medicamentis ſimplicibus purgantibus* ib. n. 7079.

MARESCOTTI *Pharmacopœa & Euporiſta* ib. 7078.

SIMON PIETRE *de ratione componendorum & præſcribendorum medicamentorum* L. II. ib. n. 6879.

DASSAS *brevis methodus de medicamentorum compoſitione* ib. n. 7025.

BARTHOLOMÆI MOSER *theſaurus bibliatricus hiſtoricus omnium ſcriptorum, qui artem medicam coluerunt* Dilling. fol.

Secunda pars per claſſes rerum, titulos artium digeſta, materies medica Dilling. fol. Non puto prodiiſſe.

EMANUELIS a CASTRO *adnotationes in ſecundam & tertiam fen & in primam quarti Canonis* AVICENNÆ in B. R. Pariſ. n. 7048. Seculi XVI.

LIB.

LIBER SEPTIMUS.

SECULUM XVII.

§. CCCCXXVII.

In hoc ſeculo maxima rerum in medicina converſio facta eſt. Sub ejus initia duæ erant ſectæ, Galenica, & altera Chymica, empiricæ proxima: illam auſtralis Europa ſequebatur, hanc borealis. Verum im prima quarta parte ſeculi exſtitit hinc quidem HARVEIUS, qui demonſtrato ſanguinis circuitu, ſelectum venarum & pene totam theoriam nutritionis, febriumque ſubverit. Inde HELMONTIUS vitia ſcholarum theoretica revelavit, totam phyſiologiam & pathologiam refutavit, neque ubique inefficaciter. Paulo poſt experimenta anatomica hepar a dignitate viſceris ſanguinem coquentis removerunt. Inde CARTESIUS ejuſque ſequaces, tamen ut HELMONTIANA conjungerent, SYLVIANI medici, theoriam artis totam mutarunt, calidorum & alcalium volatilium uſum introduxerunt, totam fere medicinam in ſuperando acore, inque adtenuando ſanguine poſuerunt. Contra SYDENHAMIUS naturæ ductum ſecutus, conſtitutiones HIPPOCRATICAS ſuſcitavit, morbum ejuſdem nominis oſtendit diverſis annis alium eſſe aliumque; calidam curationem febrium rejecit, ei eam ſubſtituit, quæ fit per antiphlogiſtica, ab ipſo eventu conſilia medica diſcere nos docuit. Cortex Peruvianus, BADO potiſſimum defenſore, renitentibus plurimis, tamen denique in febribus intermittentibus curandis, claſſici remedii dignitatem ſibi adſeruit, inque univerſæ Europæ officinas pharmaceuticas dignum locum ſibi aperuit. Sed porro in omnes medicorum libros, in omnia diſpenſatoria chemica medicamenta ſe penetrarunt. Ita ad finem ſeculi GALENICA ſchola fere ad Hiſpanos, & paucos aliquos Italos, relegata fuit, Germania mixtam quandam methodum medendi, ab HELMONTIANA non valde remotam, ſecuta eſt. In Belgio SYLVIANA theoria regnavit, nam ſub proximi ſeculi demum initia BOERHAAVIUS ei regno limites poſuit. Gallia chemica, Sylviana, Carteſiana cum exigua parte Galenicæ theoriæ retinuit; medicamenta tamen Galenica, potiſſimum Monſpelii, ſedem ſuam tenuerunt. Arabes ex medicina fere exſularunt, ut forte nimium negligerentur. Anatome interim, Chemica, Botanica, ratiocinia mechanica, phyſica experimenta magna incrementa ceperunt, morborum variorum hiſtoriæ & cadaverum inciſiones crebriores lucem aliquam arti adtulerunt, accurata tamen morbi cujuſque obſervatio a paucis omnino medicis exculta fuit, neque ſignorum & prognoſium doctrina ſuſcitata; BAGLIVII enim immatura conamina, nihil valde mutarunt. STAHLII ſecta, HELMONTIANÆ adfinis, etſi ſub finem ſeculi jam in Germania cepit ſe efferre, tamen ad ſeculum XVIII. melius reſervatur, quo majorem adſeclarum numerum eſt conſecuta.

§. CCCCXXVIII. VARII.

FEDERICUS BONAVENTURA Urbinas.

EJ. *de natura partus octimeſtris adverſus vulgarem opinionem libri X.* Francof. 1601. fol. L. Venet. 1602. fol. *. Sed priorem editionem dari merito ſuſpiceris, cum Venetiis jam 1600. fol. *. eodem cum titulo prodierit compendium eorum, quæ libris decem de eadem quæſtione diſputantur. Cæterum in inmenſo opere noſter paſſim alias etiam pathologicas & clinicas partes artis medicæ adtingit; ut libro quarto & quinto de alimentorum influxu in valetudinem, temperamentum, ingenium hominum, in vitæ longitudinem & brevitatem. L. VI. de annis climactericis, deque diebus criticis. L. IX. de abortu. L. X. de aſtrorum in corpus humanum influxu.

EJ. *utrum homo affici rabie poſſit affectus interire ex* ARISTOTELIS *ſententia.* Inter *opuſcula* Urbin. 1627. 4. LIND.

PETRUS KIRSTENIUS Vratislavienſis, denique Upſalienſis profeſſor, vir doctus & peregrinator.

EJ. *diſp. inauguralis de peſte* Baſil 1601. 4. PL.

EJ. *de vero uſu & abuſu medicinæ* Breslau 1610. 8. *. & eodem anno ib. Germanice *. In pſeudomedicos, quibus notis adgnoſcantur. Diætetica aliqua & de ſex rebus non naturalibus. In uromantas. Leges aliquæ in medicamentis præſcribendis: non debere ægros ad cibum ſumendum nimium urgeri. Arabicam linguam valde commendat.

AVICENNÆ etiam *Canonis librum II. Latine & Arabice* edidit a ſe converſum cum notis Breslau 1699. B. B. fol. Conf. p. 387. T. I.

J. FERRAND ſen. medici Pictavienſis, *de nephriſis & lithiaſis, ſ. de renum & veſicæ calculi definitione, cauſis, ſignis, curatione &c. Ex Græcis aliisque celeberrimis medicis collectus.* Ed. ſecunda Pariſ. 1601. 12. *. Utique loci veterum in ordinem conjecti, ſed multa FERRANDI ipſius, quæ recenſebo, cum in chirurgicis non potuerim, nulla enim erat mihi hujus libri eo tempore copia. In folliculo fellis calculus nigerrimus, qui folliculum ſuum laceraverat. Ipſe FERRANDUS de junctura brachii dextri ſuperiori duos ſatis craſſos lapides excidit. Ill. femina magnum lapidem ſummo cum dolore de alvo dejecit. Qui demum atrophicus multos albos duros lapillos exſcreaverit. In veſica viri decem calculi ovi mole reperti.

reperti. In alio, teſte FERRANDO, tres duriſſimi in veſica calculi. In alio duo calculi ex rene exciſi, multis quaſi corniculis aſperi, aliique in ureteribus lapilli, demum putris caro in inteſtino ultimo, quæ veſicam laceraverat, ut urina cum alvina fæce prodiret. In veſica fortis viri calculus tredecim unciarum repertus. In eodem homine quinque calculi in lotii veſica, ſextus in rene, ſeptimus in veſicula fellis. Calculus in veſica multo pure circumdatus, in rene multi & in veſicula unus, & in tumore ex vulnere pariter calculus. Lapides in ſummo pene hærentes facile excidi, ſe teſte. Lithontriptica plurima inaniſſima. Integer catalogus plantarum, quas calculum putat frangere. Se in ſe ipſo capparum uſu ſcirrhum hepatis ingentem diſcuſſiſſe. Alios calculoſos mire adjutos eſſe uſu radicum eryngii, ſic hydropicos & cachecticos & ictericos. Aſparagos eryngii verno tempore gratum & ſalubre ferculum eſſe.

JOSEPHI POMÆ vel POMII Siculi, *de febrium differentiis, cauſis, ſignis* Lion 1601. 8. FALC.

EJ. *de curandis febribus putridis ars medica* Panorm. 1603. 4. MANGET. MONGITORE alium annum habet, nempe 1606., & duas diſſ. addit, priorem *An ſaluberrimum ſit ſanguinem mittere;* alteram, *quando in iiſdem febribus purgandum.*

EJ. *quando in febribus putridis medicandum quæſtio medica ad* HIPPOCRATIS & GALENI *mentem examinata* ib. 1608. 4. MONGIT.

J. HUCHER Cancellarii Monſpelienſis, *de febrium differentiis, ſignis & curatione* L. IV. Lion 1601. 8.

EJ. *de prognoſi medica* Lion 1602. 8. TR. RAST.

EJ. *de ſterilitate L. IV.* Genev. 1609. 8. LIND. *Acc. l. I. de diæta & therapeia puerorum* 1610. 8. UFF.

Citat etiam *orationes aliquas: diſp. an cibi magis coctiles magis etiam ſalubres ſint,* Monſpelii defenſam, & *theſes medicas* cum operibus JOUBERTI excuſas.

FRANCISCI MARIÆ *de* TECTORIIS *compendium medicinæ practicæ* Francof. 1601. 12. UFF.

ANDREÆ VALDIVIA *de peſte tractatus*: inſcribunt ei vocabulum vernaculi uſus, nempe, *de las lendres* Hiſpali 1601. C. de V.

NIC. ANDREÆ D'URSO *de vermibus* Neapoli 1601. 4.

THEODORI GRAMMÆI *tractatus de compoſitione medicamentorum* Venet. 1601. 4. FALC.

EJ. *de morbis oculorum & aurium* una editus a MICHAELE COLUMBO.

CYNTHII CLEMENTIS Archiatri Pontif. *diſputationes de natura & facultatibus ligni ſancti* Rom. 1601. 4. ASTR. & 1602. *De natura & facultate ligni ſancti*

nuper ut ferunt aliqui ex Hollandia Romam delati Rom. 1602. 4. huc referas B. *Bot.* I. p. 398. Tres ſunt diſſ. Prima anni 1601. SEXTILII PICCOLHOMINÆI *ad* C. ARNOLDUM *epiſtola pro ligno* CORRADI. Altera D. CANEVARII, quod continuo dicam, opuſculum. Tertia *epiſtola apologetica* C. CLEMENTIS *qua innominati auctoris* (CANEVARII) *opinionem refutat*. In iſta lignum illud nuperius potius efficacius eſſe defendit.

J. PINCIER *meditationum variarum* L. IV. Francof. 1601. 4.

EJ. *Otium Marburgenſe in ſex libros digeſtum* Herborn. 1614. 8. *, Anatomen potiſſimum & partium officia ſuo carmine deſcribit, paſſim tamen pathologica admiſcet, ut de ſuffocatione, angina.

Hoc anno 1601. etiam *Pharmacopœa Auguſtana* prodiit.

HIPPIATRIQUE *ou traité des cauſes de la maladie des chevaux* Paris 1601. 8.

J. FARINARII *narratio hiſtorica de vita & morte* JOACHIMI CURAEI. medici Sileſiaci Liegniz 1601. 4. B. BUN.

PAUL IENISCH *Viehſchaden d. i. vom Abgang des Rindviehes* Leipz 1601. 4. BOEHMER.

Reperio etiam PAULI IENISCH *laurea apollinaris in Mompelienſium univerſitate conſenſu collegii medicorum conceſſa* Monſp. 16·8. 4. ea fuerit filii cognominis. In I. quæſtione quæritur, an vomitus bilis æruginoſæ periculoſior ſit vomitu bilis flavæ. In 2. in L. II. GAL. de ſimpl. med. de purgatione. An ictericis ſudorifera 3 An urina ſubrubra cum ſedimento ſubrubro diuturnum morbum præſagiat. 4. An temperamentum adgnoſcatur ex odore ſapore. 5. An in febris peſtilentis principio ſaporeſicientia.

PETR. HOFMANS *fraiſam Büchlein von der præſervation und curation des Fraiſams oder epilepſiæ an kleinen Kindern* Coburg 1601. 8.

EJ. *Kurzer Unterricht wie man ſich in jezt regierenden Fiebern wie auch in der Peſt bewahren u. curiren ſoll* Hof 1601. 8.

Cognominis forte filii fuerit *de inflammatione jecoris* diſp. Baſil. 1603. 4 PL.

MARTIN SIRBERHAAR *nohtwendiger Bericht wie man ſich jezt in vorſtehender peſtilenziſchen Sterbensläuften verhalten ſoll* 1601. 4. TR.

J. NICOLAI *univerſæ medicinæ compendium* Baſil. 1601. 8. L.

J. POPPII Chymici Coburgenſis non plenæ fidei hominis, l. *von etlichen Balſamen, Kräutern, Salzen u. ihren Tugenden* Coburg 1601. 12.

EJ. *Handbüchlein experimentirter Arzney* Francf. 1607. 8. TR.

EJ. *Giftig epidemiſcher Hauptkrankheit der peſtilenziſchen Gallenfiebern ſamt andern Krankheiten ſo aus dem Haupt entſpringen, Beulen, derſelber curation aus* PARACELSO, ARNOLDO *de V. N. und eigener Erfahrung* Leipz. 1623. 8. *. Coburg 1623. 8. TR.

Ad morbos acutos vis magna medicamentorum, potiſſimum etiam ſudoriferorum, tamen ut etiam purgantia & acida interſint. Dentium mala. Hiſtoria morbi nulla.

Ej. *von der Waſſerſucht u. deren Zufällen, der Steinkrankheit, des Sandes, Grieſſes, Lenden u. Blaſenſteins, tartariſchen Flüſſen aus dem* Paracelso &c. Coburg 1623. 8. Tr. Leipz. 1623. 8. *. Mercurius præcipitatus laudatur, & ſulfur martis. Cauſa mali varia, ex pulmone, hepate, cerebro, rene &c. Ad hydropem commiſtum magiſterium vitrioli & tartari, & arcanum plumbi. In appendice morbi cuique duodecim ſignorum ſubjecti. Ad calculum pariter fere medicamentorum farrago.

Ej. *trias de peſtilitate von den Urſprung der Peſtilenz* Francf. 1625. 8. B. Thomas. Tr. an diverſum.

Ej. *von den Fiebern u. kalten Wehen* Lipſ. 1625. 8. Tr.

Ej. *de criſibus* 1627. 4. prior & poſterior.

Ej. *theſaurus medicinæ, oder Chirurgiſcher Arzneyſchatz* Leipz. 1628. 4. Trew. J. Agricolæ *adnotationes* in Poppium dicemus.

J. F. M. G. *podagriſches Troſtbüchlein* Nürnberg 1604. 4.

§. CCCCXXIX. Disputationes.

J. Schulze præſide D. Liddel *de ratione purgandi* Helmſtatt 1601. 8. Moell.

Daniel Usler *de eventu in morbis præcognoſcendo & modis ſolutionis eorum* Jen. 1601. 8. PL. 1602. 8. Tr. 1610. 8. Buchner.

Ej. *de urinarum judiciis lucubratio nova* Curiæ Variſcorum 1602. 8. Gunz.

Sim. Landgrav *de putredine & febre maligna* Baſil. 1601. 4. Riv.

Ej. *kurze Inſtruction wie man ſich in gefährlichen Sterbensläuften mit kräftigen Mitteln präſerviren möge* Altenburg 1611. 4. Tr.

Lucæ Justi *ſyncope ſ. animi deliquium* Baſil. 1601. 4. Riv.

Tobii Ludovici *de dyſenteria* Baſil. 1601. 4. Riv.

J. Dicter *de nephritide* Baſil. 1601. 4.

Christian zum Neuenhahn *de ſoporoſis affectibus* Baſil. 1601. 4.

Philippum Hoechstetter lego reſpondiſſe ſub Stupano Baſil. 1601.

Ej.

Ej. diſp. *de epilepſia* ib. 1604. 4.

Idem medicus Auguſtanus, anno 1624. 8. *decades tres* Tr. deinde a. 1627. *ſ. variorum obſervationum medicinalium decades ſex* edidit Tr., quibus nepos J. Philippus quatuor novas alias decades addidit Fr. Lipſ. 1674. 8. *. Ex melioribus hujus ævi adnotationibus hæ ſunt, neque inutilia ſcholia, ſed neque dictio illepida. Baſileæ Platerum audiverat: obſervationes ipſæ ab anno 1608. natæ ſunt, in ampliſſima praxi: cum auctor intra quindecim annos in ſolo noſodochio 9255. ægrorum curam geſſerit, quos inter equidem 2087. obierunt. Ecce aliqua ſpecimina ex quarta decade ſumta. Boni effectus phlebotomiæ eo ævo in Germania rarioris. Epilepſia a manu ſiniſtra orta. Ex V decade. Spaſmi ex muſculis abdominis adſcendentes, deſinentes in diaphragma. Conſtrictio ſpaſmodica gulæ ex nervorum, ut videtur, vitio. Ex refrigeratione pedis ſpaſmus & funeſta gangræna. Tetanus diuturnus innoxius. Ex iſchuria epilepſia & mors. Pus in meſenterio & abdomine effuſum. Felis bubone peſtilente exſtincta. Duo tumores in tabido, meſenterio adnati, in quibus adeps & ſerum. Ex aquæ ſerpentariæ vaſa rumpentis vapore convulſiones. Qui aquam fortem biberat, is oleo olivarum aliiſque med. mitibus ſervatus eſt. Cachexia & tumor hypochondrii ſiniſtri; tumor erat partis ſiniſtræ hepatis. Ab arſenico ſumto ſalus, dato oleo amygdalino. Non potuit tamen ſe noſter præjudiciis ſeculi eripere. In variolis, cum funeſtam hæmorrhagiam excitaſſet antidotis ſuis, ſe erraſſe non ſenſit. Bono eventu ſe poſt vomitum unicornu dediſſe putat.

Fr. *du* Port & J. *le* Fournier *E. ευκρατον σωμα tutiſſimum* Pariſ. 1601.

Guil. Lescaillon & Roman *du* Feu *Non E. nutricis menſtruatæ lac infanti ſanum* ib. 1601.

Steph. Gorion & Firman Jobert *Non E. acutus morbus eſt exquiſita tertiana* ib. 1601.

J. Riolan & Ant. *le* Gros *E. poteſt homo ultra ſeptem dies nullo adſumpto alimento vivere* ib. 1601.

Ægid. Heron & Petr. Verney *E. unum medicamentum plures habet facultates* ib. 1603.

J. Beauchesne & Firm. Jobert *E. a jecore præcalido catarrhus ib.* 1601.

J. Riolan & Ant. Roussel *E. ſanitati ſimilia* Pariſ. 1601.

J. Hautin & Petr. Baron *E. ab omni humore arthritis* ib. 1601.—

Sulpit. Rigaud & Ant. *de* Guynant *E. dyſenteria ab atra bile lethalis* Pariſ. 1601.

Barth. Perdulcis & J. *le* Fournier *E. diverſa tumorum curatio* ib. 1601.

 Claud.

Claud. Bazin & Petr. *de la* Boissiere *E. in omni hydrope hepar ατονν* Pariſ. 1601.

Sulpit. Rigaud & Roman *du* Feu, *E. ſolvunt ſingultum vomitus & ſternutatio* Pariſ. 1601.

§. CCCCXXX. Franciscus Citesius.

Veriori nomine Citois, Pictavienſis, medicus Cardinalis *de* Richelieu.

Ej. eſt *abſtinens Conſolentanea, cui adnexa eſt pro* Jouberto *apologia* Pariſ. 1602. 4. Bern 1604. 4.*. in collectione Pauli Lentuli, tum Pariſ. 1639. 4.*. in *opuſculorum* Citesianorum collectione. Virgo duodecim annorum, poſt impotentiam artuum, & difficilem deglutitionem, in plenam ciborum abſtinentiam incidit, ut nullæ etiam de ejus corpore fæces decederent, neque menſes, neque ſudor: idque malum jam triennio paſſa eſſet, quando noſter ſcripſit. Orthoſtadia tamen officiis vitæ ſolitis defungebatur, poſtquam in ipſo morbo vires artubus redierant.

Ej. *abſtinentia puellæ Conſolentanæ ab.* Isr. Harveti *confutatione vindicata, cui præmiſſa eſt ejus virginis ἀναβίωσις.* Valde vereor, ne tota res ad fraudes pertineat. Verita enim puella, ne a matre abduceretur, cuſtodibus admotis, ad cibum ſumendum rediit, lac hauſit, deinde juſcula & reliqua alimenta. Addit Citesius exempla hominum & animantium cibo abſtinentium, eaque contra incredulos defendit.

Ej. *de novo apud Pictones dolore colico bilioſo* Poitiers 1616. 8. vel 12. Rast. & Pariſ. 1639. 4 *. in collectione opuſculorum. Egregium opus, & quale eo ævo rariſſime prodibat. Morbum ſuum, quem etiam nunc colicam vocant *Pictonicam*, putat a. 1572. vel ortum eſſe, vel certe exacerbatum. Sic Plicam Polonicam ante a. 1560. & 1570. ignotam fuiſſe, & in lue venerea cryſtallinam puſtulam a. 1600. novum ſymptoma apparuiſſe, dum morbus ipſe deferveſcebat. Inde colicam ſuam deſcribit: cum nauſea invadit & vomitu, & ſtranguria, & acerbiſſimis ventriculi atque inteſtinorum doloribus, quibus remittentibus paralyſis artuum ſuccedit, manente ſenſu & dolore, cæcitas etiam ſupervenit. Eſſe ubi puſtula in pede ſuborta morbum ſolvat. In Germania hunc morbum Langio teſte ante 70 jam annos innotuiſſe: dictum etiam Paulo Æginetæ, nunc poſt aliquot ſecula recrudeſcere; ortum trahere ab acerbis uvis. Malum nunc miteſcere, & ab epilepſia, perinde ut a pareſi, ſolvi. Invaluiſſe, poſtquam conſuetudo pellium uſum abrogavit. Curat repetito ducta alvo: venæ ſectione, clyſteribus lenientibus, paregoricis, ipſo opio. Doloribus ſedatis lactis uſum, & aquas ferratas ſuadet.

In *appendice* noviſſima conſilia auctoris traduntur. Pulſationem arteriæ cœliacæ eſſe inter ſigna mali. Aurelianenſes idem nuper magis infeſtare. In phlegmaticis ægrotis opio abſtinere, quod hydropem accerſet. Obſervationes aliquæ amicorum & inciſiones ægroti ab eo malo peremti; bilioſa fæx ileo inteſtino adnata erat, & inteſtina mire flatu turgebant, tunica etiam interna eroſa erat.

Ej. *avis ſur la peſte & ſur les moyens de s'en préſerver* Paris 1623. 8. Falc. 1640. 8. B. Thomas. Conſilium pro Cardinale Richelieu ſcriptum: multa inutilia continet, curationem a ſudore moto orditur: theriacam dat & lapidem bezoar, poſt ea præſidia clyſterem. Si febris invaluerit ſecanda vena, & medicamentum cardiacum minus equidem calidum iterandum. Acida idem exhibet, & in ſummo ardore camphoræ grana ſex. Cum theriaca ſoporem non tolleret, a medicis regiis aliud & felicius medicamentum excogitatum fuiſſe, ex adſtringentibus & acidis compoſitum, abſque opio & viperis. Bubones cucurbitula adtrahendos, & cepa, & elevatum paulum tumorem cauſtico aperiendum, ſic carbonem.

Ej. *de tempeſtivo phlebotomiæ ac purgationis uſu adverſus hæmophobos.* In *collectione opuſculorum* Pariſ. 1639. 4. *. Gallicam ejus ævi praxin & ubertatem phlebotomiæ defendit. In febribus cum interna inflammatione venam etiam ſex, ſeptem, & ultra ſequentibus diebus ſecari debere. Et nunc Gallos minorem ſanguinis copiam detrahere, quam olim Galenus. Senum ſanguini non debere parci. Pariſinos lauto victui adſuetos ſanguinis detractione egere; Occitanos & Narbonenſes minus, qui ſyncopæ convulſivæ magis obnoxii ſint. Exanthemata venæ ſectionem non impedire, neque variolas, neque priores menſes graviditatis, neque pleuritidem inferam, neque apoplexiam pituitoſam, neque colicam Pictonum. Ipſo in hydrope, ab oppreſſis viribus & ſolemni aliqua evacuatione intermiſſa nato, convenire.

Ej. facultatis Pictavienſis Decani *opuſcula medica* Pariſ. 1639. 4. *. Continent quæ dixi, latina in univerſum, neque ingrata dictione, neque ut vulgo tunc ſolebat, rebus inania.

§. CCCCXXXI. Sanctorius Sanctorius.

Juſtinopolitanus, profeſſor Patavinus, inde medicus Venetus, vir doctus & excitati ingenii, non ut in vulgaribus adquieſceret, aut in receptis opinionibus.

Ej. *methodus vitandorum errorum omnium qui in arte medica contingunt* libri XV. Venet 1602. fol. 1603. fol. L. 1630. fol. Tr. Genev. 1631. 4. *. Magni momenti opus, etſi raro citatur. Ratiocinandi equidem fuſior, & a noſtri ſeculi moribus atque ſapore remotior, uſus eſt, plenuſque liber præjudicata de veterum auctoritate opinione, & abundantia generalium, quod illius ſeculi commune vitium fuit; multa tamen hic utilia reperi. In L. I. fontes quærit, ex quibus morborum ſigna ſumere oporteat, actione nempe læſa, excreto mutato, qualitate mutata, motu morbi, juvantibus & lædentibus. Syndromes hujus utiliſſimæ ſignorum, qua plerumque utitur, omnino facit partes ſex: cauſas procatarcticas, proegumenas, ſymptomata,

mata, locum adfectum, juvantia, lædentia. Exemplum, ut ex his fontibus mali indoles eruatur, in variis caſibus. Errores eorum, qui abſque methodo de morbis definire volunt. De tangendo utero multa: de flocco mucilaginoſo, qui oſtium uteri in prægnantibus obturat, & de ſuæ ſyndromes utilitate in detegendis adfectibus. L. IV. docet metiri recurſus morboſos ex præſenti ægroti ſtatu; quod non debeat ab eo ſtatu fieri, qui prior in ægro fuit. Ornat vim conſuetudinis, quæ poſſit totius corporis temperiem mutare, etſi in naturam non undique tranſeat. L. V. ſigna peccantium humorum. Rerum naturalium claſſes quatuor, aſſumta, geſta animi & corporis, excreta & retenta, & foras adhibita. Signa vitiorum in humoribus, repetita a ſapore, colore, motu morbi. Pulſilogium promittit. Ut ſcholæ humorum vitia male divinare conentur. L. VI. methodus qua humores peccantes per ſyndromen ſignorum communium convertibilem deteguntur. Ut detegatur in exemplo, vitioſa bilis, pituita, melancholia, plethora, flatulentia. Hic icterum dicit a calculis veſicæ felleæ natum. L. VII. ſimili ad humores miſtos & compoſitos methodo utitur. Ut humores miſceantur. Sapores vitioſi, ſalſus, dulcis, ponticus. Colores. Expoſitis vitiis humorum eorum compoſitiones exponit, cum lumbricis, ſanie, lue gallica. Ita compoſitiones humorum poſſibiles invenit omnino 80084. Eryſipelas ſuppurantibus & emollientibus in gangrænam verſum. Qui credebatur diureticorum uſu ſanatus fuiſſe, nudato muco, quo calculus obvolvebatur, veſicæ gangrænam miſerrimamque mortem paſſus eſt. L. VIII. Qualitates primæ, ſecundæ, tertiæ, occultæ, quæ non a tota ſubſtantia, ſed a multis manifeſtis qualitatibus prodeant, & a vulgatis illis poſſint diverſæ eſſe. Vires medicatas ſtirpium a PLINIO & DIOSCORIDE dictas refutat. De venenis, ut per ſyndromen ſex primorum fontium cognoſcantur. Putredo humorum, pus. In L. XII. fuſe contra analogiſmum empiricorum. Experientiam fallacem eſſe & doloſam. L. XIII. cauſæ errorum in adminiſtrandis medicamentis. Multa bona de parca nimis doſi medicamentorum. De alienis medicandi temporibus, ut de criſeos tempore. De remediis alienis, ut de diureticis in calculo. Bezoar & cornu rhinocerotis incerta eſſe medicamenta. Contra AENOBARBUM quendam, qui ſtylo adacto in ſalvatellam, & in lienem ducto, nexum viſceris cum vena demonſtrare voluerit. Neque ſemper venæ ſectione utendum eſſe, neque nunquam. Veterum loca ad veſicatoria ſpectantia. L. XV. de convulſione. Reliqua ſpatiis incluſus iniquis illibens omitto.

EJ. *commentaria in artem medicinalem* GALENI Venet. 1612. f. L. 1630. 4.*. Lion 1632. 4. Fuſiſſimum opus, ut tædium lectionis vix feras. Paſſim priores commentatores refutat, imprimis ARGENTERIUM. Diætetica varia & therapeutica. De revulſione, derivatione. Ut modum invenerit ſtercoris olei ope abſque morſu educendi. Ex electario de citro pro calculo comminuendo exhibito, natam eſſe dyſenteriam.

EJ. *ars de ſtatica medicina ſectionibus aphoriſmorum ſeptem comprehenſa* Venet. 1614. 12. Bonon. 1694. 12. &c. Sed vide editiones in *B. Anat.* I. p. 324. Totam fere

medendi rationem perſpirationi ſuperſtruit; in ejus integritate ſanitatis perfectionem poſuit; ſalubritatem autem eſſe non in ſudore, ſed in tranſpiratione, quæ abſque ſenſu fit. A diminuta perſpiratione imminentem morbum certo præſagiri. Multa ſymptomata & eventa morborum per tranſpirationem interpretatur. De peſte peculiariter. Morbi a ſupreſſa tranſſpiratione nati ſigillatim. Plurima ad ſelectum & ad copiam ciborum, & ad reliquas res non naturales. Adfectuum animi poteſtates.

EJ. *commentarius in* I. *fen primi libri Canonis* AVICENNÆ Venet. 1626. fol. *. (LIND. 1625.) 1646. 4. L. Memorabile opus plenumque propriorum inventorum & cogitationum, apud auctorem primum natarum, etſi ſæpe & ipſe in ſterilli illa ſui ſeculi ſcholaſtica contemplatione verſatur. Primus thermometra nuper inventa in medicinam tranſtulit, primus hygrometra. Pulſilogium idem invenit, quo 133 motuum differentias diſtingueret (*a*), & fiſſilem ad calculum de urethra eripiendum forcipem, & acus triquetras varias. Aquam aſciticam feminæ per ſyringem in uterum tubaſque, ut intelligo, datam vult educere. Inſtrumenta varia ad dolores circumfuſo oleo ſedandos. Stillicidium ad paralyſin commendat, frigidam ad colicam. Monachum atrabilarium pia fraude circumventum ſanavit. Stillicidiis in nervos dimiſſis ſe paralyticos ſanaſſe. Lectus penſilis, quem in ſedile mutes: aeolipila ad ſomnum procurandum, medicata aqua ad phthiſin ſanandam replenda, ad refrigerandum aerem. Balnea in lectis ſumenda, inque ſacco coriaceo, pro hecticis. Caloris in ægris per thermometrum æſtimandi ratio.

EJUSD. *commentaria in primam ſectionem aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *& l. de remediorum inventione* Venet. 1629. 8. *. 1660. 4. L. Multum ratiociniorum Galenicorum, ad opiniones HIPPOCRATIS confirmandas congeſtorum. Intercedunt tamen ubique utiliter monita. Medicos improbat, qui ſuos ægrotos nimium nutriendo enecant. HIPPOCRATIS aphoriſmos fallere poſſe, niſi legitimo ordine diſpoſiti fuerint, quem GALENUS doceat. Digiti amiſſum ſenſum medicamento reſtituit ad cervicem admoto, ut olim GALENUS.

L. *de remediorum inventione* recuſus eſt Genevæ 1631. 4. *. Octodecim capita, ex quibus diſcimus, quid remedii cuique morbo oporteat opponere, ex loco adfecto, calore, magnitudine morbi, cauſis ſpecificis, ſympathia, viſcerum læſionibus, aliiſque infinitis minutis diſcriminibus adfectuum: uno verbo, quomodo ex theoria remedia morborum eruantur. Intercedunt aliquæ corporum morboſorum diſſectiones. Poſt febres malignas in hepate gangrænam reperit. Inciſionem apoſtematis in urethra carpit, ſponte, ut ſperat, ceſſuri. In maxima plethora

(a) Oſtendit BARTHOLINO *probl.* VIII.

plethora venam ejuſdem lateris incidit. Remediorum claſſes pharmaceuticæ, chirurgicæ.

Epiſtola viri *de calculo*, cum aliis Italorum *conſiliis*, eſt inter BEVERWYCKIANAS.

Opera omnia Venet. 1660. 4. 4 vol. BASEGG.

§. CCCCXXXII. VARII.

JACOBUS LAVELLIUS *lectiones ſuper pulſus ad tyrones*, & *commentarios in l. I. prognoſticorum* HIPP. edidit Venet. 1602. 8. BUN. TR. 1602. 4. OSB. 1620. 4. L.

EJ. *compendium medicinæ cum l. de pulſibus* Venet. 1610. 8. 1639. 8.

FERDINANDUS CARDOSUS. EJ. *tractatus de ſex rebus non naturalibus* Ulyſſipon 1602. 8. PL. recuſ. ab UFFENBACHIO.

IDEM erit FERD. FRANC. CARDOSUS, cujus *methodum medendi ſumma facilitate in III. L. diſtributam* habet LIND. Venet. excuſam 1628. 4.

EJ. *de febre ſyncopali tractatio, controverſiis, hiſtoriis; obſervationibus referta* Madrit 1634. 4. C. de V.

EJ. *utilidades de la agua y de la nieve, del bever frio y caliente* Madrit. 1637. 8. FALC. d'ETR.

FERDINANDUS CALVO Placentinus Veterinarius, *librum de albeiteria de* FERNANDO *de* REYNA *con las gloſas del autor* edidit Complut. 1602. 4. 1603. 8. B. BODL. 1623. 4. C. de V. Vide p. 150.

DEMETRII CANEVARII Patritii Genuenſis, *de ligno ſancto commentarius, in quo ejus qualitates exprimuntur, exque illis lignum quoddam, quod nuper in Italiam adlatum eſt, pſeudo lignum ſanctum eſſe demonſtratur* Rom. 1602. 8. *. Pleraque botanica ſunt, ubi vide. Novum lignum a vero multis modis differe, ventriculum erodere, œſophagum inflammare, excoriare, tabemque feciſſe in homine, qui ejus uſu ſudorem ſibi volebat elicere. Experimenta, quibus demonſtratur boni eſſe uſus, ab indoctis empiricis facta eſſe. Poſſe & aliis lignis tenui cum diæta hactenus aliquid profici. Ut ex ſenſilibus qualitatibus de viribus medicatis judicemus.

EJ. *ars medica, ſ. de curandis morbis & affectibus præter naturam* Venet. 1605. 8. Genuæ 1626. 4. BODL.

THOMÆ SANCHEZ *de ſacramento matrimonii* Genev. 1602. fol. Solum ex caſuiſtis caſuiſtis cito, qui infinita, etiam turpiſſima, de rebus venereis, & de impotentia atque ſolvendi matrimonii cauſis, admiſcuit.

J. BAPTISTÆ PERSONA *comm. in* GALENI *l. quod animi mores corporis temperiem ſequantur* Bergomi 1602. 4. GUNZ.

EJ. *diſcurſuum medicinalium l.* Bergom. 1603. 4. *Scritt. Berg.*

EJ. *ſcholia in* GALENI *l. III. de venæ ſectione* Bergomi. 1611. 4. L.

EJ. *noctes ſolitariæ de iis, quæ ſcientifice ſcripta ſunt ab* HOMERO *in Odyſſæa, in quibus multa medica & phyſiognomonica* Venet. 1609. 4. SCENA *ſcript. Bergom.*

FABRICIO PADOANO *diſcorſo ſopra gli anni climacterici* Rom. 1602. 4. B.

J. AFFINATI d'ACUTO *il muto che parla dialogo ove ſi tratta delli defetti della lingua humana* Venet. 1602. 8. CARRERE.

MARIUS ZUCCARIUS Neapolitanus. EJ. eſt *de vera & methodica nutriendi ratione Neapoli uſurpata pro curandis morbis* Neapoli 1602, 4. TOPP.

EJ. *de morbis puerorum tr.* ib. 1604. 4. OSB.

EJ. *de morbis partis animalis P. I.* ib. 1623. 4. L.

EJ. *methodus occurrendi venenatis corporibus* ib. 1611. 4. TOPP.

EJ. *de morbis complicatis* ib. 4. LIND.

EJ. *de morbis corporis humani eorumque curatione* Francof. 1651. 4. ASTR.

EJ. HIPPOCRATIS *epidemialium obſervationum pars 1. quatuor contenta languentibus* Venet. 1627. 4. TOPP.

MICHAELIS SCOTI *menſa philoſophica, ſ. enchiridion quo de quæſtionibus menſalibus agitur* Francof. 1602. 12. d'ETR.

JULII PELEI *quæſtio de ſolutione matrimonii ob defectum teſtium non adparentium in ſenatu tractata & judicata* Pariſ. 1602. 8. FALC.

EJ. *de ſolutione matrimonii ex cauſa frigoris* Pariſ. 1602. 8. FALC.

J. BAPT. CAVALLERIUS *de morbo epidemiali* Neapoli 1602. 4. HEINS.

WOLFGANG HOECHSTETTER *de ſalubri ſtudioſorum victu* Ingolſtatt. 1602. 8.

EJ. *medicamentorum œconomia, ſ. nova medicamentorum doſes, ſedes & familias diſtribuendorum ratio* ib. 1610. 8. 1615. 8. GRUENWALD.

JOHNSON *practicæ medicinæ l. de præcipuorum morborum capitis cauſis* &c. Lond. 1602. 4. TR.

J. Ferrandi junioris medici Regii, *de febribus libellus ex variis authoribus collectus* Pariſ. 1602. 12. *. Integri loci, neque ii exigui, ſcriptorum collecti. Medicamenta aliqua, ut catapotia ad arcendam peſtem utilia. In febre peſtilente vomitum periculo plenum eſſe; fuiſſe qui non prius vomendi finem facerent, quam vita eos deſereret. Contra diarrhœas: ſalubriter eveniſſe, quæ ſtatim ab initio morbi ſe produnt. Seculum in viro excuſes, qui velit vigilias odore olei lactucæ ſuperare.

Jean Taxil Medicus Arelatenſis ex pago des *S. Maries*, non indoctus, ſed ſuperſtitioſus, *tr. de l'épilepſie vulgairement appellée en Provence la goutete aux petits enfans, avec pluſieurs queſtions curieuſes touchant les cauſes, prognoſtiques & cure d'icelle* Tournon 1602. 8. Falc. Houss. 1611. 8. d'Etr.

Ej. *l'aſtrologie & phyſiognomie en leur ſplendeur* Tournon 1614. 8. Rast. Aſtronomiam detegere nobis futuram ſterilitatem, morbos epidemicos, alia. Magnam eſſe potentiam conjunctionum & ſtellarum ad generandos ventos & tempeſtates pluviaſque, per exempla nupera. Ex Hippocratis mente medicum debere Aſtrologum eſſe. Vires ventorum eteſiorum. Genethliacam medicis neceſſariam eſſe, ex ea mortes violentas ſæpe prædictas fuiſſe, potiſſimum etiam Henrici IV. Multum ea arte valuiſſe theologum Valentinum Gautier.

C. T. *Againſt the pernicious uſe of tobacco* Lond. 1602. 4. Riv.

Joh. Gimenez Sasariego *tratado de la peſte, ſus cauſas, preſervacion y curacion* Antequera 1602. 4. C. de V.

Vincenzo Bruni *tre dialogi nel primo delle tarantola, nel ſecondo del vivere e morere, nel terzo delle pietre pretioſe, e de ſimplici* Napoli 1602. 4. Mazuch.

Victorin Bucher *neu Arzneybuch von allen u. jeden Krankheiten des menſchlichen Leibes von der Hauptſchedel bis auf die Füſſe nach eines jeden Geſchlecht und Alters complexion* Francf. 1602. 8. Huth.

Christ. Henr. Ayrer *Regiment wie man ſich in den gefährlichen Zeiten der Peſtilenz verwahren möge* Nürnberg 1602. 4. Tr.

Agapeti Kozer *Kriegs und Reiſapothek von* Leonhard Thurneisen *practicirt* Zerbſt Leipz. 1602. 8. *. Merus agyrta. Initium fit a tincturis lapidum pretioſorum, ſmaragdi qui feminas fertiles reddit: de oleo ſolis, de oleo caſſiæ quod purgat, ut tamen animo lætitiam reddat. Oleo ſuccini plurimum tribuit. Singulo morbo aliquo ſuo arcano medetur, nulla ſignorum aut temperamentorum ratione habita.

Apothekerordnung in der Stadt Görliz Görliz 1602. 4. Draud.

Manuale medicum, Handbüchlein vieler vornehmer Arzneyen u. Experimenten ſamt einem Herbario der vornehmſten Kräuter Francf. 1602. Burck.

§. CCCCXXXIII.

§. CCCCXXXIII. Disputationes.

Tobiæ Tændler *de noctiſurgio* Witteb. 1602. 4. Menz.

Ej. *diſp. de temperamentis* Witteb. 1605. 4. Tr.

Ej. *de faſcino & incantatione* Witteb. 1606. 8.

Ej. *de melancholia ejuſque ſpeciebus* ib. 1608. 4. Riv.

Ej. Democriti *de natura hominis epitome ad* Hipp. Coum *perſcripta* ib. 1609. 4.

Ej. *circumſpectionum chirurgicarum decas* ib. 1610. 4. ſi huc facit.

Ej. *de iſchiade* ib. 1612. 4.

Ej. *de matricis præfocatione & menſium provocatione* ib. 1614. ib.

Ej. *diſſ. phyſicæ & medicæ. Acc.* Mart. Biermann *de magicis actionibus* ἐξέτασις ib. 1613. 8. Inter eas eſt diſp. *de faſcino & incantatione, de melancholia, de melancholicorum ratiociniis & mirandis operibus, de noctiſurgio.*

Ej. *de anorexia ventriculi* Witteb. 1615. 4. Riv.

Aſſertionum medicinalium faſciculus I—III. Würzburg. 1602. 4. Richt.

Sebastian Möller *de apoplexia* Francof. Viadr. 1602. 4. He.

Ej. *de vertigine* ib. 1602. 4. He.

Ej. *de epilepſia* ib. 1602. 4. He.

Ej. *de phthiſi* ib. 1603. 4. He.

Ej. *de ſuffuſione* ib. 1603. 4. He.

Ej. *de dyſenteria & colica* ib. 1607. 4. He.

Ej. *de angina* ib. 1602. 4. He.

J. Assueri Ampsing *diſſ. jatromathematica de medicinæ & aſtronomiæ præſtantia & utriuſque indiſſolubili conjugio* Roſtoch 1602. 4. L. 1618. 4. L. 1630. 8. Endt.

Ej. *diſp. de theriaca ſenioris* Andromachi ib. 1611. 4. Tr. Vater. apud Linden. a. 1618. 1619. 1623. 8. Gunz.

Ej. *de alopecia & ophiaſi* ib. 1616. 4. ib.

Ej. *de morbo in genere conſiderato* ib. 1616. 4. He.

Ej. *de morbo in ſpecie conſiderato* ib. 1616. 4. He.

Ej.

Ej. διάλεξις *de morborum differentiis duabus partibus comprehenſis* Roſtoch 1618. 4. Tr.

Ej. *de dolore capitis* ib. 1619. 4. L.

Ej. *de hydrope* ib. 1622. 4. He.

Ej. *de morborum differentiis l. acc.* Ej. *de theriaca ſenioris andromachi oratio* ib. 1623. 8.

Ej. *hortus adfectionum capillos & pilos humani corporis infeſtantium* ib. 1623. 8. Trew.

Ej. & J. Assueri *Bedenken wie man ſich in Sterbensläuften ſowohl in Præcautione als Curatione zu verhalten* ib. 4. Tr.

Hieron. Seiler *de jecinoris obſtructione* Baſil. 1602. 4. Pl.

Jac. Behrnauer *de fluxionibus in genere* ib. 1602. 4. Riv.

J. Koppius *de purgatione* Baſil. 1602. 4.

Abraham Fuchs *de venenis* ib. 1602. 4.

Edmund Hollyng, Prof. Ingolſtad *de ſalubri ſtudioſorum victu ſ. de litteratorum valetudine conſervanda & vita diutiſſime producenda l.* Ingolſtatt 1602. 12. Rast.

Ej. *ad epiſtolam a* Mart. Rulando *de lapide bezoar & fomite luis Ungaricæ reſponſio* ib. 1611. 8. Tr.

Joachimi Tankii *de Hippocrate* Lipſ. 1602. 4. Hænel.

Ej. *de phlegmone* ib. 1608. 4.

Edidit Henr. Warenii *noſologiam ſ. affectuum humani corporis curationem hermeticam & Galenicam* ib. 1605. 8. L.

Ej. *funebre progr.* Altenburg 1610. 4. auctore J. Angelo Werdenhagen.

Ej. *obſervationes aliquæ anatomicæ* in Greg. Horstii *obſervationum* L. II.

Barth. Perdulcis & Ant. le Gros *E. natura morborum medicatrix* Pariſ. 1602. 4.

J. Martin & Petr. Baron *E. gravidis phlebotomia tutior catharſi* Pariſ. 1602. 4.

Claudii Bazin & Henr. Gomer *E. cathartico ſuperdormiendum* Pariſ. 1602. 4.

Henr. Blacvod & J. le Fournier *E. hepatitis inexpugnabilis* Pariſ. 1602. 4.

Nic. Ellain & Petri de la Boissiere *E. ſuppreſſis menſibus ſaphena* ib. 1602. 4.

Henr.

Henr. Blacvod & Henr. Gomer *E. maxima pars morborum a cerebro* ib. 1602. 4.

Nic. Ellain & Adrian du Chemin *E. viceſimus dies criticus* ib. 1602. 4.

Guill. de Baillou & Andr. le Gros *E. inflammationum & febrium venæ ſectio ἡγεμονικον* ib. 1602. 4.

Henr. de Monantheuil & J. Letus *E. omnium corporis partium conſpiratio* ib. 1602. 4.

Mich. Marescot & J. Riolan *E. rerum naturalium ſcientia medico neceſſaria* ib. 1602. 4.

§. CCCCXXXIV. Theodorus Turquet De Mayerne.

In pago prope Genevam natus, in chemica medicamenta pronior, non ideo non dogmaticus, Pariſiis artem exercuit, in Gallia a ſchola Galenica agitatus, in Anglia Jacobi I., & Annæ, Caroli I. & Mariæ Reginæ valetudinem rexit. Obiit ſenex a. 1654. Albonæ ab a. 1621. dominus. Edidit primum *Apologiam, in qua videre eſt, inviolatis* Hippocratis & Galeni *legibus remedia chymica præparata tuto uſurpari poſſe* Rochelle 1603. 8. *. Se Monſpelii artem didiciſſe, pharmacopœis in artem Mesvei prælegiſſe, inter medicos regios adoptatum fuiſſe. Nunc Pariſinos in chemiam hoſtili eſſe animo, quam artem ignorent. Curationes Turqueti aliquæ, Pariſinorum mala conſilia. Vitrioli analyſis. In eo eſſe ſulfur vehementer refrigerans, phlegma, ſpiritum ut aqua vitæ ſubtilem, alium validum acidum, oleum rubrum omnium acidorum potentiſſimum. Ut curaverit hominem a fumis metallicis laborantem, cui aſthmati brachia vulgaria imparia ſunt; noſter eum pene moribundum nactus, vomitu, clyſteribus exſiccatoriis, celeriter reſtituit. Alium apoplecticum, deinde hemiplecticum, ſanavit purgationibus, viri moderato uſu. Ut hominem perinde a metallicis laboribus reſolutum, per venæſectionem etiam magis ægrum factum, hydrargyro, ut intelligo, & gratis, reſtituerit, & alium lumbrorum doloribus a plumbeis laboribus adfectum, quem medici pro nephritico curabant. Cum Quercetano ſcirrhum lienis ſe molliviſſe. Ordinem medicum inſulſam ſui Collegæ cenſuram probaſſe. Auctorem librum eſſe D. Helin. Seguini & junioris Akakiæ opus eſſe G. Patin.

Ej. *de gonorrhœæ inveteratæ & carunculæ ac ulceris in meatu urinario curatione epiſtola* eſt in Hildanianis in Cent. I. & altera in V. Hujusmodi etiam malum in Henrico IV. curavit, & ulcus perforavit.

Ej. *medicamentorum formulæ* Lond. 1640. f. B. Thomas. eædem cum poſthumis ſcriptionibus, quas dicemus.

Ej. *tract. de arthritide. Acc.* Ej. *conſilia aliquot medicinalia e gallico latine edidit* Theophil. Bonet Genev. 1674. 12. * recuſa Lond. 1676. 12. Anglice *on the gout by* Shirley Lond. 1676. 8. Osb. Narcoticis utitur, eaque defendit,

dit, in arthritide brevis; in conſiliis plenior. De phthiſi pluſcula: balſamo utitur Peruviano. Fiſtulam pectoris bis ſanavit reddito nativo aere Hiſpanico, quæ recruduerit eo aere mutato. Maximus perinæi abſceſſus emollitus, ruptus, reſectum quod corruptum erat, ut ſphincter tamen integer ſupereſſet, & æger reſtitutus. Iſchuria a calculis renalibus. Ad carunculas candelæ ex emplaſtro de ranis cum mercurio. Ad peſtem conſilium, tum BOUVARDI ad gutturis conſtrictionem.

EJ. *ſyntagmatis praxeos medicæ* P.I. Lond. 1690. 8. recuſa Genev. 1692. 12. Aug. Vind. 1691. 8. *, in qua editione acceſſit libellus *de cura gravidarum* ex MS. bibliothecæ GEORGII H. WELSCHII. Gallice Lyon 1693. 8. cum tr. *de arthritide* ASTR. Morborum cauſæ a capite ad calcem: hiſtoria mali brevior, plus medicamentorum, quorum aliqua efficacia & novitate placent, ut ſemen hyoſcyami ad epilepſiam, calamus aromaticus ad vertiginem, helleborus albus ad maniam, cum nigri extractum debile ſit; porro vapor hederæ ad pertinaces capitis dolores, mercurius ſublimatus ad granum unum in ſcrophulis apertis, ſemen naſturtii ad infarctos infantum pulmones, fumus calcis vivæ ad compeſcendam hæmoptoen, fumus guaiaci ad ſiccanda ulcera pulmonis, æthiops ferreus ad diarrhœam, denique acidorum medicamentorum ante SYDENHAMUM laudes. Neque nullæ ſunt peculiares & propriæ adnotationes. Epilepſia per febrem intermittentem ſublata. Cataracta, quæ ſponte deſcendit. Humor aqueus turbidus emiſſus, limpido noviter ſuccreſcente humore reparatus. Paracenteſis in pulmonis ulcere ſæpe felix. Mictus ſanguineus lacte curatus. Flatus ad educendum calculum adhibitus. Alia minus probes, ut marcaſitam (Anglicam, quæ in cretaceis reperitur) ad epilepſiam valentem: aut ſpiritum aceti, qui de plumbeo vaſe ſtillaverit, & vomitum moveat: aut ſaccharum ſaturni cum terebinthina adverſus vertiginem efficax; aut linimentum ex bufonibus ad ſcrofulas, fumum auripigmenti ad tuſſim, bufonem vivum cuti adplicatum ad hæmoptoem, medicamentorum ex jecore paratorum ad jecoris vitia vim, ex pulmone ad pulmonis mala, aquam ſtillatitiam ſtipitum fabarum ad hydropem. Subjectus eſt cenſus medicamentorum MAYERNIO familiarium.

Brevis, neque magni momenti *libellus de cura gravidarum & partu difficili.* Vix probes conſilium in principio datum, vomitus nempe cataputia in gravida movendi.

Alterum ſyntagma ſucceſſit *de febribus, morbis externis, arthritide, lue venerea* Lond. 1695. 8. HUTH. *Conſilia, epiſtolæ & obſervationes* Aug. Vind. 1697. 8., quod non legi.

Praxis medica MS. erat inter TYSONI codices *Codd. Brit.* n. 4164. *Pratique de médecine* prodiit Lion 1693. 8.

Denique JOSEPHUS BROWNE M. D. edidit *opera medica, in quibus continentur conſilia, epiſtolæ, obſervationes, pharmacopæa variæque medicamentorum formulæ, quæ*

quæ Annæ & Mariæ Reginæ præſcriptæ fuerunt Lond. 1703. f. * etſi etiam editionem 1700. apud MEAD, & 1701. apud PL. citari video. Nitida ſed vitioſa & negligentiſſima editio. Codices dicuntur ad prelum ab auctore præparati, & eo fine ad BONNETUM miſſi fuiſſe, chirurgica vero a BROWNIO de induſtria omiſſa. Praxis fere Galenica eſt, etiam medicamenta, niſi quod aliqua chemica intermiſta ſint. Non inficete certe ſolebat, integram mali curationem mali mente concipere, eam ideam ſigillatim perſequi, & ſingulis ſymptomatibus ſua opponere auxilia, ut in eodem morbo medicamenta ad lienem, hepar, aliaque viſcera confirmanda reperias: neque victus rationem negligebat. In exemplo, in melancholia utebatur extracto ſucco hellebori albi atque nigri, quem tamen, cum ſegnius operetur, fortioribus draſticis maritabat, neque metuebat ſeſquidrachmam exhibere fibrarum. Caſus medicos enarrat bene multos. Balnea admittebat, non vero lac aſininum. Morbus ultimus & inciſio cadaveris HENRICI WALLIÆ principis, ex febre remittente tritæophya exſtincti, in qua medici modo roborantem indicationem ſecuti fuerant, modo revellentia dederant. Calculoſus homo cum caruncula in chirurgicis dictus eſt, tum miſerrimus caſus docti illius CASAUBONI, cui in appendice veſicæ amurca fetidiſſima de lotio colligebatur. In clyſteribus crocum metallorum admiſcebat: in febre maligna puerperæ papaveracea, acidum ſulfuris ſpiritum. Ad G. HARVEIUM de morbo Electoris Palatini epiſtola. Empyema, in quo pus & de ore rejiciebatur & extus effuſum erat: noſter paracenteſin ſuadebat, quæ ſibi ſæpe feliciter eveniſſet, tamen ut externum muſculum tranſverſum incideret, interno parceret.

In P. II. *operum Pharmacopæa* eſt, quæ eadem dudum *formularum* titulo prodierat. Multa Galenica perinde & chemica. Ad calculum lycopodium: cantharides etiam, cum millepedibus. Contrayerva ſcopo alexipharmaco. Morbi Annæ Reginæ per hydropem denique terminati, fuſa ephemeris. Molis carneæ per inteſtina excretæ pluſcula exempla. Hæmorrhagia narium effuſa ſcorbutici generis. Diarium morborum, quos Henrica Maria Regina paſſa eſt, inter eos repetiti abortus. Jam tunc tamen vir obſtetricius ad fetum educendum vocatus fuit.

Extracts of more than 20. MSs. of Sir Theodore M. erat *in Cod. MS.* NATH. JOHNSON.

Elogium viri in l. *des devoirs d'un médecin* Lond. 1700. 4.

Multos codices MS. chirurgicos editor BROWNE edere noluit, ob numerum tabularum, & pauca ſubſcribentium nomina.

§. CCCCXXXVI. VARII.

Apologia pro HIPPOCRATIS & GALENI *medicina adverſus* QUERCETANI *l. de priſcorum philoſophorum veræ medicinæ materia. Accedit cenſura ſcholæ Pariſienſis* Pariſ. 1603. 16. *. Abſurdi aliqui loci PARACELSI citantur & exagitantur. Scholæ Pariſinæ pronuntiatum adverſus chemica medicamenta judicium additur.

Ad famoſam TURQUETI *apologiam reſponſio. Accedit cenſura ſcholæ Pariſienſis* Pariſ. 1603. 16. *. De ægroto a THEODORO TURQUET infeliciter curato, cum in febre lenta calida ei præſcripſiſſet, ſalesque & alia incondita. Venæ ſectionis apologia, quæ Pariſiis magis quam Monſpelii requiratur. Aliæ malæ curationes THEODORI, etiam cum jactaret ægros ſanatos eſſe.

VINCENTII ALSARII a CRUCE medici Genuenſis, *de epilepſia ſ. comitiali morbo prælectionum Bononienſium* l. III. Venet. 1603. 4. *. Contra CAPIVACCIUM, qui miro certe conſilio ab epilepſia convulſionem ſeparaverat. Cauſam mali eſſe in occluſione ventriculi medii cerebri, aut poſtremi, vel in obſtructis etiam arteriis carotidibus venisque jugularibus: multum hic litigationis abſque experimento ad ſeculi morem. Epilepſiæ ſympathicæ. Cauſæ proximæ. Imminentis mali ſigna, ex quibus etiam humor definiatur, cujus ex culpa malum fiat. Symptomata, prognoſtica, propagatio hereditaria. Galenica ubique ſermocinatio.

EJ. *de verme admirando per nares excuſſo commentariolum ad* FULVIUM ANGELINUM *cum ejuſdem de eodem brevi diſcurſu* Rom. 1610. 4. L.

EJ. *de morbis capitis frequentioribus, quorum cognitio & curatio traduntur — de catarrho, phrenitide, lethargo & epilepſia ſ. comitiali morbo libri VIII. de liquore chalcanthi, ejus abuſu in febrium & morborum acutorum curatione* Rom. 1617. 4. Venet. 1619. 4. L. Unus trium librorum de morbis pectoris.

EJ. *de quæſitis per epiſtolam in arte medica centuriæ quatuor* Venet. 1622. fol.

EJ. *præfatio in R. Gymnaſio habita* Rom. 1622. 4. CINELLI.

EJ. *conſultatio medica pro nobili adoleſcentulo, oblivione, ſurditate, ſubſurditate & obauditione laborante* Rom. 1629. 4. GUNZ.

EJ. *conſilium prophylacticum a lue peſtifera* Rom. 1631. 4. HANSEN. Italice *Providenza medica per preſervarſi dell imminente peſte diſcorſo practico, ove ſono rimedi preſervativi e curativi cavati col mezzo di ſcopi metodici della chirurgia farmacia dieta* Rom. 1630. 4. FALC.

EJ. *Veſuvius ardens, ſ. exercitatio medico phyſica de* ριγοπυρετω *ſ. incendio M. Veſuvii anni* 1631. Rom. 1632. 4. Si huc facit.

EJ. *de hæmoptyſi ſ. ſputo ſanguinis l.* Rom. 1633. 4.

EJ. *Ephemeridum, ſ. diuturnarum obſervationum libri duo priores & poſteriores* Bonon. 1641. 4. *Ephemerides* in l. *de epilepſia* citat, & juvenile vocat opus.

Gynæciorum & pædocomices codicem G. H. WELSCHIUS editurus erat, in *vita*. Poſthuma etiam reliquit in HIPP. de morbis internis *comm.* MANDOS.

CLAUDIUS DEODATUS medicus Epiſcopi Baſileenſis. EJ. eſt *libellus de vero & legitimo aquæ cordialis concinnandi modo & curandi ratione* Patav. 1603. 8 PL. Hanau 1652. 12. *. Diſcipulus HERCULIS SAXONIÆ miram farraginem deſcribit, ex calidis & frigidis miſtam, quam neque calidam eſſe neque frigidam contendit. Scriptio olei LUDOVICI de LEONIBUS mille aureis redemta. Ingredientium examen & cauſæ utendi.

EJ.

EJ. *Pantheon hygiaſticon Hippocratico hermeticum* Bruntrut 1629. 4. *. Vaſtum opus, verboſumque, in quo PARACELSI placita cum ſcholarum præceptis ſtudet conjungere. A longævitate & valetudinis integerrimæ ſignis incipit, ſperatque nihil interceſſurum, quin homo ad annum 120. vitalis ſuperſit. Ut ad eam longævitatem perveniatur per ſelectum alimentorum & præſidia chemica, quæ inter plurima certe inertia invenias, margaritas, corallia, lapides pretioſos, rorem ſolis. Oleum vitrioli & hoc ſcopo, & ad varia mala, magnis extollit laudibus. Res non naturales fuſe, eas inter venti, aſtra; elementa; regionis ſelectus. Pro aſitia, exemplo etiam APOLLONIÆ SCHREYER producto. Virgo cataleptica per duos fere annos autumnali tempore nihil ciborum ſumebat, vomitu tamen rejiciebat tenacem materiam quaſi adipoſam. Inde dictionarium edulium, eorum vires nutrientes, etiam medicatæ, collectitiæ, integrum certe opus juſtique voluminis. L. II. Aromata, condimenta, res coquinaria, cibi ſumendi ratio, balnea, potus, aquæ minerales, ſomnus, animi adfectus. L. III. conſilia medica, venæ ſectio & ſanguinis miſſio varia. Purgantia, etiam potiſſimum chemica. Vires admirabiles, ut putat, metallorum, & balſamica ex fonte minerali repetita medicamenta, tum formulæ & compoſitiones variæ, & ad omnes morbos & ad ſingulos.

EJ. *kurzer gründlicher Bericht über des* GABELCHOVERI *Würtembergiſches Arzneybuch* Freiburg 1598. 8. TR.

EJ. *obſervationes pluſculæ chirurgicæ & medicæ* ſunt in HILDANI *operibus.*

NATHANAEL LUCY *de podagra* Francof. 1603. 6. TR.

FRID. FORNERI *de temulentiæ malo ejuſque remediis* Ingolſt. 1603. 8. Bamberg 1617. 8. FALC. ſi huc facit.

FRANCISCI BONAMICI *de alimentis l. V.* Florent. 1603. 4.

MARCI ANTONII ULMI *Hippocrates medicus* Bonon. 1603. 4.

Utcunque huc referas EJUSD. *Uterum muliebrem, ſ. de indiciis cognoſcendi temperamenta uteri vel partium genitalium mulieris* L. I. Bonon. 1603. 4. *. Uteri calidi, frigidi &c. indicia ex pube, menſibus & adnotationes aliquæ.

J. MATTHIAS *quæſtionem medicarum & practico neceſſariorum enodatio ſcholaſtica* Francof. 1605. 4. TR.

EJ. *diſcurſus medicinalis de febre peſtilentiali, quæ per Germaniam pervagata eſt* ib. 1603. 8. TR. Contra venæ ſectionem.

EJ. *Conſilia medica diverſorum auctorum* Francof. 1608. 8. TR.

EJ. *centuria difficultatum medicarum* Herborn. 1616. 8. TR.

EJ. *ſpeculum ſanitatis rerum non naturalium adminiſtrationem continens. — Hortus medicus ſimplicium medicamentorum. Examen in quo ſimplicium quorundam facultates traduntur exploſis ſuperſtitionibus* ib. 1620. 8. TR.

EJ.

Ej. *de febre peſtilentiali, quæ ſuperioribus annis Germaniam pervagata eſt* Frf. 1620. 8.

Matthæi Catosii *chronoſophia ſ. diſputationes de quatuor anni temporibus earum natura & temperamentis adverſus placitum* Aristotelis *philoſophorum & medicorum omnium* Florent. 1603. 4. L. Venet. 1630. 4. L.

Emanuel Gomez Luſitanus ſed Antwerpiæ natus. Ej. *de peſtilentiæ curatione methodica, in quo cauſæ, ſigna, medicamenta* &c. Antwerp. 1603. 4. Lovan. 1643. 4.

Ej. *que el priore aforiſmo de* Hipp. *ſerva en la milicia come a la medicina, y de los tres guſanos aranna hormiga y Abeja* Antwerp. 1643. 4. C. de V.

Ej. *ſelectæ exercitationes* &c. Pariſ. 1617. 8. L.

Ej. *ars medica in duas partes diviſa in qua ea explicantur quæ ad medicinam docendam neceſſaria ſunt. Acc. Exercitationum medicinalium Decas* Aquis ſextiis 1633. fol. Rast. 1638. f. Hotton. Falc.

J. Munster *diſcuſſio eorum quæ ab* Abrahamo Schopfio *in generalis ſua omnium præſidiorum medicorum univerſalium & topicorum diſquiſitionis libri III. ſectione IV. tum de aliis quibuſdam ad purgandi negotium ſpectantibus theorematis, tum V. quæ nuper de purgatione principio morborum inſtituenda contra* Hippocratis *aphoriſmum I. 22. ſcripta ſunt. Acc. duæ ejuſdem argumenti appendices* Francof. 1603. 8. Tr. 1617. 4. Tr.

Ej. *diſp.* περὶ παιδοφλεβοτομίας *l. V., quibus* Galeni *decretum de non mittendo pueris infra* 14 *annorum ſanguine pro* Alexandro Massaria *adverſus* H. Augenii *calumnias defenditur* Tubing. 1604. 4. Pl. Rast.

Sim. Stenii *oratio, qua* C. Peuceri *manibus parentatum eſt* Serveſt. 1603. 4. Boehm.

C. F. Brechtel *neuer Arzt* Nurnberg 1603. f. Tr.

Ej. *nomenclatura pharmaceutica h. e. liber appellationum & titulorum omnium præcipuorum medicamentorum* Nurnb. 1605. fol. Tr.

Sebastiani Meyronis (Meyer) *inſtitutiones medicæ, ſ. prima artis fundamenta* Friburg Briſg. 1603. 12. B. Thomas.

Ej. *ſelectorum phyſicorum medicinalium & politicorum ſylloge* ib. 1617. 12 Leuv.

An huc Ejus *anguſtæ laudes divinæ majeſtatis a miraculis in homine* ib 1627. 12.

In Antonii Possevini ſen. *Bibliotheca* Venet. 1603. fol. excuſa eſt Nicolai Curtii *methodus conſultandi.* Tum de Hippocrate varia, de Dioscoride, de Galeno, aliis medicis, & generalia quædam de arte, atque catalogus auctorum, qui de medicina ſcripſerunt.

§. CCCCXXXVI. Alii.

J. Baptista Xamarro *Conocimiento de los diez aves menores de xaula ſu canto enfermidad & cura* Madrid. 1603. 8. C. de V. 1604. 8.

Ej. *indicacion de la ſangria* Pintiæ 1604. 4. ib.

Francesco Sylva y Olivera *diſcorſo de la providencia y curation de ſecas y carbunclos con contagio* Granada 1603. 8. C. de V.

Thomæ Bianzani *della natura e qualita di bagni di Valdera e Vinadio* Turin 1603.

Ej. *quæſtiones medicinales num vena ſecanda ante annum decimum, num purgatio poſſit ſupplere venæ ſectionem* Monteregali 1604.

Francisci Beler *de* Arciniega Caſtellani, *hiſtoria de los animales mas recibidos en el uſo de la medicina* Madrid. 1603. 4. C. de V.

Ej. *farmacopea de muchos uſos importantes a los boticarios* ib. 1603. C. de V.

Landrey *Teratologie ou diſc. des prodiges* Clermont 1603. 8. Falc. ſi huc facit.

Jourdain Guibelin *diſcours philoſophique ſur l'homme & ſur l'homme melancholique* Evreux 1603. 8. *. Varia exempla hominum, per fraudem & imaginationem ſanatorum.

Cum Galeni l. *de curatione per venæ ſectionem* prodiit Pariſ. 1603. 12. *diſcours ſur les cauſes pour leſquelles on ne ſaigne pas tant ailleurs qu'à Paris, & pourquoi quelques médecins même ont détracté de cette practique* Gunz.

Edw. Jorden *of the diſeaſe called the ſuffocation of the mother* 1603. 4. Mead.

Thom. Lodge *a treatiſe of the plague* Lond. 1603. 4. Mead.

Bamferd's *dialogue concerning the plagues infection* L. 1603. 8.

Christ. Richter *Bericht wie man von der Seuche der Peſtilenz præſervirt u. [illegible]berirt werden könne* Hamburg 1603. 4. Tr.

Bartholomæi *Unterricht von allerley Speiſen und Getränk* Erfurt 1603.

Hieronymi Lambach *conſilium medicum quo raphani uſus arguitur* Hamburg 1603. 8.

Barbaræ Weintraubin *Arzneybüchlein* 1603. 8. Zoch.

§. CCCCXXXVII. Disputationes.

Adam Luchtenius *de catarrho* Helmſtat. 1603.

Ej. *de apoplexia* ib. 1607. 4. He.

Ej. *de phrenitide* Helmſtat. 1607. 4.

Ej. *de hydrope* ib 1608. 4.

Ej. *de melancholia primaria* ib. 1608. 8.

Ej. *de phthiſi* ib. 1608.

Ej. *de tertia ſpecie melancholiæ quæ ab hypochondriis dicitur* ib. 1609.

Ej. *de natura, eſſentia, cauſis convulſionum* ib. 1610. 4. He.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1612. 4. He.

Alardus Auletius *Leovardienſis.* Ej. *monitio ad ordines Friſiæ de reformanda praxi medica* Francof. 1603. 4. L.

Christ. Acidalius *de temperamentis in genere tum in ſpecie de corpore humano* Breslau 1609. 4.

Ej. Diſp. *de pleuritide* Baſil. & inter Genathianas 1620.

Ej. *exſequiæ* Wolfg. Meurero *ductæ* Lipſ. 1604. 4. Tr.

Wolfgang Loss *de pleuritide* Heidelberg 1603. 4. He.

Ej. *de melancholia hypochondriaca* ib. 1609. 4. He.

J. Gigas *de dyſenteria* Baſil. 1603. 4. Riv.

J. Pauli *de pleuritide &* . . . . ib. 1603. 4. Burkh.

J. Loegler *de venenis* ib. 1603. 4. Pl.

Wilhem Adamius *de peſte* Hafniæ 1603.

Henr. *de* Monantheuil & Dom. Guerin *E. in vere maxime tempeſtiva purgatio* Pariſ. 1603. 4.

Mich. Marescot & Petr. *le* Marechal *E. methodus medendi medicamentorum varietate potior* ib. 1603. 4.

Alb. *le* Fevre & J. Riolan *E. parotis juvenibus quam ſenibus periculoſior* ib. 1603.

Petr. Laffile & Claud. Rabeux, *Non E. omnium rachiticorum eadem curatio* ib. 1603.

J. *le* Mercier & Claud. Rabeux *E. colico dolori venæ ſectio* ib. 1603.

Mich. Toutain & J. Riolan *Non E. luis venereæ & peſtis idem contagium* ib. 1603.

§. CCCCXXXVIII.

§. CCCCXXXVIII. Julius Cæsar Baricellus.

A S. Marco, medicus Neapolitanus. Ej. *de lactis ſeri & butyri facultatibus & uſu* Neapoli 1603. L. 1623. 4. *. Præfatio data eſt a. 1623. Compilatio, quam tamen aliqua paſtoralia elementa lactis non ſinunt totam inutilem eſſe. Suillum coagulum mitius eſſe, & leniorem dare caſeum, & ſerum ejus ope paratum commode purgare. Lac vaccinum minime purgare, magis aſininum, maxime caprinum. Caſeum ex ovillo & caprillo lacte mordicantem parari. Serum ſecundo coactum aquoſius & tenuius eſt. Butyrum; ea occaſione etiam de lacte virginali, antimonii butyro, aliis. Puerum maniacum lactis ope ſe curaſſe. In abortus periculo, perinde ut veteres, cucurbitulam ſub mammis admovet.

Ej. *de hydronoſa* (ſic) *natura, ſ. ſudore humani corporis l. IV.* Neapoli 1614.*. Fuſum opus. Multa eruditio, neque debile judicium hoc in opere auctor oſtendit, in exponendis controverſiis & rationibus litium dudum ſepultarum expendendis, excitata etiam dictio eſt, & bonus ordo. De ſudore craſſo, tenui, multo, pauco, calido, frigido, colorato, guſtabili, fœtido, bene olente, ſtrepero & ſilente, diurno, nocturno, hiberno &c. Deinde de ſudoribus in morbi principio, ſtatu, criſi, de præſagiis a ſudore. Demum de ſudorum artificialium mechaniſmo, balneis laconicis. Naturam, ut ſolebat eo ævo fieri, totam neglexit.

Ej. *hortulus genialis, ſ. arcanorum valde admirabilium in arte medica & philoſophica compendium* Neapoli 1617. 4. Bur. Colon. 1620. 16. *. Plurima fabuloſa, plurima ad miraculum augendum ficta, ridicula etiam & vana. Crudum tamen argentum vivum ipſe adverſus vermes utiliter dedit. Cantharides in aceto infuſas ſtrumas per lotium evacuare. Obſervationes etiam aliquæ propriæ.

§. CCCCXXXIX. Paulus Lentulus. Alii.

Nobili ſtirpe natus, medicus Bernenſis, qui aliquamdiu in Anglia vixerat. Ej. eſt *hiſtoria admiranda de prodigioſa* Apolloniæ Schreyer *inedia* Bern. 1604. 4. *. Virgo modeſta, annorum non plus octodecim, languido corpore, ſenſu hebete, per triennium cibis abſtinuit, neque aut menſes egeſſit, aut fæces. Undecim menſibus integris cuſtodita fuerat, neque Lentulo aliqua fraudis ſuſpicio fuit: ſponte tamen eadem ad cibum rediit.

Adjecit noſter Gerardi Bucoldiani puellam Spirenſem, tum Palatinam, Confolentaneam, & Epiſcopi Spirenſis inediam, J. Coboldi de puero exſtatico Altenburgenſi lib.: & *Paradoxum* L. Joubert, demum Hildani & Citesii opuſc.

Israelis Antarveti medicinæ candidati, *Apologia pro judicio ſcholæ Pariſinæ de alchimia contra* Harveti & Baucyneti *recuſam cramben* Pariſ. 1604. 16. *. Inutilis & vehemens libellus.

Antonii Possevini junioris *theoriæ morborum libri V. Acc. methodus ſtudiorum medica* Mantuæ 1604. 8. Pl.

Petri

PETRI ANDREÆ CANONHERII *Patritii Romani, Philoſophiæ med. Theologiæ D. in ſeptem aphoriſmos Hippocratis ll. medicæ politicæ morales ac Theologiæ interpretationes* Antwerp. 1618. 4. RAST. 2. vol. Immenſum opus commentariorum ad varia præcepta politica, theologica, moralia, ad ſimilitudines & emblemata ſpectantium; compilationis plurimum. De aſtrologia longi loci BODINI, ſed quis exhaudiret tædium hujus lectionis.

Si omnino idem auctor eſt ANDREÆ CANONHERII *concluſiones philoſophicæ & medicæ* Parmæ 1604. 4. TREW.

EJ. *de admirandis vini virtutibus* l. III. Antwerp. 1604.

EJ. *diſcorſi dell' Academia de gli ſpenſierati* Firenz 1606. 4.

EJ. *de curioſa doctrina* L. V. Florent. 1607. 4. L.

ADAMI ZALUZIANI *de* ZALUZIAN *animadverſionum medicarum in* GALENUM *&* AVICENNAM *libri VII, quibus ſingulæ medicinæ partes ad logicæ normam rediguntur, item ſynopſis legitima inſtitutionis medicæ* Francof. 1604. 8.

LUBERTI ESTHII peregrinatoris, profeſſoris Heidelbergenſis, *dilucida & methodica formularum tractatio, ubi ratio ponderum & menſurarum perſpicue explicatur, & monſtratur, qua ratione, ordine & quantitate medicamenta miſcenda, quamdiu coquenda, & qua etiam doſi exhibenda* Hanau 1604. 8. RIV.

J. CECKII *de puerorum valetudine tuenda* Wittenb. 1604. 8. Collectanea ex veteribus & Arabibus.

J. PAULI SPINELLI di Giovanezza *lectiones aureæ in artem pharmaceuticam, in quibus reſolvuntur dubia in canonibus* MESVES, *compoſitionibus, ſimplicium electione, opera deſtillationis* Pariſ. 1604. 4 1605. 1643.

GIUSEPPE SANTINI *ricettario medicinale* 1604. BODL. Germanice *Gülden Apothek* Francf. 1606. 4. TR. 1661. 4. RINK. Lego ex GEORGIO MELICH converſum eſſe.

CESARE BERGANI *de præſervatione podagræ, arthritidis, ſciaticæ* Mediolan 1604. 4. 1605. 4. MAZUCH.

EJ. *de præſervatione a calculo l. alter* Mediolan. 1604. 4. L.

VINCENT TEXTOR *tr. de la nature du vin, & de l'abus tant d'icelui, que des autres breuvages* Genev. 1504. 8. *. Germ. vertente SIM. SCHAMBERGER Francf. 1606. 8. 1607. 8. TR. 1617. 8.

FRID. HELBACH *œnographia Kunſtbuch von Wein u. Kräuterwein* Francf. 1604. 4. HIRSCH.

Vorſielyk gheſchenk dat is een medecyn boek Rees 1604. 4. B. THOMAS.

PHILIP CLAUSER *neu vollkommenes Arzneybuch zu allerhand Gebrechen u. Zufällen des menſchlichen Leibes* Baſil. 1604. 8. ENDTER.

§. CCCCXL. DISPUTATIONES.

NATHAN VOIT *de contagionis eſſentia, ſpeciatim de peſte, ejus cauſis, præcautione & cura* Baſil. 1604. 4. RIV.

ZACHAR. LIMMER *de pleuritide* ib. 1694. 4. RIV.

ZACHAR. BELIN a BELLEFORT *de ſterilitate mulierum* ib. 1604. 4. BOEHM.

J. MICH. WOLFHARD *de catarrhi natura ejuſque curatione* ib. 1604. 4. RIV.

JOH. TETENS *de angina* ib. 1604. 4. MOELLER.

JACOB GUNTHER *αστροιατρειας ſ. artis medicæ ad aſtrorum adſpectus formulæ* L. I. *de morbi cognitione* Liegniz 1604. L. II. *de prognoſi* Oelſ. 1612. 4. HE.

J. SIGLICIUS *περι κρισεων* Gr. lat. Baſil 1604. 4. RIV.

EJ. *de paralyſi* ib. 1604. 4. RIV.

EJ. *περι διαγνωσεος και προγνωσεος* Lipz. 1605. 4. PL.

EJ. *περι διαγνωσεος και προγνωσεος της επιληψιας* Lipſ. 1606. 4. RIV.

EJ. *de melancholia morbo* ib. 1617. 4. PL.

EJ. *de dyſenteria* Lipſ. 1617. 4. PL.

EJ. *quæſtiones cum problematibus & argumentis* ib. 1620. 4. TR.

EJ. *de variolis & morbillis* ib. 1620. 4. HE.

AUGUSTINUS DANIEL *de venenis* Marpurg. 1604. 4. PL.

CASPAR CONRADUS *de vertigine* Baſil. 1604. HE.

ADAM BRUXIUS *de melancholia hypochondriaca* ib. 1604. HE.

EJ. *Summulæ medicæ ſ. ars memoriæ & oblivionis tabulis expreſſa* Lipſ. 1610. 4.

AMBROSIUS GERTNER *utrum maculæ in febribus ſolidum malignitatis argumentum* Baſil. 1604. 4. HE.

STEPH. GORION & DIONYS. GUERIN *E. dyſentericis phlebotomia* Pariſ. 1604.

PETRI COLLIER & J. LETUS *E. graciles ut obeſis fervidiores, ita phlebotomiæ opportuniores* Pariſ. 1604.

PETRI PAULMIER & SIGM. *de* CABES *E. omnia ſublunaria homini medicamentum* Pariſ. 1604.

ANTON. QUIQUEBOEUF & JAC. LETUS *E. apoplexiæ vomitus* ib. 1604.

ANT. *le* GROS & J. *le* PETIT *E. lien expurgatur per urinas* ib. 1604.

GUIL. L'ESCAILLON & GEORG. ARBAULT *E. vitæ terminus prorogari nequit* Pariſ. 1604.

§. CCCCXXXVIII. Johannes Riolanus, junior.

Non ille quidem practica potiſſimum laude inclaruit, ſed anatomica, vir doctus, & in veterum lectione exercitatus, cæterum in adverſarios aſper & acerbus oſor eorum, qui quidquam in veteribus carperent. Profeſſor Pariſinus, aliquandiu cum regina Maria Medicea peregre abfuerat, & ad honoratum ſenium vixit. Ejus primus libellus, *de monſtro nato Lutetiæ a.* 1605. *diſputatio philoſophica* prodiit Pariſ. 1605. 8. *. Partus monſtrifici & in ventre retenti; morbi aliqui rariores, lapilli, vermes, alia abſona per abortum excreta, qui uſu fellis bubuli provocatus fuerat.

Ej. *recherches curieuſes ſur les écoles de Paris & de Montpellier* Paris 1651. 8. Multa contra Monſpelienſes, quarum jura tunc maxime in litem vocata fuerant. Ad hiſtoriam medicinæ utique pertinet libellus, quo ægre carui.

Ej. *enchiridium anatomicum & pathologicum* Pariſ. 1658. 8. *. ſæpe recuſum. Novum inſtitutum. Compendium quidem eſt anatomicum, ſed paſſim morbos ſubjungit, quibus pars quæque corporis humani obnoxia ſit, cum auxiliis. De cohæſione pulmonis ad pleuram frequenti bene, & de ſero quo adglutinatur. Exemplum ſurdi hominis, qui intruſo profundiſſime auriſcalpio tympanum diſrupit, & poſtea audivit. Dentem evulſum, repoſitum negat comprehendere. Circulationem ſanguinis nihil in curandi ratione mutare, eaque occaſione aſpere in hæmophobos ipſumque Platerum invehitur, qui in maximis febribus ſanguinem non miſerit; ſed etiam Galenum videri venæ ſectionem neglexiſſe, ubi quam maxime indicabatur, & porro in Galeni invidiam Hippocratem laudat, qui venæ ſectionem nunquam neglexerit. Selectum venarum cum ſua circulatione conciliat. Hæc eadem fuſe docet in theſi; *Non ergo propter motum ſanguinis in corde circulatorium mutanda* Galeni *methodus medendi* Pariſ. 1645. cum reſp. ad objectiones, recuſa Pariſ. 1649. fol. *. cum operibus.

In magno opere *anthropographiæ* paſſim pathologicas adnotationes adſpergit non inutiles. In homine a biliofa diarrhœa interemto, calculi in fellea veſicula. In hyſtericis feminis ſe teſtes atheromatibus & ſteatomatibus plenos reperiſſe. Placenta excluſa, cum putrefacta eſſet. Arteriam & venam epigaſtricam in viro ſe varicoſam demonſtraſſe. In Thuano poſt dolorem colicum gangræna tibiæ reperta, jecur ſcirrhoſum, ſic pancreas, idemque enormiter mole auctum, & aliud ſimile exemplum: lien parvus.

Ej. etiam, potius quam patri, tribuit Lindenius *comparationem veteris medicinæ cum nova, dogmaticæ cum ſpagirica* Pariſ. 1605. 12. *, cui adjectum eſt *examen animadverſionum* Baucyneti & Harveti. Pro vera anatome contra idealem illam & fictitiam anatomen alchemiſtarum, qui metalla cum viſceribus comparant. Deinde defenſores alchemiæ refutat, & negat aquam nutrire. Acre ſcriptum. Chemica tamen medicamenta utilitate fatetur non carere.

Porro *Brevis excurſus in battologiam* Quercetani, *quo alchymiæ principia funditus diruuntur & artis vanitas demonſtratur* cum *Cenſura ſcholæ Pariſienſis* Pariſ. 1604. 16. *. Acerbus & inutilis libellus.

Et *Cenſura demonſtrationis* Harveti *pro veritate alchymiæ* Pariſ. 1606. 12. Boehmer.

Elogium habet Gouiet.

§. CCCCXLII. Caspar Hofman junior.

Gothanus, Profeſſor Altdorfinus, acris peripateticus, vir ſubtilis & eruditus, lectionis uberrimæ, ſed a natura ipſa alienior, cui vitio vertit doctiſſ. Reinesius, quod multa adtingat, ſed eadem fere prætereat, neque perficiat. Artem & experientiam in eo Welschius deſiderabat, tum alia in ſomnio Vindiciani varia. Altdorfi conſenuit, & cathedram Patavinam Caimi ſibi oblatam recuſavit (*a*).

Ej. *theſes de lumbricis inaugurales* Baſil. 1695. 4.

Ej. ſunt *lectiones caniculares de febribus malignis* ib. 1606. 4., niſi ſunt Stupani præſidis.

Ej. *analyſis compoſitionis theriacæ* Andromachi *& ſummum artificium quo* Andromachus *uſus eſt* Lipſ. 1607. 8. Ita lego, ſed videtur eſſe alterius auctoris.

Ej. *theſes de medicina* Norib. 1608. 4.

Ej. *Trias problematum medicorum* Altorf. 1617. 4. B. Thom. Norribergæ Heft.

Ej. *de alimenti excrementis* Altd. 1617. 4. Pl.

Ej. *de naturæ officio in ſanitatis negotio* ib. 1613. 4. He. Tr.

Ej. *de ichoribus & in quibus illi adpareant collectanea* Lipſ. 1617. 8. *. Leid. 1639. 12. *. Amſterd. 1659. 12. L. Francof. 1664. 12. De tenuiori & corrupta parte maſſæ ſanguineæ, eaque miti & acri, collectanea ex veteribus.

Ej. *variarum lectionum libri* VI, *in quibus multa loca* (veterum) *illuſtrantur aut explicantur* Lipſ. 1619. 8. *. In corrigendis aut emendandis locis auctorum verſatur, quos ex comparatione cum aliis veterum locis, aut ex ipſo ſenſu corrigit. De Archiatris, periodeutis. Turpiuſcula aliqua parum neceſſaria.

Ej. *de ſpaſmo ſ. convulſione ejuſque cauſis* Altd. 1620. 4. *.

In *Ciſta medica* Hornungi pluſculæ ſunt Hofmanni *epiſtolæ*.

Ej. *apologia pro Germanis contra* Galenum, *quo ſimul ventilatur quæſtio qui-*

(a) Thomasin *Gymnaſ.*

bus in morbis venæ ſectio purgationi ſit præferenda Amberg. 1626. 4. Tr. Oratio Amberg 1656. 4. Tr.

Ej. *de venæ ſectione* Norib. 1627. 4. He.

Ej. *rejectanea pathologica quo de morbi forma & matéria a Fernelio Argenterioque per ſomnum viſis* Helmſtätt 1639. 8. Tr. & 4. & cum *L. pro veritate* Pariſ. 1647. 4. *.

Ej. *pathologia parva, qua methodus* Galeni *practica explicatur, quam olim* Franciscus Frizimelica *promiſerat* Jen. 1640. 8. L. Francof. 1664. 12. L. Pariſ. 1647. 4. cum l. *pro veritate* L.

Ej. *animadverſiones in Comitis* Montani *libros* V. *de morbis*, & Thomæ Erasti *anatomen eorumdem nec non Anteraſtica* Ejusdem Montani. *Acc. de cauſa continente* Amſterd. 1641. 12. *. Generalia, ſcholaſtica, ut in verbis fere auctor occupetur. Paſſim in Fernelium. Acrem ſe veritatis defenſorem præſtat & hic, & equidem ubique, veritas enim ei fuit, quia Aristoteles docuerat.

Ej. *methodus docendæ & diſcendæ medicinæ* Norib. 1641. 4. Haenel.

Ej. *relatio hiſtorica judicii acti in campis Elyſiis coram Radamantho contra* Galenum, *cum approbatione Apollinis in Parnaſſo, communicata per Mercurium* Norib. 1642. 12. *. Peripatericorum amore captus Galenum carpit, qui paſſim ab Aristotele diſſenſerit.

Ej. *de locis affectis libri* III. *Præmiſſus ſeptenarius controverſiarum huc facientium* Norib. 1642. 12. Tr.

Ej. *inſtitutionum medicarum libri* IV. Lion 1645. 4. *. legi & 1646. 4. Editionem Carolus Sponius curavit. Juſtæ molis opus: ſcopum ſibi proponit ſtare pro veritate, nempe pro Aristotele contra Galenum, ac emendare priores inſtitutionum auctores, Fuchsium, Liddelium, Sennertum, Jacchinum, Heurnium, Horstium, J. Riolanum patrem. Solet ubique Hippocratis & Galeni nomina & etymos præponere, deinde ſingulo capiti aberrationes ſubjicere, inofficioſo titulo uſus, plerumque ob aliqua nullius momenti in ordine, diviſione, aut theoria errata. Raro aliquid habet proprium, aut ex natura hauſtum. Pathologia, in generalibus & ſcholaſticis, inque verbis ſubſiſtit, etſi morbos a capite ad calcem recenſet. Semeiotica tota ex veteribus eſt; ſic criſes, in quibus tamen plenior eſt, ut aliquando propius ad naturam accedat. Inde diætetica tradit. Mireris bubulam carnem præferre hominem, qui adeo debili fuerit ventriculo, ut ne endiviam quidem ferret. Salmones putat terreſtri itinere cataractas circumire, & devitare. Lucios probat, qui buſones devorent. Pharmaceutica nonnulla. Hygieine cum therapeutica conjuncta, breviſſima.

Inſtitutionum ſuarum medicarum epitome in ſex libros digeſta Pariſ. 1648. 12. Tr. Francof. 1670. 12. Heidelberg 1672. 12. Tr.

Ej.

Ej. *de medicamentis officinalibus tam ſimplicibus quam compoſitis l. duo. Acc. paralipomena ex animalibus & mineralibus. Opus triginta annorum* Pariſ. 1645. 4. *. 1647. 4. L. Francof. 1667. 4. Tr. Leid. 1738. 4. Tr. Princeps viri opus cura Guidonis Patini excuſum, dictionarium eſt materiæ medicæ, quo certe pleraque collecta reperias, quæ veteres habent, nuperis, qualia tunc habebantur, aucta & illuſtrata. Intercedunt tamen adnotationes aliquæ propriæ, ut illa de noxa ex uſu confectionis anacardinæ nata, quæ utique hactenus ingenium mutaverit, ut perpetuæ tamen ſitis cauſa fuerit. Conf. B. Bot. I. 424, quo potiſſimum pertinet.

Ej. *pro veritate opellæ tres, Adraſtea* Galeni, *Exercitationes juveniles contra* A. Parisanum *alioſque ſeptemdecim neotericos Antiargenterius & Antifernelius.* Una recuſa eſt *Pathologia parva*, tum *rejectanea pathologica* Pariſ. 1647. 4. Tr. Adjecta phyſiologica aliqua C. Buccaferrei, Fr. Putei, J. C. Claudini.

Ej. *collectio medica doctrinæ* Aristotelis *cum doctrina* Galeni *de anima*, & *pathologia parva* Pariſ. 1647. 4. Tr. ſi differt.

Lego etiam *opuſcula medica in duas partes diviſa* Pariſ. 1647. 4.

A morte viri prodierunt *epiſtolæ ad Thomäm Reineſium, quæ cum hujus doctiſſimi viri epiſtolis ad* Hofmannum & Daumium excuſæ ſunt Lipſiæ 1660. 4. *. Ad hiſtoriam literariam, ad Hofmanni labores literarios. De locis difficilioribus veterum. De ſua valetudine. Noſter lacteam urinam reddiderat, poſt ſoporoſum morbum, optimo cum levamine. In ipſis literariis difficultatibus conſilia ſæpe Reinesii petit. Quod a Reinesio aſperius haberetur, vehementer indoluit.

Tum *Iſagoge medica de ratione diſcendi medicinam & de officio medici edita a* Jac. Pancratio Brunone. Acc. *oratio de vita, moribus & ſcriptis* C. Hofmanni Hof. 1661. 12. Tr. Bur. Lipſ. 1664. 12. Tr. 1678. 12. Tr.

Ej. *praxis medica curioſa, hoc eſt* Galeni *methodi* L. XIV. *nova cum verſione accuratiſſima, commentariis & caſtigationibus* Francof. 1668. 4. Hott. Acc. C. Hofmanni *orationes IV.* inter eas *de dicterio medice vivere eſt peſſime vivere* & J. G. Volcameri *vita* Hofmanni Francof. 1680. 4. Tr. 1698. 8.

Ej. *vita medica, h. e.* Galeni ὑγιεινῶν *ſ. methodi ſanitatis tuendæ* L. VI. curante Sebastiano Scheffer. Integram etiam editionem operum Galeni (*a*) ad prelum noſter præparaverat, cujus codex manuſcriptus in doctiſſimi viri D. Askew Bibliothecam tranſierat.

Ej. *apologiæ pro* Galeno, *ſ.* χρηστομαθειων libri III. tomus poſterior, quo continentur *pathologica.* Ex Bibliotheca Guidonis Patini, qui codicem ab heredibus Caspari redemerat Lion 1668. 4. *. additus eſt ab auctore annus 1635. Titulus ſatiricus eſt, perpetua enim eſt vindicatio Aristotelis contra Galeni

velli-

(a) ap. Hornung *ciſt.* p. 383. a. 1620.

vellicationes: minutiſſima vero ſubtilitas eſt in nominibus & definitionibus. Aſper cæterum in alios ad miraculum (a) uſque. Ut veterum, Galenique potiſſimum verum ſenſum percipias, uſui eſſe poteſt, eo magis, quo rarius noſtro ævo hæc ſtudia coluntur. Sed toleranda erit moleſtia litium, mille dudum mortibus mortuarum.

Georgii Koenig *programma in ejus funere* Altd. 1648. 4. Bun.

Benj. Gottl. Gerlach *epiſtola de vita* C. Hofmanni Mulhauſen 1736. 4. B. Bun.

Teſtimonium de operibus Galeni *Græco latinis* C. Hofmanno *auctore a* Volcamero *ad editorem oblatis* programma exſtat a Daniele Wulfer ſubſcriptum, & aliud *teſtimonium Collegii medici de juſta geminorum in omnia Galeni opera commentariorum poſſeſſione* cum *diſpenſatorio collegii medici Noribergenſis* 1666. f. prodiit.

§. CCCCXLIII. Varii.

Hippolytus Obicius Ferrarienſis, eques, medicus Venetus, inde Bellunenſis.

Ej. eſt *de nobilitate medici contra illius obtrectatores dialogus tripartitus* Venet. 1605. 4. *. Primo dialogo de medicorum agit honoribus, quos ſtudet Juriſconſultis præponere, ex theoria quidem, non ex vitæ civilis exemplis. Genuæ tamen medicos fuiſſe inter ſenatores & ſenatorum principes, neque Patavii legum interpretibus cedere. Reliqui dialogi de omnibus ſcientiis, etiam magicis, toti inanes ſunt.

Ej. *Staticomaſtix ſ. ſtaticæ medicinæ demolitio* Ferrar. 1615. 4. *. Perſpirationem Galeno notam fuiſſe, pondera Sanctoriana nihil firmi habere, cum perſpirationem materiæ inutilis a perſpiratione utilis materiæ ſeparare nequeat, & levitas a ſpirituum ubertate naſcatur, quare matutinis horis corpus levius eſſe, non a perſpiratione, ſed ob ſpiritus regeneratos; ab evacuatis contra ſpiritibus, corpus gravius reddi. Hieronymus Thebaldus tuetur perſpirationem & pondus excrementorum definit, & tamen quotannis fere ægrotat. Obſervationes in tres Sanctoriani operis ſectiones. Cardinalem Cusanum ſtateram propoſuiſſe, ab eo Sanctorium habere: quod hactenus verum eſt, ut Cusanus clepſydra inſpirationem & exſpirationem ſecundum earum diſcrimen dignoſci velit, & hominis fortitudinem demonſtrari, dum pondus metitur, quod homo in bilance poſitus per adtractionem alterius vacuæ bilancis ad æqualitatem elevare poſſit: deinde pondere hominis deducto de pondere elevato, ita reliquum eſſe hominis fortitudini proportionale. Nihil hæc quidem ad Sanctorium.

Contra eum Obicius etiam ſcripſit *epiſtolam* cum *deciſionibus de veſicantium uſu adverſus* Caium edita, quæ eſt in *Jatraſtronomia varios tractatus medicos & aſtro-*

(a) L. III. S. 3. p. 42.

aſtronomicos continente cum tr. de multiplici in medicina abuſu Vicentiæ 1618. 8. L. in quo adverſus aſtronomiam pro medicina dicitur, viciſſim vero contra Claudinum aſtrologi defenduntur. Prædictiones aſtronomicæ, obſervationes, & curationum ex cæli poſitu in quorumvis morborum eventus. Adverſus veſicantia reprobantes ad B. Caium. Reſponſa ad ſingula capita diſputationis ejuſdem Bernardini de veſicantibus ſcripta. Conſilia medica. Commentaria in duos priores Hippocratis aphoriſmos. Ita Lindenius.

Ej. *apologia pro quadam ſua curatione* Venet. 1612. 4. Cinell.

Joannis Talentonii Profeſſoris Parmenſis, *variarum & reconditarum rerum theſaurus in IV. L. diviſus* Francof. 1605. 8. *. Parmæ ſcriptus liber a. 1603. Epiſtolæ ſunt, quibus de variis literariis medicis, diæteticis, botanicis, philoſophicis rebus reſpondet, controverſias conciliat. Arabibus favet & Averrhoi. De archiatris. De artibus mutis. Exempla hominum ad vitam revocatorum. De dato veneno reſponſio forenſis. Non indocti hominis, ſed naturæ ignari.

J. Antonius Casalenus Francavillæ in Hydruntinis natus, doctor Salernitanus. Ej. eſt *diſputatio de vena ſecanda in pleuritide revulſionis gratia adverſus medicos Francavillenſes* Venet. 1605. 4. *. Recte logicum ſe potius vocat, quam medicum, adeo ſubtiliter dividit & ſubdividit ideam revulſionis. Univocam ergo revulſionem dicit; quæ eſt alteratio fluentis ſucci, a ſpatio in quo fluendo ſubſtitit, ad locum quo fluxit. Ita revocatio catarrhi a pulmone ad nares revulſio fuerit. Æquivocam inde dicit. Multis quærit quæ ſit rectitudo, quæ pars oppoſita, quæ pars remotiſſima. Hæc principia ad pleuritidem adplicat; ſi fluxio a capite in pulmonem deſcenderit, jubet aperire venam cephalicam brachii: ſi a vena cava, aut a muſculis thoracis fluxio advenerit, ſecat venam hepaticam, ſi ab utero, venas pedum. Iterum quando materies a capite deſcendit, venam lateris adfecti incidit, tum ſi ab utero aut a muſculis veniat. Si vero a vena cava ſuccus per venam ſine pari confluxerit, tunc ſecat venam intimam brachii lateris cujusvis. Multis Augenium refutat.

Bartholomæus Perdulcis (Perdoulx) medicus Pariſinus, hoc anno vivere deſiit. Ej. *univerſa medicina ex medicorum principum ſententiis conſiliiſque collecta a* Renato Chartier poſt mortem auctoris edita eſt Pariſ. 1630. 4. iterumque *opera* G. Sauvageon, *cum notis, & variis ex auctoris MS. autographo auctariis, & l. de animi morbis* ib. 1631. 4. Tr.

Ej. *de morbis animi* Pariſ. 1639. 4. Houss.

Ej. in Hipp. *de natura humana comm.* ex bibliotheca G. Naudæi Pariſ. 1643. 4.

Ej. *de ſaphenæ ſectione in febribus* Tournay 1668. 8. Hotton.

Ej. *elogium* Jacobus Mentel ſcripſit Pariſ. 1611. 4.

J. Heckii *de peſte & quare præcipue graſſatur tot abhinc annis in Belgio diſp.* Deventriæ 1605. 4. Falc. Tr.

Annibal

Annibal Bufalus *metaphraſin aphoriſmorum* Hippocratis dedit Meſſan 1605. 8. Italice Mongitore.

Ej. *vaticiniorum* Hippocratis *erometaphraſis* Id. & 1605. 8. alio loco Idem, ut videatur diverſum eſſe opus.

Zoroastri Tinelli *medicarum conſultationum L. I.* Senis 1605. 4. B. Bodl. Trew.

Pavonii *peripatetica medicaque placita* L. I. Genuæ. 1605. *Scritt. Lig.*

Bartholomæi Thurriani *jatrobulia ſ. buliatreia tr. de medica conſultatione* L. IV. Genuæ 1605. 8. Francof. 1606. 8. Tr. *Scritt. Lig.*

Thomæ Cornacchinii *tabulæ medicæ*: acc. Ej. *in tabulas pleraſque adnotationes inſertæ, præterea tabulæ trigenæ quas in patris opere deſideratas* Petrus *filius ſupplevit* Patav. 1605. fol. Tr. Venet. 1607. fol. Celebris pulveris auctor.

Joh. Mariæ Zonca *de viperis pro trochiſcis eligendis adverſus* Fabium Paulinum Venet. 1605. 4. L.

Ge. Barthol Polani a Braitenburg *triumphus podagræ: acc. tr. de pœnis Judæorum* Francof. 1605. 4. Tr.

J. Pidoxii Pictavienſis (Pidoux) *Peſtis cura & polychreſti deſcriptio* 1605. 8. B. *de Poitou*. Ita lego.

Ej. *in actiones juliodunenſium exercitationes medicæ* Picton. 1635. 8. Heins.

Ej. *de febrium ſede* Pictonibus. Tellier.

Annibal Bimbiollus ſ. Binabiolus Carr. *de deſtillatione capitis ad bronchos pulmonum & viſione depravata conſilium.* In collectione Lautenbachii Francof. 1605. 4. Carr.

Johannis Vigier medici, *Aphoriſmes d'*Hippocrate prodierunt Lion 1605. 16. Rast. 1620. 16. Rast. cum commentariis ſecundum locos communes & partes corporis humani.

Ej. l. *des médicamens & de la peſte* Lion 1614. 12. Rast. & in *operibus chirurgicis* Gallice Lion 1656. 8. 3 vol. Houss.

Ej. *tractatus abſolutiſſimus de catarrho, rheumatiſmo, vitiis dentium, linguæ, vocis, & immodica & indecora ſalivatione & aliis a cerebro deſtillationibus* Genev. 1620. 8. *. Vigirius catarrhum & rheumatiſmum conjungit, quod in eo conveniant, a defluxione eſſe catarrhi per ſingula perſequitur, calidum, frigidum, ſecundum variam ſedem. Aphthæ, etiam malignæ, catarrhus ſuffocativus. De rheumatiſmo brevius.

Opera viri *medico chirurgica conjuncta* prodierunt edente J. Vigier filio Haag. 1659. 4. *. Inter chirurgica huc pertinent morbi cutanei, carbunculus, hydrocephalus, parotis, angina, empyema, hydrops. Deinde inter vulnera ſymptomata, ſyncope, paralyſis, delirium. Inter ulcera ſcorbutus, pulmonum ulcera, gnorrhœa, morbi renales. Medici magna pro parte argumenti reliqua ſunt, ut armamentarium medico chirurgicum, in quo ſuas ad claſſes & ſimplicia medicamenta recenſet, & compoſita, & formulas.

Eduard Bolnest *Chemia medicina illuſtrata, or the true grounds and principles of the art of phyſik* London 1605. 8. etiam latine *delineatio fundamenti & princip. art. med.*

Ej. *aurora chemica ſ. naturalis methodus præparandi animalia vegetabilia mineralia* Hamburg 1675. 8.

Bartholomæi Vogter medici Dillingenſis ocularii, *compendium medicum oder nützliches Arzneybüchlein* Urſellis 1605. 8. *. Inſtrumenta chemica, proceſſus aliqui & formulæ, potiſſimum olea ſtillatitia, citat Fioravantum. Oculorum deſcriptio, mala. Curationes morborum omnium, per aquas ſtillatitias innumerabiles.

Ein neues Arzneybuch von natürlichen und unnatürlichen Geſchwulſten ſamt noch drey tractaten 1. *von den Schwachheiten der Kinder*, 2. *von der Kunſt die todten Körper zu balſamiren*, 3. *von dem Scharbok* vertente P. Uffenbach 1605 fol. Tr.

Mich. Reudenii *Bedenken ob und wie die Arzneyen, ſo durch die alchymiſtiſche Kunſt bereitet werden zu gebrauchen mit* Jo. Tankii *Vorrede* Leipz. 1605. 8.

Ej. *diſcurſus phyſico medicus die Kaiſer Carlsbad und Egriſchen Schleder Säureling betreffend* Jena 1618. 8.

Ej. *de novo gummi purgante epiſtola* ad J. A. Schwarz. vide in B. Bot.

Ej. *apologia* ad P. Hoechstetter Leid. 1625. 12. *. vide B. Bot.

Varios tratados de medicina y chyrurgia. Practica del morbo gallico, en quel ſe contiene el origine, conocimiento deſta enfermidad, y el major modo de curarla Valladolid 1605. 4. C. de V.

Alonso *de* Freylas *conocimiento curacion y preſervacion de la peſte tratado del arte de diſcontagiar las ropas de ſechas de oro y plata tapicerias y otras coſas: ſi los melancholicos pueden ſubir lo que es per venir con la fuerça de la imaginacion* Jaen 1605. 4. Falc. 1606. N. Ant.

Gion. Alberico *catalogo breve de gli illuſtri e famoſi Scrittori Veneziani* Bologna 1605. 4.

Pietro Paolo Fuscone *trattado del bere caldo y freddo* Genua. 1605. 4. Pl. Falc. &c.

Pierre Bernier *plaidoyer pour les Apothicaires de Dijon* Dijon 1605. 4 Papillon.

Ej. tribuitur Jean Guillaume, celebris tamen advocati, *Reglement entre les médecins & les apothicaires pour la viſite des drogues* ib. non excuſ. Papillon.

Pierre Bure'e *defenſe de l'Eſcolle de médecine de Galien contre* J. Guibelet *& avis ſur ſes trois diſcours philoſophiques* Rouen 1605. 8. Burette.

Charles d'Arcusia Sr. d'Esparron *la fauconnerie en* IV. L. Paris. 1605. 8. *, quæ editio tertia eſt, tum 1615. 4. Neaume Rouen 1644. 4. Bur. Viri nobilis & experti opus. Non invenio aves rapaces, ut erudiuntur, in delirium conjici, valde enim monet noſter, ut blande tractentur, quo dominum ament. Morbi, ſcholaſtice ſecundum quatuor elementa dicti: numeroſi cæterum; eos inter calculus cretaceus internam faciem inteſtini obſidens. Vermes teretes, quos naturales putat eſſe & congenitos. Purgatio avium, vomitus, pilulæ variæ. Catarrhus malignus a naribus ad pulmones decidens: emphyſema per univerſum corpus diffuſum. Accipitris educatio & morbi. In adjecto opuſculo P. *de* Lusey de accipitris (*autour*) etiam morbis aliqua.

Petri Holzemii L. *prognoſtica vitæ & mortis longitudinis morbi L. II, quibus quæ ab* Hipp. & Galeno *confuſe, hic commodo ordine traduntur* (partim verſu rhytmico Colon. 1605. 8. Tr.

Ej. *eſſentia hellebori rediviva rectificata* Colon. 1623. 8. L. Tr.

Ej. *pharmacopœa ſ. diſpenſatorium Colonienſe juſſu* S. P. *Aquisgranenſis reviſa: examen ſimplicium medicamentorum carmine rhythmico cum notis chymicis* Colon. 1623. fol. Lind.

Guil. Lauremberg *Epiſtolica diſputatio concernens curationem calculi renum & veſicæ* Leid. 1619 8. ita in catalogo & L. Mea editio eſt Witteberg 1623. 16. *. Suſpicor vero jam a. 1610. prodiiſſe, eo certe anno Roſtochii noſter ſubſcripſit. Cum chirurgus in veſica calculum tetigiſſet, noſter ſanatum ſe putat pulvere aſellorum ſiccatorum cum ciceribus ab Horatio Augenio deſcripto. Vere curatum fuiſſe non crediderim, cum ulcus perpetuum ſuperfuerit.

Ej. *diſp. de febris malignæ petechialis eſſentia, cauſis & ſignis* Roſtoch 1605. 4. Lind.

Joseph Lautenbach *conſilia medicinalia cum mixtura præſtantiſſimorum Italiæ medicorum; ſeorſim* A. M. Venosta *cum utilibus tractatibus* J. C. Claudini, collegit, edidit Francof. 1605. 4. Claudini etiam *paradoxa* excudi fecit.

In Wittichiana coll. Lipſ. 1605. 4. Blasii Grunewald conſilia aliqua.

Reformation u. erneuerte Ordnung deren Apotheken in der churfürſtlichen Stadt Maynz Maynz 1605. 4. Tr.

Fabianus Scheuner *von allerley Flüſſen u. Catarrhen* Eisleben 1605. 8. 1611. 8.

Petri Schoeneich *einfältiger Bericht wie man ſich in jezt vorſtehenden Sterbensläuften verhalten ſoll* Francof. an der Oder 1605. 4. Tr.

Ej. *gründlicher Bericht u. Rathſchlage wie man in dieſen ſchweren Läuften der Peſtilenz ſich halten u. bewahren ſoll* Franck. an der Oder 1605. 4. Tr.

Balthasar Muller *von rechtem wahren Gebrauch der gemeinſten* 147. *diſtillirten Waſſer*, opus Henrici Muller metallarii, Eisleben 1605. 4. *. Nimia elogia aquarum deſtillatarum.

§. CCCCXLIV. Disputationes.

Benedictus Coccius. Ej. *encomium ſacræ medicinæ* Baſil. 1605. 4. He.

Esaias Sachs *de dolore colico* ib. 1605. 4. *.

Andreæ Adamii *de immodico menſium profluvio* Baſil. 1605. 4.

Georg Mayer *decuria de febrium eſſentia, cauſis, differentiis & curatione* Rothweil 1605. 4 He.

Jacob Fabricius *de urinis* Roſtok 1105. 4.

Ej. *juramentum* Hippocratis ib. 1614. 4. *.

Ej. *de cephalalgia* ib. 1617. 4. Wolf.

Ej. *de colica* ib. 1620. 4. Riv.

Ej. *de vertigine* ib. 1620. 4. Riv.

Ej. *de catarrho* ib. 1623. 4. *.

Ej. *de tuſſi* ib. 1626. 4. Riv.

Ej. *de empyematis natura & curatione* ib. 1626. 4. Riv.

Ej. *de angina* ib. 1626. 4. Riv.

Ej. *de phthiſi* ib. 1626. 4. Pl.

Ej. *de hæmoptoe ſ. ſanguinis per os rejectione* ib. 1626. 4. Riv.

Ej. *de aſthmate* ib. 1626. 4. Riv.

Ej. *de ſcorbuti* διαγνωσει και θεραπεια ib. 1627. 4. Riv.

Ej. *de ephialte ſ. incubone* ib. 1627. 4. Riv.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1627. 4. Riv.

Ej. *de cholera* ib. 1628. 4. Riv.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1628.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1628. 4. Riv.

Ej. *inſtitutio medici practicam adgredientis* ib. 1639. 4. L.

Ej. *de novo antiquo capitis morbo & dolore, cum aliis difficilioribus nonnullis materiis practicis* Roſtock 1640. 4. Lind.

Ej. trias Cratoniana ſ. Cratonis *microtechne. 2. Wegweiſer zur Cur. 3. Lebens u. Speiſordnung* Speyer 1629. 12. niſi alius ejuſdem nominis homo fuit.

Ej. *inſtitutiones medicinæ praxeos compendium* Roſtock 1639. 4.

Ej. *oratio de cauſa cruentationis cadaveris præſente homicida* Witten.

Wolfgang Waldung *venæ ſectionem non primarium nec præcipuam in morborum θεραπευσει auxilium eſſe* Altd. 1605. 4. *.

Dionys. Guerin & Albert Golemowsky *E. pulſuum cognitio medicis neceſſaria* Pariſ. 1605.

Germ. Clerselier & Petr. *le* Conte *E. a thorace & pulmones tranſmiſſio* Pariſ. 1605.

Rich. Marets & J. Tixullii *E. ventriculi torpor omnium confuſio* ib. 1605.

Jac. Cousinot & Claudii Charles *Non E. in αποςασισιν ad melius το κατα ιξιν* Pariſ. 1605.

Petr. Seguyn & Car. Bouvard. *E. declinante morbo ſanitas* ib. 1605.

Sim Bazin & Car. Bouvard *E. epilepſia poſt vigeſimum annum ſanabilis* Pariſ. 1605.

Nic. Pietre & Car. Jamoys *E. quartana febris ſecura* ib. 1605.

Petr. Paulmier & Georg. Arbauld *E. ab omni humore arthritis* Pariſ. 1609.

Ant. Quiqueboeuf & Steph. *la* Font *E. choleræ phlebotomia* ib. 1605.

§. CCCCXLV. Gregorius Horst.

Torgavienſis, profeſſor, aliquamdiu Wittebergenſis, tunc Gieſſenſis, deinde poliater Ulmenſis, & clinicus. Ej. *phyſicus tractatus* περι της ψυχης, *in quo de animæ eſſentia facultatibus & operationibus diſſeritur* Witteberg 1605. 8. Tr.

Ej. σκεψις *phyſica medica de caſu quodam admirando & ſingulari, ex quo duo problemata deducuntur, an corpus humanum poſt mortem aliquot ſeptimanis colore & habitu floridum abſque putredine durare poſſit* Witteb. 1606. 8. Gunz. 1608. L. In operibus omnibus T. I. Utique reſpondet, corpus juvenile cætera ſanum, per aliquot hebdomadas integrum ſupereſſe poſſe, unde caſum juvenis nobilis a ratione non diſſentire exiſtimat. Sanguinem etiam de cadavere occiſi hominis vel præſente occiſore, vel abſente manare poſſe.

Ej.

Ej. *diſputationes medicæ* XX. Witteb. 1607. 4. B. Tig. Tr. 1609. 8. L. Pleræque ſunt a. 1606, 1607, ut *de morbo ejuſque differentiis* 1606. 4. He.

De cauſis morborum ib. 1607. 4.

De ſymptomatibus & ſymptomatum differentiis ib. 1607. 4. He.

De ſymptomatum cauſis in genere & ſpecialiter de cauſis ſymptomatum externorum ſenſuum ib. 1607. 4. He.

De cauſis ſymptomatum facultatis motivæ & principis ib. 1607. 4. He.

De cauſis ſymptomatum vitalis & naturalis facultatis ib. 1607. 4. He.

De cauſis ſymptomatum qualitatis mutatæ & retentorum atque excretorum præter naturam ib. 1607. 4. He.

De doctrina ſignorum in genere & de ſigniis inſalubribus diagnoſticis ib. 1607. 4. Henel.

De pulſibus ib. 1607. 4. He.

De urinis ib. 1607. 4. He.

De ſignis prognoſticis ib. 1607. 4. He.

De tuenda ſanitate ib. 1607. 4. He.

De methodo medendi ib. 1607. 4. He.

De venæſectione ib. 1607. 4. He.

De purgatione ib. 1607. 4. He.

De materia medica ib. 1607. 4. He.

Redeunt in operum collectione ſub titulo, *Inſtitutionum medicarum.* Breves ſunt theſes, ex Hippocrate & Galeno collectæ. Diſſertatio XX. reliquis fuſior in ſex alias dividitur, & *de rebus* agit *non naturalibus.*

Ej. *problematum medicorum decades* V. Witteberg. 1608. 4. Trew.

Ej. σκεψις *de naturali conſervatione & cruentatione cadaverum* Wittebergæ 1608. 8. Trew. Videtur idem eſſe liber primo loco dictus p. 380.

Ej. *medicarum inſtitutionum compendium* Witteb. 1609. 8. Tr. Majus opus cum hoc titulo redit in collectione operum, qua phyſiologia & diſputationes de morbis continentur.

Ej. *tr. de ſcorbuto, ſ. magnis* Hippocratis *lienibus* Pliniique *ſtomacace & ſcelotyrbe* Gieſſ. 1609. 4 *. Germanice 8. cum *conſilio ad peſtem.* Cauſam mali proximam eſſe in ſanguine crudo & ichoroſo, ſpeciali quadam corruptione infecto. Pariter ut Eugalenus, urinam dicit in morbi principio craſſam eſſe & albam.

albam. Victus ratio. Nihil valde proprii habet, & FORESTO plurimum utitur, & EUGALENO. Spiritum tamen vitrioli laudat.

EJ. *de quibusdam hepatis & lienis adfectibus* Gieſſ. 1609.

EJ. *centuria problematum medicorum θεραπευτικων* Witteb. 1610. 8. TR. 1636. 4. *. Quæſtiones cum ſolutione, & ad ſolutionem notis collectitiis, & controverſiarum diſcuſſionibus. In febribus putridis & ſpiritum vitrioli laudat, & cervi cornu. In dyſenteria ante nuperos ceram utiliter adhibuit. Hiſtoria maximi in omento tumoris. Clavem S. Antonii & urendo prodeſſe & ſuperſtitione. De morbo convulſivo nuper celebri anni 1596. 1597. Nondum innotuerat ex clavo eſſe ſecalino.

EJ. *de morbis eorumque cauſis* ἐξεταστικων παθολογικων l. Gieſſ. 1612. 4. *. Marburg 1629. 8. Diſputationes ſex, eo ipſo anno in ea academia propoſitæ. Generalia ad ſeculi morem, de morbis totius ſubſtantiæ, morborum differentiis, cauſis, his internis. De cauſis morborum intemperiei, & totius ſubſtantiæ. De cauſis in unitate ſoluta, cum iis quæ pertinent ad differentias accidentales.

EJ. *de natura amoris* — Acc. *reſolutio quæſtionum de cura furoris amatorii, de philtris, de pulſuum ratione* Gieſſ. 1611. 4. Marpurg. 1642. 4. *. Exempla nimii amoris, & inde natæ autocheiriæ.

EJ. *decas pharmaceuticarum exercitationum de ſimplicium & compoſitorum medicamentorum natura* Gieſſ. 1611. 4. L. Ulm. 1628. 4. TR.

Hæ erunt *decem exercitationes* in T. I. *operum*, ſubjectæ *viginti diſputationibus.*

EJ. *de natura humana* L. II. Francof. 1612. 4. *. Ad phyſiologiam & anatomen pertinet, præter pauca de vita & morte.

IDEM edidit Francof. 1613. 8. & 1664. 8. *. MARCELLI DONATI *hiſtorias medicas memorabiles*, addidit librum ſeptimum ſibi proprium. In eo collegit varia inediæ portentoſæ exempla; tum fetus diu in ventre retentos, Muſſipontanum, Senonenſem. Deinde puer monſtroſus Pragenſis. Omenti & meſenterii magni abſceſſus. Quartana febris. Hydropis cognitio & curatio, peculiaris etiam manus & capitis hydrops. Pulſus in febre maligna intermittens. De morbis magicis aliqua, etiam ex HENRICO ab HEERS, ex P. BORELLO *de philtris.*

EJ. *conciliator enucleatus, ſ. differentiarum philoſophicarum & medicarum* P. APONI *pars prior* Gieſſ. 1614. 4. *. 1621. 4. Brevis libellus, ex ſeculi ingenio.

EJ. *de tuenda ſanitate ſtudioſorum & literatorum l. duo* Gieſſ. 1615. 12. 1617. 12. TR. Marburg. 1628. 8. 1648. 8. TREW. L. I. diſperſus eſt in *Operum omnium* collectione, & coronides ſex efficit, quibus de rebus non naturalibus agitur. De alimentis vulgo receptis, per ſingula: braſſicæ noſter iniquior videtur. Liber II. repetitur in *Operum* collectione, agitque de auxiliis ſelectioribus ad morbos pleroſque a capite ad calcem, cum medicamentis tam ſimplicibus quam compoſitis, cumque formulis exigua cura ſelectis. De evacuationibus peculiariter, venæſectione, purgatione.

EJ. *de febribus in genere* Gieſſ. 1619. 4.

EJ. *febrium continuarum & malignarum prognoſis juxta textum* HIPPOCRATICUM *in principio Coacar.* ib. 1622. 4. L. & TR. in *operibus omnibus*, Commentarius in voces HIPPOCRATIS paraphraſticus, ex ipſis HIPPOCRATIS operibus collectus.

EJ. *Bericht von Kinderblattern und Maſern* ib. 1621. 8. ipſe HORST. 1624. 8. B. TH. Francfurt 16‥8. 4. Symptomatum fere unice curatio.

EJ. *Bericht von der rothen Ruhr* Ulm 1622. 8. HUTH. Latine in *Operibus omnibus*. Ex genio ſeculi medicamenta adſtringentia compoſita.

EJ. *Bericht von der hitzigen Krankheit mit angebrachtem Raht von den Urſchlechten oder Kinderblattern, rothen Ruhr, der Hauptſchwachheit, oder einreiſſender Peſt* Gieſſ. 1624. 8. *. Ulm 1633. 4. *. Francof 1663. 12. Symptomatum ſeries, curatio, quam a venæſectione auſpicatur, deinde alvum ducit, & vomitum nonnunquam movet. Inde ſudorem ciet, abſorbentia dat. Petechias rariores nunc obvenire quam pridem. Quæ ad peſtem, omnino nullius ſunt momenti.

EJ. *obſervationum medicinalium ſingularium libri IV, de febribus, morbis capitis, pectoris & viſcerum concoctionis. Acc. L. Epiſtolarum & conſultationum* Ulm 1625. 4. *. 1628. 4. TR. Obſervationes pleræque ad ſaporem ſeculi, morborum hiſtoriæ ſunt, curationes, & prælongæ formulæ. Epiſtolæ meliores; multæ diſcipulorum HORSTII, qui cum tunc maxime peregrinarentur, nova ſua ad præceptorem perſcribebant, adque literariam hiſtoriam facientia. Morborum etiam peculiarium hiſtoriæ, arthritidis vagæ ſcorbuticæ, convulſivi mali, trichiaſeos; de ſerpentibus in corpore humano, de malis magicis, de empyematis expurgatione, malo hypochondriaco, catarrho, tænia, vermibus. Ad quemque titulum pluſculæ hiſtoriæ ſolent pertinere. Poſt multos dolores & cardialgias calculi fellei triginta in veſicula, & in hepate, alii in renibus. Alias in febricitante fellei calculi J. BILGER.

EJ. *obſervationum medicinalium l. quatuor poſteriores de morbis mulierum, morbis contagioſis & malignis, doloribus partium externarum & chirurgicis caſibus* Ulm. 1628. 4. *. Nürnberg. 1637. 4. TR. Ejusdem cum eo ingenii, cujus prius illud opus, cum inſerto l. *de ſcorbuto* quem diximus. In *Conſultt. & Epiſtolis* eſt de theriacæ compoſitione tr., de venenis peſtiferis, de effuſione bilis, de calculis diverſarum partium corporis humani, potiſſimum etiam felleis & inteſtinalibus maximo numero egeſtis; de hydrope uteri, puella fætida, nævis.

EJ.

Ej. *complementum ad librum ſecundum Epiſtolarum & conſultationum, continens novem ſectiones in prima editione omiſſas* Heilbronn. 1631. 4.*. Ejusdem iterum ingenii. Inciſiones corporum ægrotorum. Vomitus niger & ſanguis per aures manans. Urinæ difficultas laudano ſuperata, & dolor vehementiſſimus capitis cum puris de naribus fluxu. Encomion laudani in febribus continuis ſumti. Puella quæ non poterat ſubmergi. Atreta, cum meatu ex recto inteſtino in uterum ducente. Aliqua ad materiam medicam, ad chirurgiam.

Ej. *epiſtolarum & conſultationum liber III.* Ulm. 1636. 4. *. Noctambulo. Lingua conſumta & reſtituta. Frenum linguæ omnino & vere adnexum. Humanæ ruminationis exemplum. Calculi veſicæ felleæ. Terrore ſuperata paralyſis, podagra ab ira victa. Pus de pulmone per lotium manavit. Clinica plurima. Multorum doctorum virorum, ut in prioribus, conjuncti labores.

Hæc quatuor volumina efficiunt *operum omnium* tomum II. quo adnotationum capita ſecundum ordinem titulorum in undecim libros diſponuntur.

Ej. *methodus medendi Ferneliana enucleata & controverſiarum deciſionibus illuſtrata* Witteb. 1620. 8. Tr.

Ej. *de peſte l.* Angeli Salæ *ex Gallico verſus* Marburg. 1641. 4. *.

Ej. *fundamenta medicinæ* Witteb. 1654. 4. L.

Abſque anno habet Trewianus catalogus *diſputationes catholicas de rebus ſecundum & præter naturam.*

Exercitationes de febribus quatuor quando prodierint ignoro. Exſtant vero in Tomo III *operum omnium*, ad morem veterum ſcriptæ, ut etiam Paracelsum paſſim refutet.

Exſtant etiam pluſculæ Horstii *adnotationes* apud Hildanum, Hoechstetterum, Hornungium.

Opera omnia, (certe pleraque, neque enim *de variolis* deque *morbo peſtilente* ll. hic reperio,) prodierunt cura Gregorii Horstii nepotis Norib. 1660. fol. recuſa Goudæ 1661. 4 maj. 3. vol. *.

Acceſſit J. Danielis Dieterichis *vita viri*, in oratione funebri tradita.

§. CCCCXLVI. Varii.

Aurelii Anselmi Mantuani *Gerocomica ſ. de ſenum regimine opus* Venet. 1606. 4. B. Rast. Fuſiſſimus ex more veterum liber. Cauſa mortis in plantis etiam & animalibus. Calor innatus: humor radicalis, ille omnium actionum cauſa. Cauſæ longæ vitæ breviſque: de calvitie, de pilis. Medicinæ in vita producenda poteſtas. Medicas ſex res non naturales: fuſe de re cibaria & cujuſque cibi, etiam horæi fructus vi medica, & de oleribus. Affectiones animi. Mors ſubita ex accepta injuria. Demum morbi, non quidem ſeniles ſoli, neque enim

enim phrenitis eo pertineret, ſed omnino varii capitis, oculorum, deinde reliquorum ventrium morbi. A podagra magis adfligi, quicunque emplaſtris & unguentis circa articulos utuntur.

Valerii Badilii Veronenſis, *tractatus de vena ſecanda in pueris vel ante XIV. ætatis annum* Veron. 1606. 4. *. Contra Massariam & vulgare præjudicium demonſtrare ſatagit, pueros utique venæſectione egere, neque quidquam ab ea mali pati, neque plethoram alio modo evacuari poſſe. Ratiocinii plurimum, abſque ullo experimento, niſi quod ad experientiam S. Salustii & medicorum Romanorum provocat, qui eodem jam tempore pueris ſanguinem mittebant.

Pauli Renealmi (Reneaulme) Bleſenſis, *ex curationibus obſervationes, quibus videre eſt, morbos cito, tuto & jucunde poſſe debellari, ſi Galenicis præceptis chymica remedia veniant ſubſidio* Pariſ. 1606. 8. *. Curationes pleræque felices. In variolis fauces puſtulis obſeſſas vehementer metuit. Medicamenta peculiaria ſua habet, febrifugum, phlegmagogum, ſtomachicum, antiverolicum, hydroticum; chemica ea, ut videtur, cum doſes perexiguæ ſint, hiſque præſidiis fere ſolis utitur, ut exigua harum narrationum ſit utilitas. Luem veneream cum quartana febre conjunctam intra duodecim dies ſuis arcanis medicamentis ſuperavit. Ulcera & alia ſigna venerei mali in puero vix bimeſtri vidit. Decocto ſylveſtris hormini ozænam cum ulcere ſe ſuperaſſe. Qui in peſtilentia, ut morbum averterent, cordiales potiones ſumſiſſent, eos periiſſe ad unum omnes, cum ipſe ſuo febrifugo peſtem facile ſanaret. Primus inter nuperos cicutæ internum uſum ſibi permiſit, in ſcirrhis viſcerum. Cadaveris morboſi inciſio unica, qua inter duas tunicas ventriculi magnum quaſi parenchyma lienis ſpecie detectum eſt, & ipſa cavitas minima.

Petri Pigrai Pariſienſis, *Epitome des preceptes de medecine & chirurgie* Paris 1606. 8 Astr. Lion 1628. 8. Rouen 1642. 8 *. 1649. 8. 1658. 8. Heist. Belgice Amſterd. 1693. 4. Latine, *Epitome præceptorum medicinæ & chirurgiæ, cum ampla ſingulis morbis convenientium remediorum expoſitione* Pariſ. 1612. 8. *. Præter ea, quæ inter tumores medici ſunt argumenti, huc facit liber VII. de variis morbis, arthritide, morbis variis partium urinæ, generationi dicatarum, & ſeminis, de impotentia adgnoſcenda, de renuntiatione in morbis ad mentis perturbationem facientibus: quo loco narrat, ut cordate in dæmoniacis fraudulentis detectis ſe geſſerit. Porro de modo conſultandi.

L. VIII. de peſte & morbis contagioſis agit, cum vulgari illa calida curatione. De lue venerea, in cujus ſanatione argenti vivi efficaciam & innocentiam tuetur, ut ſubinde, quando æger debilior eſt, utiliter unius alteriuſve diei induciæ dentur. Plumbo illito id malum in pueris ſublatum fuiſſe. De gonorrhœa, caruncula. De variolis, morbillis, lepra, aliis morbis cutaneis.

L. IX. de medicamentis purgantibus, venæſectione.

L. X. de medicamentis & eorum facultatibus, & claſſibus, cum longis interſperſis formulis, denique dictionarium medicamentorum ſimplicium.

Ej. *chirurgia cum aliis medicinæ partibus conjuncta* Pariſ. 1609. 8. L. idem puto opus.

Johannes Varandæus, quem a coævis video Varandal vocari, decani ſcholæ medicæ Monſpelienſis.

Ej. *formulæ remediorum internorum & externorum ante aliquot annos medicinæ ſtudioſis traditæ*, edidit Petrus Janich Hanau 1607. 8. *. Genev. vel Monſpel 1620. 8. *. In P. I. medicamenta ſecundum loca, in altero ſecundum genera dicuntur. Formulæ nempe mere Galenicæ, quales eo ævo Monſpelii receptæ erant.

Ej. *de affectibus renum & veſicæ ad mentem* Hipp. & Galeni, edente pariter Petro Janich Hanau 1617. 8. *. Genev. vel Monſpel. 1620. 8. *. De calculo quidem potiſſimum, ſed etiam de inflammatione renum & veſicæ, de urina ſanguinolenta, purulenta, diabete, de urina dolorifica, aut retenta, de ejusdem incontinentia.

Ej. *pathologia cum phyſiologia edita* Hanov. 1619. 8. Monſpel. 1620. 8.

Ej. *de morbis ventriculi l. III. opera* Romani a Costa *de Briva jocoſa(Brive la gaillarde)* ib. 1619. 8. L. Genev vel Monſpel. 1620. 8. *. Ejusdem ſaporis. Morbi fere ex Græcis deſcripti, cum formulis, & recepta ejus ſeculi curatione.

Ej. *de morbis mulierum libri III* ab eodem P. Janich editi Hanau 1619. 8. *. Genev. vel Monſpel 1620. 8. *Acc. brevis & facilis epilepſiæ, podagræ, hydropis & lepræ curatio* Lion 1619. 8 Tr. Ejusdem denuo ſaporis. Gallice, vertente J. B. Petit Pariſ. 1666. 8. Houss. Tr.

Ej. *tractatus de elephantiaſi ſ. lepra; de lue venerea, & de hepatitide ſ. hepatis* ατονια *nunc primum editi* Genev. vel Monſpel. 1620. 8. * deque alvi fluxu ſanioſo & cruento.

Ej. *tr. de diagnoſi medica* Monſpel. 1620. 8. *. Ejuſdem ſaporis.

Ej. *opera omnia* Monſpel. 1620. 8. Lion 1658. f. Wachend. Præter priora continent *Prognoſin medicam, ſ. de prædictione morborum, & methodum medendi, ſ. de indicationibus curativis, Semeioticam, Therapeuticam, Hygieinem, affectus hepatis, lienis, Commentarios in 12. hiſtorias libri 3. Epidemicorum, Explicationem libri Hippocratici* περι παθων.

Petrus Paauw Amſtelodamenſis, profeſſor Leidenſis, inciſor, magnus peregrinator, cui & hortus & theatrum Leidenſe multa debent.

Ej. *de peſte cum* Henrici Florentii *ad ſingula capita additamenta* Leid. 1636. 16. *. Codicem MS. Florentius a J. Paauw Petri F. habuit, non quidem ad prelum perfectum. In brevi libello nihil reperi, præter magnas laudes theriacæ. Florentii *adnotationes* multa habent medica. Conſtitutiones anni 1624. & 1635. diverſæ. In illa veſicatorium bubonem diſſipabat, non in altera, in qua utile erat, neceſſitatem ſuppurationis non auferebat. In illa gravidæ abortabant & peribant ad unam omnes, etiam quæ menſes paſſæ eſſent, non ita in iſta. In illa exanthemata etiam perparca lethalia erant, non ita in altera. Pancratice valentes ſubito a peſte prehenſos periiſſe. Jacobum Bontium vidiſſe maculas in ipſis oſſibus latam baſin habere, verſus cutem ſenſim in coni ſpeciem faſtigiari. Anthrax peſtilens ſtatim a cruſta integra cum veſica nigra incipit. Non peſtilens anthrax oritur ab exigua puſtula rubra multis foraminibus pertuſa, ex quibus paulum puris profunditur. Bubones felicioris ſunt augurii, quo citius adparent. Si emplaſtrum veſicatorium buboni aut viciniæ impoſueris, & pus adtraxerit copioſum, bonum. Anthracum meliores, qui cito & numeroſi erumpunt. Vidit F. triginta eventu felici erupiſſe: ſic etiam ſi recte circumſcribuntur & pus profluit bona notæ. Anthrax enormis diſci menſarii amplitudine, non funeſtus. Sanatus contra legem, cui veſicatorium cutem ſiccam reliquerat. Venti peſtem ab aliqua urbis regione in aliam transferebant. Venæ ſectio nunquam non funeſta, etiam prophylactica. Antimonium male ceſſit. Utiliter buboni aut ex proxima veſicatorium emplaſtrum imponitur, tunc etiam admotum, quando nullus necdum tumor adparuerat.

Ej. *obſervationes anatomicæ ſelectiores* prodierunt cum *Centuria* III. & IV. *hiſtoriarum anatomicarum & medicarum* T. Bartholini Hafniæ 1657. 8. *. Inter eas variæ argumenti clinici. In Heurnii veſicula fellea calculi ſeptem, juglandis ſinguli mole reperti. In tabido tubercula in pulmone, etiam lapides &c.

Orationem funebrem in viri obitum dedit Æl. Eu. Vorst Leid. 1617. 4. *. Melancholiæ & morbi nigri funeſti hiſtoria, quo exſtinctus eſt.

Joachimi Stullii *ars medica methodo diviſa, deſcripta, exemplis illuſtrata* Hanov. 1606. fol. Secundum intemperies morbos generales diſponit.

Jacob Goeffron *doctrina pulſuum* Genev. 1606. 12. Rast.

Alfonsus Baroccius *de febribus* Ferrar. 1606. fol. Hott.

Ej. *in II. ſectionem aphoriſmorum* Hipp. Mazuch.

Ej. *de ſanitate tuenda* Mazuch.

Christ. Sattler *theſaurus ex univerſa medicina* Patav. 1606. 4.

Cæsarius Tristan *de clerico medico* Venet. 1606. 8. N. Ant.

Henrich Lambach *conſilium pro cujuſdam ſenis vita ad multos annos in vigore conſervanda* 1606. 8. Moeller.

Bernardini Caii *diſſ. de veſicantium uſu* Venet. 1606. 4. L. In morbis acutis rejicit.

Ej. *de ſanguinis effuſione diſſ.* ib. 1607. 4. L.

Ej. *de alimentis, quæ cuique naturæ conveniunt l., de voluptate, ſapore, frigida potione, viribus ſalis nitri ad refrigerandum* &c. Venet. 1608. 4. L. 1610. 4. L.

ILDEFONSI NUNNEZ *de pulſuum differentiis cognitione cauſis & prognoſtico* l. I. Salamanticæ 1606. 4. CHIVA.

Ej. *de gutturis ulceribus anginoſis* Sevilla 1615. 4. L.

J. HARTMAN Ambergenſis, profeſſor Marburgenſis. Ej. *ἐπιφυλλίδες ſ. miſcella medica cum προθήκη chymico therapeutica doloris colici* Marburg 1606. 4. RIV.

Ej. Diſſ. *de natura catarrhorum* Marburg 1610. 4.

Ej. *diſp. de lue venerea* Marburg 1611. 4. ASTR. lego & 1613. Eam luem BASILIO VALENTINO dictam eſſe, hydrargyri interno uſu melius curari. De cryſtallina, novo ejus ſymptomate

Ej. *philoſophiæ ſ. naturæ conſultus medicus oratio.* Acc. *Programma futuræ profeſſionis chymiaticæ conſilia & rationes indicans* Marburg 1609. 8.

Ej. *diſputationes chemico medicæ quatuordecim* ib. 1611. 4. L. 1614. 4. L. auctius.

Ej. *diatribe de uſu medico microcoſmi diſp. quomodo & quando e corpore humano vivente medicamenta in uſum medicum transferri poſſint* Erfurt 1635. f. L.

Ej. *tr. de opio* Witteb. 1635. 8. GUNZ. 1658. 8. GUNZ. editus a C GEORGIO PELSHOFER

Ej. *praxis chymiatrica* Lipſ. 1633. 4. LIHD. Francof. 1634. 8. LIND. Genev. 1647. 8. LIND. 1649. 8. LIND. Leid. 1663. 12. LIND BUR Francof. 1671. 4. L. Genev. 1682. 8. cum *pathologia* FERNELII & tr. *de oleis deſtillatis Baſilica antimonii* HUMERI, POPPI, THALINI, M. CORNACHINI *methodo* in *pulverem* curante T. BONNET. Germanice *chymiſche Arzneyübung* Nürnberg 1678. 8 CARLSON. Aucta a J. MICHAELIS & GEORGIO EVERHARTO HARTMANNO JOHANNIS filio, & ab innumeris mendis vindicata, compluribus arcanis aucta a J. HISKIA CARDILUCIO, latine rediit Norib. 1677. 4. *.

Materia medica ſecundum indicationes, deinde morborum curationes ex principiis fere chemicis. Denique ſimplicia medicamenta ſecundum planetas & gradus, iſte *Zodiacus medicus* eſt J. HISKIÆ CARDILUCII. HARTMANNUS ex ſecta chemica fuit, adeo his medicamentis addictus, ut antimonium febrium omnium, hectica excepta, antidotum faciat. Mercurium ſcorbuticis nocere adnotavit.

Ej. epiſtolæ aliquæ in ciſta HORNUNGI.

Ej. *opera omnia medico chymica aucta a* CONRADO JOHRENIO Francof. 1684. fol. 1690. fol. Germanice 1698. fol.

J. GEORG SCHENK JOHANNIS fil.

Ej. *Elenchus auctorum in re medica, qui gynæcia illuſtrarunt* Argent. 1606. 8.

Ej.

Ej. *de formandis medicinæ ſtudiis & ſchola medica conſtituenda enchiridion* Argent. 1607. 8. Citat opuſcula JACOBII SYLVII, HIER. MERCURIALIS, HONORATI CASTELLANI, PLACOTOMI, WIMPINÆI.

Ej. *exotericorum experimentorum ad varios morbos centuriæ* VII. Francof. 1607. 8. GUNZ.

Ej. *pandectarum, ſ. partitionum medicinalium liber quartus, qui eſt ſemeiotica* Francof. 1607. 12. Acc. HELIDÆI *de* PADOANIS *curationes*, HIER. CAPIVACCII *de compoſitione medicamentorum inſtitutio brevis*, & ALBERTINI BOTTONI *de methodis curandi circa morbos.*

Ej. *lithogeneſia, ſ. de microcoſmi membris petrefactis & de calculis microcoſmo innatis* Francof. 1608. 4. Acc. *argumentum de calculis brutorum.*

Ej. *neues Arzneybueh darinn ſiebenhundert auſerleſene experimenten oder Arzneyen zu befinden* Francf. 1608. 4. ENDT. B. Tig.

Ej. *biblia jatrica, ſ. bibliotheca medica* Francof. 1609. 8. *. Scriptores medici ordine alphabetico. & opera cum editionibus, quale LINDENII opus eſt.

Edidit GEORGII PHÆDRONIS *opuſcula*, & J. GUINTHERII *gynæcia.*

§. CCCCXLVII. ALII.

WEND *v.* HELBACH (ſic) *hortus corporis Arzgärtlein des menſchlichen Leibes mit nothwendigen Stücken u. experimenten* Francf. 1606. 8.

HENR. SCHILLER *ein Tractat von der Peſtilenz* Hanau 1606. 8. B. THOMAS.

A. BRENTII *Anordnung zur Zeit der Peſtilenz* Amberg 1606. 8. TR.

MICH. SCHIRAGII *vier Rathſchläg von dem peſtilenziſchen Fieber* Nürnb. 1606. 8. THOM.

Reformation der Apotheker und wie ſich die ordinarii medici, chirurgi, barbierer und andre angehörige in praxi medica in Maynz hinfüro zu verhalten Maynz 1606. 4. DRAUD.

ELIÆ ANHARDS *Bericht von dem Podagra* Darmſtatt 1606.

Tractat vom brauchen des Weins zur Geſundheit u. Nuzbarkeit des Menſchen Strasburg 1606. 4. B. THOM.

A letter concerning præſervation of health, and diſcourſe of empiriks with the auctors opinion of hem Lond. 1606. 4. B. BODL.

NIC. ELLAIN med. Pariſ. *avis ſur la peſte* Paris 1606. 8. BUR. Paris 1623. 8. Latine verſus *cum notis* GUIDONIS PATINI inter PHIL. GUIBERTI opera ib. 1649. 8 *. Modeſtus vir curationem vix atigit. Inter cardiaca efficaciſſimum in ſe ipſo vinum expertus eſt: cum lapidis bezoar nullæ vires eſſent. De noſocomio & ejus inſtructione. Septimo anno cannabi infecta peſtis renovata. Video nunc antiquum eſſe librum, quem ANT. MIZAULD dedicaverit.

Scipion *du* Pleix *des cauſes de la veille & du ſommeil, des ſonges, de la vie & de la mort* Paris 1606. 12. B. B. 1609. 12. B. B. Ex ſcholarum guſtu.

Fr. *de* Monginot *ſecrets polydedales contre la peſte* Paris 1606. 8. Falc.

Tr. de la peſte par les chirurgiens de Paris ib. 1606. 12. Rast.

Josue Ferro *ſecreti* Venet. 1606. 8. Falc.

CCCCXLVIII. Disputationes.

Mich. Triscov. *de dyſpnœa* Baſil. 1606. 4. *.

Georg Kirchem *de colico dolore* ib. 1606. 4. Riv.

J. Lucanus *de dyſenteria* Baſil. 1606. 4. Riv.

J. Nicolaus Stupanus Ej. *lectiones caniculares de febribus malignis* Reſp. C. Hofmann ib. 1606. 4.

Ej. *de morbo ſubitaneo quem apoplexiam vocant* ib. 1606, 4. He.

Ej. *prolegomena medica de medicinæ præſtantia, certitudine, medicorum ſectis* ib. 1608. 4. *.

Ej. *de comatibus ſomnolento & vigile* ib. 1613. 4. *.

Ej. *medicina theoretica ex* Galeni & Hipp. *phyſiologicis, pathologicis & ſemeioticis l. in theſes contracta* Baſil. 1614. 8. *. Juſtum medicinæ compendium, quod ex diſputationibus coaluit, quas noſter ſubinde numeroſas in florentiſſima Academia propoſuerat. Etſi potiſſimum Græcorum placita in ordinem reduxit, non tamen nihil habet ſui, & paſſim bonas adnotationes ex propria praxi natas adſperſit.

Ej. *præloquium pro Hippocratica medicina* ib. 1620. 4.

Ej. *epiſtolæ duæ* in *ciſta* Hornungi.

Geo. Feig περὶ αἱμοπτύσεως Lipſ. 1606. 4.

Maur. Schroeter *de ſyncope* Lipſ. 1606. 4. Pl.

J. Muccius *de pica ſ. malacia* Lipſ. 1606. 4. Riv.

Jac. Wernicher *de vita & morte* Lipſ. 1606. 4. He.

Christ. Preibis *de ſanitate & morbo* Witteberg. 1606. 4.

Christoph. Stimmel. *de ſingultu* Erford. 1606. 4. Riv.

Matth. Backmeister *diſp. de ſcorbuto* præſide J. Backmeister Roſtock 1606. 4. Moeller.

J. Muller *oratio de vita & obitu* Matthæi Backmeister Luneburg 1626. 4. B. Bun.

J. Frida *pathologiæ diſputationes* Helmſtadt 1606. ad uſque 26: *de morbis, morborum ſymptomatibus, cauſis in genere, in ſpecie, ſymptomatibus & ſignis, de dolore capitis, de catarrhis.*

Ej.

Ej. *de hydrope* ib. 1607. 4.

Tobiæ Knobloch *kurzer Bericht vom Podagra* Witteb. 1606. 8. Tr.

Ej. Liber *von der Peſtilenz* Nurnberg 1611. 8.

Ej. *Hippocratis aphoriſmi gr. lat. cum adnotationibus* Nurnberg 1641. 8.

Ej. *de cibo & potu* Roſt. 1613. 4. Burch.

Ej. *diſp. medicæ novem* ib. 1613. 4. Tr.

Ej. *de peſte* ib. 1613. Moller.

Ej. *medicinæ practicæ* P. I. *diſp. I. de medicina in genere* ib. 1614. 4. Tr.

Ej. *de ſanitate* 1614. & ſic porro *de rebus ſex non naturalibus.*

Ej. *Diſſ. de præſervatione* 1615. 4.

Ej. *de ſanitatis conſervatione* Roſt. 1614. 4. Menz.

Idem edidit Joelis *opera.*

Ernesti Soner *de ſanguinis detractione per venas* Altdorf. 1606. 4.

Ej. *oratio de* T. Paracelso *ejuſque pernicioſa medicina* Nurnb. 1610. 4.

Ej. *de inſomniis* Altd. 1620. 4.

Vita viri reperitur in H. Witten *decad.* De ſociniana hæreſi ſuſpectum lego tamen in vera fide obiiſſe (*a*)

Hier. Giselin *de dyſenteria* Baſil. 1606. 4. He.

J. de Beaufort *de angina* ib. 1606. 4. He.

J. Kuffer *de lethargo* ib. 1606. 4. He.

Gallus Lukius *de peripneumonia* ib. 1606. 4. He.

Sam. Geuttersberger *themata jatrochemica* Marpurg. 1606. 4. He.

Steph. Grison *quæſtiones medicæ* Monpel. 1606. He.

J. *le* Febure *quæſtiones cardinalitiæ pro Apollinari laurea* Monſpel. 1606. 4.

Jac. d'Amboise & Petr. *le* Conte *E. peſtis a cælo* Pariſ. 1606.

Sim. *le* Tellier & Claud. Charles *Non E. purgatio dyſenteriæ utilis* Pariſ. 1606.

Petr. Pijart & P. *le* Conte *E. a ſola diæta ſanitas* ib. 1606.

Jac. Cousinot & Albert Golemowsky *E. plica epidemica Polonis* Par. 1606.

P. *de* Renou & George Arbaud *Non E. hydrargyrus tutum Jndicæ luis alexipharmacum* Pariſ. 1606.

§. CCCCXLIX.

§. CCCCXLIX. DANIEL SENNERT.

Vratislavienſis, profeſſor Wittebergenſis, vir inter præcipuos ſeculi ſui habitus, qui conciliationem ſectarum tentaverit, chemicæ potiſſimum cum Galenica, inque hiſtoria morborum priſcos ſecutus, minime infeliciter eorum inventa congeſſerit, ut eo potiſſimum etiam BELLINUS excerpto uſus ſit.

EJ. *de febrium malignarum differentiis & ſignis* Witteb. 1607. 4. HE.

EJ. *de peſtilentia* 1607. 4. HE.

EJ. *de ophthalmia* ib. 1608. 4. HE.

EJ. *pentas illuſtrium αποφθεγματων ιατροφιλοσοφικων* 1608. 4. HE.

EJ. *quæſtiones medicæ controverſæ IV.* Witteb. 1607. 4. TR.

Et cum *Tr. de peſtilentia* Witteb. 1609. 8. TR. 1610. 8. L.

EJ. *de inflammatione* ib. 1610. 4. HE.

EJ. *de occultis medicamentorum facultatibus* 1610. 4. HE.

EJ. *de dyſenteria* Witteb. 1611. 4. RIV.

EJ. *de apoplexia* ib. 1611. 4. HE.

EJ. *Inſtitutionum medicarum libri V.* ib. 1611. 4. TREW. 1620. 4. L. Pariſ. 1628. 4. H. 1631. 4. *. Witteb. 1644. 4. HANSEN Genev. 1646. 8. 2. vol. Hanau 1646. 4. Witteb. 1667. 4. L. Univerſus artis ambitus ad GALENI fere ſenſum tractatus, etiam materies alimentaria & medica.

EJ. *Inſtitutionum medicinæ epitome* Witteb. 1625. 12. L. 1634. 12. L. 1647. 1654. 12. L. 1664. 12. TR. Lion 1635. 12. Amſterd. 1644. 12. TR. HANSEN Patav. 1644. 8. Anglice etiam prodiit Lond. 1656. 8. & codex hujus l. MS. Anglicus eſt in Codd. Britannicis n. 3924.

Inſtitutionum epitome per tabulas Witteb. 1611. 12. 1635. fol. 1673. f. Pariſ. 1637. fol. opera CHRISTIANI WINKELMAN.

EJ. *Epitome inſtitutionum medicarum diſputationibus* 18. *comprehenſa* Witteb. 1631. 12. 1637. 8. L.

EJ. *de peſtilentia quæſtiones contraverſæ* 1613. 4. HE.

EJ. *de epilepſia* 1614. 4. HE.

EJ. *de dolore colico* Witteb. 1614. HE.

EJ. *de arthritide* ib. 1615. 4. HE.

EJ. *de hydrope aſcite* ib. 1616. 4. HE.

EJ. *de occultis totius ſubſtantiæ morbis* ib. 1616. 4. HE.

EJ. *de ictero* ib. 1617. 4. PL.

EJ. *de epilepſia* ib. 1618. 4. PL.

EJ. *de phthiſi* 1619. 4. HE.

EJ. *de febribus ſymptomatibus vulgo dictis* Witteberg. 1619. 4. HE.

EJ. *de ſcorbuto* Witteb. 1620. 4. RIV. 1624. 8. *. Jen. 1661. 4. L. Frf. & Witteb. 1654. 8. UFF. cum eadem collectione RONSSEI, ECHTII, WIERI & LANGII. Cum M. MARTINI ejuſdem argumenti libello Jen. 1624. 8. Sedem mali in liene eſſe, etſi adultius ſe latius diffundat, cauſam humorem melancholicum. Symptomata mali. Multa medicamentorum farrago.

EJ. *de febribus* L. IV. Witteb. 1619. 8. TR. 1634. 12. TR. 1653. 8. TR. Pariſ. 1633. 4. *. Amſterd. 1644. 12. TR. Francof. 1654. 4. HANSEN 1664. TR. Multum tribuit medicamentis lenientibus, abſorbentibus, etiam alexipharmacis, neque eſt abſque peculiaribus hinc inde interſperſis morborum hiſtoriis: adjecta ſunt J. NÆVII medicamenta contra peſtem, calida & abſorbentia, tum alia SIG. KOLREUTERI, medicorum Wittebergenſium, Vratislavienſium &c.

EJ. *epitome librorum de febribus* Witteb. 1624. 12. TR.

EJ. *de chemicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu & diſſenſu cum app. de conſtitutione chymiæ* Witteb. 1619. 8. TR. 1629. 4. ID Witteb. & Francof. 1655. 4. HANS. Pariſ. 1632. 4. *. Chemiam tuetur, ejuſque artis res a rebus PARACELSI ſeparat. Principia chemica, ſal, ſulfur & mercurium defendit, morbos ex iis principiis oſtendit non incommode deduci, ut tamen nimias theorias SCHEUNEMANNI & PARACELSI repudiet; ſic porro per ſingulas artis partes PARACELSICAM theoriam exponit, & plerumque excuſat. Non valde admittit, chemicorum medicamenta innocua eſſe ſuaque malignitate repurgata, ut tamen hæc chemica auxilia excuſet, & perinde ut GALENICIS locum iis adſignet.

EJ. *de mania* Witteb. 1620. 4. HE.

EJ. *de pleuritide* ib. 1621. 4. HE.

EJ. *de dyſenteria* ib. 1624. 4. RIV. L.

EJ. *de ſingultu* ib. 1624. 4. RIV.

EJ. *epitome naturalis ſcientiæ* ib. 1624. 4. Vix huç facit.

EJ. *de catarrho* ib. 1626. 4. *.

EJ. *de peſte* ib. 1626. 4. HE.

EJ. *de cardialgia* 1627. 4. *.

EJ. *de affectione hypochondriaca* 1628. 4. HE.

EJ. *de peſtilentia* 1628. 4.

EJ. *de febribus diſpp.* 14. a. 1628. HE.

EJ. *de dentium dolore* ib. 1629. 4. *.

EJ. *de natura chymiæ & chymicorum principiis* Witteb. 1629. 4. TREW.

EJ. *de chemicorum medicina univerſali & auro potabili* ib. 1630. 4. TR.

Ej. *de oceultis medicamentorum qualitatibus* Witteb. 1630. 4. Menz. He.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1630. 4. *.

Ej. *de arthritide* ib. 1630. 4. Pl.

Ej. *de eryſipelate* ib. 1630. 4. *.

Ej. *de incubo* 1630. 4. *.

Ej. *de febribus malignis* 1630. 4. He.

Ej. *de paralyſi* 1630. 4. *.

Ej. *colici & iliaci doloris aitiologia, diagnoſis, prognoſis & therapia* 1630. 4. *.

Ej. *epitome inſtitutionum medicarum diſputationibus* 18. *comprehenſa* ib. 1631. 12.

Ej. *de arthritide* tractatus Witteb. 1631. 4. Tr. Pariſ. 1632. 4. *.

Ej. *de febribus in genere* 1631. 4. He.

Ej. *medicina practica* P. I. Witteb. 1628. 4. L. 1636. 4. L. Lion 1629. 8. L. Pariſ. 1632. *. Frf. 1654. 4 Tr. Verboſior aliquantum, cætera minime inutilis auctor, pleraque priorum monumenta in bonum ordinem redegit, in medicamentis profuſus, non abſque adnotationibus. Hoc primo libro morbi capitis traduntur, adſperſis ſubinde quæſtionibus curioſis aut litigioſis. Hæmophobus in univerſum, & a maſcula veterum methodo alienior, multa ab A. Robero & A. Laurentio ſumſiſſe dicitur.

Liber II. Witteb. 1629. 4. L. 1640. 4. L. Pariſ. 1632. 2. *. 1656. 4. Tr. Morbi faciei, oris, colli, pectoris. In quæſtionem ſe dimittit, quænam vena in pleuritide utilius aperiatur. In principio mali revulſionem tentari vult, eamque longiſſime remotam, quare in latere adfecto venam male ſecari perſuadetur.

L. III. Witteb 1631. 4. *. 1648. 4. L. Pariſ. 1632. 4. *. 1662. 4. Tr. Morbi ventriculi, inteſtinorum, ſcorbutus, morbi reliqui abdominales. Tæniarum non unius generis icones aliquæ.

L. IV. Witteb. 1632. 4. Tr. 1649. 4. L. Pariſ. 1633. 4. *. Morbi mulierum, etiam mammarum, puerperii & infantum.

L. V. chirurgicus eſt anni 1634.

L. VI. *de morbis occultis* Witteb. 1635. 4. *. 1654. 4. Trew. Morbi occulti totius ſubſtantiæ, maligni, contagioſi, lues venerea, hæc abunde. Hydrargyri uſum ut non undique rejicit, ita non niſi caute & timide admittit. Tum venena ex tribus regnis, & morbi magici, quos omnino ex ſeculi genio admittit.

Libri ſex Witteb. 1654. 4. Hansen.

Ej. *de cauſa continente* Witteb. 1634. 4. Pl.

Ej. *decas quæſtionum medicarum* ib. 1635. 4. Riv.

Ej. *medicina Hippocratica* 1636. fol.

Ej. *de bene vivendi beateque moriendi ratione meditationes* Witteb. 1636. 12. Tr. 1643. 8 Marpurg 1672. 8.

Augusti Buchner *panegyricus* Sennerto *dictus* ib. 1642. ib. 1650. 12. Tr. 1655. 4. ib. 1678. 4. B. Bun.

Vita & judicium clariſſimorum virorum ſuper Dan. Sennerto ib. 1642. 4. B. Tig. Lion 1643. 8. *. cum vita viri Cl.

Parentatio Pauli Roberi Witteb. 1638. 4.

Poſthuma prodierunt *Paralipomena, quibus præmittitur methodus diſcendi medicinam* ib. 1642. 4. Lion 1643. 8. *. Auctaria ſunt, prima ad Inſtitutiones. Plurimum quæſtionum, adnotationes aliquæ. Infelix eventus dati in febre maligna mercurii vitæ, mercurii præcipitati in ſcirrho mammarum. Deinde in *praxeos libros* ſex *paral.* cum adnotationibus, quam in ipſo opere frequentioribus, & morborum variorum hiſtoriis. Suſpecta hiſtoria hominis, qui per nares vidiſſe dicitur. Omnino hydrops halecum eſu ſanatus, ſcirrhus uteri chalybe. Menſium viæ alienæ. Porro ad L. de *febribus*. Cauſus ſanguine de pede ſponte erumpente ſolutus. Bezoar pro egregio medicamento habet, & infeliciores eventus excuſat, quod is lapis parum genuinus, aut nimis parce adſumtus fuerit In fine *exoterica* Num arcana habere liceat. Num Theologis licitum ſit medicinam facere. Loci duo Hippocratis emendati.

Methodus breviſſima ſeorſim Marpurgi 1672. 12. *. prodiit cum notis J. Magiri.

Ej. *medicamenta officinalia cum Galenica tum chymica* Witteb. 1670 fol. appendicis loco ad tabulas *Inſtitutionum medicinæ* adjecit Christianus Winkelmann.

Opera omnia prodierunt Venet. 1641. fol. 1651. fol. L. Pariſ. 1633. 1645. fol. Lion 1650. fol. L. 1657. f. L. 1666. f L. 1676 fol. 6 vol. *Epiſtolarum medicinalium centuriæ duæ* ultimis editionibus acceſſerunt.

Claudii Bonnet *Epitome univerſam* Dan. Sennerti *doctrinam ſumma fide complectens ex triplici volumine in unum congeſtam* Avenione 1655. fol. L. Genev. 1655. fol. L.

In Dan. Sennerti *libros V. epitomes Inſtitutionum examen* Marburg 1686. 8. Tr.

§. CCCCL. Varii ad a. 1607.

Dominici Terilli Veneti, *de veſicantibus dilucidatio ac aretologia* Venet. 1607. 4. *. argumenta Bernandini Caji ſingula exponit, & refutat. Ad innumeros medicos Romanos & Patavinos provocat, qui feciliter emplaſtris veſicas cientibus utuntur; neque tamen propria experimenta producit. Veteres & phœnigmis uſos eſſe, & medicamentis veſicas trahentibus, ea inter citat veſicans Critonis.

Ej. *de cauſis mortis repentinæ diſtinctiſſima tractatio* Venet. 1615. 4. Falc.

Ferdinandi Salandi *tr. de purgatione* Veron. 1607. 4. Scena *letter. Bergom.*

Ej. *de vomitu ac de aliis affectibus præter naturam; de cauſis & curationibus eorum in magna muliere* Veron. 1607. ib.

Ej. *de melancholia hypochondriaca*, *de catarrho : acc. tr. de purgatione* ib. 1607. 4. Falc.

Ej. *tr. ſopra li vermi*, *cauſe*, *differenze*, *pronoſtico e curatione* &c. Veron. 1607. 4. Falc.

Ej. *Opuſcula medica quatuor : 1*, *conſilium de melancholia; acc tr. de purgatione*, *tri ſopra li vermi & tr. ſopra la regola del vivere nelle ſei coſe non naturali* Veron. 1607. 4. B. Bur.

Jeremiæ Cornarii *fori medici adumbratio*, *& ex parte quidem*, *quæ officinarum viſitationem aſſiſtentium atque cæterarum directionem maxime ſpectat*, *in ſynopſi facta* Coburg 1607. fol. Tr.

J. Castalionis *de frigido & calido potu apologeticus* Rom. 1507. 4. Falc.

Latinus Tancredus Camertinus, profeſſor Neapolitanus, Ej. *de fame & ſiti* L. III. Venet. 1607. 4. *. Libro III. famem & ſitim morboſam tractat, ut utique veterum effata colligat, ſui adferat nihil. Multa de potu frigido. Catulorum imagines in hydrophoborum lotio admittit.

J. Antonii Magini *de aſtrologiæ ratione & uſu dierum criticorum*, *ſ. commentarius primus in* LL. III. *de diebus decretoriis* Galeni: alter *de legitimo aſtrologiæ in medicina uſu* Venet 1607. 4. L. 1608. 4. ib.

Josuel Abrech *oneirocriſios* Francof. 1607. 8.

Francisci Turci *controverſiæ medicæ & philoſophicæ* Veron. 1607. 4. L.

Michael Doering Vratislavienſis, Profeſſor Gieſſenſis, *de febrium malignarum curatione in genere* Baſil. 1607. 4. Riv.

Id. *de ſtatu neutro morborum in genere & morbis ab intemperie in ſpecie* Gieſſ. 1610.

Ej. *de medicina & medicis adverſus jatromaſtigas & Pſeudomedicos libri duo*, *in quibus medicinæ origo*, *dignitas*, *medici officium aſſeritur*, Hippocraticæ *tum* Galenicæ *præſtantia præ Empirica*, *Magica*, *Methodica &* Paracelsica *excutitur* Gieſſ. 1611. 8.*. Non diſſimules, multa paſſim parum vera intercedere. De Paracelso ejuſque medicina copioſius agit, non ut omnia damnet, tamen ut receptam medicinam in ejus hominis gratiam non putet debere deſeri. Sordes etiam viri excutit, & quæ poteſt, cum Galenicis conciliat. Diætæ neglectum ei improbat, medicamenta vero efficacia laudat, & contra Erastum defendit. In L. II. generalia de medicinæ dignitate, certitudine, infelicitate.

Ej. *acroama medico philoſophicum de opii uſu*, *qualitate calefaciente*, *virtute narcotica*, *& ipſum corrigendi modo* Jen. 1620. 8. *. Opium calidum eſſe ex acri ſapore, gravi odore, vi ſudorifera, ſiti & deliriis putat adparere. Non debere adeo calidis corrigi, ſed lenientibus & acidis.

Ej.

Ej. *diatriben de opobalſamo* &c. Jen. 1620. 8. *. magis botanicis adnumeres. Multa admiſcet de ſuccino.

Idem Nicolai Mutoni *μιθριδατοτεχνιαν adnotationibus & controverſiis locupletatam edidit* Jen. 1620. 8.*. Adnotationes ſuas ad Mutoni ſimplicia medicamenta adjicit.

Ej. *adnotationes chirurgicæ* pluſculæ exſtant cum Hildanianis: cum eo conjuncta quæſtio *an pruna & ova recentia dyſentericis conveniant* in Cent. III.

Ej. Mich. Doering *faſciculus quorumdam tractatuum de peſte*, *etliche unterſchiedene Tractat von der Peſt* Brieg 1641. 4.

Conradi Hofmann *analyſis compoſitionis theriacæ Andromachi — ſummum artificium quo in compoſitione uſus eſt Andromachus* Lion 1607. 8. alias 1617. 8. Conf. p. 371. ubi ad C. Hofmannum, & melius forte refertur.

Matthiæ Unzer *Bericht von der Peſtilenz* Hall. 1607. 4. B. Thomas.

Ej. *Bericht wie man ſich in Peſtilenzläuften præſerviren ſoll* Hall. 1610. 4. B Thom.

Ej. *de nephritide ſ. renum calculo florilegium medico chymicum* L. II. Hall. 1614. 4. *. Paracelſicus in nonnullis, undique formulas colligit & deſcribit, poſt cenſum medicamentorum ſimplicium huic morbo oppoſitorum, quorum pleraque nullarum ſunt virium.

Ej. *κατοπτρον λοιμωδης h. e. de lue peſtifera* L. III. *variis cum medicorum & philoſophorum obſervationibus* Hall. 1615. 4. *.

Ej. *ἱερονοσολογια chymiatrica*, *h. e. epilepſiæ accuratiſſima principia*, *deſcriptio & curatio* ib. 1616. 4. Tr. Pl. 1617. 4. Tr. Pl.

Ej. *antidotarium peſtilentiale* L. III. ib. 1621. 4.

Reliqua magis chemica ſunt.

Ej. *Anatomia mercurii ſpagirica* ib. 1620. 4. *.

Ej. *de ſulfure* ib. 1620. 4. 1629. Tr.

Ej. *phyſiologia ſalis* ib. 1624. 4. *.

Ej. *de ſale*, *ſulfure*, *mercurio : acc. l. de nephritide*, *peſte*, *epilepſia*, *ab auctore aucti* ib. 1634. 4. *.

Petri Amelung *tr. nobilis 1*, *in quo Alchemiæ dignitas*, *neceſſitas illuſtratur*, *& demonſtratur res non naturales*, *ex quibus morborum remedia deſumuntur*, *maligna qualitate non carere* Lipſ. 1607. 8. *. 1618. Hiſtoria chemiæ, & contra medicamenta ſimplicia.

Ej. *tr. nob. II*, *in quo maculæ chemicæ medicinæ a* Guil. Bockelio *adſperſæ delentur & repurgantur ; — oſtenditur purgantia & alterantia remedia quibus utitur deleteria eſſe* &c. Lipſ. 1618. 8. L.

Judæi

Judæi *theſaurus ſanitatis* Antwerp. 1607. 8.

Valerius Andreæ *catalogus clarorum Hiſpaniæ ſcriptorum* Mogunt. 1607. 4. Carr.

Ej. *imagines virorum illuſtrium ex variis gentibus* Antwerp. 1611. 12.

Renati Charterii, quem alias laudabimus, *paranymphus, in gratiam quinque laureæ candidatorum* Pariſ. 1607. 8. Fontette.

J. Friderici *Panegyris* Christophori Brunonis Lipſ. 1607. 4.

§. CCCCLI. Alii.

Bernardini Obregon *inſtruccion de enfermos y conſulto de afligidos enfermos y verdadera practica como ſe hace de aplicar los remedios quæ enſenuan los medicos* Madrid. 1607. 8. C. de V.

Andreæ Florindo Ej. exſtare *appendicem medicam* C. de V. Sevilla 1607.

Johannes Barrios *de la verdadera cirurgia y medicina, y aſtrologia* 1607. fol. C. de V.

Le tréſor de la ſanté humaine, du menage de la vie humaine, où il eſt amplement traité de toute ſorte d'alimens, fruits, breuvages, liqueurs de ſenteur, de leurs qualités & de la maniere de les apprêter, par un célebre médecin Lion 1607. 8. Ho. 1616. 8. Rast.

Nicolas Habicot *problemes ſur la nature preſervation & cure de la maladie peſtilentielle* Paris 1607. 8. *. Nullius momenti, & meræ theoriæ. Negat peſtem definiri poſſe. Bubonem vidit in inguine, quem cum alius chirurgus haberet pro peſtilente, innoxium eſſe noſter invenit, & facile curavit. Theriacam laudat. Venæ ſectionem & purgationem in peſte imperat. Arſenici nullum debere uſum eſſe.

Ej. *problemens médicinaux & chirurgicaux* Paris 1617. 8. *. Diſputationes ſunt, quarum pars practici eſt argumenti. Rationes profert faventes, aliasque his contrarias, in iis ſuam dicit ſententiam. Lac potu nocere, balnea vix requiri. Neque aquæ potum ſibi placere, neque vini. Pariſinorum frequentem venæ ſectionem non eſſe præter rem. Alimentum non eſſe pro remedio. Nullum dari mali venerei alexiterium. Proprii vix quidquam.

Kurzer u. nothdürftiger Bericht wie man ſich bey vorſtehender erſchrecklicher Peſtilenzzeit verwahren möge Jen. 1607. 4. Tr.

Bericht wie die Arzneyen in vorſtehender Sterbensgefahr zu gebrauchen ſind Witteb. 1607. 4. Tr.

Apothekertax der Stadt Schweinfurt ib. 1607. 4.

Der Herzogen von Sachſen renovirte Apothekerordnung Coburg 1607. 4.

Apotheker-

Apothekerordnung der Stadt Maynz Maynz 1607. 4.

Maynziſche Peſtordnung ib. 1607. 4. Heist.

Reformation aller requiſiten der Apotheken bey der Stadt Freyburg im Breiſgau Freyburg 1607. 4. Tr.

Wilh. Boekel *kurzer Bericht u. einfältige Unterweiſung, wie man ſich in dieſen jezigen gefährlichen Zeiten der jezt einreiſſenden Peſt verhalten ſoll* 1607. 4. Tr.

J. Hiltprand *Ordnung bey der Oeſterreichiſchen Peſtilenz* Paſſau 1607. 8. Boecl.

Guil. Budæi *gründlicher Bericht u. rathſam Bedenken von der Peſt* Leipzig 1607. 8.

Des Rahts zu Leipzig Peſtordnung Leipz. 1607. 8.

Theobald Noblot *kurzer Bericht wie man ſich von der Peſtilenz bewahren ſoll, u. ſo einer damit behaftet, ihm geholfen werden möge* Montpelgard 1607. 8.

J. Jac. Federer *methodiſcher Rahtſchlag bey der jezt graſſirenden rothen Ruhr* Freyburg Breiſg. 1607. 4. Tr.

Ej. *brevis febris ungaricæ curandæ, cognoſcendæ, & ab aliis febribus diſcernendæ methodus* ib. 1624. 8. * Symptomata; alvus modo ſtricta, modo nimium ens. Curatio. Venæ ſectionem rejicit. Lingua tumida & magna ſitis inter ſymptomata. Multa epithemata. Parvi momenti.

J. Cruger *Peſtordnung, d. i. kurzer Unterricht wie man ſich in Sterbensläuften von der Peſtilenz preſerviren ſolle* 1607. 4. Tr.

§. CCCCLII. Disputationes.

J. Mucelius *de aſcite* Baſil. 1607. 4.

Matth. Gehler *de plica* ib. 1607. 4. Riv.

Jeremias Barth *de angina exquiſita non maligna* ib. 1607. 4. Riv.

Ej. *de cauſo ſ. febre ardente* Sedan 1609. He.

Philip. Hofman *de lepra Arabum, ſ. elephantiaſi Græcorum* ib. 1607. 4. Pl.

J. Bochman *de ephialte* ib. 1607. 4. Pl.

Georg Rumbaum *de epilepſia* ib. 1607. 4. Pl.

J. Donricii *determinatio tabis medica in concluſiones redacta* ib. 1607. 4. Riv.

J. Wolfg. Krapf *poſitiones de vita producenda & reparanda juventute* ib. 1607. 4. B. Thomas.

Andr. Hildebrant *de apoplexia* ib. 1607. 4. Riv.

J. Fuchs

F. FUCHS *de cruenta exſpuitione* Baſil. 1607. 4. TR.

LUDOVICUS PLEVIANUS *de hydropis triplicis natura & curatione* ib. 1607. 4. HE.

J. MENZEL *de aſcite* ib. 1607. 4. C. de V.

J. LOUCIUS *de cardialgia* ib. 1607. 4. HE

THOM. SAGITTARIUS *de quæſtione qui fit quod multi abhorreant ab uſu caſei* Jen. 1607. 4. BURKH.

ÆGID. HENR. CHRISTOPH. LOEBER *de vita & morte* ib. 1607.

J. FABER de ANDREA PLANER orat. Tubing 1607. 4.

ÆGID. STRAUCH *de vita & morte* Witteb. 1607. 4.

QUIRINUS *le* VIGNON & GASP. BEARD *Non E. Temperies naturalis immutari poteſt* Pariſ. 1607.

SIMON PIETRE & LUD. DE MONCEAULX *E. ex contagio ſanitas* Baſil. 1607.

J. DURET & RENAT. CHARTIER *E. partium ſimilarium ſola proprius intemperies morbus* Pariſ. 1607.

GEORG CORNUTI & FRANC. PLACET *E. naturæ morborum medicatrices* ib. 1607.

J. *de* RENOU & J. *de* GORRIS *E. a putrido ſanguine bilioſa febris* ib. 1607.

PETRI PIJART & GABR. BEARD *E. in epilepſia quid occultum* Pariſ. 1607.

§. CCCCLIII. VARII.

LÆLII *a* FONTE Eugubini, medici Veneti, *Conſultationes medicæ.* Acc. *diſſ. de veſicantium uſu* Venet. 1608. fol. Francof. 1609. 8. *. Conſilia 150. ægroti nempe totidem, cum morbi hiſtoria, ætiologia, demum brevi curatione & eventu. Neque morbi, neque theoria, neque curatio aliquid habet reconditi, etſi a STAHLIO laudatur. De veſicantibus oppoſitas opiniones expendit, & fere ampliat.

PETRI MATTHÆI ROSSII *conſultationes & obſervationes pro morbis ad facultatem chirurgicam & medicam ſpectantibus*, *editæ a filio* VICTORIO Francof. 1608. 8. L. Lipſ. 1676. 8.*. cum BORELLO & aliis. Tres, non plures, conſultationes huc trahas, ſed eas fuſiſſimas, de phlegmone, inflammatione & eryſipelate.

JULIUS GUASTAVINIUS nobilis Genuenſis, profeſſor Piſanus. EJ. *ſunt commentarii in priores decem problematum* ARISTOTELIS *ſectiones* Lion 1608. fol.

EJ. *locorum de medicina ſelectorum l.* Lion 1616. 4. *, & l. alter Florent. 1625. 4. L. GALENI de nonnullis morbis, auxiliis, aliiſque rebus medicis placita cum nuperorum opinionibus comparata. Fuſe de lite ob venæ in pleuritide ſecandæ aptiori ſelectu. In dolore maximo ſanguinem noſter de vena brachii in latere adfecto mittit.

VAERII

VALERII BALDUTII Mondulfenſis, *de putredine libri duo* Urbini 1608. 4. *. Etſi in univerſum ad ſcholarum ſenſum & ſaporem ſcripſit, intercedunt tamen aliquæ adnotationes. Febris intermittens cum coxarum tumore ex lochiis ſuppreſſis. Diſcuſſis œdematibus ſucceſſit ſcirrhoſa hepatis inflammatio, cum fluxu materiei pene chyloſæ. In febre maligna cum magnis ſymptomatibus optimus effectus medicamenti leniter purgantis.

EJ. *tumorum omnium præternaturalium curandorum methodus.* Acc. *nova febrium malignarum curandarum ratio in quatuor libros diſtincta* Venet. 1612. 4. MENZ.

POLYDORI SERAPHINI *collectio de manifeſtis quibuſdam erroribus in uſu medendi* Venet. 1608. 8. *le* TELLIER.

HIPPOLYTI PARMA *Introductio ad chirurgiam* L. II. Patav. 1612. 4. *. De revulſione, derivatione, claſſibus medicamentorum nonnullorum &c.

FRANC. ANTON. CASERTA *tractationum medicinæ* P. I. *de theriaca* Napoli. 1608. 4.

P. II. *in qua febrium theoria cum putredinis nota* pertractatur Neapoli 1609. 4.

PETRUS CIACCONIUS EJ. *opuſcula in columnæ roſtratæ inſcriptionem, de ponderibus, menſuris & nummis* Rom. 1608. 8.

J. ANTONIUS PHRYGIUS *in* HIPPOCRATIS *prognoſticon explicatio* Turin 1608. PL.

ANDREÆ SCHOTT *Bibliotheca Hiſpanica, de academiis, & bibliothecis, item elogium & nomenclator Hiſpaniæ ſcriptorum, qui latine diſciplinas omnes illuſtrarunt* Frf. 1618. 4. CARR.

JUSTI CNUTII *univerſæ medicinæ compendium juxta* HIPPOCRATIS & GALENI *doctrinam* Vicentiæ 1608. 8. FALC.

HIERONYMUS NUNIUS RAMIREZ. EJ. *comm. in l.* GALENI *de ratione curandi per ſanguinis miſſionem* Lisbon. 1608. 4. B. BODL.

BALTHASARIS BOLÆ *concluſiones de caſei ſtupendis laudibus* 1608. 8. B. THOM.

CÆSAR PEVERELLI *de articulorum doloribus, h. e. de podagra, gonagra, chiragra, iſchiade & hujuſmodi affectibus* Grätz 1608. 8.

JOHANNIS AUBERII *de vindicanda medicinæ dignitate apologeticus* Pariſ. 1608. 8. HOUSS.

ANNIBALIS CAMILLI Nucerini, Prof. Peruſini, *de peſtilente febre præcavenda tr.* Peruſ. 1608. 8. *. Præter generalia morbum deſcribit Epiſcopi Peruſini, hectica peſtilente laborantis, cum pulſu debiliſſimo.. Cum dediſſent theriacalia, inciſi cadaver habuit dextrum pulmonis lobum ſemiputridum, pericardium ſic-

cum

cum, cor molle, ut ejus caro facile laceraretur. Scholia, miræ laudes aquæ nucerinæ. In febre peticulari a. 1590. & 1591. per Italiam epidemice graſſante omnes incolumes manſiſſe, qui ea eſſent uſi. Cauſæ febrium peſtilentium, aer corruptus, contagium. Abſurdum oleum putridum, in quo ſcorpiones & neſcio quæ non alia contabuerunt, & quo vult ægros inungi. Antidoti. Præſervativum ex omnis generis calidis compoſitum. Aquam nucum juglandum valde laudat, præcavendæ luis ſcopo: ſed & margaritas, demum ſpiritum vitrioli alexiteriis herbis imbutum. IDEM a. 1627. Peruſiæ *de aquis nucerinis* tr. edidit FLOR. PL.

HENRICI BLACVODEI *elogia in quatuor medicinæ candidatorum gratiam habita* Pariſ. 1608. 8. FONTETTE.

PETRI PALMARII (PAUMIER) *hiſtoria leproſæ mulieris ſanatæ* Pariſ. 1608. 8. & 1609. 8. cum ſequente.

EJ. *lapis philoſophicus dogmaticus, quo ſcholæ medicæ judicium de chymicis declaratur, cenſura in fraudes parachymicorum defenditur, aſſerto veræ Alchemiæ honore* ib. 1609. 8.

EJ. *Laurus Palmaria frangens fulmen ſubventaneum cyclopum falſo ſcholæ Pariſienſis nomine evulgatum* Pariſ. 1609. 8. Apologia in eam ſcholam, a qua loco motus fuerat ob chemicas curationes, quas negabat abjurare. Audacter ad judicium ſenatus Parlamenti & auctoritatem provocet.

In GUIL. SALUSTII *de* BARTAS *ſemaine* II. Genev. 1608. 12. de morbis agitur.

J. RENODÆI (RENOU) *Inſtitutionum pharmaceuticarum* L. V. *De materia medica* L. III. *Antidotarii* L. VI. Pariſ. 1608. 4. L. Francof. 1609. 8. L. 1615. 4. TREW. Pariſ. 1613. 1623. 4. *. ubi acceſſit. NICOLAI EPIPHANII *empirica*. Porro Hanov. 1631. 4. Genev. 1645. 8. TR. Gallice Lion 1616. fol. 1637. fol.

In *Botanica Bibliotheca* aliqua diximus, quæ huc faciunt. Generalia habet de medicamentorum facultatibus, purgantium potiſſimum, & ſelecta ex veteribus. Vires ſpecificæ. Amuleta & characteres efficaces facit credulus, ut etiam icterus ex conſpectu avis Loriot curetur. Venena: periit, qui ex circumforanei ſuaſu cantharides ſumſerat, ut ſe ad venerem præſtaret alacriorem. Gradus medicamentorum &c. Adminiſtrationes pharmaceuticæ earumque fines. Sic compoſitionum. Succedanea, pondera, menſuræ, doſes. Inde medicamenta per formas & claſſes. Tunc materia medica cum viribus medicatis ad veterum ſaporem, creduli viri. Inde officina pharmaceutica: inſtrumentum, generalia aliqua. Tunc antidotarium ſ. medicamentorum compoſitorum. Scriptionem cujuſque ſyrupi &c. præmittit, deinde de modo cujuſque præparandi, viribus medicis, doſi agit. Empirica *Epiphanii ex* GESNERI *Evonymo* deſumpta ſunt, medicamenta nempe probatæ efficaciæ.

JOH. CASTELLI *tractatus de peſte* Aug. Vindel. 1608. 8. TR. 1617. 8.

EJ.

EJ. *pharmacopœa, medicamenta in officinis pharmaceuticis uſualia complectens* Gadibus 1608. 4. C. de V.

DANIEL STANGIUS EJ. *Antidoton peſtis* Witteb. 1608. 8. B. Tig.

SIMON GUNTHER, alius ab ANDERNACENSI, *hortulus ſanitatis amœniſſimus* Spiræ 1608. 12. TR.

EJ. *αστροιατρικη ſ. artis medicæ ad aſtrorum effectus motiones & promotiones* L. II. *de prognoſi* ll. II. Oelſe. 1611. 4. TR.

Unterricht von allerhand Mitteln und Arzneyen bey regirender Infection u. Seuch der Peſtilenz Nürnberg 1608. 4. TR.

HENNING SCHEUNEMANN *Paracelſica de morbo mercuriali contagioſo* Babenbergæ 1608. 4. TR.

EJ. *Paracelſica de morbo ſulfureo cagaſtrico quem febrem vulgus nominant* Frf. 1610. 8. TR.

EJ. *Hydromantia Paracelſica* Francof. 1613. 4. TR.

EJ. *medicina reformata ſ. denarius hermeticus* ib. 1617. 4. TR.

Quis fuerit CHRISTOPH. PARISIENSIS *elucidarius* Hall. 1608. 8. In catalogo.

ARNOLD WEICKART *de venenis* Baſil. 1608. 4.

EJ. *theſaurus pharmaceuticus Galenico chymicus* L. VI. I. *de trium cavitatum adfectibus.* L. II. *de febribus.* L. III. *de peſte, morbo articulari, elephantiaſi, lue venerea, ſtomacace.* L. IV. *de externis corporis vitiis.* L. V. *Diſpenſatorium* Frf. 1626. fol. 1670. 4. L.

EJ. *variis & periculoſis morbis facili & ſuccincta methodo medendis practica univerſalis Galenico chymica* L. II. *diviſa* Francof. 1643. fol. L. Nonne idem l.

AUBERTI MIRÆI *Illuſtrium Galliæ Belgicæ ſcriptorum icones & elogia* Antwerp 1608. fol. 1609. 4. B. B.

In opere A. FOPPENS recuſa ſunt.

§. CCCCLIV. ALII.

LOUISE BOURGEOIS *dite* BOURSIER obſtetrix regia.

EJ. *obſervations diverſes ſur la ſterilité, perte de fruit, maladies des femmes & enfans nouveaux nés* Paris 1608. 8. 1642. 8. *. Femina minime imprudens, in parte equidem artis chirurgica potius excelluit. Morbum hyſterico ſimilem iisdem auxiliis in juvene curavit, chalybe potiſſimum. Lac ut cieatur, reprimatur. Puerperas, quibus alvus non reſpondet, non debere purgari. Morbi infantiles. Mors a glacie devorata. Fluor albus in puella quinquenni. Non debere ad ambulandum

Eee 2 feminas

feminas ſeptimo menſe prægnantes cogi. Morbi muliebres & eorum auxilia. Hydrops uteri. Lithopædion Senonenſe omnino verum eſſe. Ex feminæ gravidæ utero ſubito aqua plurimum effuſa felici eventu.

Ej. *inſtruction pour ma fille* Pariſ. . . . 1642. 8, *. De regenda valetudine feminarum, prægnantium, puerperarum.

Ej. *obſervations diverſes troiſieme livre* Pariſ. 1628. 8. 1642. 8. *. Medicamenta aliqua adverſus ſanguinis jacturam, ad hæmorrhoides, lumbricos &c.; alia etiam univerſi corporis, neque muliebria, mala: formulæ fere ad empiricorum morem, & coſmetica.

GUILLAUME POTEL *chirurgi & tonſoris Pariſini, diſcours des maladies epidemiques ou contagieuſes advenues à Paris en* 1596, 1597. 1606 & 1607. *comme auſſi en* 1619. Paris 1623. 8. *. Solum ſe inter ſodales medicos peſtilentiæ tempore Pariſiis manſiſſe, inter 15 vel 20000. peſte laborantes, & in noſodochio *maiſon de ſanté* a. 1606. exſtructo militaſſe duobus annis, & infectorum curam geſſiſſe. Edidiſſe ſe hunc libellum annis 1608. & 1609. Nullam feminam gravidam peſte infectam vitalem evadere, ſed abortare omnino, & cum fetu perire. Vulgarem curationem commendat, & potiſſimum theriacam. Calido lecto ægrum ſe debere continere, & ſudorem exſpectare. Fruſtra fugam eſſe. Se ipſum peſte laboraſſe a. 1596.

Reformation des Theriaques & antidotes opiatiques Pariſ. 1608. 8.

FLURANCE RIVAULT *art d'embellir* ib. 1608. 12. d'ETR.

THEODOR *a* MUYDEN *trattato della natura del vino e del ber caldo e freddo* Rom. 1608. 8. *le* TELLIER.

GIO ANT. CITO *de conoſcere le infermita del cavallo* Venet. 1508. 4.

BARTHOLOMEO SCAPPI *dell arte de cucinar* Venet. 1610. 4. RAST.

Bericht vom Verhalten in der Peſt Cölln 1608. 8. TR.

Unterricht wie man ſich von der Peſt zu præſerviren habe zum Gebrauch des Fürſtenthums u. der Stadt Braunſchweig Braunſchweig 1608. HEIST.

Unterricht von allerhand Methoden u. Arzney bey regierender Infection u. Seuch u. Peſtilenz Nürnberg 1608. 4. TR.

Bericht der Würtenbergiſchen Hofmedici wie man ſich zur Zeit der Peſtilenz halten ſoll Tübingen 1608. 8. TR.

Dialogus medico chymicus ein Geſpräch der Aerzte von der jezo regierender Seuche Eisleben 1608. 4. TR.

Sechs Bücher auſerleſener Arzney und Kunſtſtücke vor alle Gebrechen des menſchlichen Leibes Jen. 1608. 4. UFF.

Reformation aller requiſiten der Apotheker bey der Stadt Freyburg im Briſgau Freyb. 1608. 4. DRAUD.

§. CCCCLV. DISPUTATIONES.

J. JAC. KLENCK *de nephritide* Baſil. 1608. 4.

ANDR. WEICK *de aſthmate* ib. 1608. 4. RIV.

MATTH. ERBINÆI *de variolis & morbillis* ib. 1608. 4. RIV.

J. WANCKER *de ſcorbuto* ib. 1608. 4. RIV.

JAC. COLER *de ſcorbuto & hypochondriaca affectione* ib. 1608. 4. RIV.

ARN. KERNER *de menſium ſuppreſſionis ratione & curatione* ib. 1608. 4. RIV.

VALENTIN *am* ENDE *de paſſione colica a bilioſo ac acri humore* ib. 1608. 4. RIV.

J. IACOB FRISIUS *regimen iter agentium* ib. 1608. 4. *. & inter GENATHIANAS.

J. HOLSTEN *de ſcirrho* ib. 1608. 4. RIV.

HENR. HEYL *de melancholia* ib. 1608. 4. RIV.

FRID. SPIES *de epilepſia* ib. 1608. 4. RIV.

Ej. *de pleuritide* Helmſtatt 1609. 4. MÖLLER.

VALENTIN RORCK *de convulſione* Baſil. 1608. 4. RIV.

J. SCHNEIDER *de ſyncope* ib. 1608. 4. RIV.

J. KOEGLER *de venenis* Lipſ. 1608. 4. RIV.

J. GUNTHER *de methodo medendi* ib. 1608. 4. RIV.

Ej. *de phlegmone legitimo partium externarum* ib. 162 . 4.

Ej. *methodi phlebotomicæ progymnaſma ad. Aph.* I. 3. 1616. 4.

Ej. *affectuum complicatorum medendi methodi* προγυμνασματων *ex* GAL. *Meth.* L. IX. ib. 1621. 4. H.

Ej. *de tertiana intermittente* Lipſ. 1622. 4. PL.

Ej. *de peſte* ib. 1624. 4. HE.

Ej. *de hæmorrhagia* ib. 1627. 4. PL.

J. JOD. LUCII *de catarrhi natura ejuſque curatione* Heidelb. 1608. 4. PL.

Ej. *de morborum natura & differentiis* ib. 1608. 4. *.

Ej. *de febre tertiana continua* ib. 1608. 4. HE.

Ej. *de ſymptomatum differentiis & cauſis in genere* 1608. 4.

Ej. *de hydropis triplici natura & curatione* 1609. 4.

Ej. *de apoplexia* ib. 1611. 4.

Ej. *de epilepſia* ib. 1611. 4. HE.

J. Andr. Graba *Caſus laborantis affectu hypochondriaco cum ſymptomatibus ſcorbuticis* Gieſſ. 1608. 4. *.

Caroli *de l'*Orme πτελεινοδαφνειαι *quæſtionum medicarum pro baccalaureatu* Pariſ. 1608. 8. defenſarum Monſpeli.

Nicolai Jabot & Franc. Placet *E. tria morborum genera tribus artis inſtrumentis curantur* ib. 1608.

Andr. *du* Chemin & Rene' Chartier *E. ad lipothymiam uſque ſanguis mittendus* ib. 1608.

Jacob *le* Moyne & J. *de* Gorris *E. a venæ ſectione ſomno abſtinendum* Pariſ. 1608.

Claud. Boyvin & Gabr. Biard *E. melancholiæ hypochondriacæ venæ ſectio* Pariſ. 1608.

CCCCLVI. Varii ad A. 1609.

Theodori Baronii, Cremonenſis, *de operationis meiendi triplici læſione & curatione* L. II. *in quibus morbi omnes renum & veſicæ ex* Galeni *præſertim mente pertractantur.* Papiæ 1609, 4. *. Adeo certus Galeni adſecla, ut non erubuerit profiteri, malle ſe cum Galeno errare, quam contra eum recte ſentire. In L. I. iſchuria & calculus. L. II. Diabetes, urinæ incontinentia, mictio cruenta, purulenta, furfuracea. Propria aliqua paſſim interſpergit. Cantharidum internum uſum periculo carere. Medicamentis nonnullis non magnam ſui ſpem facientibus, ſe in calculo utiliter uſum eſſe: tamen ut fateatur, calculos veſicæ difficilline frangi, quare & injectos in veſicam liquores commendat. Hæmorrhoides ſalubriter per urinæ vias emitti.

Sebastiani Pissinii *de cordis palpitatione cognoſcenda & curanda*, L. II Frf. 1609. 4. L. Astr.

Ej. *de diabete & polypo cordis* Mediolan. 1654. 4. *. Exempla diabetis aliqua memorabilia præmittit. Theoria & curatio nullius momenti. In l. de polypo pariter hiſtoriam mali dat, & pulſum ex quo adgnoſcitur.

Tarquinii Carpineti Patavini Profeſſoris *de gutta ſ. juncturarum dolore quem arthritim dicunt* Patav. 1609. 4. *. Theoria mera.

Angelus Sala Vicentinus, qui in Germania inque Helvetia vixit, chemicus, quem aiunt primum chemicorum deſiiſſe ineptire. Ej. opera pleraque chemici ſunt argumenti, ut *Anatome vitrioli*, quæ jam ante hunc annum Italice prodiit, & latine Genev. 1609. 12. Leid. 1613. 8. Tr. 1617. 8. Tr. Hanc anatomen interim omitto, etſi fere medicamenta nova ſunt & gratioſa.

Huc autem facit *Emetologie, ou triomphe des medicamens vomitifs* Delft. 1613. 8. Möller.

Ej.

Ej. *de natura ſpiritus vitrioli & de Galeniſtarum erroribus* Genev. 1613. 12. Francof. 1618. 8.

Ej. *trois ſouverains remedes bezoardiques* Leid. 1616. 4.

Ej. *tr. de la peſte, concernant les cauſes & accidens d'icelle avec la deſcription de pluſieurs excellens remedes* Leid. 1617. 8. Falc. Latine verſus a Gregorio Horstio ſeniore Marpurg 1617. 4. & in *oper. omn.* T. III. Norib. 1660. f. Goudæ 1661. 4. *. Venam ſecat, vomitum ciet, deinde bezoardica dat, & ſudorem movet.

Ej. *ternarius bezoardicorum, ou trois ſouverains remedes bezoardiques contre tous venins* Leid. 1616. 4. Boehm. Erfurt 1618. 8. Tr. cum exegeſi Andreæ Tenzel porro 1630. 8. Tr. 1638. 8. Tr.

Ej. *Synopſis aphoriſmorum chymiatricorum* Brem. 1620. 8.

Ej. *deſcriptio antidoti pretioſæ* Francof. 1620. 8.

Ej. tr. II. *de variis tum chymicorum, tum Galeniſtarum erroribus in præparatione medicinarum commiſſis.* Ex Italico vertit M. A. R. Francof. 1649. 4. Tr.

Ej. *opera omnia* Francof. 1647. 4. *. Rom. 1650. 4. Francof. 1682. 4. Tr. &c.

Hieronymus de la Fuente Pirola pharmacopolæ, *fons & ſpeculum veritatis per quæ diverſis modis res etiam quæ obſcuræ ſunt, de medicinarum rectificatione ob artis beneficia, præcipue ſecundum* J. Mesven, *clariſſime collucent.* Madrit. 1609. f. 1647. C. de V. &c.

J. Baptistæ de Gello, Florentini, *de hominis præſtantia & miſeria ex Italico in latinum converſa* J. Wolfio Amberg. 1609. 12. L.

Franc. Colutii *de querelis nephriticis & renum calculo* L. III. Rom. 1609. 8 Trew.

J. Zinkii *de criſibus comm. de natura, ſpeciebus, utilitate, dierum criticorum calculo ex motu lunæ, cælique adſpectibus* Francof. 1609. 12.

Lud. Savot *nova de coloribus ſententia & de tetragoni Hippocratici ſignificatione adverſus chymicos obſervatio* Pariſ. 1609. 8. Pavill.

Id. cum l. Galeni *de ratione curandi per ſanguinis miſſionem* Pariſ. 1644. 8. addidit *epiſtolam ad Pariſienſes medicos de cauſis cur non adeo liberaliter aliis in regionibus ſanguis detrahatur atque Pariſiis.* Eſt etiam in collectione Philiberti Guibert, quæ cum titulo *medicus officioſus* edita eſt Pariſ. 1649. 8. *.

Elogium viri dedit Fr. Blondel Pariſ. 1673. 8.

Oswaldi Crollii *baſilica chymica.* Ej. *tr. de ſignaturis rerum internis* Francof. 1609. 4. aucta a J. Hartmann, & denuo a J. Michaelis & G. E. B. Hartmann ib. 1634. Genev. 1643. 8. L. 1658. 8.

Ej.

Ej. *chymiſches Kleinod* Francf. 1647. 4. Tr. & alia alchemica.

Ej. *tr. de ſignaturis* Lipſ. 1634. 4. Tr. & Germanice . . . 4. Id.

Gottfr. Smollii *Aſſyriorum, Chaldæorum, Perſarum, Ægyptiorum, Arabum & Græcorum principia philoſophica & medica* Lubec. 1609. 4. Falc.

Ej. *trias maritima ſororum morboſarum domeſticarum, hypochondriacæ ſpleneticæ, hypochondriacæ meſaraicæ, hypochondriacæ phantaſticæ* Hamburg. 1610. 12.*. Primo loco ſcorbutum intelligit, quem veteribus defendit notum fuiſſe. Alter morbus eſt obſtructio venarum meſaraicarum Hippocrati dicta, quam vomitu, purgatione, lacte aſinino, balneo frigido curat. Denique morbus in quo phantaſia primario patitur. Nolles amuletum appenſum.

Theſaurus ſecretorum curioſorum Genev. 1609. 4. Falc.

Ælii Everhardi Vorstii *elogium* Caroli Clusii Leid. 1609. 8. 1611. 4.

Ej. *elogium* Petri Paauwii ib. 1617. 4. *.

In Vorstii *exſequias oratio* Petri Cunæi Leid. 1625. 4. B. Bun.

Henr. Cnutii *oratio pro theriacæ Andromachi vera gloria* Ligniz 1609. 4. Riv.

J. Schyronii, Cancellarii Monſpelienſis, dudum tum mortui, *methodi medendi l. IV.* Monſpel. 1609. 12. Genev. 1609. 12. L.

Ej. *tabulæ medicamentorum ſimplicium & compoſitorum cum doſibus* Monſpel. 1609. 8.

§. CCCCLVII. Alii.

Laurent Catelan, *Apoticaire, Demonſtration des ingrediens de la confection d'Alkermes, & diſcours ſur icelle* Montpel. 1609. 16. *. Lion 1614. 8. recuſ. cum J. Steph. Strobelberger ejusdem ſenſus libello Jen. 1620. 4.

Ej. *de lapide bezoar & unicornu* Germanice Francof. 1617. 8. Tr.

Ej. *de unicornu* Germanice Francf. 1625. 8. vertente Georgio Fabri.

Ej. ut puto, Laurentii Castellani *tr. de aquis deſtillatis, quas pharmacopæus in officina habere debet* Lond. 1639. f. B. Tig. Non eſt Catalanus, qui Plateri beneficus hoſpes fuit, cum libellum ipſum a. 1609. dedicaverit, quo tempore ille Plateri circa a. 1550. hoſpes idem adultorum filiorum pater vix

vix potuit vitalis ſupereſſe. Ad litem cæterum primus libellus pertinet cum Jacobo Fontaine, qui medicos Monſpelienſes carpſerat, quod in confectionis Alkermes præparatione, ab authentica ſcriptione J. Mesves receſſiſſent, atque præcipuorum quinque medicamentorum doſin mutaſſent. Noſter reſpondet, lapidem lazuli adverſus melancholiam de induſtria additum eſſe, ut Arabibus ſubveniret melancholicis. Melius a Monſpelienſibus uri quam a Jacobo Fontaine teri; aureas micas non neceſſario ineſſe. Non male ambræ doſin Monſpelii diminutam fuiſſe, ſaccharum auctum. Male ſericum cocco tinctum potius quam coccum adhiberi, ſe vero ſuccum præferre.

Henri Joly pharmacopola: *diſcours d'une etrange maladie hypochondriaque & venteuſe, qui a duré onze ans, accompagnée de l'hyſterique paſſion* Paris 1609. 8. Bur.

Libro de medicina lamado Teſoro de pobres Sevilla 1600. 8. Falc. an forte P. Hispanus?

Cosmo Salini *tr. del ber freſco* Rom. 1609. 4. d'Etr.

Enchiridion medicum containing an epitome of the whole courſe of phyſik Lond. 1609. 8. Osb.

Apothekerordnung wie dieſelbe in des Marggrafen Joachims zu Brandenburg Landen angeſtellt, u. gehalten werden ſoll Onoltzbach 1609. 4. Tr.

Reformation u. Ordnung der Apotheker in der Stadt Worms Francf. 1609. 4. Trew.

Kurze nothwendige Ordnung u. Rath auch Verzeichniß der Arzneyen wider die Peſt in den Apotheken Helmſtatt. 1609. 4.

Dion. Schroecks *Beſchreibung von dem Urſprung Art u. Eygenſchaft der Peſtilenz* Gratz 1609. 4. Tr.

Conrad Mithob *Bericht von der Peſtilenz* Hamburg 1609. 4. B. Thom.

Ej. *de aqua vitæ juniperina Epiſtola* cum Horstianis.

Ej. *kurzer Bericht wie man ſich vor dem jezo regirende giftigen Fieber verwahren ſoll* Zell 1618. 4. Tr.

Unterricht von denen Hauptkrankheiten Amberg 1609. 4. B. Thomas.

Fidejust Reineccer pharmacopola. Ej. *theſaurus chymicus experimentorum certiſſimorum* prodiit Lipſ. 1609. 8. *. cum J. Tankii præfactione. Formulæ ſecundum morbos, medicamentorum fere chemicorum.

Joh. Islebii (parochi) *kurzes Handbüchlein experiment vieler Arzneyen durch den ganzen Korper des Menſchen aus vielen gelehrten Auctoribus colligirt, u. etliche*

mahlen ſelbſt probirt Marburg 1609. 8. *. Formulæ, pleræque ſatis ſimplices, ad morbos, ſecundum eorum genera.

§. CCCCLVIII. DISPUTATIONES.

EMANUEL *ab* EGG *de apoplexiæ διαγνωσει και θεραπεια* Baſil. 1609. 4. RIV.

SEBASTIAN SCHROEDER *de tabe* ib. 1609. 4. RIV.

BERCHTOLD RIVIUS *de pleuritide* ib. 1609. 4. RIV.

LAURENT SCHOLZ *de dyſenteria* ib. 1609. 4. RIV.

ARNOLD GILLENIUS *de phrenitide* ib. 1609. 4. RIV.

EJ. *conſilium medicum, oder wolgemeintes Bedenken wie geſunde und kranke ſich in jezt graſſirender Hauptſchwachheit verhalten mögen* Caſſel 1632. 8. TR. GUNZ.

BERNH. LANGE *de phthiſi* ib. 1609. 4. RIV.

PAUL HEPNER *de lethargo* Baſil. 1609. 4. RIV.

AND. HOBERWESCHEL *de uroſcopia in genere* ib. 1609. 4. PL.

MICH. GICHEL *de morbo Ungarico* ib. 1609. 4. RIV.

MICH. RUSIUS *de palpitatione cordis* ib. 1609. 4. RIV.

J. M. ARNOLD *de dyſenteria* Altd. 1609. 4. HAINZ.

J. P. FRETZSCHNER *de podagra* ib. 1609. 4. RIV.

PHIL. LEOPOLD *de morbo ſingulari ſubſtantiæ quid ille ſit* Witteberg. 1609. 4.

MART. DIPPOLD *de variolis & morbillis* Gieſſ. 1609. 4. RIV.

NIC. MATTHIAS BACHENDORPH *de luis venereæ natura ejuſque curatione* Heidelberg 1609. 4. HE.

J. BUDÆI *arca medica adverſus animi morbos* Herbipoli 1609. 4. L. ſi huc facit.

J. SIGFRID *de epilepſia* Hemlſtatt 1609. 4. BURM.

EJ. *de morbo neapolitano* ib. 1613. 4.

DAVID CRUSIUS *de febrium ſimplicium definitione, diviſionibus, ſignis, prognoſticis, diæta, curatione, effectibus* 1609. 8. *.

J. *le* MOYNE & ALEX. PONTHIEU *Non E. ab intemperie omnis imbecillitas* Pariſ. 1609.

PH. HARDOUYN & LUD. SAVOT. *E. affectus animi res non naturalis* ib. 1609.

NIC.

NIC. MARCHAND & PHIL. GUYBERT *E. hydropicis potus parcitas ſalubris* Pariſ. 1609.

FR. *du* PORT. & ALEX. PONTHIEU *Non E. curabilis perfecta elephantiaſis* ib. 1609.

GUIL. LUSSON & SYMPH. HAUTIN *E. mola ſui ablationem indicat* ib. 1609.

J. BEAUCHESNE & J. PIETRE *E. arthritis curabilis* ib. 1609.

FRANC. *du* PORT & SYMPH. HAUTIN *Non E. nihil in arthritide vident medici* ib. 1609.

GUIL. LUSSON & LUD. SAVOT *E. methodus præcipuum medendi inſtrumentum* ib. 1609.

J. BEAUCHESNE & HENR. BLACVOD *E. apoplexiæ ſenex quam juvenis opportunior* ib. 1609.

J. HAUTIN & PHIL. GUYBERT *E. lumbricis purgatio* ib. 1609.

§. CCCCLIX. VARII.

J. JAC. CHIFLET *Aſitiæ in puella Helvetica mirabilis exſtaſis* Veſuntione 1618. 8.

EJ. *Dedalmatum libri duo priores* ib. 1611. 8. 1612. 8. HOUSS.

Una prodierunt JOH. CHIFLET *ſingulares ex curationibus & cadaverum ſectionibus obſervationes* Pariſ. 1611. 8. *. alii 1612. Aſtrologus morborum cauſam ſæpe aſtris imputat. Multa tamen utilia. In melancholico calculus in craſſa arteria juxta cor. In chronico malo caruncula in corde per arteriam extenſa. In femina melancholica hepar & lien putrida. Poſt reſpirationem difficillimam in bifurcatione aſperæ arteriæ lamellata caro pugno æqualis, cor intercipiens & ſpiritum. In arthritico calculus felleæ veſiculæ quaſi cartilagineus, & alii per hepar, in corde alba ſubſtantia. Aorta arteria in thorace dilatata, prope renes rupta, vertebræ eroſæ. Poſt pulſationem aortæ diuturnam ſanguinis vomitus, mors; aorta ovo æqualis, rupta, thorax ſanguine plenus.

EJ. *pulvis febrifugus Orbis Americani* Lovan. 1653. 4. *. Pro eo pulvere. Hiſtoria corticis Peruviani: prima formula Cardinali de LUGO, quæ præcipit drachmam ex vino albo meraco ante quartanæ paroxyſmum ſumtam. A MICHAELE BELGA ex Peruvia in Belgium adlatum eſſe. Duplicem quartanam Archiducis LEOPOLDI WILHELMI id remedium diſpuliſſe, tum recidivam: cum vero ſecundo febris reverſa fuiſſet, & princeps medicamentum recuſaret, mortem ſecutam. In cortice tamen peruviano carpſit, quod recidivæ plurimæ eum ſequantur, quod præſtet morbum tolerare, qui abſque periculo ſit, cum alia præterea exſtent auxilia, cum parum tutus ſit corticis uſus, quod prudentes medici omnes ejus uſum damnent, quod ab ejus uſu colici dolores & alia ſymptomata ſuperveniant.

CHRISTOPHORI GUARINONII Veronenſis, archiatri Imperialis, *Conſilia medicinalia*,

cinalia, in quibus univerſa praxis medica exacte pertractatur Venet. 1610. fol. *. ſpiſſum volumen. Conſilia 622. non brevia in univerſum, cum breviſſima morbi hiſtoria, medicamentis aliquanto fuſius, & diæta; in ratiociniis nimius eſt, ex genio veterum & ſeculi. Hæc conſilia ab a 1560. ſcripta ſunt: eventu ſæpe addito. PETRONII diſcipulos nullam pleuritidem adgnoſcere, ſed peripneumoniam ſolam, & diſtinctionem venarum ſecandarum rejicere. Epidemiam catarrhalem anni 1580. deſcribit. Fruſtra ſe lapide bezoar uſum fatetur. Aliqua non laudes, ut neque vinculum herniæ medullæ ſpinalis injectum. Non placet permiſſus in febre exanthematica carnium uſus, neque medicamenta ad epilepſiam. Inciſiones aliquæ corporum morboſorum.

FULVII ANGELINI *de verme admirando per nares egreſſo* Ravenna 1610. 4. VATER. Idem l. qui dictus cum VINC. ALSARIO. p. 362.

FRANCISCI NOLA *de epidemica phlegmone anginoſa graſſante Neapoli* Venet. 1610 4. HANS. LIND. 1620,

FRANCISCI FOGEROLLEI *de ſenum affectibus præcavendis & nonnullis curandis* Lion 1610. 4. *. In parte prima inquirit de cauſis brevioris noſtris temporibus vitæ: longa ad morem veterum per ratiocinia. In altera diætetica dat conſilia, ut vita poſſit protrahi, etiam per honeſtas voluptates. L. III. de ſenum morbis & eorum curatione, nephritide &c. Exemplum iſchuriæ funeſtæ, cum ſanguis in veſicam effuſus eſſet.

EJ. *methodus in VII. aphoriſmorum libris ab* HIPPOCRATE *obſervata* Pariſ. 1612. 4. TR. HOTTON.

J. MOVSIN *hortus jatrophyſicus ex quo in menſtrua exoticorum florum ſylva cuivis decerpere licet* Nancy 1632 8. *. Archiater Lotharingicus, liber miſcellaneæ eruditionis, phyſiologicæ, practicæ, ut c. 13. 14. oſtendat, in exemplo, feminas non eſſe monſtra, viriſque potius præſtare. Capita ſunt ſedecim. 1. Lætitiæ commoda. 2. Aerem corpora magis quam medicamenta alterare. 3. Cibos vegetabiles animalibus ſalubriores eſſe. 4. Pullum neque ex albumine neque ex vitello corporari. 5. Vaccinia antiquorum nobis ignota eſſe. 6. Oculos rectius frigida lavari. 7. Non dari antiperiſyſtaſin. 9. Victum tenuiſſimum non ſemper ſaluberrimum eſſe in acutis febribus. 10. Medicinam non pendere a ſcholarum phyſica doctrina. 11. Octimeſtrem partum vitalem eſſe per exempla. 15. Dyſenteriam neque a prunis oriri, neque ſanari adſtringentibus. 16. Cornua elephantorum rectius dici quam dentes. Graviditas pro hydrope habita.

EJ. *diſcours de l'ivreſſe & l'ivrognerie* prodierat Toul. 1610. 8.

GEORG GARNER *de peſte quæ graſſata eſt Venetiis anno* 1576. *& Bruntruti a.* 1582. Bruntrut 1610. 8. TR. Video apud FALC. titulum *epitomen ex libro* G. GARNERI, ſed idem videtur opuſculum.

SEBASTIANUS CORTILIO phyſicus & chirurgus Ariminenſis. In L. V. *de chirurgica inſtitutione* Francof. 1610. 8. editis liber III. totus eſt de lue venerea, quam inunctione mercuriali ſanabat.

ELIÆ BONVINII *de theriaca l., quo de theriacæ deſcriptione, ingredientium delectu, quantitate, præparatione, ipſius denique antidoti compoſitione ex* ANDROMACHI *ſenioris mente agitur* Breslau 1610. 8. RIV.

PETRI MATARANI *reſponſa medica* Meſſan. 1610. 4.

ANDREÆ FACHINÆI *conſilia* Francof. 1610. fol. HOUSS. ſi huc faciunt.

HENRICI LAVATER *defenſio medicorum Galenicorum adverſus calumnias* ANGELI SALÆ Hanov. 1610. 8. TR.

J. HILLER *curationum atque obſervationum medicinalium* Centuriæ II. Aureliæ 1610. 8. L.

J. WOLFGANGI DIENHEIM prof. Friburgenſis, *medicina univerſalis de generali morborum omnium remedio* Argent. 1610. 8. *. Spagiricus dicit pro medicina univerſali.

CHRISTIANI HORNII *hortulus medicus Hippocraticus ſpagiricus, Helmontianus* Caſſel. 1601. 4. FALC.

EJ. *de auro medico philoſophorum* Francof. 1615. 8. TR.

LAURENTII HAHN *conſultatio peſtis* Francof. 1610. 8. vel 1611. RIV. & B. THOM.

EJ. *von der rothen Ruhr* Hildesheim 1622. HEIST.

J. WIDERER *de vita chymica ejuſque cultoribus* 1610. 4.

HENRICI KORNMANN *de miraculis mortuorum quæſtiones phyſico medicæ* Frf. 1610. 8. *. multa vana & nugacia.

EJ. *de miraculus vivorum* Francof. 1614. 8. 1696. 8.

Hoc anno primum in Hiſpania angina maligna puerorum innotuit, quæ Neapoli a. 1618. in Anglia demum a. 1739. adparuit.

§. CCCCLX. ALII.

HIPPOLYTI GUARINONII *Graüel der Verwüſtung menſchlichen Geſchlechts* Ingolſtatt 1610. f. TR.

EJ. *Peſtilenz* ib. 1612. 8. TR.

EJ. *Hydroenogamia triumphans Oenohydromachiæ triumphatæ oppoſita* Oenipont. 1640. 4. L.

EJ. *chyloſophiæ* L. II. ib. 1648. fol. opus forte diæteticum.

J. KEPLER *tertius interveniens d. i. Warnung für etliche Theologos, Medicos u. Philoſo-*

Philoſophos, daß ſie bey Verwerfung der Strenguckeriſchen Aberglauben das Kind mit dem Bad ausſchütten Franc. 1610. 4.

Ej. *dioptrica* Pariſ. 1611. Lond. 1682. 8.*. Presbyopiæ & myopiæ cauſſæ.

Bericht wie man ſich zur Peſtilenz hüten, bewahren, u. curiren ſoll Baſil. 1610. 4. He.

Wolfgang Hildebrand *magia naturalis* Darmſtatt 1610. 8. Tr. 1613. 8. Tr. 1615. 8. Id. 1619. 1620. 4. Tr. 1622. B. B. *Neu verbeſſert u. vermehrt magia naturalis d. i. Kunſt und Wunderbuch* Erfurt 1622. 4. Tr. Jen. 1625. 4. Leipz. 1630. 4. Tr. 1644. 4. Tr. Francof. 1690. 8. Ad venena &c.

Georg Markham *cure of all the diſeaſes incident to horſes* Lond. 1610. 4.* B. Bodl. Annon id. *the English farmer or remedies for all diſeaſes in horſes* Lond. 1649. 8. B. Bodl.

Ej. *epitome concerning diſeaſes of beaſt and poultry* Lond. 8. B. Bodl.

Ej. *faithfull diſcoveries of ſome ſecrets not in print before* Lond. 1635. 8. B. Bodl.

Ej. *maſterpieces on the curing all diſeaſes in horſes* ib. 1656. 4. Osb.

Ej. *method of ordering horſes and ſheep* 8.

R. G. *trial of Tobacco expreſſing its uſes in phyſik* ib. 1610. 8.

Barroughs *Method of phyſik* ib. 1610. 4.

Claude Chanvel medicus Arauſiacus, Rondeleti diſcipulus. Ej. eſt *la Chaſſeverole des petits enfans* Lyon 1610. 12.* Coutance 1614. 16. Non erat quod exſpectabam, conſilium de eradicandis variolis, ſed nihil-niſi curandi methodus, quam auctor ſequebatur. Morbi deſcriptio, progreſſus, curatio. Vino pueris interdicit. In quæſtione, num incitandi naturæ motus, num frenandi ſint, diſtinguit noſter inter motus criticos, quos oporteat adjuvare, ſymptomaticos qui noceant, & medios. Omnino vena ſecanda, ſed in debilitate potius vena partium inferiorum præferenda. Purgandum omnino lenibus. Adverſus maculas funeſtas nihil præſtantius uſu cantharidum: convenire etiam bubonibus & carbonibus impoſitas. Abſceſſus ut curandi. Poſſe & infantibus venam aperiri, vel certe ſcarifari: neque debere medicum a macularum præſentia abſterreri. Morbillos, carbunculos, petechias fere perinde curat, ſudorem movet. Symptomatum curatio. Feliciter ſe uſum eſſe his præſidiis in ſuis propriis numeroſis liberis.

T. Sonnet *ſatyre contre les charlatans & pſeudomédecins, en laquelle ſont decouvertes les ruſes de tous thériacleurs, alchimiſtes, paracelſiſtes, deſtillateurs* Paris 1610. 8. B. Thom.

Du Moulin *tr. du rhumatiſme & des vapeurs* Paris 1610. 8.

Ant. Camaffi *regimento per viver ſano ne i tempi caldi* Perugia 1610. 8. Pl. &c.

Mich.

Mich. Schoen *Bericht wie man ſich in der jezigen Sterbensläuften der Peſt u. peſtilenziſche Fieber mit Verwahrung derſelbe verhalten ſoll* Coburg 1611. 4. Tr.

Ej. *Bericht von den hitzigen Fiebern* Leipz. 1617. 4.

§. CCCCLXI. Disputationes.

Dav. Rex (Koenig) *de morbo ſacro* Baſil. 1610. 4. Pl.

Ej. *conſilium medicum über die leidige Peſt* Bern 1628.

Mart. Scheffer *de hydrophobia* Baſil. 1610. 4. Riv.

Petr. Victor *de præfocatione uteri* ib. 1610. 4. Riv.

J. Schaller *de catarrho, broncho & coryza, morbis plerumque connexis* ib. 1610. 4. Riv.

Dan. Stykolisky *de menſtruorum fluxu nimio* ib. 1610. 4. Pl.

J. ab Helmbach *de morbi ſacri διαγνωσει & θεραπεια* ib. 1610. 4. Riv.

Ej. *de melancholia* ib. 1620. 4. L.

Henning Arnisæus profeſſor Helmſtadienſis & inciſor, inde Prof. Hafnienſis.

Ej. *obſervationes aliquot anatomicæ* Francof. ad Viadr. 1610. 4.*. recuſæ Frf. 1641. 12.*, ubi archiater R. Daniæ vocatur. Utique ſe oſſa pubis in partu dimota vidiſſe.

Ej. *de apoplexia & epilepſia cognoſcendis & curandis* Francof. 1610. 4. He.

Ej. *de præſervatione a peſte* Frf. Viadr. 1611. 4. Möller.

Ej. *de lue venerea* F. Viadr. 1610. Haenel Oppenheim 1610. 4. Tr.

Ej. *de venæ ſectione* Altdorf. 1611. Id.

Ej. *de apoplexia cognoſcenda & curanda* Helmſtatt 1614. 4. Pl.

Ej. *de febre quartana intermittente* ib. 1618. 4. Pl.

Ej. *de hydropum eſſentia & curatione* ib. 1617. 4. Riv.

Ej. *de podagra* ib. 1619. 4. *.

Ej. *de melancholia hypochondriaca* ib. 1620. 4. *.

Ej. *de empyemate* ib. 1620. 4. Pl.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1620. 4. Pl.

Ej. *de ictero* ib. 1620. 4. Pl. Riv.

Ej. *de colico dolore* ib. 1620. 4. He. Pl.

Ej. *de natura febrium malignarum & earum curatione* ib. 1620. 4. He.

Ej. *medicamenta* ſunt in ciſta Bartholini.

Henr.

HENR. PETRÆI Prof. Marburgenſis τετρας εναντιοφανων Marburg. 1610. 4.

EJ. *de diæta* ib. 1611. 4. TR.

EJ. *de phthiſi exquiſita* ib. 1612. 4. *.

EJ. *de epilepſia* ib. 1613. 4. *.

EJ. *de hydrope* 1615. 4. HE.

EJ. *Medicinalordnung Landgraf Morizens zu Heſſen* ib 1617 4 UFF.

EJ. *agoniſmata medica*; 1, *de aphæreſi*, *ſ. evacuatione univerſali*; 2, *diſputationes miſcellaneæ*; 3. *ogdoas diſputationum medicarum*. Acc. *quæſtiones de generica febris Hungaricæ cura & natura* ib. 1618. 4. *.

EJ. *noſologia harmonica*, *dogmatica & hermetica* 50 *diſp. diſceptata* ib. 1614 ad 1616. 4. Chemicam & Galenicam ſententiam conciliare conatur. Tomus II. prodiit ab anno 1616. ad 1623.

EJ. *epiſtola* inter HORSTIANAS.

FRANC. PARCOV & DAN. MOLLER *de peripneumonia* Helmſtätt 1610. 4.

LUD. JUNGERMANN celebris botanicus, *de catarrho* Gieſſ. 1610. 4. RIV.

JOSEPH. LAUTENBACH *de hydrophobia ejuſque vera cura* Gieſſ. 1610 HE.

J. HARTMANN *de natura catarrhi* Marb. 1610. 4. niſi eſt Profeſſoris dudum dicti.

GEORG RICHTER *de inſomniis* 1611. 4.

JOACH. LOEPPEN *de epilepſia* Gieſſ. 1610. 4.

J. ANGELI Κωλωτης *funebris in memoriam* JOACH. TANKII Altenburg 1610. 4. BOEHM.

BARTH. PERDULCIS & J. COUSIN *Non E. ſola puerorum morbis medetur natura* Pariſ. 1610. 4.

CL. BAZIN & ALEX. PONTHIEU *Non E. peſtilentiæ & putridarum febrium eadem curatio* ib. 1610.

HENR. BLACVOD & HIERON. GOULU *E. dyſpnœam thoracis & pulmonis affectus conſequitur* ib. 1610.

NIC. ELLAIN & J. PIETRE *E. dyſenteriæ phlebotomia* ib. 1610.

J. *de* BAILLOU & NIC. HENAULT *E. rheumatiſmus & arthritis morbi congeneres* ib. 1610.

J. HAUTIN & HIER. GOULU *E. melancholia imaginationis effectus* ib. 1610.

BARTH. PERDULCIS & HENR. BLACVOD *E. tot medendi rationes, quot morborum ideæ* ib. 1610.

CLAUD.

CLAUD. BAZIN & NIC. HENAULT *Non E. a ſola copia humoris epilepſia* Pariſ. 1610.

HENR. BLACVOD & J. COUSIN *E. tabes incurabilis* ib. 1610.

§. CCCCLXII.

MELCHIOR SEBIZ.

MELCHIORIS Senioris F. qui ad ſummam ætatem pervenit: & innumerabiles pene diſputationes ſcripſit, GALENI & veterum diligens lector.

Diſputatio ejus inauguralis Baſil. 1610. 4. PL. fuit *de urinis*.

EJ. *diſcurſus de caſu adoleſcentis, qui a.* 1617. *mortuus repertus eſt adjacente ipſi ſerpente* Argentor. 1617. 4. TR. 1618. 4. *. 1624. 4. TR. 1660. 4. L. Mors ſubita hominis cauſarii, cujus cadaveri ſerpens adſtans repertus eſt. Eum ſerpentem noſter putat in corpore ægroti habitaſſe, exiiſſe per aſperam arteriam, ſic hominem ſtrangulaſſe, cui ſpuma ante os ſteterit. De ſerpentibus collectanea.

EJ *de urinis*; *de purgandi ratione*, *de venæ ſectione & ſanguinis vacuatione univerſali & particulari* Baſil. 1618. 4. In collectione GENATHI.

EJ. *de venæ ſectione diſſ.* 28 a. 1619. & 1620. 4. HE.

EJ. *de purgatione quatuor diſputationes* Strasburg 1620. 4. *: quarta ad decimam tertiam 1621. 4. *. communi cum titulo.

EJ. *de arteriotomia* Arg. 1620. 4. HE.

EJ. *problemata medica de venæ ſectione* 1620. 4. HE. ſi diverſa a paulo priori.

EJ. *Exercitationes medicæ triginta ſex* ab. a. 1622. ad 1636. propoſitæ Argent. 1636. 4. RIV.

EJ. *hiſtoria feminæ*, *quæ ventrem ſupra modum tumidum geſtavit ultra decennium & tum hydrope uterino tum molis carnoſis* 76 *fuit conflictata* Argent 1627. 4.

Viginti tres *exercitationes* HEFTERUS *recenſet*.

EJ. *de ſcabie* 1622. 4. PL.

EJ. FERNELIANÆ *pathologiæ l. I. de morbo ejuſque differentiis* 1623. 4. HE.

EJ. *de morborum cauſis* diſp. II. 1624. 4. HE.

EJ. *de tempore morborum* Argent. 1624. 4. & 1625. 4.

EJ. *de morborum ſymptomatibus* (ſ. FERNELIANA tertia) 1625. 4. HE.

EJ. *de diebus criticis* duæ 1626. 4. L.

EJ. *de criſibus* duæ 1627. 4. *.

EJ. *de dyſenteriæ natura*, *cauſis*, *differentiis*, *ſignis diagnoſticis & prognoſticis* Argent. 1628. 8. RIV.

EJ.

EJ. *miſcellanearum quæſtionum medicarum faſciculi quinquaginta tres* Argentor. 1630. ad 1638. 8. RIV. UFF.

GALENI *l. de morborum cauſis in theſes contractus* Argent. 1630. 4. *.

Et *de ſymptomatibus* ib. 1630. 4. L.

EJ. *de plethora & cacochymia* ib. 1631. 4. RIV.

EJ. *problemata phlebotomica ex l.* GALENI *de curandi ratione per venæ ſectionem* ib. 1631. 4. *.

EJ. GALENI *l. de ſymptomatum cauſis* L. I. & II. ib. 1631. 4. L. *tertius* 1632. 4.

EJ. GALENI *l. de curandi ratione in theſes reſolutus* ib. 1631. 4. L.

EJ. GALENI *ars parva in XXX diſputationes reſoluta* ib. 1633. 8. ad 1638. 8. LIND.

EJ. *collegium therapeuticum ex* GALENI *methodo medendi depromtum, in diſputationes 25 redactum* ib. a. 1634. 4. ad 1638. 4. L.

EJ. *ſex* GALENI *ll. de morborum differentiis & cauſis in theſes partim, partim in epitomen contracti, ad diſputandum propoſiti* ib. 1635. 4. ad 1638. 4. L.

EJ. GALENI *methodus medendi in diſputationes reſoluta cum præfatione* ib. 1639. 4. LIND.

EJ. *de variolis & morbillis* ib. 1642. 4. *. diſputationes ſex.

EJ. *de divino quod* HIPPOCRATES *in morbis conſiderandum præcepit* ib. 1643. 4. TREW.

EJ. *de ſenectute & ſenum ſtatu & cognitione* ib. 1645. 4. *.

EJ. *Beſchreibung etlicher Mißbräuche ſo bisher in den Sauerbrünnen und andern Bädern vorgegangen* ib. 1647. 8. *. Nonnulla de acidulis Alſatiæ vicinis. Non debere acidulas nimis ubertim potari, neque nimis præcipita properatione bibi, demum neque calefieri. Contra cibos male coctiles, placentas & dulciaria. Ut potandæ acidulæ. Abuſus aliqui.

EJ. *de epilepſia* 1648. 4. *.

EJ. *de infantum & puerorum morbis* 1649. 4. *.

EJ. *de pleuritide* 1649. 4. *.

EJ. *de hæmorrhagia narium* 1649. 4. *.

EJ. *de morbis contagioſis & contagio* 1650. 4. PL. RIV.

EJ. *de alimentorum facultatibus* libri IV. 1650. 4. *. Spiſſum opus collectitium, commodum, in quo pleraque a veteribus dicta collecta habentur, ampliſſime, ut ad medicinam & ad hiſtoriam naturalem faciat. Sed etiam de variis morbis ex analogia nominum agitur.

EJ. *de urinæ ſuppreſſione* 1651. 4. *.

EJ. GALENI *l. quinque priores de ſimplicium medicamentorum facultatibus in XVI diſſ. reſoluti cum corollariis* 183. Argent. 1651. 8. L.

EJ. *commentarius in* GALENI *libellos de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, hirudinibus, cucurbitulis* &c. ib. 1652. 4. L.

EJ. *diſſ. de dolore* ib. 1654. 4. *.

EJ. *de rigore, horrore, refrigeratione, oſcitatione, pandiculatione, palpitatione, tremore & dentium ſtridore* 1653. 4. *.

EJ. *de hæmorrhoidibus* diſp. Argent. 1654. 4. L.

EJ. *de ſtranguria* 1657. 4. *.

EJ. *de palpitatione cordis* 1657. 4. *.

EJ. *de maraſmo & gracileſcentia ſanorum & ægrotantium, craſſitie & obeſitate naturali & morboſa* ib. 1658. 4. *.

EJ. *de pleuritide* 1659. 4. *.

EJ. *de ſingultu* 1659. 4. *. R. M. MAPPO.

EJ. *de ictero flavo* 1659. 4. niſi error eſt.

EJ. *Manuale, ſ. ſpeculum medicinæ practicum in uſus tyronum* Argent. 1659. 8. 1661. 8. L.

EJ. *de venæ ſectione hypochondriaca* 1661. 4. *.

EJ. *de morbis novis* Argent. 1662. 4. RIV.

EJ. *de ophthalmia* 1662. 4. *.

EJ. *problemata medica varia* 1662. 4. *.

EJ. *de affectione hypochondriaca* Argent. 1662. 4. PL. (1661 RIV.).

EJ. *manualis ſ. ſpeculi medicinæ practici in uſum tyronum continuati Tomus poſterior* Argent. 1661. 8. TR.

EJ. *de ictero ſ. morbo nigro* ib. 1663. 4. *.

EJ. *de dentibus, de urina, de morbis contagioſis, de fame & ſiti diſſ.* ib. 1664. FALC.

EJ. *de conſtipatione alvi* ib. 1664. 4. *.

EJ. *de aſthmate & orthopnœa* ib. 1664. 4. *. HAENEL. PL.

Vita viri verſu heroico deſcripta a GLONERO ib. 1626. 4. ſi hujus eſt, ut puto. SEBIZII.

§. CCCCLXIII. Olaus Worm.

Olaus Worm Aarhuſiæ in Jütlandia natus, magnis peregrinationibus defunctus, & Italicæ ſcholæ diſcipulus, profeſſor Hafnienſis & Archiater, theſaurorum naturalium collector, hiſtoriæ patriæ ſtudioſus.

Ej. *ſelecta controverſiarum medicarum centuria* Baſil. 1611. 4.

Ej. *controverſiarum medicarum exercitationes octodecim* ib.

Ej. *Inſtitutionum medicarum epitome* ib. 1640. 4. 1646. 4.

Ej. *diſp. de ſcorbuto* Hafn. 1674. Curari chamæmoro Norvegica.

In *ejus memoriam orationem* Hafniæ a. 1654. dixit T. Bartholinus, recuſam a Wittenio.

In *Epiſtola* ad Bartholinum 13 Cent. II. vires ſalutares unicornu (marini) laudat. Sudorifera vi eſſe ad febres malignas efficax, etiam magnam febrem protinus jugulare.

Poſtea plurimis a morte viri annis Cl. Rostgaard ex familiæ Wormianæ ſcriniis epiſtolarum Wormianarum, aut ad eum virum datarum, magnum numerum ediderat anno 1728. Ea editio cum incendio præter pauciſſima exempla conſumta fuiſſet, alia multo minus nitida ſucceſſit Hafn. 1751. 8. 2 vol. *. Titulus eſt O. Wormii & *ad eum doctorum virorum epiſtolæ, medici, anatomici, botanici, phyſici & hiſtorici argumenti.* Harum epiſtolarum multæ a doctis juvenibus tunc maxime per Europam peregrinantibus, Bartholino, J. Andreæ, Fuirenio, Mothio ſcriptæ, omnino legi merentur. Ipſe Wormius acrior & judicii fuit inclementioris. Prima epiſtola eſt anni 1610, ultima quæ 1137. a. 1654. in iis plurima ad hiſtoriam partis prioris dimidii ſeculi XVII. ſpectantia reperiuntur. Pauca ſpecimina addam ex multis. Ad C. Bauhihum multæ botanici argumenti datæ ſunt, ut de rarioribus plantis Hafnienſibus, quas noſter Bauhino miſit: ad J. Rhodium de laboribus Italorum actum. Pullitiei Ægyptiæ deſcriptio, quam referente Rhodio Veslingius Patavii aluit. J. Andreæ de ſtatu anatomes Patavino relatio. Veslingio orbatæ triſtis nuntius. Arngrimus Jonæ de balænis & earum dentibus, aliis ejus regionis rarioribus egit. Christiani Stowgaard de vitrioli Anglici coctione ex lapide oſtrearum teſtæ ſimili. Otto Sperling de morbo funeſto Christiani IV. Henningius Arnisæus de graviditatis indicio, quod a lacte mammarum repetitur. Henricus Fuirenius varia ad rariora, ad naturæ hiſtoriam, & de Galliæ atque Italiæ medicinæ ſtudio adfert. Paulus Moth in cadavere hepar maximum, in veſicula fellea nigricantem viſcidamque bilem vidit. Idem de anatome Leidenſi. Sic T. Bartholinus: vomica in mediaſtino pure plena, & cordis polypus. Italiæ & Siciliæ medici. De nobili femina gravida acerrimis draſticis occiſa. Codex M. S. quem Turquet poſſidebat, Platonis Apuliensis (Sexti Apuleii Platonici). Johannis de plantis & aliis naturæ donis. Erasmus Bartholinus ex itinere Anglico,

Belgico.

Belgico bene multa reſcribit. Helvici Diethrici de morbo Ulrici Daniæ principis relatio. Wilhelm Lang de theſauris Dreſdenſibus; de medicis Pragenſibus. Wormius, ad P. Bourdelot: de ſuo proprio morbo, de febre contagioſa in qua bis venam ſibi juſſit ſecari.

Ej. *vita in ciſta* Bartholini, & reſponſio *ad quæſt.* an *venæ ſectioni cacochymia ſecanda?*

§. CCCCLXIV. C. Bartholinus.

Caspar Bartholinus Malmogienſis: celebrium virorum pater & avus, profeſſor medicinæ, inde theologiæ Hafnienſis, peregrinator, Fabricii diſcipulus.

Ej. *problematum philoſophicorum nobilium & medicorum miſcellaneæ exercitationes* Albiæ 1611. 4. *. Diſputationes, controverſias librat, contrarias rationes expendit, per auctoritates fere de quaque definit.

Ej. *de aere peſtilentiali corrigendo conſilium* Hafn. 1619. 8. Tr.

Ej. *de lapide nephritico opuſculum, ubi ſimul de amuletis omnibus præcipuis* ib. 1627. 8.

Ej. *de ſtudio medico inchoando & abſolvendo conſilium* ib. 1628. 8. Recuſum cum Conringio Hall. 1726. 4. *. breve & abſque ſelectu.

Ej. *opuſcula quatuor, de unicornu, de lapide nephritico, de pygmæis, Conſilia de ſtudio medico* &c. ib. 1628. 8. Hansen.

Ej. *conſilia de peſtilentiali aere corrigendo, de ſtudio medico inchoando, concinnando, abſolvendo, de medicamentis ſuis compoſitis chemicis cum formulis* &c. in *Ciſta* Bartholini ib. & vita Wormii.

Caspari Brochman *vita & mors* Caspari Bartholini Hafn. 1629.

§. CCCCLXV. Varii.

J. Lud. Bertaldi *medicamentorum apparatus, duratio, doſes & formulæ* Turin 1611. 4. Tr. 1612. 4.

Ej. *medicamentorum externorum apparatus, doſes & formulæ* ib. 1614. 4. Tr. Ea medicamenta, qualia in officinis parantur, per ſingula recenſet. Plantarum proprietates, utilitates medicæ, collectanea ex Fuchsio, Heurnio. Modus, quo præparantur. Olea expreſſa ſecundum ſuas plantas: olea per deſcenſum, auctoris oleum de catellis. Sic alia medicamina.

Ej. *diſpenſatorium* J. Placotomi *cum ſcholiis recuſum* Turin. 1614. 4. *. Medicamenta ſimplicia ſuis cum viribus medicatis. Compoſita. Formulæ. Multa in Italia potiſſimum nota, medicamenta, nonnulla auctori propria. De confectione de hyacintho, quæ in morbo maligno epidemico magni auxilii fuerit, tum de C. Alkermes, ſcriptiones variæ.

Ej.

Ej. *tr. de confectione, de hyacintho & Alkermes* Turin. 1619. 4. Seorſim videntur recuſi fuiſſe.

Id. *regole della ſanita e natura dei cibi* Ugonis Benzii *cum notis* reddidit ib. 1620. 8. Falc.

Epiphanii Ferdinandi Meſſapienſis *Theoremata medica & philoſophica in tres libros digeſta* Venet. 1610. fol. Tr.

Ej. *centum hiſtoriæ obſervationes & caſus medici, omnes fere medicinæ partes, cunctoſque corporis humani morbos continentes* Venet. 1611. fol. *. Dictio mirifica & barbara. Cuique caſui medico alias adfines hiſtorias addit, & ætiologicas expoſitiones. Curationem ſuam ejuſque rationes & cauſas fuſe ſolet exponere. Tarantulæ totam fabellam pro certa narrat; Galenicus cæterum ut eo ævo Itali ſolebant. Laudes, quod etiam minus felices hiſtorias narret. Diabetes a febre. Hydrocephalum infantis ſuſtinuit incidere, funeſto eventu: Suturæ late diſceſſerant, ut dura membrana nuda eſſet.

Ej. *de vita proroganda juventute conſervanda & ſenectute retardanda* Neapoli 1612. 4. L.

Ej. *aureus de peſte libellus varia doctrina refertus & unicuique neceſſarius* ib. 1631. 4. L.

Aetii Cleti Signini, *commentarium apologeticum* Rom. 1611. 8.

Ej. *dilucidatio in aphoriſmum* XXII. libri I. *pro defenſione interpretationis* Marsigli Cagnati ib. 1621. 8.

Ej. *dodecaporion Chalcanthicum* ib. 1620. 4.

Ej. *de chalcantho diſſ. med.* ib. 1623. 8.

Ej. *de morbo ſtrangulatorio opus* ib. 1620. 8. 1636. 8. Laudat Fothergill.

Julii ab Aetsema *tr. de peſte* Hanov. 1611. 8. L.

J. Joannii *de pilularum ex aloe cum ſucco roſarum utilitatibus l.* Patav. 1611. 4. Vater.

J. *de* Villareal *de ſignis, cauſis, eſſentia, curatione morbi ſuffocantis libri* II. Complut 1611. 4. Falc. 4. Falc.

Franc. Perez Cascales *de morbo garotillo appellato* Madrit. 1611. 8. N. Ant.

Hieronymi Venerosii *conſultatio reſponſiva de urinæ ſtillicidio pruritu & herpete exedente* Venet. 1611.

Tobiæ Pirbach *de curanda melancholia conſilium* Arg. 1611. 8. L.

Matthew Gwinne medicus Greshamenſis Coll., *Aurum non aurum, ſ. adverſaria in aſſertorum chymiæ & medicæ deſertorem furioſum* Lond. 1611. 4. qui aurum potabile & admittebat, & defendebat, in *apology and defenſe of the medicine called aurum potabile* Lond. 1606, contra quod J. Cotta ſcripſit *the antiapology shewing the contrafeitneſſ of* Anthonys *aurum potabile* Oxon. 1627.

Franc. Hildesheim *de cerebri & capitis morbis internis ſpicilegia* Francof. 1612. 4. Tr.

Wolfgang Rraft *de vita producenda & reparanda* Mogunt. 1611. 8. L.

Sipismundi a Goetz *oratio pro philoſophis contra medicos, qua medicorum pharmaca, diætam & corporum ſectiones carminat* Argent. 1611. 8.

J. Boddicker *oratio pro medico adverſus philoſophos* ib. 1611. 8.

Henrici Christophori Hoeckel *oratio quod nulla ars reperiatur quæ medicina reipublicæ aut utilior aut neceſſaria magis* ib. 1611. 8.

De lampade vitæ Franeker 1611. 4. B. B. Curationes ſympatheticæ narrantur, factæ per ſanguinem ægri calentem in canem transfuſum.

§. CCCCLXVI. J. Hornung. &c.

J. Hornung Rotenburgi ad Tubarim medicus.

Ej. *de uroſcopia fraudulenta* Herborn 1611. 4. Tr.

Ej. *Rath u. Hülfe in Peſtilenzzeiten* ib. 1625. 8.

Ej. *Ciſta medica, in qua epiſtolæ Germanorum medicorum, tam quoad chymica quam Galenica principia utiles adſervantur, potiſſimum ex* Sigismundi Schnitzeri *bibliotheca* Nürnberg 1625 4. *. Lipſ. 1661. 4. L. Ad hiſtoriam artis utique facit hæc collectio, ut diſcas, quis eo ſeculo medicinæ in Germania ſtatus fuerit. Totæ certe hæ, quoties morbos & eorum curationem tangunt, epiſtolæ ſunt in formulis: eadem chemicis proceſſibus abundant: in anatome fere alios libros exſcribunt, ſic in botanica. Conſilia polypharmaca quorum pauciſſima uſui ſint lecturo. Libavius, qui mineras colligebat, Zinci non potuit copiam ſibi facere, quid turſa eſſet idem ignorabat. Sed & fabuloſam lycanthropiam hic videas narrari. Aliqua placent, ut oleum vitrioli dulce. Utiliora tamen fere Libavius habet, tum Joachimus Camerarius & C. Bauhinus. Fuſiſſime de arcano Fuchsii arſenicali adverſus cancrum medicamento & in univerſum ad chemica. Plurima poſt Libavium Sigismundus Schnitzerus habet, ipſe Libavii amicus, hactenus chemiæ amans. Tum Christoph Henricus Ayrer, Petrus Hofman, Johannes Hornung. Aliqua J. Nic. Stupanus, Georgius Palma, Erasmus Rembold, Ezechiel Beyer, J. Hartmann Beyer, Bernardus Stieber, J. Greiffenhagen, Paulus Simler (medicamenta aliqua), Jeremias Seng, Thomas Erastus, Hieronymus Vischer, Balthasar ab Herden, J. Georg Goebel, J. Schenk, Jacob Zwinger, Andr. Rösler, Ern. Soner, Nicolaus Taurellus, Petrus Stromayer, Valentinus Carchesius, Hier. Besler, Andreas Krug, J. Fabricius, Ern. Heinrich, Leon.

LEON. BAUSCH (idem forte qui dictus eſt), J. OBERNDORFER, J. STAMLER, N. WIBURG, J. INGOLSTETTER de morbis nonnullis, LEONH. DOLDIUS de medicamentis compoſitis & mumiæ laudibus, hic uberior, J. HEINTZIUS, RAIM. MINDERER, GREGOR. HORST. . GEORG HEBENSTREIT (ad calculum laudat) LUD. SCHMIDT, J. A. SALZMAN, J. GASTNER, cui ulcus veſicæ a ſe percuratum narrat.

EJ. *antidotum* Norib. 1626. 8. TR.

CHRISTOPH BINDER *αιτιολογικον theologicum de cauſis peſtis cum adnexo judicio de licita & illicita fuga* Tubing. 1611. 8. TR. ſi huc facit.

JAC. MENTEL *elogium* BARTHOLOMEI PERDULCIS ib. 1611. 4.

J. AISCHARD *medicina univerſalis adverſus peſtem & corporis & animæ* Hall. Sax. 1611. 12. TR.

§. CCCCLXVII. ITERUM ALII.

GONZALES RODRIGUEZ *de* CABREIRA Luſitanus.

EJ. *compendio de multos remedios de cirurgia e outras couſas curioſas recapiladas de theſauro de pobres e outros authores* Lisbon 1611. 8. 1614. 1617. 1639. C. de V.

HENR. KHUNRAT *tr. von gründlicher curation tartari, Grieſes, Sandes, Steins, Zipperlins, an Händen und Füſſen* Hof. 1611. 4. B. THOM.

JAQUES DUVAL *nouvelle methode de guérir les catarrhes & toutes maladies qui en dependent, voyre même celles qui ci-devant ont été reputées incurables, & tr. des hermaphrodites & accouchemens des femmes* Rouen 1611. 8. d'ETR.

GABRIEL *de* CASTAGNE *or potable* Paris 1611. 8. *. cum aliis medicamentis chemicis & formulis arcanorum.

VINCENT TAGEREAU *diſcours ſur l'impuiſſance de l'homme & de la femme* ib. 1611. 8. 1612. ASTR.

TANAQUIL GUILLAUMET *de la criſtalline* Lion 1611. 12. *. Luem veneream cryſtallinam vocat, de nomine ſymptomatis, quod ipſe adnotavit, quod nempe totum præputium tumore cryſtallino tumeat, una cum pene, cujus etiam ſymptomatis curationem proponit. Lui diuturnæ multorum annorum ulcera faucium ait ſupervenire. Curationes inde variæ, purgationes ſolæ abſque hydrargyro; deinde fumus cinnabaris, quem tamen ait apoplexiam civiſſe, tum cerata mercurialia, unctio, quam præfert mercurialem. In maxima ſalivatione cum ulceribus oris, feliciter venas raninlas inciſas fuiſſe. Hydrargyrum acidum eſſe. Tunc curationem deſcribit, quæ fit guaiaci decocto. Huic ligno favet, cujus vi luem curaverit: ſimilem eſſe vim tamariſcorum.

JEAN MARCHANDET *hiſtoire d'une femme, qui a produit un enfant par le nombril après l'avoir porté 25 mois & demi advenue au village de Paquet les ſalins* Lion 1611. 8. FALC.

Kurzer

Kurzer u. nöthiger Bericht wie man ſich in den jezo ſchweren Sterbensläuften mit der Arzney verhalten ſolle Halberſtatt 1611. 4. TR.

Bericht wie man ſich in Sterbensläuften mit der præſervation u. curation zu verhalten Francf. Viadr. 1611. 4.

J. SCHLEHER *nüzliches Bericht und Regiment wie zu dieſen gefährlichen Sterbensläuffen von der Peſtilenz geſunde zu bewahren u. Kranke zu curiren ſeyen* Coſtanz 1611. 4. TR.

VALENT RUMPELT *Bericht von der Seuche der Peſtilenz* Coburg. 1611. 4. B. THOM.

BALTHASAR SCHNURR *Kunſt u. Wunderbuch Schazkammer menſchlicher Geſundheit* Francf. 1611. 4. TR. 1626. 8. TR. 1635. 8. TREW. 1643. 4 TR. 1654. 8. TR. 1666. 4. 1690. 4. TR.

MARTIN FORSTER *antidotus loimo polemica, d. i. wahre Natur u. Beſchreibung der Urſprung der ſehr ſchädlichen Peſt* Zerbſt 1611. 4. TR.

PETRI von der STYLLE *chirurgiſches Handbuch* Francf. 1611. 8. TR. 1646. 8. ID. 1682. 8. *. Coppenh. 1651. 8. TR.

Medicinam etiam internam docet, modeſtus tamen, ut efficaciora medicamenta nolit abſque medici auctoritate exhibere. Propriam ſententiam vix proponit. Luem veneream inunctione curare non ſuſtinet, ob incommoda quæ inde ſequuntur, & præfert chinæ radicis aut guiaci decoctum cum ſudore moto. Habet etiam lotionem, quæ fit hydrargyro ſublimato, eamque curationem, quæ ſola repetita purgatione fit, qua etiam nonnullos ſanatos fuiſſe teſtis eſt.

J. F. BALTHASAR SCHÖNHOLZER *tract. von der giftigen Seuche der Peſt* Bern 1611. 8. B. B. parvus libellus. Vitrioli ſpiritum commendat ſcopo prophylactico. Purgandum. Bene reſpondiſſe vitriolum album rite præparatum, & antimonium præparatum. Paucos de populo morem effugere: quod vitioſos humores non expurgent. Venam ſecandam in principio, in latere bubonis.

§. CCCCLXVIII. DISPUTATIONES.

BERNARD PALUDANUS *de pleuritide* Baſil. 1611. 4. RIV.

JAC. SEIDEL *de different. facultatibus plantarum* ib. 1611. 4. *.

NICOL. ESBERN HALVEGIUS *de ſacro morbo & igne* ib. 1611. 4. BURCKH. RIV.

J. GEMPP. *de apoplexia* ib. 1611. 4. RIV.

J. HENISIUS *de peſte* ib. 1611. 4. PL.

J. HENR. FROELICH *de convulſione cognitione & propulſione* ib. 1611. 8. L.

EJ.

Ej. *ſemejotice Phœbeis paradoxis & heterodoxis* Fel. Plateri *adornata* Baſil. 1612. 4. He.

Ej. *de Theriaca andromachi* ib. 1613. He.

J. Pfanner *de generali morborum curatione & curationibus inſolitis prodigioſis* ib. 1611. 4. 1628. 8.

Just. Werner *de cauſa febris ardentiſſimæ* ib. 1611. 4. He.

Frid. Cerrat *de catarrhis* ib. 1611. 4. He.

Sebast. Matten *de dyſenteria* ib. 1611. 4. Pl.

Otto Engelbert Bure *de iliaco affectu cognoſcendo & curando* ib. 1611. 4. *.

J. Eberhard *de angina* ib. 1611. 4. Riv. & in Genathi *dec.* V.

Fnid. Eckart *de catarrhis* ib. 1611. 4. Riv.

Gabriel Hesso *de colica* ib. 1611. 4. Burck.

Caspar Schoeneich *de nephritide* ib. 1611. 4. *.

Georg Grosser *oratio de dicto medice vivere peſſime vivere* Argentor. 1611. 8. Lind.

Collectio diſputationum Tubingenſium Decas I. collegit R. J. Camerarius ib. 1611. 8. L.

Abr. Abernethe *Daphne Monſpelienſis ſ. laurus apollinis* Monſp. 1611. 8.

Christoph. Bilitzer *de paralyſi* Gieſſ. 1611. 4. Riv.

J. Seiddel *theſes de pleuritide* ib. 1611. 4. Haintz.

Christoph Bording prof. Th. Finkio *diſſ. inaug. de hydrope* Hafniæ 1611.

Barth. Cluger *diſp. unica inter* VIII. *de indicationibus* Witteb. 1611. 4 Tr

J. Pietre & Nic. Girault *E. viri mulieribus ſalubrius degunt* Pariſ. 1611.

Guil. *de* Baillou & Guil. Gerbault *E. partium principum ſyntimoroſis* ib. 1611. 4.

Nic. Ellain & J. Akakia *E. ſui ætatum ut temperamentorum morbi* ib. 1611.

Guil. *de* Baillou & Guil. Gerbault *E. fluoris muliebris & menſis morboſi affinitas quædam & diſſimilitudo* ib. 1611.

J. Letus & Fr. *le* Sage *Non E. hydropi hydrotica* ib. 1611.

J. Riolan & Guil Duval *E.* μετριοπάθεια *ſanitatis cuſtos* ib. 1611.

Nic. Henault & Guil. Desdames *Non E. epilepſiæ cranium humanum* ib. 1611.

Joh. *de* Gorris & Guil. Duval. *E carbunculo ſapphirus* ib. 1611.

§ CCCCLXIX.

§. CCCCLXIX. Varii ad a. 1612.

J. Rud. Camerarius, auctor familiæ medicæ, edidit Tubing. 1611. 8. *diſputationum medicarum in academia Tubingenſi propoſitarum Dec.* I. ib. 1611. 8 V. p 426.

Ej. *Sylloge rerum memorabilium medicinæ & mirabilium naturæ arcanorum centuriæ* IV. Auguſt. Treboccorum (Strasburg) 1624. 16. * & *centuria* I. ſola Noriberg 1614. 8. L.

Centuriæ IV. a 13 ad 16 Argent. 1652. 8. L.

Deinde *Centuriæ* omnino *viginti* Tubing 1683. 8. 2 vol. *. quarum quatuor poſthumæ ſunt. Adverſaria omnis generis, adnotationes, cogitationes auctoris, aliqua ad hiſtoriam medicam pertinentia, multa collecta, aliqua auctori ipſi viſa. Multa medicamenta parum certa, vana multa. Feminæ aquis non ſubmerſiles. De thermis multa.

Ej. *Bericht für ſchwangere Weiber* Nürnberg 1615. 8. B. Thomas.

Nicolaus Rigault Pariſ 1612. 4. B. G. ott. edidit collectionem cum titulo ἱερακοσόφιον, *ſ. rei accipitrinæ ſcriptores:* Κυνοσόφιον *de cura canum.* Ea *collectione* continentur *duo* ἱερακοσόφια, olim a Gillio edita, tum Ὀρνιθοσόφιον *l. de cura avium* Gr. lat. porro liber Catalaunicus *de falconum & accipitrum generibus* cum latina verſione, denum J. Augusti Thuani l. III *de re accipitraria,* quo etiam carmine avium morbi continentur, & Fracastorii Alcon, ſ *de re venatica.*

In ll. a Petro Gyllio editis, & a Nic. Rigault Pariſ 1612. 4. *. recuſis, in utroque ἱερακοσοφίῳ, in l. *de cura canum* & aliis ejus collectionis ſcriptoribus, continentur etiam morbi chirurgici, fracta, luxata. Calculum accipitrum raphani ſucco adgreditur. Emphyſema non imperite curat.

J. Raphael Moxii *methodus medendi per venæ ſectionem in morbis muliebribus acutis* L. IV. *Acc. ſpicilegium de curandi ratione per venæ ſectionem febrium, quas humor putreſcens accendit* Colon. 1612. 8. Tr.

Abrah Bzovius *nomenclator ſanctorum profeſſione medicorum, quorum feſtivitatem eccleſia celebrat* Rom. 1612. p. I. & II. Colon. 1623. 12. Falc. &c.

Ambrosii Floridi *tr. de annis climactericis ac diebus criticis* Patav. 1612. 4. Tr.

J. *de* Luna Vega med. Hiſpalenſis, *exercitationes medicinales* Hiſpali 1612. C. de V.

J. Papii *de medicamentorum præparationibus earumque cauſis epitome totius chemiæ quæ eſt medicinæ miniſtra & judicium de pharmacopœa* Quercetani Witteb. 1612. 4. Tr. Falc.

Otho Heurnius Johannis Filius *de variolarum & morbillorum cauſa & curatione* Leid. 1612. 4. Pl.

Hhh 2 Ej.

Ej. *de reſpirationes vitiis, dyſpnœa, orthopnœa, apnœa, aſthmate* ib. 1613.

Ej. *de angina* ib.

Patris opera edidit, tum FERNELII *univerſam medicinam*, cui obſervationes rariores ex diario practico ſumtas adjecit.

FRANCISCI *de la* TURRE *prognoſticon medicinale ſecundum temporum conſtitutiones ex pluribus antiquorum illuſtrium medicorum dicteriis coacervatum* Avenione 1612. RIV.

J. CHAPEAUVILLE *tr. de neceſſitate & modo miniſtrandi ſacramenta tempore peſtis* Mogunt. 1612. 8. FALC.

J. GENESII SEPULVEDÆ *Philoſophicæ ac medicæ ſcholarum Bononienſium gymnaſii ſtatuta inſtaurata a.* 1609. Bonon. 1612. fol. B. BUNAU.

ZACHARIÆ a PUTEO *clavis medicinæ rationalis ſpagyrica & chymica de ſtranguria, pruritu, herpete exedente, varia & ſelectiſſima recludit præſidia, cum* HIERONYMI VENEROSII *conſultatione* Venet. 1612. 4. L.

Cum hiſtoria *de Gummi indico antiaſthmatico*, *quæſivit num in hyſtericis odorata, nempe moſchum & ambram per os exhibere conveniat* Venet. 1628. 4. L.

CHRIST CACHET *controverſiarum theoricarum practicarum in* I. *aphoriſmorum ſectionem* p. I. Tull. 1612. 8. TR.

Ej. *Pandora bacchica furens medicis armis oppugnata* Tull. 1614. 12.*. FAEC.

Ej. *apologia dogmatica in hermetici cujuſdam anonymi ſcriptum de curatione calculi, in qua chymicarum ineptiarum vanitas exploditur* Tull. 1613. 8. BUR.

Ej. *vrai & aſſuré préſervatif de la petite verole & rougeole* Toul. 1617. 8. Pueros vult ab omni contagio ſeclusos ſervari d'ETR.

J. BECKER *Hermes redivivus ſ. de ſanitate conſervanda* Gieſſ. 1612. 8. B. Bodl. Hanau 1620. 8. L.

JAC. AUGUSTI THUANI *de re accipitraria* L. III. Pariſ. 1612. 4. cum veteribus accipitrinæ medicinæ ſcriptoribus, quos hoc anno edidit NICOLAUS RIGAULT, medicinam etiam & morbos animalium tradit. p. 427.

J. ERN. BURGGRAV. Ejus eſt *Achilles panoplos redivivus & epicriſis* M. KRARKHEIM *ad achillem panhyperomachum* Amſterd. 1612. 8. L. 1630. 8. TR.

Ej. *introductio in vitalem philoſophiam cui cohæret omnium morborum aſtralium & materialium . . . additis veterum placitis expoſitio* 1. GALENI *medicamenta;* 2. PARACELSI, THURNEISERI, QUERCETANI *experimenta* Francof. 1623. 4. RIV.

Ej. *biolychnium, ſ. lucerna in cura morborum magnetica ex* THEOPHRASTI *mumia &* PETRI RIBOLÆ *de facultate metallorum germinatrice* Frf. 1630. 8. TR.

Ej. *von der Ungariſchen Hauptſchwachheit* Francfurt 1627 4. 1640. 4. TR.

ANDREÆ CLOUCQUII *ill. Acac. Lugd. Batav.* h. e. *celeberrimorum virorum elogia & vitæ* Leid. 1612. 8.

NIC.

NICOLAI HENZI *oratio ſoſpitalis utrum peſtis tempore mature oppetere vel vita diuturniori frui utilius fuiſſet & quid de hoc morbi genere judicandum ſit* Bern 1612. 8.

CASP. DORNAVII *vita & mors* JACOBI ZWINGER *verſibus & oratione panegyrica celebrata* Gorliz 1612. 4. TR.

§. CCCCLXX. ALII.

JACQUES FERRAND *tr. de l'eſſence & guériſon de l'amour ou la melancolie erotique* Toulouſe 1612. 12. d'ETR.

GUILIELMI DUVAL *invitatio & duo oratiunculæ a.* 1612. *pro medicorum quam parany.phum vocant* Pariſ. 1612. 4. IDEM fuerit quem repetito dicemus.

J. B. DESASSIX *avertiſſement ſur les morts de bêtes malades & maladies veneneuſes, leſquelles ont cours en ce royaume* Paris 1612. 8. BUR.

ALFONSUS GONZALEZ PRIGGO *carta eſcrita al* D. PETRO CARRAGO PALOMINO *en que trata el ordine para conſervar la ſalud y dilatar nueſtra vida, y buen uſo de bever con niebe* Granad. 1612. 4. C. de V.

COTTÆ libellum dixi p. 423. Ej etiam eſt *diſcoveries of ſeveral ſorts of ignorant practiſers of phyſik in England* Lond. 1612. 4. OSB.

Practique des chevaux Lion 1612. 12. HANSEN.

Reformation oder erneuerte Ordnung der Stadt Francfurt am Mayn die Pflege der Geſundheit betreffend Francf. 1612. 4. HEBENST.

Verzeichniß der nothwendigſten Arzneyen ſo man zur Zeit der Peſtilenz pflegt zu gebrauchen Haſ. 1612 4. TR.

THEODOR MAIUS *Urinbüchlein u. Bericht wie man die Krankheiten von ſeinem Leibe vermeiden ſoll, ſamt einem Tractat vom Urin u. Puls des Herren Apollinaris* Magdeburg. 1612. fol. Lemberg 1663. 8. TR.

Ordnung weſſen ſich die Bürger zu Trier bey ſterbender Luft zu verhalten Trier 1612. 8. TR.

THOMAS BAUERSCHMIDT *Verzeichniß der Arzneyen ſo man in der Peſt zu gebrauchen pflegt* Hall. 1612. 4.

Neu Kochbüchlein Baſel 1612. 8.

§. CCCCLXXI. DISPUTATIONES.

JEREMIAS ERHARD *de phthiſeos natura & cura* Baſil. 1612. 4. *.

Ej. *de tympanitide* ib. 1613. 4. *.

EBERHARD

EBERHARD FISCHER *de ictero flavo* Baſil. 1612. 4. PL.

J. JAC, FREITAG *de regimine iter agentium* ib. 1612. 4.

THOMAS COBER *de phlegmone uteri* ib. 1612. 4.

DAV. SATLER *de ictero flavo & nigro* ib. 1612. 4. PL.

HENR. SCHOLZ *de evacuationibus* ib. 1612. 4. HEF.

J. SCHOTT *de febre maligna* ib. 1612. 4. HEF.

JOH. *v.* SACHKIRCH *u.* PIELTZEN *de febribus in genere* ib. 1612. RIV.

AHASV. SCHMITNER *de phrenitide* ib. 1612. 4. RIV.

. . . . LEPORIN *de ſuppreſſione menſium* ib. 1612. 4. HEF.

JOH. SCHER HAEGGI *de catarrho* ib. 1612. 4. RIV.

J. VOLCK *de hydrope* ib. 1612. 4.

ANDR. GRANZ *de venæ ſectione* ib. 1612. 4. RIV.

LAURENT HELAND *de internis capitis adfectibus*; I. *de dolore capitis* Francof. ad Viadr. 1612.

II. *de vertigine & ſcotomia* ib. eod anno.

EJ. *exercitationes therapeuticæ*. I. *de alopecia & ophiaſi* ib. 1612. 4.

II. *de calvitie* ib. eod. anno.

III. *de achoribus* ib. eod.

IV. *de favo* ib. eod.

V. *de pityriaſi* ib. eod. anno.

VI. *de phthiriaſi* ib. eod. HEF. TR.

MATTH. VECHNER *ανακεφαλαιωσις τοπικη therapeutices catholicæ ad archetypum panaceæ & hygieinæ alexicacæ reformata & theſibus comprehenſa* Marburg 1612. 4.

GEORG MOLTHER *de obſtructione hepatis* Marburg 1612. 4. alii 1613. 4.

AMBR. RHODIUS *de purgatione per urinam, ſputum & ſudores* Witteberg. 1612. 4. RIV.

EJ. *de recta clyſterum, glandium & vomitoriorum adminiſtratione* ib. 1612. 4. HE.

EJ. *de ſanguinis miſſione diſſ. duæ* Baſil. 1612. 4. *.

EJ. *diſputationes in* PETRI SEVERINI *ideam medicinæ* Hafn. 1643. 4. OSB.

SEBASTIANI STROMAIER *diſcurſus de morbo gallico* Tubing. 1612. 4. BOEHM.

HENR. KITSCH *de vitæ humanæ gradibus, mira brevitate & inconſtantia* Lipſ. 1612. 4. HEF.

REN. CHARTIER & GUIL. GERBAULT *E. die impari criſi die pari tuta catharſis* Pariſ. 1612.

FR.

FR. PLACET & GEO CORNUTY *E. ſua cuique tumori curatio* Pariſ. 1612.

AND. *du* CHEMIN & J. AKAKIA *E. gravidis acute laborantibus phlebotomia catharſi tutior* ib. 1612.

GEO. ARBAULT & JAC. PERREAU *E. in omni febre phlebotomia* ib. 1612.

STEPH. *la* FONT & FR. *l'*EPICIER *Non E. fœdis virginum coloribus acceleranda ϲυζυγια* ib. 1612.

CAR. BOUVARD & FR. *le* SAGE *E. mulieri præfocatæ vir ſucculentus* ib. 1612.

AND. *le* GROS & GUIL. DES DAMES *E. maraſmus inſanabilis* ib. 1612.

J. *le* MERCIER & FR. *l'*EPICIER *E. in pleuritide exquiſita phlebotomia catharſi tutior* ib. 1610.

MICH. TOUTAIN & JAC. PERREAU *Non E. in melancholia θειον τι* ib. 1612.

GUIL. LESCAILLON & GEN. CORNUTII *E. impura corpora quo magis nutries eo magis lædes* 1612.

§. CCCCXXII. VARII ad a. 1613.

ANGELI VICTORII *hiſtoria palpitationis cordis & ruptarum coſtarum* PHILIPPI NERII Romæ 1613. Anevryſma pectoris, quod bonus ſenex ad 80 ætatis annum toleravit.

EJ. *medicæ hiſtoriæ poſthumæ editæ a* VINCENTIO MANNUCCIO Rom. 1640. fol. parv. TR.

ANTONII BALDESII *quæſtio de gangrænæ & ſphaceli curatione ex colloquiis diverſis cum* JULIANO *& Placentinis doctoribus cum Ej.* JULIANI *limitationibus & applicationibus, ex recognitione* J. CASTELLANI Florent. 1613. 8. FALC.

ARRAIS *medicamentorum inſcriptio* Salamanticæ 1613. inter libros F. BERNARDI Cod. Brit. 1663.

ANTONII POLITII Calata Hieronenſis, medicus Panormitanus, *de quinta eſſentia ſolutiva atque brevi epilogo componendorum medicamentorum, cum aliquibus philoſophiæ & medicinæ problematibus* Panorm. 1613. 4. MONGIT.

EJ. *de febribus peſtilentialibus peſtis a me nominatis cum bubonibus carbunculis & aliis pravis ſymptomatibus graſſantibus Panormi a. 1624. conſultatio* Panormi. 1625. 4. MONGIT.

EJ.

Ej. *l. de auctione totius ſubſtantiæ* citatur a J. B. Corteſio, & caput de Manna in Ejuſd. *miſcellaneis* integrum repetitur.

Christophori Nunnez *de coctione & putredine* Madrit. 1613. 4.

Rodolphi Magistri *doctrina* Hippocratis *aphoriſmi nova interpretatione exornata. Leges medicæ, Arcanum judicium &c.* 1613. 12. L.

Ej. *le préſervatif des fievres malignes de ce tems, ſeconde édition* Paris 1619. 12. Bur.

Antonii Constantin *opus medicæ prognoſeos, in quo omnium ſymptomatum cauſa & eventus exponuntur ex* Galeno, Hollerio, Dureto, Jacotio Lion 1613. 8. L.

Leonhard Lessius (Leys) S. J. *Hygiaſticon ſ. de tuenda valetudine tam animi quam corporis.* Acc. L. Cornarii l. &c. Antwerp. 1613. 8. Foppens 1614. 8. *. Mediolan 1615. 12. Trew. 1623. 8. L. Molzheim 1673. 12. L. Gallice vertente Sebast. Hardy Pariſ. 1646. 8. Falc. & notas addente *de la* Bonnodiere Pariſ. 1701. 12. Falc. 1772. 16. Rast. Germanice Francof. 1623. 12. Tr. Anglice Lond. 1742. 8. Opus viri non inficeti, non quidem medici. Patres in eremo ſolo pane vixiſſe, ejuſque unciis in dies duodenis, & cum ea tenui diæta ad ſummum ſenium perveniſſe. Nihil panatella melius eſſe.

Tractatus novi varii. David Ultralæi *tr. an puerperæ liceat exhibere moſchum.* 2 Cornelii Herls *examen ejus tractatus.* 3. Phil. Lansbergii *diſputatio epiſtolaris cum Middelburgenſibus de moſcho.* 4. Corn. Herls *reſponſio ad apologiam* Jac. Lansbergii *pro ſuo parente &* Ultralæo. 5. Hier. Smallegange *examen quæſtionis an puerperæ moſchus exhiberi poſſit.* 6. *Medicorum Middelburgenſium epiſtola apologetica.* Middelburg 1613. 8. Bur.

Jacobi Lansbergii etiam *diſſ. ſcholaſtica de moſcho adverſus medicos Middelburgenſes &* Hieron. Smallegangi ſeorſim exſtat. 8.

Non ſeparo Cornelii Lieni *adverſus* D. P. Lansperg *amica concertatio epiſtolica* Zirikſee 1614. 8. an forte *Herls.*

Et Petri Lansbergii *refutatio epiſtolæ apologeticæ.* Titulus parum integer.

Henr. Gutberleth *phyſicæ compendioſa inſtitutio* prodiit l. III. Herborn 1613. 4. Tr. & *pathologia ſ. doctrina de humanis affectibus phyſice & ethice tractata* ib. 1615. 8. Tr.

J. Caselius obiit a. 1613. Ej. *epiſtola de medica arte, præſtantibus viris* &c. Wolfenbüttel. 1716. 8. *. cura Burckh.

J. Meursii *Ill. Acad. Lugdun. Batav. virorum icones & elogia* Leid. 1613. & 1614. 4.

Ej.

Ej. *Elogia & vitæ profeſſorum Lugdunenſium* ib. 1617. 4.

Ej. *Athenæ Batavicæ, ſ. de urbe Leidenſi viriſque claris* &c. Leid. 1625. 4. 1633. 4.

Ej. *Roma luxurians ſ. de luxu Romanorum* B. B. in *Theſ. Ant. Rom.*

Fundatoris, profeſſorum celeberrimorum Academiæ Leidenſis icones Leid. 1723. fol. Ita lego. Num Meursii ſint, addubito.

Hieronymi Perlini *prælectiones urbanæ ſuper variis locis prorrheticorum* Hippocratis Hanau 1613. 4. Tr.

Ej. *hiſtoriæ medicæ ſ. inſtructiones medicæ phyſiologicæ, pathologicæ & therapeuticæ. Adject. methodus compendiaria ſcribendi hujuſmodi hiſtorias. Acc. de alexiteriis & alexipharmacis commentariolus; de morte cauſa abortus medica diſputatio, Reſcriptum de ea re amicorum* Hanau 1613. 4. Tr.

Ej. *declamationes adverſus morborum contagionem hujuſque auctores & fautores, imo ſeculum impactæ* Hanau 1613. 4. *. Ante nuperos contagium negat.

Bartholomæi Schönborn *dialogus de peſte opera & ſtudio* Bartholomæi Kiswetter Witteb. 1613. 8. Tr.

Henr. Nollii *ſyſtema medicinæ hermeticæ generale, in quo medicinæ verum fundamentum, ſanitatis conſervatio, morborum cognitio & curatio methodo dilucidiſſima explicantur* Francof. 1613. 8. Riv. Tr.

Ej. *ſtudii medici remora* Francof. 1619. 8. Tr. *in qua de medicina hermetica brevi emittenda lector judicare poteſt & errores multorum medicorum dilucide deteguntur.* Alia alchemiſtica.

Francisci le Sage *Panægyricus* Paris 1613. 4.

Aug. Etzler *tractatus fundamentum medicinæ externum explanans* Hall. 1613. 8. Trew.

Ej. *iſagoge phyſico magica medica* Argent. 1631. 8. Tr.

Claudii Charles *de lue venerea* M. S. eſt in B. R. Par. Astruc.

§. CCCCLXXIII. Alii.

Wolfg. Geuss *methodus exanthematicos curandi morbos* Francof. 1613. 8. Pl. Germanice.

J. Matthæi *lib. de rerum inventoribus* Amberg 1613. 8. Falc.

J. Rhenani *antidotarium peſtilentiale, oder Diſcours von der grauſamen Seuche der Peſtilenz* Francof. 1613. 4. Thomas.

Ej. *urinocriterium chymiatricum* ib. 1614. 8. Hansen.

Abrah. Hofman *utilis nocturnorum ſomniorum conſideratio, d. i. Bericht von den nächtlichen Träumen der Menſchen* Leipz. 1643. 4. Tr.

Der

Der Stadt Francfurt an der Oder Peſtordnung 1613.

J. Codericius *kurzer Bericht von den Fiebern, wie auch von dem peſtilenziſchen Fieber* Eisleb. 1613. 4. Tr.

Mich. Dusseau *enchiridion des miropoles traduit du latin & commenté* Lion 1613. 8. On.

Tarduccio Salvi *il miniſtro del medico* Rom. 1613. Bologn. 1688. 4. *. De venæ ſectione, hirudinibus, veſicatoriis, cauteriis, frictionibus.

Mich. Angelo Angelico *antidotario di* Claudio Galeno, *nel quale ſi contengono i duo libri de antidoti, quello della teriaca a Pamſiliano* &c. Vicenza 1613. 4. Mazuch.

Florian Canali *ſecreti univerſali racolti ed experimentati — rimedi per tutte l'infirmita de corpi humani . . . de cavalli, bovi e cani* Venet. 1613. 8. Bur. 1645. 8. d'Etr. 1677. 8.

Etienne Thevet chirurgien à Poitiers *advis ſur la préſervation & curation de la peſte* Poitiers 1613. 12. *. Non valde credit vividum in peſte contagium eſſe, cum adeo multi chirurgi aliique cum ægrotis converſentur, neque quidquam mali ſentiant. Id dat, veram peſtem poſſe tamen contagium habere, quod per contactum & exhalationem ægrorum inficiat, non ita tamen, ut in aere libro. Peſtis tempore multis ægris bubones, cum febre & abſque peſte, erupiſſe.

Pierre *de* Mouillet *la vie* Paris 1613. 8. Falc. ſi huc facit.

Martini Pansæ *Bericht von Zipperlein ob es ein unheilbare Krankheit ſey* Leipz. 1613. 8. 1617. 8. Tr.

Ej. *conſilium peripneumoniæ, oder ein getreuer Rath in der beſchwerlichen Berg u. Lungenſucht* Annaberg alii Leipz. 1614. 4. Boehm Freyburg 1681. 4. Riv.

Ej. *conſilium antipeſtiferum, d. i. ein getreuer Raht in gefährlichen u. giftigen Sterbensläuften* Leipz. 1614. 4. II. Theil. ib. III. ib. eodem anno.

Ej. *de proroganda vita l. aureus* P. I. II. Lipſ. 1651. 8. P. III. 1616. 8. Riv. 1620. 8. Germanice *Kleinod menſchlicher Geſundheit* Leipz. 1626. 4. 1628. 4.

Ej. *conſilium phlebotomicum ſamt 50 Fragen vom Blut u. Blutlaſſen* ib. 1615. 8.

Ej. *conſilium antinephriticum* ib. 1615. 8.

Ej. *conſilium evacuatorium* ib. 1615.

Ej. *von der Colic oder Darmgrimmen* Leipz 1616. 8. Lehm.

Ej. *defenſio einer Schrift von der Gicht wieder* Gregorii Martinii *diſcurſum philoſophico medicum* 1617. 8.

Ej.

Ej. *künſtlicher u. heilſamer Extract der Arzneykunſt* Leipz. 1618. 8.

Ej. *Baderordnung* ib. 1618. 8.

Ej. *Bericht von der Schwindſucht* ib. 1618. 8.

Ej. *Bericht von den giftigen Fiebern welche malignæ genannt werden* ib. 1618. 8. Trew.

Ej. *Tractat von viererley Antidotis, theriaca Andromachi; Mithridat; güldenen Ey; einer Eſſentia, conſerven* Hall. 1619. 4.

Ej. *pharmacopæa publica & privata, d. i. Stadt, Haus u. Hofapothek* Leipz. 1623. 4. *anderes Buch* 1621. 4. *dritter u. vierter Theil* 1622. 4.

Ej. *conſilium antipodagricum* Leipz. 1663. 8.

Ej. *ſecundum ſpeciale* ib. 1625. 8. Tr.

Ej. *tertium ſpecialiſſimum* ib. 1623. 8. Tr.

Ej. *appendix conſilii antipodagrici ſpecialis* ib. 1625. 8. Tr.

Ej. *Bericht von der melancholia hypochondriaca* . . . . 8.

Het light der apothekers Roterdam 1613. 8. Heins.

§. CCCCLXXIV. Disputationes.

Gerh. Zvihlius *de quibuſdam puerorum affectibus* Baſil. 1613. 4. Riv. & in Genathi dec. I.

Conr. Froelich *theriaca Andromachi reſoluta diſp.* I. ib. 1613. 4. Riv.

J. Knobloch *de læſa viſione, ſ. viſus imbecillitate* ib. 1613. 4. Riv.

J. Conradi *de apoplexia* ib. 1613. 4. *.

Erasmus Posthius *de podagra* ib. 1613. 4. Riv.

J. Curtius *de cauſo exquiſito* ib. 1613. 4. Riv.

J. Gellii *συζήτησις medica de internis oculorum affectibus* ib. 1613. 4. *.

J. Christoph Eisenmenger *de epilepſia* ib. 1613. 4. Riv.

Christoph Culigius *de epilepſia* ib. 1613. 4.

J. Andr. Rumpelt *de cordis palpitatione* ib. 1613. 4. *.

Wolfgang Waldung *medicina ſe ipſam diſcrucians ſuamque calamitatem deplorans, dedicata* Fel. Przylubsky *Lithuano* Altdorf. 1613. 4. Will.

David Schobinger *de comatibus ſomnolento ac vigili* Baſil. 1613. 4. *.

Otto Boetticher *de cauſis & differentiis dierum decretoriorum* ib. 1613. 4.

J. Wolf

J. Wolf *de medicina & medico in genere* Helmſtatt 1613. 4. Boehm.

Ej. *quæſtiones medicæ miſcellaneæ* ib. 1613. 4. *.

Ej. *de ſcorbuto* Helmſt. 1618. 4. He. 1634. 4. Buttn.

Ej. *exercitationes ſemeioticæ* ib. 1620. 4. L.

Ej. *de morbo hypochondriaco ejuſque curatione* ib. 1621. 4. *. & alia 1622. 4. *.

Ej. *de epilepſia* ib. 1621. 4. *.

Ej. *de aſthmate* ib. 1622. 4. *.

Ej. *de quartanæ intermittentis natura, dignotione & curatione* ib. 1624. 4. Riv.

Ej. *de ſuffocatione ſ. catarrho* ib. 1625. 4. *.

Ej. *epiſtola de aqua vitæ juniperina cum* Horstianis in IV. P.

Ej. *de pleuritide* Helmſt. 1634. 4. & pulmonem & pleuram mali ſedem eſſe.

Ej. *de febre maligna* ib. 1634. 4.

J. Keilius *de lue venerea qua natura qua cura* Marburg. 1613. 4. Riv.

Matth. Engelhard *Laurus medica Monſpelienſis* Monſpel. 1613.

Petr. Collier & Mich. Francier *E. morbi periodici vere frequentiores* Pariſ. 1613.

Robert *le* Secq & Ægid. *le* Blanc *E. cor eſt ſubjectum febris* ib. 1613.

Sim. *le* Tellier & Ant. Bimbault *E. peſtilenti febri purgatio* Par. 1613.

Richard Marces & Guil. *de* Vailly *E. hydropi ſectio* Pariſ. 1613.

Sim. Bazin & Claud. Gervais, *E. omni tempore medicandum* ib. 1613.

Fr. L'Epicier & Mich. Francier *E. puerperæ pleuriticæ ſectio baſilicæ* ib. 1613.

Mich. Toutain & Nic. Rousseau *E. invitæ in morbis acutis lacrymæ θανατώδεις* ib. 1613.

Guil. Gerbault & Fr. Gerbault *E. cordis palmo phlebotomia* ib. 1613.

Guil. Lescaillon & J. Tournier *E. variolis & morbillis utraque evacuatio* ib. 1613.

Petr. Collier & Gabr. Hardouin *E. omni melancholiæ cardiaca* ib. 1613.

Rob. *le* Secq & Cl. Gervais *E. phœnigmus arthritidi* ib. 1613.

Sim. *le* Tellier & J. Maunoir *E. arthritidi venæ ſectio purgationi præferenda* ib. 1613.

§. CCCCLXXV.

§. CCCCLXXV. J. B. Cortesius.

J. Baptista Cortesius Bononienſis, chirurgus, inde medicus & profeſſor medicinæ primarius Meſſanenſis. Ej. *conſultatio & curatio pro* Ferdinando Matuti *ſteatoma exulceratum a dextra femoris externa origine marſupii in modum patiente* Meſſan. 1614. fol.

Ej. *miſcellaneorum medicinalium decades duæ* Meſſan. 1625. fol. *. Miſti argumenti opus. Ad practicam artis medicæ partem faciunt decades poſteriores ſex. Quinta de rebus non naturalibus, aere, alimentis, quæ auctor per ſingula perque ſpecies animalium & plantarum conſiderat, quatenus ſalubris eorum eſt uſus aut inſalubris: ita quidem ut Siciliam ſuam peculiariter ſub oculis habeat, tamen ut eadem fere cuique etiam cibo tribuat, quæ veteres tribuerunt. Neque tamen nullas proprias adnotationes interſpargit. Ita dum de aquis agit medicatis, Spadanas ait Alexandri Parmenſium principis hydropem ſuſtuliſſe. De angina ſtrangulante nuper Meſſinam vaſtante, quæ ſit ipſa peſte peſtilentior.

Decas VI. de pulſibus & urinis ad veterum ſaporem.

Decas VII. de putredine & febre, perinde ad ſcholarum guſtum. De evacuationibus; de arteriotome & variis ſanguinis mittendi modis: de purgatione; de diebus criticis; de febribus peculiariter malignis, de curatione, in quam medicamenta abſorbentia recipit.

In L. VIII. de febribus reliquis pergit. Quæ cauſa ſit, quæ faciat; ut certas periodos obſervent: tempus nempe ad colligendam materiem morboſam poſt partialem coctionem neceſſarium. Purgantia medicamenta per ſingula. Antimonii uſum improbat. Purgantia compoſita numeroſa. Antidota. Theriaca. Lapis bezoar utriuſque orbis & *contra herba*, potiſſimum ex Josua Ferro: hæc autem medicamenta habet pro alexipharmacis.

Dec. IX. Epiſtolæ. Prima de febre peſtilente. De diapedeſi. Deſcriptio peſtilentis anginæ; fauces inflammabantur, in inflammatos pituita ſubito deſcendebat, ut ſuffocaret; ſed etiam alba materies in ſuperficie adparebat, quæ in gangrænam abibat, ſive eam auferres, ſive relinqueres. Curatio fere videtur infelix fuiſſe. Cauteria & ſincipiti admota vehementer laudat, & in univerſum. Non adparere, quare oſſa cranii epilepſiæ opitulentur.

Decas X. iterum eſt epiſtolarum. Febris ſemitertiana puerperæ funeſta, vena ſecta, admotis cucurbitulis, ob lochiorum ſuppreſſionem. De ea retentione, an neceſſario & perpetuo ſynochum producat. Sedem febrium periodicarum puerperalium eſſe in ipſo utero. Ut numerum dierum in morbis puerperalibus ducere oporteat. Non debere purgari puerperam, quoties in ipſo utero mali ſedes eſt. Non debere in morbis puerperalibus ſuperiores venas incidi. Omnino poſſe feminæ gravidæ ſanguinem detrahi. Non debere abortum procurari.

Appendix medicamentorum ad febres malignas.

Ej. *pharmacopœa ſ. antidotarium Meſſanenſe* Meſſan. 1629. fol. Tr. Falc.

Ej. *de hydrocephalo puerorum* cum l. *de vulneribus capitis* Meſſan. 1632. 4. *. Non probat H. Fabricii inciſionem, poſt quam Cl. vir cannulam in vulnere reliquerat. Materiam vult extrahi per viam inſenſilem.

In *inſtitutione in univerſam chirurgiam* ib. 1633. 4. *. uti in compendiis chirurgicis fere ubique ad medicinam faciunt tumores aliqui morbique externi.

Ej. *practicæ medicinæ partes tres* Meſſan. 1635. fol. Tr.

§. CCCCLXXVI. Varii ad a. 1614.

Philotheus Elianus, aut melius Rabbi Elias *de* Montalto, Mariæ Mediceæ medicus. Ej. eſt *Archipathologia* Pariſ. 1614. 4. Tr. Magica medicamenta in curanda Conchina adhibuiſſe legas (*Vie de* M. *de* Med. II. 401.).

Ej. *de internis capitis affectibus* Pariſ. 1614. 4. Astr.

Lælius Peregrinus *de noſcendis & emendandis animi affectibus* Argent. 1614. 8. B. Bodl.

J. Contarenus *de purgandis enixis & recto bezoardicorum uſu* Venet 1614.

Fabii Ulmi *de mellis quantitate pro theriaca mitridatioque componendis* Venet. 1614. 4. Tr.

Angeli Busti *de mellis conveniente quantitate ad theriacam componendam diſputatio* ib. 1614. 4. Mazuchel.

J. Dominicus Sala profeſſor Patavinus ab a. 1613, obiit a. 1643.

Ej. *ars medica, in qua methodus & præcepta omnia medicinæ & curatricis & conſervatricis explicantur* Patav. 1614. 4. 1620. 4. *. lego etiam Venet. 1620. 4 Patav. 1641. 4. L. 1659. 4. L. Scholaſticæ quæſtiones & ratiocinationes, & generales ſpeculationes.

Ej. *de alimentis & eorum recta adminiſtratione l.* Patav. 1628. 4. *. Non diſplicet viri judicium, vulgaribus præjudiciis ſubinde contrarium, ut piſcium præ carnibus laudata facilitas: improbatæ inutiles aquæ de caponibus ſtillantes: moderatio eorum, quæ Sanctorius de ſevera ſtatica victus ratione nimium laudaverat. Veteribus utique addictus, ſæpe cum iis ſentit, quando diſſenſiſſe præſtitiſſet. Cenſus cæterum eſt alimentorum, quorum vulgaris uſus eſt, ut bona a malis diſtinguantur. Subjungit ex veterum ſchola, quæ cuique viſceri conferre putat. Denique leges temporum, ponderis, numeri in cibis capiendis obſervandi.

Ej. *de natura medicinæ libellus, in quo prolegomena* tractantur.

Ej. *conſilium de viſu imminuto* in Act. Hafn. V. obſ. 19.

Christophori Perez de Herrera *compendium totius medicinæ in tres libros diviſum ex vett. & recentiorum monumentis elaboratum* Madrid. 1614. 4. L.

Ej.

Ej. *brevis & compendioſus tractatus de ſcientia, cauſis, notis, præſagio, curatione faucium & gutturum anginoſorum ulcerum, morbi ſuffocantis, cum quibuſdam concluſionibus circa exactam cognitionem & medicationem hujus periculoſiſſimi affectus* Madrit. 1615. C. de V. Hiſpanice etiam prodiit.

Josephus Pandolfinus *de monte Martiano.*

Ej. *tractatus de ventoſitate ſpinæ morbo graviſſimo, de quo nihil fere Græci & Latini & Arabes pauciſſimi ſcripſerunt* Firmi 1614. *propriis & alienis adnotationibus illuſtratus ad hodierna medicinæ principia accommodatus a* Georgio Abrahamo Merclin Noriberg 1614. 12. *. Multus in theoriis moliendis, ut a flatu maligno morbum derivet, parcus obſervator. Merclinus non indoctas adnotationes & ſuas addidit.

Nicolas Dacier *ſynopſis methodica pharmacorum omnium, quæ in communi ſunt practicantium uſu* Pariſ. 1611. 8. Falc. 1614. L.

Codex medicamentarius Pariſinus Pariſ. 1614. Hazon.

Joachim Burser Annabergenſis Prof. Soranus, inſignis botanicus. Ej. *theoremata miſcellanea philoſophico medica* prodierunt Baſil. 1614. 4.

Ej. *paradoxum de venenis* ib. 1615. 4 ipſo citante, & Lipſ. 1615. 4.

Ej. *de phlegmone renum & veſicæ* ib. 1615. 4. *.

Ej. *de febre epidemica petechiali probe adgnoſcenda & curanda commentatio locupletata variis animadverſionibus in opiniones hucuſque receptas circa pathologiam tam generalem quam ſpecialem* Lipſ. 1621. 8. *. Nimis ſibi in generalibus ratiocinationibus utique placuit. Deſcriptio brevis, nulla cum propria adnotatione, ut ſuſpiceris, non ſatis recte dici, ad quartam diem ægros gravius habuiſſe. Malum a pravis humoribus deducit, ad putredinem diſpoſitis; ex ea theoria ſingula ſymptomata interpretatur. Urinas abſque malo crudas fuiſſe vidit. Spem ponit in excitato ſudore, ut tamen altero die venam incidat, etiam iterato, aut ſcarifet. Alvum leniter, ſi liceret, vellet ducere.

Ej. *Epiſtolaris concertatio ſuper variis theoricis & practicis quæſtionibus circa febrem malignam ſ. petechialem agitata inter* J. Stephanum Strobelberger & J. Burserum. Acc. *diſceptatio de venenorum natura & qualitatibus inter* Burserum & Valentinum Hertel *Annabergenſem* Lipſ. 1625. 8. *. In priorem Burseri librum Strobelbergerus nonnulla notaverat. Reſpondet Burserus, terram laudabat ſigillatam. Iterum repoſuit ille, reſpondet iterato Burserus. Nihil valde ex hac lite rei ipſi lucis adfulſit.

Deinde cum Burserus vim venenatam in qualitatibus manifeſtis veneni habitare ſcripſiſſet, Hertelius aliqua objecit, & Burserus hic ſe tuetur.

Laurentius Eichstad Pomeranus ex oppido Altſtettin, medicus Gedanenſis.

Ej.

Ej. *de theriaca & mithridatio diſſ.* Altſtettin 1624. 4. L.

Ej. *conſilium antidyſenterium* ib. 1623. 8. Tr.

Ej. *de confectione Alchermes in Pomerania parari cepta diſſ. & exercitatio medica* ib. 1634. 4. Tr. 1635. 8. L.

Ej. *de diebus criticis libellus* Stettin 1639. 4. L.

Ej. *oratio* in Gedanenſi gymnaſio habita *de cauſis & utilitate conjungendi ſtudii medici cum mathematico* Gedan. 1647. 4. Prætor..

Ej. *de natura aquæ fontanæ & febre maligna* Luneburg 1648 12. Prætor.

Ej. *an camphora* Hippocrati, Aristoteli, Theophrasto, Dioscoridi, Plinio, Galeno, Paulo *aliiſque priſcis philoſophis fuerit incognita, & quid de ejus ortu, natura, qualitate, facultatibus, & uſu recentiores medici prodiderint* Gedan. 1650. 4. Heff.

Ej. *diſp. de peſte* ib. 1657. 4. Prætor.

Arnoldi Freytag *medicina animæ* Bur. 1614. 8. Tr.

Ej. *de eſculentorum potulentorumque facultatibus* paſſim cum Pisanello prodiit Genev. 1620. 16.

Ej. *aurora medicorum Galenico chymica* Francof. 1630. 4. Tr.

Car. Stengel *hiſtoria peſtis* Aug. Vind. 1614. 4. Falc.

Phil Sechtlen *Lapis lydius inediarum prodigioſarum* Paderborn 1614 12. Falc. Tr.

Henr. Paschasius *de phthiſi* diſp. Baſil. 1614. 4. Moller.

Ej. *antilogia contra loquacitatem* J. Assueri, *quam evomuit contra medicinas e ſulfure, antimonio, vitriolo, ſale & mercurio* Magdeburg 1614. 8. L.

Ej. *enchiridion de peſtilentia* Hafniæ 1629. 8. Moller.

Ej. *purgatorium medicum continens medicamentorum purgantium præparationes officinales & ſpagiricas, uſum & doſin* ib. 1631. 8. Moeller.

Jac. Burckhard *de vita & obitu* F. Plateri Baſil. 1614. 4. *.

§. CCCCLXXVII. Alii.

Giov. Vitriario *due centurie de ſecreti medicinali e naturali* Viterbo 1614. 8. Bur.

Ottavio Campolongo *conſiderazioni intorno alla theriaca* Venez. 1614. 8. Bur.

Asdrubal Monstravero *riſpoſta alla conſiderazioni d'*Ottavio Campolongo *intorno alla compoſizione della theriaca* 1614. 4. Falc.

Geron.

Geron. Soriano *libro de experimentos medicos* Barcelona 1614. 4. Falc.

Francesco Agostino *catalogo di tutti li ſcrittori Piemonteſi e d'altri ſtati di Savoja* Turin 1614. 4. Carr.

Martin Forster, *Beſchreibung des Tartarkrankheit* H . . . . 1614. 8. Heister.

Wilh. Pithopoei *Vincetoxicum, wie man ſich wieder die heftige Krankheit der Peſtilenz oder Infection auch wieder alles Gift u. Vergeben præſerviren u. curiren könne, ſamt einem antidotario* Kempten 1614. 8. Menz.

J. Giftheilers *Lob der Aerzte u. Arzneyen aus H. Schrift genommen* Nürnberg 1614. 8. Tr.

Der Stadt Lemberg Apothekerordnung Ligniz 1614. 4. Tr.

Der Stadt Speyer Apothekerordnung ib. 1614. 4. Tr.

Cheap and good husbandry for the ordering of beaſts fowls and the cure of their diſeaſes London 1614. 4. Bodl.

§. CCCCLXXVIII. Disputationes.

Georg Lothus Prof. Regiom. *de venæ ſectione* Regiom. 1614. 4.

Ej. *bedenken bey jezt gefährlichen Peſtzeiten* Königsberg 1624. 4. Gunz. Tr.

Ej. *de erratis in cibo & potu vitandis* Regiom. 1615. 6. He.

Ej. *de methodo medendi univerſali cum indicatione* ib. 1623. 4. He.

Ej. *de urinis* ib. 1623. 4.

Ej. *de morbo literatorum qui vulgo adfectus hypochondriacus indigitatur* 1631. 4. He.

Ej. *de cholera* ib. 1649. 4. He.

Ej. *de contagio* ib. 1656. 4. Id.

Guilielm. Manner *de tribus hydropis ſpeciebus* Baſil. 1614. 4. Riv. B. Thom.

J. Keuchenius *de tertiana* ib. 1614. 4. Riv.

J. Gryn *de apoplexia* Baſil. 1614. 4. Tr.

Pauli Cramer *de colico dolore & ejus ſymptomate Pareſi, quæ vulgo contractura dicitur* ib. 1614. B. Thom.

Frid. Otter *de epilepſia* ib. 1614. 4. Pl.

J. Henr. Kirchberger. *de dyſenteria* Baſil. 1614. 4. *.

Georg Manlius *de ſuppreſſione menſium* ib. 1614. 4. Riv.

Joach. Colbius *de phthiſi* ib. 1614. 4. Riv.

Tobias Bohemus *de angina* ib. 1614. 4. Tr.

Petri Jaenich *de paſſione hyſterica* ib. 1614. 4. He.

Zachar. Neucranz *de pleuritide* Baſil. 1614. 4. Riv.

J. Lamand *de natura amoris & amantium amentium cura* ib. 1614. 4. Riv.

Jac. Albinus *Præcidanea de ſcorbuto* ib. 1614. 4. Riv.

Georg Aberlin *de podagra* ib. 1614. 4. Riv.

Sigism. Rulich *de colico dolore* ib. 1614. 4. Riv.

Lazarus Reschvlite *de febre hectica* ib. 1614. 4. Riv.

Franc. Kest *de morbis meſenterii* Lipſ. 1614. 4. Tr.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1618. 4. Tr.

Ej. *de vertigine* ib. 1621. 4. Pl.

Ej. *de cardialgia* ib. 1623. 4. L.

Ej. *de menſtruæ purgationis defectu* ib. 1626. 4. L.

Ej. *de catarrho* ib. 1628. 4. Pl.

Ej. *de fluxu hepatico* ib. 1629. 4. Pl.

Ej. *de febre hectica* ib. 1635. 4. He.

Ej. *de ictero ſ. morbo nigro* ib. 1638. 4. He.

Ej. *de exulceratione renum* ib. 1639. 4. *.

Mauritii Schroeter *de fluxu hæmorrhoidum præter naturam* ib. 1614. 4. He.

J. Christoph Kaiser *de hydrope* Jen. 1614. 4. Riv.

Chr. Gluksradt *de angina exquiſitiſſima* Marburg 1614. 4. Moller.

Georg Richter *oratio in obitum* Ern. Soneri Norib. 1614. 4.

Tob. Joh. Curtii *de remediorum benignorum abuſu* Hall. 1614. Vater.

Ricg. Marces & Ægid. *le* Blanc *E. pleuritides ut hyeme frequentiores, ita periculoſiores* Pariſ. 1614.

Jac. Perrault & J. Merlet *Non E. abortit ſecta vena utero gerens* ib. 1614.

Sim. Bazin & Guil. *le* Vailly *E. in pleuritide certa ex pulſu prognoſis* ib. 1614.

Nic.

Nic. Pietre & Mich. Francier *E. diarrhœa hydropi* Pariſ. 1614.

Jac. Cousinot & Mich. *de la* Vigne *E. tuſſi teſtium tumor ſalutaris* Pariſ. 1614.

Nic. Pietre & Fr. Guenault *E. piſces ſaxatiles euchymi* ib. 1614.

Jac. Cousinot & Guil. *de la* Claye *E. plenior diæta ſecurior* ib. 1614.

Petr. Piiart & Gabr. Hardouin *E. febri ſudor alvi fluxu tutior* ib. 1614.

Nic. Jabot & J. Tournier *E. febribus ante ſeptimum icterus, malum* ib. 1614.

Georg Cornuty & J. Maunoir *E. in lue venerea quævis vacuatio* ib. 1614.

J. Tournier & Mich. Seguyn *E. laboris & otii æqualitas ſanitatis cuſtos* ib. 1614.

Lego Michaellis *de la* Vigne *elogium* a Carolo *de* Claves ſcriptum Paris 1614. 8. niſi titulus errat.

§. CCCCLXXIX. Varii ad a. 1615.

Theodorus Colladon Biturix.

Ej. *ſunt adverſaria, ſ. commentarii medicinales critici, dialytici, epanorthotici, exegematici & didactici, ubi multiplices neotericorum errores refelluntur, ac priſtina antiquorum doctrina repurgata ſuo nitori reſtituitur* Genev. (ap. Stör.) 1615. 8. *. Invidioſus vir: ſcopus ei eſt meris in refutationibus verſari. In T. I. poſt phyſiologiam primum quærit de malis conſiliis, quæ alii medici contra ſua, & cum ægrotorum detrimento dederunt. Multis aloen defendit, oſtendiſſe ſe falſum eſſe cadaver fetus duodecim annis in utero materno fuiſſe: quod pro fetu habitum ſit, id molam fuiſſe. Deinde in L. II. animadvertit in T. Moufeti *Noſomantiam*. Tomus alter totus eſt paradoxus. Primum in Hollerium. Contra eum arteriotomen tuetur, acriter cæterum virum impugnat, ſed auctoritatibus potius quam experimentis. Inde, ſed multo brevius, tranſit ad alios, Heurnium, Fernelium, Guintherium, fere ut ad materiam medicam reſpiciat. Et pueros medicinam ferre, & feminas prægnantes.

Curtius Marinellus medicus Venetus.

Ej. *de morbis nobilioris animæ facultatis* l. III. Acc. *l. patefaciens* Galenum *& omnes alios, qui de his morbis prodiderunt* Venet. 1615. 4. * denique controverſiæ nonnullæ & reprehenſio inconſtantiæ Galeni. Neque ingenium viro defuit, neque rara alioquin eo ævo in ſentiendo libertas, tantum quod pondera cauſæ ſuæ in Aristotele quæſiverit, non in natura. Morbos L. I. recenſet, qui directe animam & ſenſus percellunt, docte etſi non practice. In L. III. de morbis ſenſuum agit, inter eos de cataracta.

Ej.

Ej. *pharmacopœa ſ. de vera pharmaca conficiendi & præparandi methodo* L. II. Venet. 1617. 4. Tr. Hanau 1617. 8. Tr. Houss.

Bartholomæi Paschetti Veronenſis, ſed qui Genuæ medicinam fecit, *de deſtillatione catarrho vulgo dicta* L. III. Venet. 1615. 4. *. Non imperitus clinicus, neque inutilis ſcriptor, plurima ipſe vidit cominus, & ad propriam experientiam conſignavit, etſi utique ad ſeculi morem ſæpe in vaga ratiocinia dilapſus eſt. Catarrhi varii: calidus, in quo acris eſt materies, quæ nares, fauces, linguam erodat, & ægrotum enecet. Ob AuſtrosGenuæ frequentes catarrhos dominari. Catarrhos facit internos, externos, ex utroque conjunctos. Catarrhus præfocans. Vias catarrhi habet quas veteres, & contra Botallum non in ventriculo, ſed in cerebro catarrhos generari evincit. Funeſtorum ex animi mœrore natorum morborum exempla. Poſt abuſum potus frigidi mors ex catarrho. Pleuritis, quæ a. 1557. Genuæ graſſata eſt. Catarrhus frigidus. L. II. de præfocatione a catarrho. Dyſenteria anni 1609. maligna & contagioſa. Genuæ multi tabidi & hæmoptoici a tenuitate aeris. A magna ſiccitate morbi epidemici & funeſti. Laudat lignum ſaſſafras & potum calidum. Res non naturales. Febris tabida cum tuſſi, fonticulo ſuperata. Utilitas decocti lignorum ad præſervationem, utiliter etiam adhibita maſticatoria, & cauteria etiam capiti admota & ſtillicidia. Caput lixivio lavare bonum. L. III. Curatio. Curati catarrhi exempla. In principio alvus ducenda. non ſemper ſanguis mittendus, nocere ſi vires fractæ fuerint. Coctio. Caſſiæ laudes. Ut frigidus, ut calidus catarrhus, ut ſputum cruentum ab auctore ſanatum fuerit.

Ildefonsus Minesius *de gutturis ulceribus anginoſis* Hiſpali 1615. 4.

Georgii Henriquez *L. de cibo & potu* Madrit. 1615. 8. C. de V.

Petrus Poterius (*de la* Poterie) Andegavenſis, medicus R. Galliarum: chemicus, in Italia medicinam fecit, ibi a perfido amico occiſus (Sancassani).

Ej. *inſignes curationes & ſingulares obſervationes* centum Venet. 1615. 8. Bonon. 1622. 8. recuſæ Colon. 1623. 12. 1624. 12. in qua editione acceſſit H. C. Agrippæ *contra peſtem antidoton haud vulgare, itemque conſilium contra diarrhœam Cl. cujuſdam olim Electoris Colonienſis & principis Juliacenſis &c. medici.* porro 1625. 12. *. cum ſecunda centuria. Poterio cauſa ſcribendi fuit, ut medicamenta ſua arcana laudaret, quibus graviſſimos quoſque morbos curaverit: & graves utique, ſi ulla fides, ſanavit, abſque venæ ſectione, aut vulgaris medicinæ præſidiis. Intercurrunt etiam morbi raritate ſua memorabiles, ut ulcus cancroſum cauſtico apertum, vermes teretes perexigui & dolorifici. Vermis ſummum dolorem inferens, nigro aculeo armatus, in tumore genu, felici eventu. Centuria II. Bonon. 1622. 8. Colon 1625. 12. *. cum priori. Ejuſdem ſaporis. Loquela a lapſu amiſſa, reſtituta. Cæcitas, cujus cauſam ſuffuſionem vocat, ſuperata. Ulcus capitis cum cranio denudato in vetula, clauſum. Gibboſitas in ſene cum dolore conjuncta. Sanguinis per univerſi corporis poros erumpentis exemplum. Denique epilepſia, cancer, paralyſis, phthiſis ſuperatæ. Ab aqua chryſulca pota dyſenteria, ſanata lactis ope, cum purulenta de alvo decederent.

Centuria III. Bonon. 1643. 4. L. 1642. 4. *. Cancer linguæ, & lingua craſſior, atque ulceribus exeſa reconciliata; tumores duri in exteriori uteri cervice ſubnati; calculus. Poſt repentinam mortem cor ſuppuratum.

Ej. *pharmacopœa ſpagirica nova & inaudita* Bonon. 1622. 8. *. Colon. 1624. 12. *. Medicamenta tamen aliqua ſua revelat, Galenica, & decoctiones, infuſa, aquas valde compoſitas. Deinde minus vulgaria extracta viperarum, ranarum, ſic extracta quæ ſpiritu vini parantur. Porro olea, ſales, eos inter ſanguinis humani ſal, magiſteria, quintæ eſſentiæ. Deinde mineralia, quæ eo tempore rariora, nunc pervulgata ſunt. Germanorum tamen receptas vires medicatas rejicit.

L. II. *de febribus* Bonon. 1643. 4. *. cum *tribus centuriis.* Galenicos medicos exagitat, negat putredinem, effectum febris in ſulfure ponit, & in ſale, confligentibus & efferveſcentibus. Quotidianam, tertianam & quartanam ſedem habere in renibus, ventriculo, hepate. Venæ ſectionem improbat.

Ej. *opera omnia medica & chymica* Lion 1645. 8. L. 1653. 8. Francof. 1663. 8. L. 1698. 4. *. *cum adnotationibus* Friderici Hofmanni.

Raymundus Minderer medicus auguſtanus, medicamentorum inventor, quæ nunc etiam in diſpenſatoriis ſervantur.

Ej. *de peſte l. I. veterum & recentiorum obſervatione conſtans* Aug. Vind. 1614. 8. Tr. 1618. 8. L. 1619. 8. L.

Ej. *aloedarium marocoſtinum* Aug. Vind. 1616. 8. Trew. aliquot compoſitionibus magiſtralibus auctius, tum Aug. Vind. 1622. 12. Tr. 1626. 12. L.

Ej. *de chalcantho ſ. vitriolo diſquiſitio jatrochymica* Aug. Vind. 1617. 4. Tr.

Ej. *Threnodia medica ſ. planctus medicinæ lugentis* Aug. Vind. 1619. 8. Tr.

Ej. *medicina militaris, ſ. liber caſtrenſis euporiſta ac facile parabilia medicamenta continens* Aug. Vind. 1621. 8. (Germ.) 1623. 8. (Germ.) Norib. 1668. 8. Germ. 1672. 12. Germ. 1679. 12. latin. Anglice Lond. 1634. 12. Beughem.

Ej. *conſilium die jezt ſchwebende u. unter den Soldaten mehrentheils graſſirende Sucht betreffend* 1620. 8. Tr.

Ej. *conſilium oder von der Ruhr u. Flecken mit einem Gutachten* Michael Wagners *aus neue recognoſcirt* Würzburg. 1632. 12.

J. Phil. Brendel *conſilia medica* Francof. 1615. 4. Tr. Collectio.

J. Magiri *pathologia morborum & adfectuum omnium præter naturalium enumeratio ex veteribus & medicis* Francof. Viadr. 1615. 8.

An Id. *notas* dedit *ad* Sennerti *artem diſcendi medicinam* Marburg 1672. 12. *.

Ej. *de vinolentia vitiorum metropoli ejuſque malis* Francof. Viadr. 1615.

Ej. aut certe cognominis viri *de medicinæ cum mathematibus, geometria, mechanica, optica, aſtronomia & gymnaſtica conjugio* Marpurg. 1663. 4.

J. Henneman Reysingh *idea loimodes, in qua ſalubres in præſentiſſimo huic peſtiferæ contagio præſervandi rationes ac modi ſuccincte ſuggeruntur* Francof. 1615. 4. Trew.

Casp. Cunradi *proſopographiæ medicæ* I, Francof. 1615. 8. II. 1615. 8. III, 1621. 8. Tr.

Georgii Graseck *autographica vitæ humanæ delineatio jatrica & præcipuorum morborum genealogia* Spir. 1615. 4. Heister. Germanice 1615. 8. B. Thom.

Ej. *Oratio de dicto vulgari, medice vivere eſt peſſime vivere* Argent. 1661. 8.

Emanuel Stupanus Ej. *aphoriſmorum* Hippocratis *enarrationes & commentaria aphoriſtica* Baſil. 1615. 8. Tr.

Ej. *Præcipua pſeudochymiæ capita ex* Paracelso ib. 1622. 4. Tr.

Ej. *epiſtolæ duæ* in Hornungi *ciſta*.

Ej. & L. Schroeckii *de vipera & unicornu* ib. 1690. 4.

Idem Riolani *ſyſtema artis medicinalis*, Fuchsii *inſtitutiones medicas* 1619. 8. & Castelli *lexicon* edidit.

Jac. Schalling *diſq. hermetico Galenica de natura oculorum* Germ. lat. Erfurt 1615. fol. *. Mirificus ſcriptor morbos etiam oculorum dicit, qui manu non curantur, deinde medicamenta eo facientia, & victus rationem, & univerſam materiam medicam, etiam chemicam.

Jac. Fuhrman *aphoriſmi medicinales ad diæteticam & pharmaceuticam illuſtrandam ſpectantes Cent. II. priores* Stettin 1615. 8. Tr. & Germanice ib. 1617. 8.

Ej. *medicina diætetica ein nüzliches Büchlein von Speiſen u. Trank der geſunden u. kranken* Stettin 1617. 8. Riv.

David Crusius *theatrum morborum hermetico Hippocraticum* P. I. Erfurt 1615. 8. Tr. P. II. 1616. 8.

Antonii Zara *anatome ingeniorum & ſcientiarum ſect.* IV. Venet. 1615. 4. L.

§. CCCCLXXX. Alii.

Ludov. Guyon *le miroir de beauté & ſanté corporelle contenant toutes les difformités, maladies, tant internes qu'externes, qui peuvent ſurvenir au corps humain, avec leurs définitions* Lion 1615. 12. 2 vol. Houss. 1615. 8. d'Etr. 1673. 4. Boehm. De lue venerea ſolo hydrargyro curanda, quod tamen illitum in corpus humanum non recipiatur. Non ideo levari adfectos, ſi cum ſana femina rem habuerint.

Ej.

Ej. certe ejus nominis viri *cours de médecine theorique & practique* Lion 1671. 4. 1678. 4. Rast. edente Lazaro Meysionier.

Jean *de* Nynand *de la lycanthropie ou de la transformation & extaſe des ſorciers* Paris 1615. 8. ſi huc facit.

Ottao Rabasco *il convitto overo diſcorſi di quelle materie el convitto s'apparengono* Firenz 1615. 4. Falc.

Gabriel Drovin *le Royal ſirop des pommes antidote des affections melancholiques* Paris 1615. 8. Bur.

J. Andr. Cammerer *Bericht wie ſich ſchwangere Weiber zu verhalten* Nürnberg 1615. 8.

Jeremias Gesner vertit Monardum *de ferro, Geſpräch von Stahl u. Eiſen, Schnee u. Eis* &c. Lipſ. 1615. 4. & auctaria addidit.

T. B. *tr. of the ſufficiency of English medicines for the cure of all diſeaſes* Lond 1615. 8.

A collection of English medicines experienced againſt the jaundice, dropſy, ſtone, falling ſicknes ſ. and peſtilence ib. B. Bodl.

Arzneybüchlein Leipz. 1616. 4. Tr. Torgau ib. fol.

§. CCCCLXXXI. Disputationes.

Christoph Funccius *de ſterilitate muliebri* Baſil. 1615. 4. Riv.

Ant. Comenzius *de variolis & morbillis* ib. 1615. 4. Riv.

Peter Mich. Auchter *de tuſſi* ib. 1615. 4.

Sim. Berlin *de paralyſi* ib. 1615. 4. Riv.

Mich. Gruberus *de apoplexia* ib. 1615. 4. Riv.

Petri Burmeister *de eryſipelate* ib. 1615. 4. Tr.

J. Clemens Cuno *de ophthalmia* ib. 1615. 4. *.

J. Puchner *de morbi articularis διαγνωσει και προγνωσει ac therapeia* ib. 1615. 4. Riv.

Ant. Fabri *poſitiones medicæ de ſcandalorum medicorum ſcandalo, χρονιωτατων morborum tertio, furiarum terreſtrium quarta quartana* ib. 1615. 4. Riv.

Matthias Leschenbrandt περι της μελαγχολιας ὑποχονδριακης ib. 1615. 4. Riv.

Casp. Weckerlin *quæſtiones medicæ variæ* ib. 1615. 4. Riv.

Paulus

Paulus Wagner *de hæmorrhoidibus* Baſil. 1615. 4. Riv.

J. Agricola *de helotide ſ. plica polonica* ib. 1615. 4. Riv.

Ej. *Bericht von der rohten Ruhr febr. malign. epidemialis* Frf. 1616. 8. Tr.

Idem fuerit, cujus ſunt notæ in Poppium, ignoro, recuſæ Nürnberg 1686. 4. 3 vol edente J. Helfrich Iungken.

J. Phil. Moegligh *de inconſiderato acidularum uſu* Friburg 1615. 8. Tr.

J. Ludovici Moegling *de febre epidemica ab anno paſſim ſæviente* Tubing 1621. 4. Riv.

Ej. *Oratio funebris in obitum* Mich. Ziegleri *medici* Tubing. 1616. 4. Bunau.

Ej. ἐξυσιπελα γυμνασια ib. 1621. 4. Riv.

Ej. *theoria ſanitatis* ib. 1624. 4. Haen.

Con. Betienback *de paralyſi* Wittenb. 1615. 4. Riv.

Joach. Elstorp *de arthritide* ib. 1615. 4. Riv.

J. Steinmez *de dolore colico* Jen. 1615. 4. *.

Sim. Obsopoeus *de aſthmate* Heidelb. 1615. 4. Riv.

J. Casp. Helbling *de peſte procreata ex triplici ente divino, aſtrali, naturali* Freiburg Breiſg. 1615.

Georg Cornuty & Ant. *le* Rat *E. cuique humori certo tempore dominium* Pariſ. 1615.

Claud. Boyvin & Guil. Guyon *E. verno tempore μονοσιτια* 1615.

Phil. Hardouin & Barth. Baralis *E. certo tempore ſomnus convenit* ib. 1615.

Nic. Marchand & Lazar. Pena *Non E. alimenti cum medicamento convenientia* ib 1615.

Franc. *du* Port & Mich. Bommer *E. poſt crudum merum* ib. 1615.

J. Beauchesne & Mauric. *de* Montroeil *E. convulſioni quartana ſuperveniens bonum* ib. 1615.

Jean Hautin & Nic. Drouyn *E. vomitus ut æſtate, ſic hyeme conducit* ib. 1615.

Henric. Blacvod & Ant. *le* Rat *E. aliqua excretio ante ſeptimum ſalutaris* ib. 1615.

Nic. Ellain & Mich. Seguyn *E. in acutis raro purgandum* ib. 1615.

Gabriel

Gabriel Beard & Jean Terier *E. febribus* Pariſ. 1615.

J. *de* Gorris & J. Bourgeois *E. in acutis ſudores optimi* ib. 1615.

Ren. Cartier & Petr. *de* Beaurains *E. Lutetiæ pars auſtralis ſeptentrionali, occidentalis orientali ſalubrior* ib. 1615.

Franc. Placet & Dionys. *le* Soubz *Non E. unquam in declinatione morbi mors* ib. 1615.

Henr. Blacvod & Nic. Drouin *E. humidiore cerebro ſanitas minor* ib. 1615.

Guil. *le* Baillou & Jac. Pena *E. cuique homini ſua* μοιρα πεπρωμενη ib. 1615.

J. Merlet & Cl. *de* Pois *E. melancholicis hæmorrhoides ſalutares* ib. 1615.

Nic. Francier & J. Terier *E. gravidæ pica laborantes purgandæ* ib. 1615.

Fr. Guenault & Ludov. Robillat *E. epilepſiæ ætatis mutatio* ib. 1615.

J. Maunoir & Rob. Tulloue *E. ex teneſmo abortus* ib. 1615.

Guil. *de* Vailly & Dion. Allain *E. paraplecticis pravæ parotides* ib. 1615.

Gabriel Hardouin & Mauric. *de* Montroeil *E. ex ſanguine in mammis collecto mania* ib. 1615.

§. CCCCLXXXII. Guil. Ballonius.

Le Baillou medicus Pariſinus, hoc anno 1616, ſenex obiit. Jacobus Thevart edidit ejus *Conſiliorum medicinalium libros* II. ſcholiis illuſtratos. In L. I pleraque continentur, quæ & ad morborum cognitionem & curationem propoſitis exemplis, & ad obſcurorum Hippocratis locorum intelligentiam ſpectabant. Acc. *de calculo opuſculum* Baſil. 1615. 4. *. Ballonius totus Hippocraticus in morbis & eorum progreſſionibus adnotandis, ſignis eruendis, eventibus prædicendis pulcherrimum laborem poſuit. Præfixa eſt vita a Renato Moreau ſcripta, quæ etiam ſeorſim Pariſiis prodiit 1641. 4. Fontette. Præfationem noſter jam a. 1572. ſcripſerat, & ejuſdem anni eſt imago viri. Quæ bona, quæ propria habeat, non eſt hoc omnia loco dicere. Morbi ſunt in univerſum, ob quos auctoris conſilia petebantur, cum medicamentis Galenicis, quæ ad quemque ſuaſiſſet. Dum morbum narrat, prognoſin & axiomata addit practica: in febre v. c intermittente, longum fore malum, quod acceſſiones in idem fere tempus incidant. Feminis gravidis pulſum eſſe parvum & oppreſſum, ut omnino febris ſubeſſe queat, quam medicus minus ad malum adtentus non percipiat. In hepatis inflammatione interiiſſe, quæ puerum erat enixa, candidus fatetur, etſi calumnias ob id ipſum fatum paſſus eſt. Febris peſtilens ſpuria. In diuturna quartana ſæpe lienem cancroſum diſpoſitionem induere, quæ eo majoris ſit periculi

quo

quo magis medicamentis irritatur. Sudores in quartana ſua in praxi potius nocuiſſe. In hydrope cum febre tamen vinum datum abſinthites, & omiſſa venæ ſectio, malo eventu, & noſtro invito. Febris cum ſeceſſu pultaceo perenni & ſummo dolore: in cadavere pulmones purulenti fuerunt, lien putris, inteſtina ſiderata; purulenta dejectio a meſenterio (febrem adgnoſcas meſentericam). Febris funeſta cum pulmonis eryſipelate in cadavere patefacto; indicium mali fuerat vividus genarum rubor. Volvulus funeſtus, ileon prolapſum, viſcera abdominis inflammata Contra Galenum, ſe tamen volvuloſos vidiſſe, qui fæces revomuerint, neque interierint. Epilepſiam ſuperveniens furor ſuſtulit, & ipſe ſponte receſſit. Veram ſeptimorum dierum criſin fieri per evacuationem, dierum intermediorum tantum λυσιν eſſe. Febris purpurata poſt venerem (quam periculoſiſſimam eſſe viris, quibus morbus acutus imminet, ſemper reperi) tumor pedum evanuit, in abdomen ſe contulit, mors cum ſumma putredine ſucceſſit. Vehementes in ipſo partu convulſiones poſt abuſum vini Hippocratici, & diuturnam alvi conſtipationem; malum facile repetita purgatione ſublatum. Pulmoni inflammato minus exquiſitam victus rationem deberi, quam jecori & reni. Homo, cui fiſtula in ano latere putabatur, vomitu omnia rejecit, per quadraginta dies, pyloro toto reſtricto, ventriculo putrido & gangrænoſo: ejuſmodi morbum & mihi non ſemel viſum noſter & alias vidit. Lactis aſinini laudes, quod & ſiſtat & laxet. Profluvia diuturna billioſa. Pulſus a juventute intermittens abſque malo, in pluſculis exemplis. Volvulus lotionibus, venæ ſectione, purgantibus medicamentis ſuperatus. Cum calido hepate tamen conjunctus diabetes. Contra uſum hypnoticorum. In febre maligna acidis uſus eſt, vena ſecta vidit ægrum interiiſſe. Errorem adgnovit, cum a capite deſtillationem metuiſſet: in cadavere pus in pectore & pulmone repertum. Hæc pauca ex multis.

Ej. *Conſiliorum medicinalium liber* II. Pariſ. 1636. 4. *. ab eodem J. Thevarto editus. Liber datus eſt a. 1575.: ejuſdem ingenii, ut pariter ſubinde Hippocratis & Galeni veram ſententiam erueret, illum tueretur. In primo fuſa hiſtoria mali, & ad quæque fere ſymptomata paralleli loci ex veteribus collecti. Sic & alii ægroti, diverſo a priori Conſiliorum libro inſtituto. Cum frigore & aſphyxia febris petechialis abſque criſi tamen judicata. Chorea S. Viti, quam epilepſiæ tribuit. Commentarii in aphoriſmos de varicibus. Dyſenteria epidemica: ubi multum eſt humoris, potius evacuandum quam adſtringendum. Si ſerum tenue & indomitum ad inteſtinum confluxerit, diuretica parum probabili conſilio ſuadet. In cauſo pili per urinam egeſti Examini ſubjectus, qui pro elephantiaco habitus fuerat, malo tactus hereditario.

L. III. & *poſtremus* Pariſ. 1639. 4. *. præfatio data a. 1582. Inſtitutum quod primi libri. Cur empyi noctu exacerbentur, ſpiritus nempe difficilior redditur, & præſentis ſuffocationis metus ingruit Interpretatio loci Platonis de bile atra. Scelotyrbe (non ſcorbutus, ſed reſolutio partium inferiorum) ab oſſe ſacro & ſpinæ parte ſuperiori, cum genuum infirmitate. In pede elephas. Ab urina impura retenta ſtranguria ſeptennis. Poſt febrem lethargicam venæ in cerebro

rebro varicoſæ, ſerum in ventriculo medio multum, medulla tamen ſiccior, membranæ ſicciſſimæ.

Ej. *definitionum medicinalium l.*, iterum *curante* J. Thevart Pariſ 1640. 4 *. Lind. habet 1639. Lexicon vocum medicarum Græcarum difficiliorum, cum interpretatione ex Galeno & Hippocrate, quos noſter patienter legerat. Alios interpretes paſſim refutat, potiſſimum etiam L. Fuchsium.

Ej *epidemiorum & ephemeridum* L. II. Pariſ. 1640. 4. *. Præcipuum viri opus. Partes ſex. Epidemica conſtitutio autumnalis anni 1570. Pluvia tempeſtas, æſtate febres putridæ. Princeps ſpes eſt in ſanguinis miſſione, in malignis tamen morbis parcius convenire fatetur. Spes etiam in pueris, quibus venter tumet. A victu vinoſo frequentes anginæ: inter eas exemplum ſanatæ; cum ægrotus caſu aliquo venam jugularem convulneraſſet. Excuſatio hydrargyri, poſtquam mitiora auxilia exhauſta fuerant. Ejuſdem anni conſtitutio hiemalis: multæ dyſenteriæ, in quibus nimius uſus clyſterum nocuit, ulcerata inteſtina. Hydrops pulmonis (pectoris), pulmone arido cum pulſu intercidente. In ægris morbo fractis hæmorrhagiæ ſymptomaticæ, tamen ſalubres. Ver anni 1571. Peripneumonia & pleuritis omnino ſanguinis miſſionem deſiderant. Parotides pernicioſæ, quoties febris ceſſationem non adferunt, mala etiam ſuppuratio. In ſufflatis (cachecticis) enemata nocent. Herniæ mulierum etiam minores plus habent periculi. Febres cum meſenterii inflammatione. Ejuſdem anni ſecunda conſtitutio: febres funeſtiſſimæ paraphreniticæ. Hydropicus & epilepticus ſervatus, cum morbus in teſtes decubuiſſet. Conſtitutio tertia, quarta. Hiems algida, inde menſe Junio morbi putridi ſummam debilitatem inferentes, cum membrorum confractione & petechiis. In peſtilentibus malis omnes evacuationes juvare, ut vomitus & diarrhœas periculoſiſſimum ſit ſupprimere: etiam ſanguinis rejectionem in febre profuiſſe. In pleuritide rectitudinem venarum ſequitur. Aucto in pleuritide dolore, non ideo repetenda venæ ſectio. Conſtitutio autumnalis anni 1574 Nephriticorum urinæ fallaces. Conſtitutio hiemalis ejuſdem anni. Quartana aceto abacta deterior rediit. Gangræna ſpontanea pectoris, cum etiam thoracem conſumeret, denique funeſta. Sanguinis rejectio, ducta alvo compreſſa Mors ſubita a corrupto pulmone, cum defluxioni imputaretur. Nuperos non ferre ſanguinis ad ſyncopen miſſionem. Somnus a ſanguinis miſſione utilis eſt: neque dehortatur pulſus intermittens. Conſtitutio verna 1575. Purgationi venæ ſectio præmittenda, quando utriuſque adeſt neceſſitas. Conſenſus in morbis. Pleuritis & peripneumonia ſiccæ. Benigna medicamenta purgantia magis levare, quam prævalida Et pueris, & critico die, ſanguis mittendus, ſi ejus evacuationis neceſſitas fuerit. Pyrotica, etiam ſpontanea tubercula, in doloribus prodeſſe, ſanguis impurus tamen emitti debet. Vere morbi valde contumaces Arteriotomes in capitis dolore utilitas. Tumor ſub lingua, in quo lapillus. Laudabilem ſanguinis detractionem fuiſſe, cum viſcera putrida eſſent. Æſtiva conſtitutio anni 1575. Pulmones adfecti cum lethargo. Aliqua peſtem

inter

inter & venereum venenum eſt analogia. Viſcera corrupta febres lentas & mediocres faciunt, quæ ſæpe medicos fallunt. Exanthemata videri eſſe internam ecchymoſin. Caſu & ob malam hypotheſin illitus in quartana hydrargyrus febrem ſuſtulit. Autumnus anni 1575. Cæterum non ita epidemici ſunt, qui ad hos ſtatus varii morbi ab auctore adnotantur, interſunt etiam chirurgici. Hiemalis conſtitutio anni 1575; ſicca tempeſtas: in ea frequentes ophthalmiæ. Iterum mala ulcera hydrargyro illito ſanari. Verna & æſtiva conſtitutio anni 1576. Aquilonares venti, multum dolorum in hypochondriis: die critico ſanguis de nare oppoſita fluxit, ubi malum in hepate erat, bono eventu. Febris ephemera quadraginta horarum, ſingulis menſibus redeuns. Catarrhos venæ ſectionem non ferre. Sanguis vehementer fætidus in ægro, qui tamen convaluit. Magna pectoris oppreſſio a catarrho, diarrhœa ſoluta, deinde ſudore fætido. Conſtitutio autumnalis anni 1576. In morbis autumnalibus κακοηθεια ſubeſt & quaſi cancroſum quid, ut difficulter ſanationem admittant. Arthriticis frequens venæ ſectio nocet. Humores etiam ab aliis omnibus partibus ſe diffundere, non a ſolo capite. Dolentis brachii vena cautius aperienda.

Conſtitutio hiemalis anni 1576. Ab auſtrina tempeſtate nervorum poteſtas fracta. Ex febre metaſtaſis in brachium & ſideratio. Impurum ſanguinem formoſiſſimis feminis detrahi; & ſanum videri in mala valetudine. Febris, vomitus, dolor ventris implacabilis: colon inteſtinum ſideratum, magna in abdomine putredo & pus circa hepar. Pleuritis notha, abſceſſu per emolliens epithema aperto ſanata. Pulſus dextræ manus frequens & humilis, ſiniſtræ frequens & magnus. Poſt clyſterem inexſpectatus icterus ſubito erupit. Orthopnœa, ſpiritus frequens & parvus in aliquot ægrotis, ren purulentus. Conſtitutio autumnalis anni 1577: in ea uberrima exanthemata puerilia. Urinæ bile ſatiatæ, ſanguis de vena emiſſus bonus. In ſuppuratione male vena ſecatur, niſi quid urgeat, pus enim ſupprimitur. Sputum cruentum, urina cruenta, rupta vaſa, & ſanguis circa renes collectus. In lochiis parce fluentibus noſter audacter venam incidit. Pulmo purulentus in febre juvabatur vino & cibo. Aqua copioſe de pedibus manans. Mors pene ſubita, cum ſanguis de ano deceſſiſſet. Morbus tiq, in quo deglutitio ſenſum ponderis facit, & dolorem vix tolerabilem. Lochia ſuppreſſa, femina ſervata brachii ejuſdem lateris vena ſecta. In hydropica glandulæ meſentericæ exaruerant. Hydrops pectoris ſubcruentus. Dolor implacabilis lienis, ut putabatur, ſed renis erat, qui in lienis ſedem migraverat. Initia anni 1578. Hiems auſtrina, dolores capitis, catarrhi, coqueluche, ophthalmiæ, frequentes ſiniſtri lateris pleuritides. In pleuritide male omnem ſalutem a repetita venæ ſectione exſpectari, eſſe ubi ſudor multo profit magis. Corpora compacta & firma, etiam in pleuritide, venæ ſectionem minus bene ferre. Æſtas anni 1578. Tuſſis *quinta* dicta, epidemica, ſicca, & ſæva. Varicoſas venas tuto aperiri. Calculi in diarrhœa una deceſſerunt. Poſt longos dolores hepar ſub putre. Cartilago enſiformis induruerat, & interna ſui parte eminebat. Pulſus variabilis teſtimonium, ut ex eo ſigno difficile ſit firmiter de morbis judicare. Bonus vir putat ſecta vena

inter

inter anularem digitum & minimum quartanam ſolutam fuiſſe. Mœſtitia, dolor lateris dextri, calculi in veſicula fellea. Æſtas anni 1579. Dolores vagi hypochondriorum & laterum. In eruptione variolarum noſter cardiaca dedit. Dies critici tamen obſervandi. Litus levis de hydrargyro in variolis, ante nuperos. In tertianæ febris paroxyſmo oculi εκπιεσμος qui contabuit. Sudor ſanguineus in GUILIELMI BUDEI filio. A pudore ſuppreſſi menſes.

EJ. *in* THEOPHRASTI *l. de vertigine commentarius* Pariſ. 1640. 4. *. Textus Græcus & Latinus, commentatio ad veterum ſaporem, exque iis collecta.

EJ. *de convulſionibus libellus* ib. 1640. 4. *. potius chirurgicus, cum quæſtio agitetur, cur ſauciato dextro capitis latere ſana pars convellatur. Ob utiles autem adnotationes legi oportet.

EJ. *de rheumatiſmo & pleuritide dorſali* ib. 1642. 4. *. Rheumatiſmum repetitis venæ ſectionibus adgreditur. Pleuritidem dorſalem ſemel ſe vidiſſe, in gravida femina; dolorem punctorium in ſede hepatis ad vertebram duodecimam, urinæ una vinoſæ, quaſi ſanguine miſtæ, ſpiritus in ſitu erecto difficilis.

Una excuſa eſt VACHEROT theſis *E. rheumatiſmo venæ ſectio* ib. 1627, 4. *.

EJ. *opuſcula medica de arthritide calculo & urinarum hypoſtaſi* ib. 1643. 4. *. In FERNELIUM, qui a veterum placitis receſſerit. Præfatio eſt anni 1591. Undique, etiam ab hepate, materiam mali in articulos poſſe decumbere, ſupervenire etiam aliis morbis, ipſi quartanæ. Medendo fere ingraveſcere. Poſſe eum morbum utilem eſſe. Multum altercationis ſcholaſticæ. De calculo omitto. De urina defendit pro GALENO adverſus FERNELIUM, urinarum ὑποςασιν puri proportione reſpondere. Cauſa quæ ſedimentum gignat. Eſſe in vaſis quod pus extra vaſa, partem materiei morbi.

EJ. *de virginum & mulierum morbis l.* Pariſ. 1643. 4. *. De fœdis coloribus fuſe, etiam aliunde natis. Cum GALENO frictiones laudat & inunctiones modice calefacientes: fuſe de tota curatione. De febribus epialis ejuſmodi virginibus ſupervenientibus. Erotomania. Hyſterica ſuffocatio & furor uterinus: frigida dat & emollientia. Sed paulo poſt in ſtrangulatione calida & acria.

EJ. *paradigmata & hiſtoriæ morborum ob ratitatem obſervatione digniſſimæ* ib. 1648. 4. *. edente ſemper JACOBO THEVART. In ſanguine de vena miſſo, poſt unam alteramve horam vermiculi adparuerunt. In hydropica meſenterium ab inteſtinis ſeparatum & ſolutum, decem librarum pondere, in quo melicerides, ſteatomata, & atheromata numeroſa. Lapſu de alto ſanata phrenitis. Cum hydrops exſpectaretur, uterus mole auctus apparuit, præcraſſus, durus, cui carnoſa maſſa adhærebat. Cæco abſceſſus in proceſſibus cerebri mammillaribus, melliceridibus ſimiles, os frontis eroſum, ethmoideum carioſum: paralyticus olim inuncto hydrargyro ſanatus fuerat. Virgini corpus intus ſebaceis quaſi glandibus obſitum. Mors ſubitanea a grumo ſanguinis intra cor ſiniſtrum coacto. Ab aceti uſu, quæ

nimis

nimis fuerat obeſa, pyloro indurato tabida interiit. Unicus, prægrandis ren. Poſt dolorem capitis implacabilem vermis inter calvariam & meninges. Dolor ſævus ſincipitis; craſſior membrana ea ſede calvæ adhærebat. In febre cum ſumma cutis ſiccitate plurima propinata aqua ſudor veſtimentis expreſſus; ſed alvus ſponte fluxit, bono eventu. Cordis palpitatio, ex alvo ducta mors; cor maximum, & magna arteria diſtenta. Pictavienſes narrant, colicis acerbis doloribus ſæpe paralyſin ſuccedere. Hydropica, unguibus ad vivum defectis, effluentibus aquis convaluit. Flatu diſtentum pericardium in palpitatione. In aſthmate abſceſſus arteriæ pulmonalis. Aliquot exempla calculorum veſiculæ felleæ, ut etiam ejuſmodi lapillus locum ejus veſiculæ tenere videretur. Lapides per tuſſim rejecti. Calva depreſſa, epilepſia inde nata, dein factum, effracto cranio, ut elevaretur quod depreſſum erat. Anevryſma ſupra cor tantum, ut etiam coſtas effringeret. Foedi colore ſpontaneo a currus concuſſione vomitu ſubito ſublati. Tympanites abdominalis. Pro fluore albo ſuppreſſo diabetes. Subitæ mortes, hepate putrido, iterumque ventriculo corrupto. In femina, quæ paritura deceſſerat, totum corpus plenum veſiculis, tres tunicas habentibus. In febre tertiana, cum venæ ſectio omitteretur, mors, ſanguine in partibus internis copioſiſime prorumpente. Dolores artuum a variolis maximi, diſcuſſi illito hydrargyro. Dolor colicus, icterus, calculi fellei. A ſumto abortivo pharmaco ſanguinis multa jactura, arthritis ſæva.

Adverſaria medicinalia Pariſ. 164 . 4. puto idem eſſe opus.

Ej. *epitomen priorum librorum* V. GALENI *de ſimplicium medicamentorum facultatibus* MANGETUS citat.

Ej. *opera omnia* nuper Genev. 1762. 4. 4 vol. cum præfatione THEODORI TRONCHINI prodierunt.

Pharos medicorum a THEOPHILO BONET editus, continet curationes G. BALLONII decem libris comprehenſas Genev. 1673. 12. Vide ſuo loco cum BONETO.

§. CCCCLXXXIII. VARII.

J. MACOLLONE *iatria chymica exemplo therapejæ luis venereæ illuſtrata* Florent. 1616. 8. FALC. LIND. 1622. 8. BUR. FALC. Non laudat ASTRUCIUS.

PETRI VASCI CASTELLI Luſitani *Exercitationes medicinales ad omnes thoracis affectus, de angina, tuſſi, aſthmate, ſanguinis ſputo, pleuritide, peripneumonia, empyemate, phthiſi, cordis palpitatione, ſyncope* Tolos. 1616. 4. RAST. Vaſtum opus, in quo ad ſingulos morbos quæſtiones proponuntur, & rationes oppoſitæ expenduntur, denique de iis definitur, ex auctoritate equidem abſque nulla naturæ conſultatione, ut quantum ejus fieri potuit veterum contrarias opiniones conciliet, paſſim etiam Arabes tueatur. Ita in l. de pleuritide. Omnino etiam pleuritidis acceſſiones tertia die redire. Pleuritidem utique in peripneumoniam tranſire poſſe

poſſe. Ptiſanæ & cremoris hordei præparatio. Illa fit hordeo cortice liberato valido igne cum aqua cocto, deinde trito, quoad cum aqua in lentam ſubſtantiam coeat. Venam baſilicam ejuſdem lateris incidit, neque facile pleuritidem abſque venæ ſectionem curandam recipit: venamque continuo, nulla facta mora aperit. Suadet tamen ſanguinis miſſionem partiri, certe in regione ſua, non vero ad animi deliquium urgeri: ſed puero etiam & ſeni, & feminæ quæ menſes patitur. Purgantia etiam dat ſed mitia, & monet, eamdem HIPPOCRATI mentem fuiſſe, qui draſtica dederit, quod mitibus deſtitueretur. Non admittit cucurbitulas parti laboranti impoſitas. Oxymel probat.

J. BAPT. VERTUE *de morte retardanda tractatio* Mediolan. 1616. 4. FALC.

DUNCANI BORNETI *Iatro chemicus ſ. de præparatione & compoſitione medicamentorum chemicorum, ed. altera ſtudio* J. DAN. MYLII Francof. 1616. 4. TREW. Luccæ 1621. 4. TR. Francof. L.

Ej. *tyrocinium chemicum* Francof. 1618. 8. TR.

CAMILLI GORII *diſc. de chalcantho ejuſque oleo, an nullum locum habeat in febribus putridis* Rom. 1616. 4. CIN.

RAIMONDI FIDELISSIMI *enchiridion pharmaceuticum medicamentorum omnium in antidotario Florentino facultates continens* Bonon. 1616. 12.

JANI GRUTERI *Inſcriptionum Romanarum corpus abſolutiſſimum auſpiciis* J. SCALIGERI & J. M. VELSERI ap. Commelyn 1616. fol. 2 vol. BUR.

Ej. *editio nova cura* J. GRÆVII *multo locupletior* Amſterd. 1707. fol. 4 vol. B. B. Ob lapides ad rem medicam facientes.

CUNR. GERHARD *tr. practicus de chymiatria* 1631. 4.

Sed ejus *extractum quæſtionum chymicarum* prodiit Argent. 1616. 8. TR.

LUD. NONNII *Ichthyophagia ſ. de piſcium eſu* Antwerpiæ 1616. 4. L. 1627. 4. LIND.

Ej. *de re cibaria L. IV.* Antwerp. 1646. 4. *. Fuſa collectio hiſtorica & diætetica ex veteribus, ad omne alimentorum genus pertinens.

Ej. *de calculo epiſtola* in collectione BEVEROVICII.

FRANCISCI PECCETTI Cœleſtini *Cortonienſis phyſici & chirurgi Novantiqua chirurgia* Florent. 1616. fol. *. Capita ad medicinam facientia habet, de tumoribus, hydrope &c.

ADRIAN ZIEGLER Tigurini *Pharmacopœa ſpagirica continens ſelectiſſima remedia chymica deſumpta ex Baſilica chymica* OSWALDI CROLLII, QUERCETANI, *& aliis chymico medicis: manu* ZIEGLERI *præparata* Tiguri 1616. 4. *. 1628. 4. L. Ex plantis

plantis & mineralibus plurima medicamenta, cum doſi viriumque medicarum fuſo catalogo.

THEOD. CORBEII *pathologia, ſ. enumeratio morborum omnium* Norib. 1616. 8. Francof. 1653. 8. L. Norib. 1647. 8. 1661. 8. L.

EJ. *pharmacia ſimplicium & compoſitorum bipartita* Francof. 1646. 4. TR.

EJ. *enumeratio morborum & affectuum omnium præter naturam, additamentis aucta ſtudio* HERMANNI CORBEII Norib. 1661. 8.

CHRISTIANI MOLDENARII *exercitationes phyſiognomicæ* L. I. *Phyſiognomia generalis univerſi corporis.* L. II. *Chiromantia.* L. III. *Metopoſcopia.* L. IV. *oneiromanticæ* Witteb. 1616. 8. L.

PETRUS SCHOTANUS, EJ. *compendium in* GALENI *libro de locis adfectis* Frf. 1616. 8.

EJ. *ſpeculum in quo luis peſtiferæ cauſæ, ſigna, accidentia, curatio proponuntur* Holm. 1621. 8. L.

EITEL JOACHIM KRYPPEL *de morbo gallico* 1616. 8.

DAVID LIPSII *de abuſu medicinæ, item de ſanitatis & morborum natura* Frf. 1616. 4. RAST.

EJ. *Bericht von den Kinderblattern u. Maſern* Erfurt 1624. 4.

EJ. *de cura hydropis* Erfurt 1624. 4. TR. 1678. 4. alio cum titulo.

EJ. *antipathiæ ſingulares ſ. cibi & potus faſtidia* Jen. 1628. 4.

EJ. *obſervationum curationum medico chymicarum ad methodum chymicam inſtitutarum* vol. I. Quedlinb. 1635. 4.

Idem in SMETII *miſcell.* 1611. 8. dedit *demonſtrationem, hominem non ſolum per aliquot dies & menſes, ſed per complures annos abſque cibo & potu vitam poſſe tranſigere.*

Der Stadt Budiſſin erneuerte Apothekerordnung Budiſſ. 1616. 4. TR.

J. CHRISTOPH ERB *treuer u. aufrichtiger Medicus* Brieg 1616. 12. RIV. 1686. 12. TR. ut forte prior annus error ſit.

J. HAGEN *Luſthof der medicynen inhoudende den gronden van alle krankheiten en gebreeken daar de menſchen mede mooghen aangevallen worden van den hooft tot voeten, haar orzaaken teeken en remedien:* edidit MATTHIAS HAGHEN auctoris fil. Dordrecht 1616. fol. RIV.

JOH. FREITAG *noctes medicæ* Francof. 1616. 4.

EJ. *aurora medicorum Galenico chymica, ſ. de certa purgandi methodo IV. medicamentis ſimplicibus & compoſitis ad omnes pene morbos ad inſtar diſpenſatorii univerſalis referta* Francof. 1630. 4. L.

EJ.

EJ. *diſp. calidi innati naturam explicans oppoſita neotericorum paradoxis* Groning. 1632. 8. L.

EJ. *de morbis ſubſtantiæ & connexis quæſtionibus contra novatores* ib. 1632. 8. LIND.

EJ. *de opii natura & medicamentis opiatis l. ſing. phthiſin curandi nova ratio & diverſæ conſultt. medicæ* ib. 1632. 8. BOEHM. Lipſ. 1635. 8. L.

EJ. *oratio panegyrica de perſona & officio pharmacopæi & pharmacopolio recte inſtituendo* ib. 1633. 4.

EJ. *detectio & ſolida refutatio novæ ſectæ Sennerto paracelſicæ qua antiquæ veritatis oracula vindicantur* Amſterd. 1636. 8. 1637. 8. Groning. 1637. 8.

EJ. *Bericht von der melancholia hypochondriaca nebſt* 12 *Fragen u. einer Analogia der groſſen Welt mit der kleinen* Francf. 1643. 8. ſi ejusdem viri eſt, tum 1654. 4. B. TH. Augsburg 1678. 12.

EJ. *Bedenken von des zu frühe gepriſenen u. nicht erwiſenen Wunderbrunnens zu Hornhauſen Tugend* 1646. 8. TH.

PHIL. MULLER *miracula & myſteria chymico medica.* Acc. *Tyrocinium* J. BEGUINI & *novum lumen chymicum* Witteb. 1616. 8. TR.

§. CCCCLXXXIV.

ALII.

CHRIST. HEYLMANN *lignum vitæ, oder Leibesergötzung in mancherley Krankheiten* Paderborn 1616. 8. B. THOM.

FRANCISCI KESLER *verſchiedene ſecreta* Oppenheim 1616. 8. TR.

Der Stadt Rotenburg an der Tauber neu verfaſſte Apotheker u. Taxordnung Rothenb 1616. 4. TR.

JAQUES PASCAL *conférence de la pharmacie chymique avec la Galenique* Touloze 1616. 12. RAST.

ETIENNE ARVISET *conſolation des malades* Rouen 1616. 12. RAST.

L. *hiſtoire des embelliſſemens avec la methode pour guérir les maladies du cuir* Paris 1616. 8. FALC.

R. L. *la ſanté du Prince, ou le ſoin qu'on y doit obſerver, contenant des obſervations touchant les maladies des enfans de France depuis* 1611. *juſqu'à* 1615. 1616. 12. *de* BURE.

Le

Le tréſor de ſanté, ou menage de la vie humaine Lion 1616. 4. d'Etr.

J. Gauthier *de la maladie vénérienne* Toulouze 1616. 12.

Bartholom. Marrandan *del tabago los dannos que cauſe, y del chocolate* Sevilla 1616. 8. Gallice vertente Renato Moreau Paris 1643. 4. Bur.

Giov. Battista Berti *ſopra il bere freſco* Rom. 1616. 4 Carreri.

J. *de* Soto *l. de conocimiento curacion y preſervacion de la enfermidad del garotillo* Granada 1616. 4. N. Ant.

Franc. Ximenes *de Carnera y tratado de la grande excelencia de la agua y de ſus maravillas virtudes calidades y election, y de buen uſo de rafriar con nieve* Hiſpali 1616. 4. N. Ant.

J. Sorapan *de Riceros medicina Eſpannola contenida en proverbios vulgares de nueſtra lingua* 1616. 4. 1617. 4. N. Ant.

Alexandro Zuintillo *de los polves blancos* Madrit. 1616. C. de V.

§. CCCCLXXXV.

Disputationes.

Jerem. Gesner *de epilepſia* Baſil. 1616. 4. Riv. non fuerit idem qui dictus eſt.

Henr. Corn. Achinoander *de obſtructione lienis* ib. 1616. 4. Riv.

Paul. Munster *ratio & curatio morborum occultorum* ib. 1616. 4. Tr.

J. Benedict Berger *de infecto & ulceroſo profluvio inteſtinorum* ib. 1616. 4. He.

Caspar Graefe *de venæ ſectione ejusdemque legitima adminiſtratione & uſu* ib. 1616. 4. He.

J. Beutel *de phthiſi* ib. 1616. 4. Riv.

Valent. Ritter *lien ſcirrhodes* ib. 1616. 4. Riv.

Dan. Coschwitz *de hæmorrhagia narium* ib. 1616. 4. B. Thom.

Henr. Pfendler *generalis articularis morbi theoria & therapia diagraphe* ib. 1616. 4. Riv.

Wolfg. Gasto *de pleuritide* ib. 1616. 4. Riv.

J. Freudeman *de arthritide* ib. 1616. 4. Riv.

Gasp. Horn *de arthritide* ib. 1616. 4. Riv.

J. Kittel *de variolis & morbillis* ib. 1616. 4. Riv.

Caſp.

Caſp. Coci *diagraphe catarrhi ad m. m. archetypum confirmata* Baſil. 1616. 4. Riv.

Frid. Lenk *de uteri ſuffocatione* ib. 1616. 4. Riv.

Joach. Janich *de dyſenteriæ natura & cauſa* ib. 1616. 4. Riv.

Michael Graman *de apoplexia* Marpurg 1616. 8. He.

Henning Unverzagt *de morborum cauſis* Helmſt. 1616. 4. He.

Ej. *de dolore* ib. 1617. 4. He.

Henr. Julius Boeckel *de hydrope* ib. 1616. 4. præf. Sigfrido.

Franc. Omich *de phthiſi* Erfurt 1616. 4. Pl.

Ej. *de arthritide* ib. 1617. 4.

Ej. *de graviſſimo inteſtinorum affectu, dyſenteria* 1619. 4. Fr. Viadr.

Marci Banzer profeſſoris Wittebergenſis.

Ej. *aſſertiones ex univerſa medicina* Baſil. 1616. 4. He.

Ej. *fabrica receptarum, i. e. methodus brevis perſpicua ac facilis præſcribendi formulas* Aug. Vind. 1622. 8. L.

Ej. *de febre epidemica anni* 1638. Witteberg. 1639. 4. Riv.

Ej. *de auditione læſa* ib. 1640. 4. Pl.

Ej. *de ſcorbuto multorum morborum farragine* 1640. 4. Riv. 1648. Pl. & 1652. alii.

Ej. *de melancholia hypochondriaca* 1645. 4. He.

Ej. *de variolis & morbillis* 1649. 4. He.

Ej. *de urinis* 1649. 4. He.

Ej. *controverſiarum medico miſcellanearum decades* VI. 1650. 1659.

Ej. *decas tertia* 1650. 4.

Ej. *decas quarta* 1650.

Ej. *decas quinta* 1650.

Ej. *de peſte* 1650. 4. Pl.

Ej. *de incubo* 1650. 4. Pl. 1651. 4. He.

Ej. *de morbo hypochondriaco* 1650. 4.

Ej. *de ictero flavo* 1651. 4. Vat.

Ej.

Ej. *de colico dolore* ib. 1654. 4.

ÆGID. *le* BLANC. & NIC. DROUIN *E. venus amantium ictero* Pariſ. 1616.

PETR. *le* CONTE & BARTH. BARALIS *E. faciei nitor ex intus adſumtis* Pariſ. 1616.

MICH. *de la* VIGNE & MAURIT. *de* MONTROEIL *E. anthraci ferrum & ignis* ib. 1616.

J. FOURNIER & MICH. BOMMER *E. pari die tutior purgatio* ib. 1616.

JAC. PERRAUT & ANT. *le* RAT *E. ileus lethalis* ib. 1616.

GUIL. GERBEAU & DION. *le* SOUBZ *Non E. cuti apocruſtica* ib. 1616.

ANT. *du* CHEMIN & J. MARTIN *E. quæ prærumpunt ſiniſtri judicii* ib. 1616.

GEORG. ARBAULT & LUD. ROBILLART *E. hyſtericis vinum* ib. 1616.

STEPH. *de la* FONT & ROB. TULLOUE *E. febrium intermittentium paroxyſmis phlebotomia* ib. 1616.

QUIR. *le* VIGNON & PETR. COMUNY *E. in ternario numero medicinæ perfectio* ib. 1616.

FR. l'EPICIER & J. BOURGEOIS *E. febri balneum* ib. 1616.

GEORG CORNUTI & PETR. COMUNY *E. ex actione certa prognoſis* ib. 1616.

GUIL. *du* VAL & CAR. *le* CLERCQ *E. in pleuritide riſus felicis præſagii* ib. 1616.

J. AKAKIA & GUIL. GYON *Non E. citta laborantes gravidæ ſimilia appetunt* ib. 1616.

CASP. BRAYER & PETR. *de* BEAURAINS *E. aquæ minerales mulieres fecundant* ib. 1616.

NIC. HENAULT & LUD. ROBILLART, *E. arthritis periodica* ib. 1616.

NIC. SEGUYN & J. COUSINOT *E. ſerior proles inſalubrior* ib. 1616.

J. MARTIN & CLAUD. LIENART *E. quodque ex quoque trahere poteſt & in unum quodque mittere* ib. 1616.

CLAUD. *de* POIS & CASP. BRAYER *E. medicus homini Deus* ib. 1616.

MAURIT. *de* MONTROEIL & SIM. *le* LETIER *E. ventriculo calidis carnes frigidæ* Pariſ. 1616.

§. CCCCLXXXVI.

§. CCCCLXXXVI. LAZARUS RIVERIUS.

LA RIVIERE Monſpelienſis, celebris ſuo ævo clinicus, Bononiam & Toloſam magnis conditionibus vocatus, Monſpeli, maluit ſe continere. Primus in hac ſchola chemica medicamenta cum plauſu dedit, cum priores chemjatrorum conatus fere a contraria ſecta repreſſi fuerint, parcus in hiſtoria morborum, in curatione fuſior & felix. Multa ex præceptore VARANDÆO exſcripſiſſe, multum uſum SENNERTO ANTONIUS FRANCISCUS BERTINUS objecit, & repulſam tuliſſe, cum primum doctoris gradum ambiret.

Ej. primæ ſunt *quæſtiones medicæ XII vacante cathedra defenſæ* Monſpel. 1617. 4. *. Balnea hecticis ante cibum convenire, non poſt cibum. In apoplexia laminam candentem utiliter capiti admoveri. Flatus calefacientibus melius tolli. Non dari pulſum amatorium. Metum & mœſtitiam fieri a humoris melancholici.

Ej. *praxis medica cum theoria* Pariſ. 1640. 8. L. *curante* STEPHANO BLAQUIERE ib. 1647. ID. Lion 1647. 8. 1649. 8. 2 vol. HOUSS. 1652. 8. LIND. 1653. 8. HE. 1657. 8. TR. 1660. 8. 2 vol. HOUSS. 1664. Cat. 1674. Goudæ 1649. 8. TR. Haag. 1651. 8. *. 1658. 8. TR. 1664. 8. L. TR. 1670. 8. PL. libri XVII. Gallice Lion 1690. 8. 2 vol. 1702. 8. vertente *de* BOZE. Anglice, *modern practice of phyſik* Lond. 1700. 8. Non differt *medicina practica ſtudio* BERNHARDI VERZASCHÆ Baſil. 1663. 4. niſi quod a VERZASCHA *in compendium ſuccinctum* ſit *redacta*, & aucta, ut videre eſt in præfatione editoris: qui *fere in omnibus capitibus formulas remediorum ſuorum elegantiores & utiliores revelavit.*

Praxis medica RIVERII morborum a capite ad calcem cenſus eſt & brevis deſcriptio; deinde fuſiora medicamenta, ut ſubinde tamen Galenicis & Arabicis medicamentis aliqua aut minus nota, aut certe non eo modo in uſum recepta, admiſceantur. Ita in dolore colico opiata miſcet purgantibus. Miſturam acidi liquoris cum lixivo ſale, tunc maxime efferveſcentis, ad vomitum compeſcendum nuperi a RIVERIO receperunt. In hydrope rariter vult alvum duci, interpoſito uſu medicamentorum roborantium: paracenteſin improbat. Abortum pericdice minitantem repetita ſingulo menſe venæ ſectione occupavit. Hæmorrhagiam etiam interna ex cauſa in renis inflammatione ſubortam, nihil potentius ſuperat, quam ſanguinis deliquium. Arcana etiam ſua habebat, ſale vitrioli vomitum ciebat. In variolis calida omnia dedit, in febre maligna bezoardicum Joviale, quod pro ſumma habet antidoto. In pleuritide ad drachmam uſque fuliginis dabat. Paſſim medicamenta undique ex variis ſcriptoribus colligit, neque dedignatur ab empiricis diſcere, exemplo infuſi vinoſi vitis albæ, quo morbum hyſtericum ſuperaverit.

Ej. *obſervationes medicæ & curationes inſignes* Pariſ. 1646. 4. VR. London. 1643. 8. SCHULZ. 1646. 8. Haag 1651. 8. *. *centuriæ tres*, 1656. 8. L. quatuor

tuor centuriæ & 1672, 4. Lion 1659. 4. Gallice Pariſ. alii Lion 1688. 12. Lion 1694. 8.

Curationes fere ad ſenſum nuperorum Gallorum. Iſchuria ſubita vehemente ſanguinis miſſione ſuperata, ut plurimæ urinæ libræ decederent. Colicus dolor purgante medicamento quarta die, dum alvus reſpondebat, ſummo cum cruciatu, denique ſuperatus. In febre maligna vomitus perpetuus cum atris fæcibus, celebri illa miſtura ſucci citri cum ſale tartari, tunc maxime ferventis, victus, quæ eadem miſtio claſſici in medicamenti dignitatem evaſit. In febre maligna cucurbitulas paſſim admovebat, dabat tamen acria, confectionem alkermes, bezoar lapidem; & abſorbentes pulveres. In tertiana febre calomelan TURQUETI dabat cum diagrydio. Gravis cephalæa lethalis, cum putridi quid naribus effluxiſſet. Fluor albus demum longiori uſu rhei cum terebinthina ſuperatus. In febre acuta maligna noſter etiam ſexta die vocatus, venam tamen aperuit. In renis inflammatione & abſceſſu, poſt gravem ſyncopen, ſpiritum ſulfuris dedit, ut tamen urina purulenta diutiuſcule flueret, & æger ex febre diuturna ſenſim convaleſceret. Multa mala a ſanguine in ventriculum effuſo & coacto, ſenſim tamen per alvum educto, poſtquam computruerat. Poſt aſthma & cordis palpitationem mediaſtinum cadaveris ſero ſanguineo plenum, quod ægrum ſuffocaverat: pulmo ponderoſus & pure plenus. Empyema cauſtico apertum, & poſt plurimam puris effluxionem ſanatum. Poſt tuſſim ſiccam cardialgia & ſanguinis ſputum: pulmo cadaveris undique etiam mediaſtino adhærens, cor albicans, exulceratum & exeſum, cujus partem noſter putat ab ægro homine excreatum fuiſſe.

Hæc in centuria 1, non omnia vero licet decerpere.

Centuria quarta acceſſit Haag 1659. 8. *. ab auctoris obitu a SIMONE JACOZ edita. Febrem hecticam ſe balſami peruviani longo uſu curaſſe, hydropem pectoris apozematibus aperientibus cum ſale tartari & vitrioli ſpiritu. Carbunculus (Occitanicus) media in fronte ſanatus, potiſſimum veſicatorii emplaſtri beneficio. Oxycrati quotidiano uſui vult epilepſiam ceſſiſſe, amylo hæmoptoen. Cordis palpitatio, pulſus in carpo nullus, ſuperne vehemens, ventriculus cordis uterque & una pulmo ſanguine plenus, terroris, ut putat, opus, & in ſiniſtro thalamo carunculæ natæ oſtium præcludentes (polypi), quarum & alia vidit exempla. Decocto guaiaci & antimonii venerea lues cum exoſtoſibus ſuperata. Galenicus ſanguinis a pota hirudine vomitus. Rheumatiſmus ſepties ſecta vena, & repetito uſu aquæ papaveris ſuperatus. Qui paſſulis ſolis vixit, phthiſi liberatus eſt. Vomendi conatus vehemens fruſtraneus & funeſtus, a ventriculo in thoracem irrepente, qua parte etiam nullus pulmo fuit.

Cæterum obſervationibus, cum non plures ſint quam 82, addidit JACOTIUS octodecim ſuas, quibus nonnullas ſuas curationes tradit. Luem veneream ſanabat pulvere calomelas Turqueto dicto. In febre maligna non evaſiſſe, niſi qui die quinto & ſexto vehementer ſudaſſent, omnino præter criticorum dierum leges.

Aquam

Aquam theriacalem BAUDERONII tamen reſpondiſſe. Qui peſtem vomitorio vitriolico curavit.

Deinde adjecit idem obſervationes 37 ex veteri bibliotheca abſque auctoris nomine decerptas, quæ ſunt medici SCHYRONII & RONDELETII curæ. Phthiſicus profuſo ſudore liberatus, cum continuo moriturus videretur. Paralyſis linguæ a ſacculo, qui in cadavere apparuit, ſero pleno, quod is ſaccus continuo linguæ novum ſuppeditabat. *Coqueluche* Nemauſenſis a. 1557; evadebant (non cuncti, ut videtur) vena ſecta, ſudore erumpente fœtido. Deglutitionis libertatem reſtituit cucurbitula cum multa flamma, ſedi ventriculi admota. In febre maligna exanthematibus lividis effloreſcente, tamen feliciter venam ſecuit. Struma emplaſtro choeradico AETII diſcuſſa. Caruncula plumbea virga deleta. Febris moleſta cum perpetuo ſudore, qui ultimo die frigidus exiit.

Sed cum centuria jam tertia prodierant Obſervationes communicatæ a D. PETRO PACHEQUE. Curationes, ſæpe paradoxæ, ut anſer neſcio quibus fartus ad convulſiones. Adnotat perire, qui potum naribus rejiciunt, aut in quibus parentum avorum aut atavorum ſimilitudo redeat. Emplaſtrum, quo in abſceſſu pectoris pus adtrahitur, ex reſina, terebinthina, oleo laurino & elemi.

Alia a D. d'ABADIE medico Tholoſano, alia ab ANTONIO de LODON acceſſerunt, inter iſta hydrops, & in ventriculo ipſo hydatides.

Porro FRANCISCI CHOMEL adnotationes.

J. MARTIN febris maligna ſudore perfœtido ſublata.

DES GRANDS DES PREZ phthiſis aliquoties lacte muliebri ſuperata.

HENRICUS RUFUS Poſt gravem cephalæam delirium, & vigilias, membranæ cerebri circa torcular gangræna corruptæ, puris ad uncias ſex cum fœtore effluxit, baſis etiam cerebri, cerebellum, medulla oblongata ſphacelo vitiata apparuit. Hydrops pectoris, pulmones ſiderati, puncta per ſuperficiem purulenta. Nihil exſpuerat, neque tuſſierat.

SIMEON JACOZ in diuturno alvi fluxu lingua frigida lethali eventu. Dolor capitis intolerabilis ſuperatus inciſa temporis arteria. Peſte adfectus evaſit, cum continuo cantharides pone aures admoviſſet, qua parotis ſe extulit.

SAMUEL FORMY chirurgus. In hydropico umbilicus prominens, bono eventu in medio tumore inciſus. Hydrocephalus conpreſſione ſuperatus. Mors ab alvo obſtructa, inteſtinis indique fæcibus diſtentis. HENRICUM III, cum lue venerea laboraret, neque curari poſſet, a P. PENA ſudore moto & decocto chinæ & bardanæ abſque hydrargyro ſanatum eſſe.

PETRUS ESTANOVE chirurgus. Cornu in capite verrucoſum.

DIONYSIUS

DIONYSIUS POMARET chirurgus. Phrenitis ridicula arte & ſomno expreſſo uratus.

OZIAS AIMAR chirurgus. Convulſum ad dextra caput cum maxillarum agitatione, poſt amputatum brachium, dextrum a lue venerea.

Hæc ſui auctores cum RIVERIO communicarunt. Tunc ſequuntur varii, quorum aliqua nolles legere, ut epilepſiam carne lupi ſalita geſtata; tertianam vena in principio paroxyſmi inciſa curatam, ſuberis uſti in colico dolore vim.

EJ. *methodus curandarum febrium* Paris. 1648. 8. Lion 1649. 8. TR. Haag 1651. 8. *. In ſynocho ſimplici non putat largam venæ ſectionem locum habere, quam GALENUS præcepit, ſed neque frigidam admittit. In febre putrida alvum ducit, & nonnunquam vomitum movet, abſorbentia dat & alkermes, tunc iterum prægnantes, ut vocat, humores expurgat. Ab intemperato uſu refrigerantium ſingultum ſequi. Adverſus febres intermittentes corticis peruviani nondum meminit, & in quartana ad morem ſeculi purgat, venam ſecat, chalybem dat, & amara, de theriaca monet, ne crudis humoribus ſuperingeratur. De febre purpurea maligna (petechiali). Venam tamen in ea ſecat, aut hæmorrhoides ciet. Veſicatoriis utitur, inde cardiacis &c.: in vomitu ſua miſtura. Anno 1623. in ſæva epidemia parotides erupiſſe, ſed funeſto fere eventu. Quando parotides erumpebant, ipſe venam ſecabat, utcunque pulſus debilis videretur, bono eventu, ut continuo a miſſo ſanguine arteriæ fortius micarent. Petechias fere in pectore & in dorſo erumpere. Male variolas peſſimas facit, quæ ſerius erumpunt: vidit purpureis maculis cum periculo miſtas fuiſſe.

EJ. *inſtitutiones medicæ* L. V. Lion 1656. 4. 1672, 4. BUR. Lipſ. 1655. 8, falſa inſcriptio Haag 1657. 8. TR. 1662. 8. Integræ per omnes artis partes inſtitutiones, fere Galenicæ: diætetica etiam, & materia medica, & medicamenta ad ſuos ſcopos compoſita.

Arcana LAZARI RIVERII *a* BERNARDINO CHRISTINI edita Venet. 1676. 4. 1696. 4. *. Utrecht 1680. 16. *. Multa hic reperias medicamenta chemica, etiam aurum potabile, quorum tamen in ipſis operibus nulla fit mentio, eſſentias lapidum pretioſorum, eſſentias aliorum metallorum, eſſentiam vitrioli, quam pro ſummo laudat alexipharmaco. Deinde medicamenta ex vegetabilibus, numeroſa. Verum ex Italicis urbibus, in quibus artem CHRISTINUS exercuerat, ſingulas ad paginas citatis, adparet non eſſe RIVERII. CHRISTINUS quidem in præfatione teſtatur, ſe RIVERII codices a matre emiſſe, inter eos fuiſſe artem ſpagiricam, ejus partem ſe edere. Dudum vero adnotatum eſt, CHRISTINUM nihil cum RIVERIO commune habere, qui præterea hanc tantum quaſi appendicem ſuo operi adjecit.

Arcana MS. in LEHMANNI *bibliotheca* citantur.

EJ. *opera medica* conjuncta prodierunt Lion 1663. fol. Venet. 1664. fol. Francof.

Francof. 1669. fol. 1674. fol. curante J. DAN. HORST & J. JAC. DOEBELIO, tum Genev. 1679. fol. Lion 1672. fol. 1690. fol. HUTH. HO. Genev. 1737. f. cum F. WEINHARD ad editionem Francofurtenſem. Porro Venet. 1664. fol. 1700. f. 1733. fol.

FRANCISCI CALMETTE RIVERIUS *reformatus ſ. praxis medica methodo* RIVERIANA Genev. 1688. 8. 2 vol. HOUSS. Genev. 1696. 8. 1706. 8. Lion 1704. 8. Venet. 1735. 4. Acc. *de morbis mulierum*, *de affectibus articulorum*, *de peſte*, *de febribus*, *de morbis venereis*, *Arcana*. Suo loco dicetur ad a. 1677.

§. CCCCLXXXVII. J. COLLE.

Bellunenſis, profeſſoris praxeos Patavini, qui a. 1631. ſenex vitam obiit; *medicina practica morborum malignorum & peſtilentialium* Piſauri 1617. fol. Collectio morborum epidemicorum. Anno 1610. pleuritidem dominatam eſſe, in qua venæ ſectio nocebat, cucurbitulæ autem & clyſteres atque purgantia medicamenta ſaluti erant.

EJ. *idea & theatrum imitatricium & imitabilium ad omnes intellectus facultates libri aulici, quibus omnes artes, etiam medica, agricultura, quo ordine & qua methodo invenienda ſint, demonſtratur* Piſaur. 1617. f. L.

EJ. *Coſmetor mediceus triplex, in quo exercitatio totius artis medicæ deciſa, ac conſultationes medicinales & quæſtiones practicæ enucleatæ proponuntur.* Venet. 1621. fol. *. Medicus Ducis Urbini librum COSMO II. M. D. Hetruriæ dicavit. In principio compendium dat medicinæ de ſeculi genio, deinde vera conſilia & diſſertationes practicas ad varios morbos, non omnes inutiles, & aliquas peripneumonicorum inciſiones. Ecce ſpecimina aliqua. In peſtilentia poteſtatem ſalutarem lapidis bezoar putat ſe expertum eſſe, & quidem conſtantem. In peripneumonico primo apoſtema pulmonis aquoſum, pituitoſum & pulmo purulentus. In ſecundo pulmo humore bilioſo & pituitoſo plenus. In tertio pulmo ſanguinea inflammatione diſtentus, & coſtis adnatus. Febris maligna epidemica in Piceno graſſans, & Piſauri atque Urbini, cum petechiis. Cucurbitulas ſcarificatas & malleoli, vulnuſcula bene reſpondiſſe. Peripneumonia epidemica Cantiani & Cellis. Contra Juriſconſultos, utique veneno interiiſſe, cum eum vellent excuſatum. In femina obeſa & decolore puerpera, patiente febrem acutam, cucurbitulis potius quam venæ inciſione utendum. Fulguratorum hiſtoria, qualis eo ævo ſcribebatur. Signa quibus ſubmerſos a ſtrangulatis diſtinguas.

EJ. *elucidarium anatomico chirurgicum cum commentariis in quarti libri Avicennæ fen tertium Inſiti tractatus . . . . de lue Gallica* Venet. 1621. fol. *. de ſolo nempe bubone. In commentario ad AVICENNAM habet etiam tumores, aquoſum, aereum, inflammatum, morbos cutaneos. Utique vero, libri de lue Gallico alteram partem *elucidarii* facere, quam nunquam vidi, ASTRUCIUS.

Ej. *methodus facile parandi jucunda, tuta & nova medicamenta adverſus chemicos* Patav. 1628. 4.

Ej. *de morbo gallico & ejus ſymptomatibus* 1628. 4. Hotton Tr. Saliceti tempore morbum jam exſtitiſſe, ſæviorem tamen Caroli VIII. ævo. Etiam communem lectum inficere. Si decocta lignorum non reſponderint, ad inunctiones eſſe deveniendum, in valido homine etiam ſuffumigia locum habere.

In *Coſmetcre* morbum adtigerat, & invitus inunctiones mercuriales admiſerat.

Ej. *de cognitu difficilibus in praxi ex libello* Hippocratis *de inſomniis, & ex libris* Avenzoaris *per commentaria & ſententias dilucidato* Venet. 1628. 4. Tr. Inter alia mercurius cum ligno ſancto & aliis fucatus incongruis.

Numeroſiſſimos libros ineditos reliquit Tomasino teſte (*a*).

§. CCCCLXXXVIII. Varii.

Joh. Filesac theologi, *medicinæ defenſio adverſus* Plinium *majorem* Pariſ. 1617. 8. *. excerpta ex L. I. *ſelectorum.* Honores Plinio objicit medicis paſſim etiam ab imperatoribus decretos, quales & Meibomius collegit. Artem neceſſariam eſſe, & eo tempore, quo ejus auxilio indigent, incredulos ad eam confugere.

Prodierat jam anno 1615. 8. cum ejus *Excerptis.*

Matthias Naldius *in* Hipp. *aphoriſmos* Rom. 1617. 4. L.

Ej. *rei medicæ prodromi præcipuorum Phyſiologiæ problematum tractatus* Rom. 1682.

Ej. *regole per la cura del contagio* Rom. 1656. 4. Hotton.

J. Rud. Salzman Senior, per multos annos profeſſor Argentoratenſis, *de paralyſi* Argent. 1617. 4. *.

Ej. *diſputatio de ſpaſmo ſ. convulſione* ib. 1620. 4. He.

Ej. *de difficultate reſpirationis* ib. 1631. 4. *.

Ej. *de vita & morte hominis* ib. 1648. 4. He.

Ej. *de lycanthropia* ib. 1649. 4. He.

Ej. *de morborum differentiis* ib. 1649. 4. He.

Ej. *de morborum cauſis* 1650. 4. Pl.

Ej. *de febribus putridis continuis* Lipſ. Francof. 1654. 4. Uff.

Ej.

(a) *Elog.* 1641.

Ej. *de morbi gallici natura, cauſis, ſignis* Argent. 1656. 4.

Ej. *varia obſervata anatomica* Amſterdam 1669. 16. *. edente Theodoro Wynandts. Cadaverum etiam morboſorum inciſiones, quæ ad eruendas cauſas morborum faciunt. Fæces & urina per vulvam, ano quieſcente, quod imperita obſtetrix inteſtinum rectum a partu propendens reſecuiſſet. Id rectum inteſtinum clauſum, hinc inteſtina ſtercoribus diſtenta. Abdomen totum pure plenum, cujus fomes videtur in hepate fuiſſe. Cum ulceribus in tibiis lien triplo major, ad Hippocrates effatum. A ſaltatione cor ſanguine congeſto plenum, pulmones undique adnati. Exempla infantum a pituita ſubito circa caput aſperæ arteriæ magna copia effuſa ſuffocatorum. Ventriculus putridus, quaſi eroſus, ut tunicæ facillime lacerarentur.

Conſilia aliqua Salzmanni ſunt inter *curationes*, quarum centurias IV. Welschius edidit, & in centuria IV.

Cornel. Pleyer *Examen tractatus* G. A. Scribonii *contra uromantes editi* Erford. 1617. 8. Tr.

Ej. *medicus critico aſtrologus* Nürnberg 1627. 12.

Ludovici Du Gardin medici Duacenſis, *Alexilæmos, ſ. de peſtis natura & curatione epitome methodica* Duaci 1617. 8. Bur. Falc. & paulum mutato titulo Duac. 1631. Tr.

Id. l. ut puto Gallice, *le Chaſſepeſte, ou les remedes ſinguliers & familiers pour ſe préſerver & guérir de la peſte* ib. 1617. 8. Bur.

Ej. (Hortensii) *manuductio ad pathologiam, ſ. inſtitutionum medicarum pars altera* Duaci 1626. 8. *. Galenica placita paulo alio ordine propoſita.

Ej. *remedium erroris qui propter diverſa pondera in praxin medicam irrepſit tandem deprehenſi* Duaci 1630. 12. Tr.

Ej. *medicamenta purgantia ſimplicia & compoſita ſelecta ſufficientia. Remedium erroris in ponderibus* ib. 1631. 8. Tr Falc.

Ej. *circumſtantiæ & tempora de variis venis Pleuritidis ratione ſecandis inter varios medicos proceres litem dirimentia* ib. 1632. 4. Falc.

Ej. *Inſtitutionum medicinalium liber* III. *ſ. ſubſidiorum indicium, ſ. de rebus non naturalibus* ib. 1638. 4. *. op. & ſtud. Jacobi Briffault.

Fabritii Cocanarii *theonoſtus de vita producenda atque conſervanda* Rom. 1617. 4. Cölln. 1620. 4. L.

Thomas Grossius Sipontinus. Ej. *lectiones de natura, differentiis & uſu rerum ſex non naturalium* Venet. 1617. 4. L.

Ej. *lectiones de febribus, in quibus infinita problemata, plurimæ etiam controver-*

 ſiæ

ſiæ explicantur, conciliantur. Acc. quæſtio de vino exhibendo in febribus a principio Venet 1627. 4. L.

Ej. *lectiones de morbis capitis & thoracis, in quibus infinita problemata & controverſiæ explicantur conciliunturve. Acc. quæſtio an vinum nive refrigeratum propinari debeat* Ferrar. 1628. 4. L.

Ej. *de morbis infimi ventris* Venet. 4. L.

Ej. *quæſtio unica an morbi qui in Italia & potiſſimum in Gallia, ciſalpina hoc anno evagantur ſub nomine peſtis, an vero inter febres peſtilentiales numerari debeant — de eſſentia, cauſis, ſignis, præſagiis, de præſervatione & curatione peſtis & febris peſtilentis, de methodo a principe & privato adhibenda, antequam peſtis advenerit tempore quo graſſatur & poſtquam abierit* Venet. 1631. 4. L.

ALBERTI QUATROCCHI Veneti *de officinæ pharmaceuticæ veris & legitimis antiquorum ponderibus: comprobatur pondera monetaria Venetorum reſpondere iis, quibus Græca utebatur antiquitas. Acc. Epitome menſurarum Græcis, Romanis & Arabibus medicis familiarium* Venet. 1617. 4. *. Librarum comparatio: minima eſt Utinenſis, quæ unciarum duodecim, maxima Hiſpanica, quæ 18. Laudat diviſionem Gallicam, in qua drachma grana habet 72, non 60. Cur CELSUS unciam ſeptem tantum drachmarum faciat? olim ſeptem drachmas in uncia fuiſſe, inde ad octo Romæ auctas. SALADINUS male unciam in novem partes dividit. PAULUS GALENUM explicat, ut ſcrupulus ſit 24 gran., non 20. Granum eſt pondus triticei grani: chiratium (a κεϱατιω fructu ceratii) eſt granorum quatuor. In Zecca Veneta unciam valere 140 ceratia & grana tritici quatuor ſiliquam. Uncia ſubtilis Veneta habet chiratia 123 gr. 1⅚. Uncia medica chiratia 126. Pondera veterum plenam certitudinem non habere. De menſuris breviter. Non ſatis certum eſſe, lapides inventos accurate tripedales fuiſſe. Auctor Prior fuerat ſui ordinis teſte MARINELLO.

PETRUS GARCIA CARRERO *diſputt. medicæ & commentaria in fen* I. L. I. AVICENNÆ Complut 1617. f. HALLERVORD.

Ej. *diſpp. & quæſtiones in fen libri IV.* Bourdeaux 1628. fol. *. *edidit* PETRUS FERRIOL. Arabicum inmenſum opus, quo quæſtiones ſcholaſticæ per auctoritatem GALENI & AVICENNÆ ſolvuntur. De febribus ſermo eſt.

Ej. *diſpp. & quæſtiones medicæ in omnes* GALENI *libros de locis affectis* Complut. 1605. fol. L. 1612. fol. L.

CALISTII PROCACCINI *l. qui dicitur medicus ad tirones, non minus utilis quam curioſus* Rom. 1617. 4. L.

GUIL. ROSELLI *de internorum morborum curatione* Bergomi 1617. 4. Bordeaux 1620. 8.

ROBERTI FLUDD *ſ. de Fluctibus* Angli.

Ecce quæ lego in VI. tomis operum contineri.

Coſmi majoris & minoris metaphyſica phyſica & technica hiſtoria. Tomus I. de microcoſmi hiſtoria, de natura ſimia (alibi lego *de ejus in generatione & corruptione progreſſu*).

Ej. *de ſupernaturali, naturali, præternaturali & contranaturali microcoſmi hiſtoria . . . Internum ſ. anima, externum, ſ. corpus. Animæ in corpus operatio. Technica microcoſmi interni hiſtoria. Ars memoriæ, phyſiognomia, chiromantia* Oppenheim. 1617. fol.

Ej. *de uromantia ſ. divinatione per urinam.*

Ej. *monochordum mundi ſynchronicum* Francof. 1623. f. TR.

Ej. *ſectionis primæ portio tertia de anatomia triplici ſ. homo enucleatus ſectione anatomia bifaria dividitur, Panis nutrimentorum facile princeps ignis ope diſſectus* ib. 1623. fol. TR.

Ej. *anatomiæ amphitheatrum* ib. 1623. fol. TR.

Ej. *philoſophia ſ. anatome chriſtiana, ſ. meteorologia coſmica* ib. 1626. fol. TREW.

Ej. *Pulſus, ſ. nova & ſacra arcana pulſuum hiſtoria ex ſacro fonte extracta nec non medicorum ethnicorum dictis comprobata* Oppenheim 1629. fol. TR.

Ej. *medicina catholica* Francof. 1629. fol. HANSEN.

Ej. *antiquorum morborum myſterium, ſ. medicinæ catholicæ tom. I. l. I. tractatus ſecundus* ib. 1631. fol. TR.

Ej. *clavis philoſophiæ & alchymiæ, ſ. ad epiſtolam* PETRI GASSENDI *reſponſio* ib. 1633. f. TR.

Ej. *philoſophia Moyſiaca* Goudæ 1638. f. TR.

Ej. *reſponſiva ad hoplochriſma ſpongiam* FOSTERI Goudæ. 1638. f. TR.

Roſencrucianæ ſocietatis homo fanaticus, ſubinde tamen utilia cogitata admiſcens.

MELCHIORIS CARTERII *in epilepſiam exercitationes* Toloſ. 1617. 12. FALC.

HIERONYMI PINELLI *theoricæ ac practicæ medicinæ aphoriſmorum* L. VIII. Senis 1617. 8. BUR.

J. BESARDI *antrum philoſophicum in quo pleraque arcana phyſica & malorum curationes reſolvuntur* &c. Aug. Vindel. 1617. 4. HOTTON.

SEB. SLESKOWSKII *opera medica* Cracov. 1617. 8. B. THOMAS.

J. HEINTKII *Or. de problemate: an empirici, qui conceptis precum & verborum formulis morbos curare profitentur, ſint in republica chriſtiana ferendi* Lipſ. 1617. 4. BOEHM.

Michael Maier *examen fucorum pſeudochymicorum detectorum & ſuccincte refutatorum* Francof. 1617. 4. Riv.

Regner Bruitsma *jatricum votum in publicæ ſalutis & medicinæ ſanctioris tutelam* Mecheln 1617. 4. d'Etr.

Guil. Loyseau *obſervations medicinales & chirurgicales* Bourdeaux 1617. 12.*. videtur ex Lindenio latine etiam prodiiſſe *de internorum externorumque fere omnium morborum curatione cum hiſtoriis notatu digniſſimis & variis ejus auctoris experimentis* Bergerac 1617. 8. Bordeaux 1620. 8. Aliqua medica intercedunt. Pus, ut putat, e vena ſecta eductum, cum abſceſſus eſſet in hepate. Hemicrania ſublata venæ temporalis ſectione. Hydropem pectoris vidit. Infans abſque ano & alter abſque vulva natus. Poſt volvulum inteſtinum cæcum ſolidum cum minimo tubulo pervio, unde vomitus perpetuus. Phrenitis a vermibus. Diarrhœa loco lotii, quod nullum fluebat, rheo curata. Gangræna ſenilis a pedibus incipiens funeſta eſt. Diabetes ex lapſu in dorſum. Sanguis de vena fœtidus. Regem ſe Galliæ ulcere urethræ laborantem ſanaſſe.

Ej. *praxis medica de curandis morbis* Burdigal. 1620. 4. B. D.

Ej. *tréſor des remedes ſecrets pour les maladies des femmes* Paris 1617. 8. Rast.

Lud. Remmelin *Balſamochreſia ſ. Unterricht innerlich u. äuſſerlicher vornehmſter* 24 *Balſamen* Augſpurg 12. Pl. huc refero.

Georg Graman *Bericht von der weiſſen und rothen Ruhr* Halberſtatt 1617. 4.

Ej. *chymiſche Reiſ. u. Hausapotek* Schleuſingen 1630. 12. Tr. 1679. 12. Tr. Ardruff 1618. 8.

J. Pelecyi *de humanorum affectuum morborumque cura* München 1617. 12.

Elogia & judicia doctorum virorum de Jacobo Kesteinio *Cæſarum* &c. *doctore* Prag. 1617. 4. Bunau.

Sebastian Valetisii *Brunn des Heils oder Bericht wie einer bis in ein hohes Alter ſein Leben geſund fortbringen könne* Ingolſtatt 1617. 4.

Mich. Renger *Leichenpredigt auf* B. Suevum Rothenb. 1636. 4. Tr.

J. G. Agricola *cervi excoriati & diſſecti in medicina uſus* Amberg 1617. 4. Trew.

Morizen *Landgrafen v. Heſſen Medicinalordnung* Marburg 1617. 4. Tr. 1632. 4. Tr.

Christoph Meurers *nützliches Hausregiment wie ein Hausvater ſich u. ſein Geſind vor der Peſtilenz verhüten ſoll* Lipſ. 1617. 4. Riv. antiquioris puto auctoris.

§. CCCCLXXXIX.

§. CCCCLXXXIX. Disputationes.

Bernardi Suevi *brevis purg quæ ſunt medicorum* Baſil. 1617. 4.*. Pro clyſteribus nutritiis. Error in titulo.

Ej. *tr. de inſpectione vulnerum lethalium & ſanabilium præcipuarum partium corporis humani* Marburg 1629. 8.*. Non eſt coram, ut ignorem, num aliquid ſubſit practici.

J. Gredel *de dyſenteria* Baſil. 1617. 4.

Joach. Bertram *theoria & therapia hydropes* ib. 1617. 4. Riv.

Chr. Beck *de hydrope* ib. 1617. 4. Riv.

J. Lamy *de febre quotidiana intermittente* ib. 1617. 4. Riv.

J. Jac. Reiter *de hydrope* Lipſ. 1617. 4. He.

Dan. Loris *aſſertiones & controverſiæ de hecticæ febris definitione, diviſione, ſ. ſpeciebus vel gradibus, cauſis, ſignis, tam diagnoſticis quam prognoſticis, nec non curatione* Baſil. 1617. 4. Riv.

Isaac Habrecht *criſiologia de diebus criticis* ib. 1617. 4. Pl.

J. Huldrich Streiter *de graviſſimo cerebri affectu epilepſia* ib. 1617. 4.*.

Laurentii Coudin *quæſtiones medicæ a* Ranchino & Delort *propoſitæ* Monſpel. 1617. 4. *. In peſtilentia antidotum dat & ſudorifera. Non dari panaceam. In venenatis affectibus theriacam confectioni Alkermes præferendam. Dies criticus non integer computandus. Pulſus dicrotus.

Michael Morel *quæſtiones* ib. 1617. 4. Venereo malo non confirmato guaiacum, inveterato hydrargyrus. Ex venenis medicamenta fieri poſſe. Ex ſapore, & odore, non recte de facultatibus medicamentorum judicari.

Georgii Scharpii *quæſtiones medicæ* Monſpel. 1617. 4. *. Ergo hypercatharſi theriaca. Dyſenteria a liene. Lues venerea & elephantiaſis non ſunt morbi congeneres.

Ej. *inſtitutionum medicarum P. I. a* Claud. Scharpio *in lucem edita* Conon. 1638. 4. Tr.

A. Abernethe *quæſtiones medicæ* Monſpel. 1617. 4. *. Febribus verminoſis meri potio & hydrargyrus. Multis ſimplicibus compoſita præſtantiora. Gemmarum uſus in morbis cordis utilis.

David Genestet *quæſtiones medicæ* Monſpel. 1617. 4. *. Pleuritidi narcotica & veſicantia. Gravidas feminas in acuto morbo tamen oportet purgare, venam ſecare. In urinis certi colores non ſemper certas ſubſtantias ſequuntur.

Jac.

Jac. Duranc *quæſtiones medicæ* Monſpel. 1617. 4. *. In ſyncope confectio alkermes & de hyacintho. Sic in melancholia. Hecticis lac humanum quam aſininum melius. In ſynocho ſanguis ad deliquium mittendus. Elephantiacis vinum viperinum. In maligna febre cum papulis vena tamen ſecanda. Incipientem elephantiaſim hydrargyrus intercipit.

Petrus Saillens *quæſtiones medicæ* Monſpel. 1617. 4. *. In pleuritide vena ſecanda in eodem latere. Nulla amuleta quartanariis. Paralyticis thermæ, non vinum. Urinæ fætidæ & nigræ non ſemper lethales. Albo fluori diuretica.

Guil. Reh. *quæſtiones pro licentia* ib. 1617. 4. Will.

Henricus Furnius *porticus delphica* ib. 1617. 4. * Frigidum febribus humoralibus non convenire.

Joh. Cousin & J. Dossier *E. poſtremus hominis dies frigidiſſimus, ſicciſſimus* Pariſ. 1617. 4.

Hier. Goulu & Petr. Robynet *E. à rigore ſudor ſalutaris* ib. 1617.

Car. *le* Clercq & Mart. Robichon *Non E. ſine virili ſemine mola* ib. 1617.

Dionus. Guerin & Casp. Brayer *E. mulieribus ab utero aut in utero morbi* ib. 1617.

J. Riolan *E. urinæ inſpectio certior quam pondus aut diſtillatio* ib. 1617.

And. *le* Gros & J. Dossier *E. aer ſanitatis & morborum author* ib. 1617.

J. *le* Mercier & Claud. Lienard *E. vinum alimentorum optimum* Pariſ. 1617.

Mich. Toutain & Petr. Robynet *E. hydrops κατα αποςασιν ſanabilis* ib. 1617.

Guil. Lescaillon & Jac. Cousinot *E. ex imperfecta criſi ὑποςασις* ib. 1617.

Petr. Collier & Mart. Robichon *E. temporum & ætatum mutationes ut morborum parentes, ſic vindices* ib. 1617.

Barth. Baralis & Jac. Cousinot *Non E. fluenti alvo vacuatio* Pariſ. 1617.

J. *de* Gorris & Fr. Mandat *E. medicamenta θειων χειρες* ib. 1617.

Dionys. *le* Soubz & Fr. Boutonnier *E. dyſenterico alvi profluvio venæ ſectio* ib. 1617.

Renat. Chartier & J. Berault *E. apoplexiæ phlebotomia* ib. 1617.

§. CCCCXC. Varii.

Carolus *le* Pois vulgo Piso, Lotharingus, Nicolai frater, medicus ſui principis, vir acuti judicii, proprias etiam ſuas hypotheſes habuit.

Ej. *ſelectiorum obſervationum & conſiliorum de prætervìſis hactenus morbis ab aqua ſ. ſeroſa colluvie ortis L. ſingularis* Pont-à-Mouſſon 1618. 4. Leid. 1650. 8. *. Francof. Lipſ. 1674. 4. L. Leid. 1733. 4. 1736. 4. Amſterd. 1768. 4. Scopus viro eſt oſtendere, quot morbi, ſunt autem morbi omnino fere omnes, a ſeri abundantia naſcantur. Serum per corpus humanum de parte in partem vagari, certa neceſſitate vero in capite colligi, cum ſponte ſua ſurſum moveatur. Stagnans idem facile putreſcere, cum aliis humoribus miſceri bileque. Lienem ejus alterum & præcipuum fontem eſſe, ut altera ſit officina ſanguinis arterioſi: ideo ob ſanguinem, quem parat tenuem & fervidum, lienem in febribus pati & diſſolvi. Inde morbi ex ſero nati ex ordine. Capitis primum mala, & hydrocephalus: ejuſmodi malum noſter curare adgreſſus, certe hactenus mitigavit. Parotis aquoſa. Uti vero multa ad ſerum ſuum trahit, nullo manifeſto indicio dato, cur eo trahat, ita ad odontalgias. Hemicrania periodica, cum multo aquæ bile tinctæ vomitu. Hemicrania epilepſiæ vicina, ab aura ex brachio adſcendente. Vertigo: etiam iſta cum vomitu aquæ puræ conjuncta Carus etiam in infante. Febris Lotharingica in quarta acceſſione interimens. Alia febris lethargica, funeſta. In catarrho ſuffocante mucus ſpumoſus de naribus redditus. Lethargus quarto demum anno funeſtus. Hyſtericum malum a ſero eſſe: ejus ſympmata varia, cæcitas etiam, aphonia, aſphyxia, ut in feretrum mulier deponeretur. Renis horridus abſceſſus, ut totum abdomen pure repleretur. In hyſtericis abſceſſus intra ventriculum maximus. In hyſterico paroxyſmo verus tumor in jugulo, in gena. Qui epilepſia liberatus fuerit larga copia aquæ puræ vomendo rejecta. Spumam in ore hyſtericæ feminæ ex capite in os defluxiſſe. In viro hydrocephalus, ut membranæ cerebri chartæ aqua maceratæ ſimiles eſſent. Morbi pectoris a colluvie ſeroſa orti; huc ſyncope cardiaca, palpitatio cordis, quæ fere cum aquæ in pericardio copia conjungatur, per exempla. Tuſſis, cujus fons in capite ſit. Aſſidua tuſſis cum ſpiritu difficili & ſanguinis rejectione, mitigata excitato quotidie ſudore. Pituita in pulmone in calculos coacta, quos ægrotus ſubinde rejecerit. A ſcirrho hepatis orthopnœa, ſumma eadem ſuffocatio a viſcerum epigaſtrii mole diaphragma reprimente, ſoluta alvo liberaliter ducta. Hydrops pulmonis cum gravi anhelitu (morbum nempe vidit, cauſam ſuſpicatur). Hydrops pectoris funeſtus, cum commendatam a noſtro inciſionem meticuloſi differrent. Pulmo hydatidibus obſitus. In hydrope pectoris ægroti circa primam noctis vigiliam ægerrime reſpirant, neque ſe continere poſſunt. Brachium in eo malo ſæpe dolet, etiam reſolvitur. Pleuritis ſudore critico liberata: ejus morbi cauſam fere eſſe ſeroſum ſanguinem. In Gallia ruſticos ſingulis hiemibus pleuritide infeſtari (ſic in Helvetia). Pus longe ante diem decimum quartum in pleuritide gigni, & ſeptimo atque nono die jam adfuiſſe maturum. Tabidum,

& empyum noſter vomitu & exſcreato pure liberavit. Reliquos abdominis & univerſi corporis morbos omitto. Cæterum, etſi utique innoxio ſero multa tribuit mala, in quibus nulla ejus humoris culpa eſt, plurimæ ſunt tamen adnotationes, quas utiliter legas.

Ej. *diſcours de la nature, cauſes, remedes tant préſervatifs que curatifs des maladies populaires accompagnées de dyſenterie, autres flux de ventre familiaires aux ſaiſons chaudes & ſeches* Pont-à-Mouſſon 1623. 8. Rast. Multa certe bona, vera, neque eo ævo vulgo nota. Febrem eſſe princeps malum. Fluere primum aquoſa, pallida, progrediente v. morbo ſanioſa & cruenta, aut bilioſa, colore demum ad æruginoſum & atrum uſque ſaturato, & quotidie viſcidiora prodire: ut conſtet, humores de alvo decedentes ſenſim formari, neque in principio morbi præſto eſſe. Sedem habere in hepate: hinc ſæpe biduo & triduo bilioſa revomi. Rarum eſſe ex toto habitu corporis humores ad inteſtina confluere, ut ſubitanea ſequatur extenuatio. Ab hepate etiam icterum eſſe, non quidem vulgarem. Accedere & nauſeam, etiam ſingultum, & hepatis culpam prodi a ſenſu extraordinario inter inſpirandum, qui ad xiphoidem cartilaginem cum difficili ſpiritu percipiatur. Neminem inde niſi ſano cum judicio mori. Urinam ab initio naturali ſimilem ſenſim turbari & craſſam fieri. Cauſam eſſe ab æſtuoſo aere, non a fructibus horæis, cum morbus ſæpe in aliam anni ætatem cadat: fructus equidem tonum inteſtinorum relaxare, annos vero calidos & ſiccos huic morbo magis eſſe obnoxios. Exemplum, cum undecimo die malum videretur remittere, die decimo ſeptimo cum frigore & ſummo æſtu funeſtum rediit. Feminas raro hoc malo adfici. A ſolis inteſtinis ſanguinem manare, fluidum quidem ab excoriatione: qui vero cum febre fluit, eum eſſe vel purulentum, vel bilioſum diverſicolorem. Eſſe ubi pus per duos menſes fluxit. Signa morbi funeſti aut longi. Eſſe qui bis eodem anno dyſenteria laboraverit. Dyſenteriam contagio carere. Indicatio princeps eſt febrem tollere, neque prius fluxum morari, quam febris ſubacta ſit. Hinc venæ ſectio princeps auxilium: etſi primum ante 40 annos a Marescotto commendata, cum in cadaveribus inteſtina ſphacelata vidiſſet: eum ſecutus eſt Massaria. Etiam infantibus poſſe neceſſariam eſſe, & a ſe bis in ſexenni eſſe adminiſtratam. Partitam laudat, repetitam in plethoricis: in baſilica & in ſaphena ſi hæmorrhoides ſuppreſſæ fuerint. Rheum probat magis diureticum eſſe quam catharticum. Melius humores ſubito vacuari. Se quarto & ſeptimo die rheum repetiiſſe. Decocta & ſuccos ſyrupis præſtare, ob ſaccharum facile in bilem tranſiturum. Formula decocti amari & acidi, quod laudat. Lac non convenire, ſed acidulas quidem in convaleſcentia ægroti. Adſtringentia tamen aliqua in bilioſo fluxu præcipit, & opium in ſummo dolore; illibenter, philonium nempe diſſolutum. Carnem vitulinam male laudat, & hordeum coctum. Acetaria, fructus horæos ſanguinem valde refrigerare.

§. CCCCXCI.

§. CCCCXC. Varii.

Adrianus Spigelius Bruxellenſis, Profeſſor Anatom. primarius Patav. Ej. *de lumbrico lato* L. Leid. 1664. 12. & in operibus omnibus. Non tamen nihil proprium habet, animalis etiam hiſtoriam in aliquem ordinem redegit: iconem dedit, caput faſſus eſt ſe non vidiſſe. Vermes perforato inteſtino viam ſibi in abdominis caveam aperuiſſe. Unam tæniam dari, non plures, neque bis in homine naſci. Filicem habet pro ſpecifico remedio. Ignoſcas, quod pituitam ſcribat in tæniam perfici.

Ej. *de ſemitertiana L. IV.* Francof. 1624. 4. L. & in collectione operum. Quadruplex ſemitertiana. Sedes varia. Caſus hominis ſexageſimo die exſtincti; corpus exſangue, præter venas ad ventriculum & meſenterium pertinentes, ductus choledochus obſtructus. In corde quartanarii polypi. Febre continua enectus: ei tenuia inteſtina inflammata, colon etiam ſphacelatum. Sic in ſemitertiana, & in tenuis inteſtini membrana interiori flavæ duræque excreſcentiæ, una ductus choledochi exitus obſtructus. Semitertianæ anni 1622. poſt madidam tempeſtatem Patavii frequentes. Alia minus exacta ſemitertiana anni 1601. Aliæ ſemitertianæ varie compoſitæ. Apoplexia conjuncta plura; omitto. Spigelii & Saladini epiſtolæ. Qui fabis alvum duceret, nihil proficiente rheo. Qui braſſica ſe putabat febrem ſuſtuliſſe, eodem auxilio in alio mortem præcipitavit.

Ej. *de arthritide L. I.* In collectione operum. Arthritides variæ. Podagra utique curabilis eſt, etiam ſola victus ratione. Medicatio per ſingula, ad receptum ſcholarum modum. Prodiit etiam Francof. 1631. 4.

Hanibalis Albertini *de adfectionibus cordis L. III. de naturalibus, præternaturalibus, nempe palpitatione & ſyncope earumque cura* Venet. 1618. 4.*. Ceſena 1648. 4. L. Liber, quales eo ævo ſcribi ſolebant, prægrandis abſque unica propria adnotatione anatomica vel pathologica. Palpitationem duplicem eſſe, legitimam, in qua duplex arteriæ dilatatio ſit, una a motu facultatis, a morbo altera, & una compreſſio: & notha palpitatio, in qua unica contractio, compreſſio unica: utraque contra naturam. In legitima quies longa eſt, in notha brevis.

M. Antonii Tosii a Serra ſ. Quirini Saxoferratenſis, *de anthrace ſ. carbunculo tractatus.* Ej. *de nova quadam peripneumoniæ curandæ ratione a nemine hactenus excogitata* Venet. 1618. 4. *. Melius paulo priori & multis ſui ſeculi libris opuſculum. Carbunculus alius peſtilens, alius malignus. Carbunculus peſtilens conjunctam habet febrem magnam, & ulceris cruſtoſi colorem nigrum cum aliqua rubedine, & inflammationem rubram ad lividam tendentem. Adgnoſcere hoc malum opportet, ne cum ſummo ægroti periculo pro furunculis habeatur, exque eſchara diſtingui ulcus depaſcente, & ex ſuppurationis defectu: præſtare tamen, quoties minus certi ſumus, curationem adhibere carbunculi, quæ furunculo non noceat. Carbunculus peſtilens non ſanatur, niſi in principio. In utroque carbunculo venæ ſectio commendatur ad animi uſque deliquium, bonæ etiam hirudines & veſicatoria. Intus noſter dat lenientia, & ſerum caprillum. Ipſe

carbun-

carbunculus debet in circulum ſcarifari, hirudines ipſi carbunculo adponi, cataplaſmata conſumentia, ſiccantia, non ſuppurantia, ægyptium, paſtillos andronis, ſed omnium optimum ferrum ignitum. Ad eſcharæ lapſum calida, ſiccantia, lilii radix: ea remota abſtergentia conferre, & cum melle terebinthinam. In maligno carbunculo ſiccantia, etiam cauterium actuale, ſcarifatio. Peripneumonia anni 1611. adgrediebatur cum inſolito rigore: noſter adhibebat nivem, refrigerantia, julepos, venæ ſectionem, ob præcalidum pulmonis eryſipelas.

PETRI CASTELLANI in Acad. Lovanienſi Græcæ & Latinæ l. Profeſſoris *vitæ illuſtrium medicorum qui toto orbe ad hæc uſque tempora floruerunt* Antwerp. 1618. 8.*. Vitæ utique cum imperfecto cenſu ſcriptorum, ut in civili fere vita noſter ſubſiſtat.

EJ. *creophagia ſ. de carnium eſu L. IV.* Antwerp. 1626. 8.*. Fuſe ſatis avium, piſcium & carnium utilitas diætetica & medica ad veterum ſaporem, nullo recepto præjudicio rejecto, ut etiam caro porcina ob ſalubritatem omni alteri carni præferatur. Carnium uſum in univerſum defendit.

J. JAC. LAZARI *de ſectione venarum cubiti in puerperio diſputatio* Meſſan. 1618. 4.

PETRI MARIÆ CASTIGLION reſponſio ad LUD. SEPTALII *judicium de margaritis* Mediolan. 1618. 4.

EJ. *admiranda naturæ ad calculos curandos* ib. 1622. 8.

EJ. *de ſale ejuſque viribus* ib. 1629. 8.

MARII PERAMATI *de potu frigido tractatus* Neapoli 1618. 4. FALC.

ANTONII CÆLI *introductio ad medicinam facultatem & brevis methodus curandi præter naturam corporis humani affectus, nec non de pulſibus* Meſſan. 1618. 4. FALC.

J. FRANC. ARQUATI *medicus reformatus ob varios in medicina abuſus* Venet. 1618. 4. FALC. (1608. 4. L) Pars altera prodiit ib. 1621. 4. L.

SEBASTIANI TRAVII *a* VILLANOVA Aſtenſis, *ſcholia in theoremata medica, phyſica, metaphyſica & moralia paradoxi naturam referentia* Turin. 1618. B. Turin.

PETRI LOPEZ Portalegrenſis, *Poeſis philoſophica in ſex libros digeſta de rebus non naturalibus* Conimbricæ 1618. 4. C. de V.

EJ. *floſculus medicinæ tribus libris comprehenſus & totidem rebus quas corpus humanum continet* Lisbon 1620. 8. L. Malaca 1635. 4.

CONSTANTIN PULCHARELLO Pornienſis, *de valetudine tuenda l. II. verſu heroico* Neapoli 1618. 8.

FRANCISCI *de* FRANCISCIS *prælectionum Monſpelienſium* T. I. *commentarii in* HIPPOCRATIS *jusjurandum. Pathologia univerſalis. Tr. de criſibus* Genev. 1618. 8. LIND.

HER-

HERMANNI FOLLINI *amuletum Antonianum ſ. luis peſtiferæ fuga* Antwerp. 1618. 8. RAST. *Acc. utilis tr. de cauteriis.*

EJ. *orationes de natura febris peticularis ejuſque curatione deque ſtudiis chymicis cum Hippocraticis conjungendis* Colon. 1622. 8.

EJ. *naturæ humanæ ſ. mores & temperamenta hominum methodo Ariſtotelica ex belgico verſ. a* JOHANNE *filio* Colon. 1649. 12. L.

CAROLI SCRIBONII *medicus religioſus de animi morbis & curationibus* Antwerp. 1618. 8. TR.

J. KOLNER *tr. phyſicus mathematicus ex themate cœli ad horam decubitus morbi alicujus naturam mutationem criſin eventum per conjecturas aſtrologicas in genere & in ſpecie prænotiones cum app. de purgationis & phlebotomes ſecundum influentiam aſtrorum cœli adminiſtratione* Griefswald 1618. 8. L.

J. VINCENTII FINKII *enchiridion dogmatico hermeticum morborum partium corporis humani præcipuorum curationes breves continens* Lipſ. 1618. 12. 1626. 12.

DAVID VERBEZ medicus Ulmenſis.

EJ. *exercitationum medicarum ſuper diſp. de peſte* L. I. Campidun. 1618. 4. TREW.

EJ. *homo non homo, ſ. monſtrum Tubingenſe ob virulentiam legitime eviſceratum* Campidun. 1618. 4 *. Contra ſenem profeſſorem medicinæ, qui ſibi ob priorem libellum magna convitia in priori opere dixerat. De peſte agebatur, ſed magis tamen de metaphyſica quæſtione, num affectus ſine cauſa notior eſſe poſſint, quod noſter defendit. Peſtem noſtram longe differe a peſte, qualem veteres deſcripſerunt, & alium forte morbum eſſe. De ſcholaſtica peſtis definitione.

EJ. *pro* RAYM. MINDERER *diſq. de chalcantho ad Dodecaporii* PETRI *Caſtelli partem* I. *reſponſio* Aug. Vind. 1626. 4. L. TR.

Pharmacopæa Londinenſis Lond. 1618. 4.

GUILIELMI KNYF *diæta analeptica, ſ. vivendi ratio recreatoria qua ad corpus humanum beneficio ſex rerum naturalium præſervandum leges præſcribuntur* Amſterd. 1618. 4.

EJ. *Goylandia* L. II. cum ejus regionis morbis. Et *Syrmaica clades medice perpetrata cum herbis ejus regionis* Amſterd. 1621. 4. malus titulus quem nunc corrigere nequeo.

J. DAN. MYLII *opus medico chymicum* I, *ſ. Baſilica medica III. chymica Libri VII. philoſophica* L. III. Francof. 1618. 4. RIV.

EJ.

Ej. *antidotarium medico chymicum reformatum* IV. L. Francof. 1620. 4.

Ej. *formulæ adverſus morbos magicos* in collectione MERKLINI *incant* 1698. 4.

J. PFAUTZ *noſomachia ſ. morborum pugna carmine deſcripta* Friburg. 1618. 12. SCH.

§. CCCCXCII. ITERUM VARII.

HENRICUS VACA *de* ALFARO *de l'origine y patria de Avicena* Hiſpali 1618. 4. C. de V.

J. BARBIER *les miraculeux effets de la main des Rois de France* Lion 1618. 12. RAST.

PETIT *récueil de remedes pour ſe preſerver & guerir en tems de peſte* Toulouſe 1618. 12. aqua imperialis ex aromatibus a. 1584. paſſim ſaluti fuiſſe RAST.

Sechs Bücher auſerleſener Arzney u. Kunſtſtücken Francfurt 1618. 4. TR.

Reformation u. Ordnung der Apotheken, u. wie ſich die ordinarii medici, chirurgi, Barbierer u. andre Angehörige in praxi medica in Maynz zu verhalten Maynz 1618. 4. TR.

ANDREÆ TENZEL Paracelſici, *exegeſis chymiatrica in* ANGELI SALÆ *ternarium bezoardicorum* Erford. 16.8. 8. B. Tig. 1630. 8. TR.

Ej. *medicina diaſtatica loco commentarii in tractatum de tempore* PARACELSI Jen. 1629. 12. TR.

Ej. *von Natur u. Cur der Peſt* 1672. 4. HAEHEL.

Ej. *mediciniſch philoſophiſche und ſympathetiſche Schriften* Erf. 1666. 8. TR. Leipz. 1725. 8 *. Credulus, morborum curationem ſympathicam ad placita ſcholæ Paracelſicæ admittit, tum mumias quas deſcribit corporeas & alias ſpirituoſas ad ſympathias producendas utiles, ad morbos ſanandos, etiam ad amicitiam conciliandam. 2. Cabaliſtica ſomnia *vom Baume des Lebens.* 3. *Von ſympathetiſchen Curen*, quæ per ſtercus humanum aliiſve modis peraguntur. 4. Magia amoris & odii excitandi.

Ej. *chymiſche ſpagiriſche Arzneykunſt ſ.* PHÆDRONIS *chymiſche Arcana &* SCHEUNEMANNI *ſpagiriſche Geheimniſſe* Fr. Leipz. 1736. 8. TR.

DURET *avis ſur la maladie (de la peſte)* Paris 1619. 8. FALC.

HIERON. DAGRONETTI *chymiatri raccolta di varii ſecreti* Meſſan. 1618. 12.

J. FRANCKEN *ſignatur, Beſchreibung der Gewächſe &c.* Roſtoch 1618. 4. * ob ſignaturam, ut ex facie plantæ externa divines vim medicatam.

CHRI-

CHRISTOPHORI GRARANO *tr. de la phlebotomia* Sevilla 1618. 8. C. de V.

FRANCESCO ARCADIO *parafraſi ſopra la medicina Sanctoriana, nella quale ſi dichiara l'arte ſuddetta in aphoriſmi redotta* Parma 1618. 12. MAZUCCH.

§. CCCCXCIII. DISPUTATIONES.

TOBIÆ ZEUTSCHNER *de apoplexia* Baſil. 1618. 4. RIV.

J. ADOLPH BINGELSTEIN *de febre quartana* ib. 1618. 4. RIV.

J. GEO. GUSTEL *de hydrope* ib. 1618. 4. RIV.

J. PFANNER *de generali morborum curatione, & curationibus inſolitis prodigioſis ipſaque armaria inunctione* ib. 1618. tres diſp.

NIC. PHIL. SCHEID *de incubo* ib. 1618. 4. RIV.

CASO GRÆFER *de venæſectione ejuſdemque legitima adminiſtratione & uſu* ib. 1618. 4. TR.

MART. HESS *de appetentia canina* ib. 1618. 4. RIV.

J. JUNCKER, medicus Schleuſingenſis, *de phrenitide* ib. 1618. 4. RIV.

Ej., certe ejusdem nominis viri, *compendioſa methodus therapeutica, qua morborum fere incurabilium curationes docentur, per ſolam diætam & ligni guaiaci præparati adminiſtrationem* Erford. 1624. 4. ASTR. Ad curandam luem lignum Guaiacum præfert omnibus aliis auxiliis, et hydrargyrum ſubſtitui poſſe.

Ej. *euporiſta medicinalia ſimplicia adverſus peſtem* Schleuſing. 1625. 4. TR.

J. JUSTUS *de indicatione iter agentium* Baſil. 1618.

S. MECKOWSKY *de ephialte* ib. 1618. 4.

SEBAST. HAINLIN *pugillus controverſiarum philoſophico-medicarum* ib. 1618.

ANDREAS CORVINUS *de adfectibus in genere* Lipſ. 1618. 4.

JAC. MULLER *de artis medicæ conſtitutione* Gieſſ. 1618. 4. HE.

Ej. *de arthritide* Marpurg. 1638. 4. HE.

PAUL CROKER *de arthritide* Baſil. 1618. 4. RIV.

J. STOLTE *de elephantiaſi Græcorum* ib. 1618. 4. RIV.

J. WESTENBERG *de melancholia* ib. 1618. 4. .

J. KLOPFINGER *de colica paſſione ejuſque ſymptomate illuſtriori pareſi* ib. 1618. 4. RIV.

JUSTUS JUNG *de colica* ib. 1618. 4. RIV.

ULRICH

Ulrich Varenbuler *de peſte* ib. 1618. 4. Riv.

Hoc anno bibliopola Genath cepit *diſputationum* (Baſileenſium) *collectarum* decades edere; ſecuta eſt ſecunda a. 1619, tertia a. 1620, quarta a. 1621, ſeptima a. 1631. Baſil. 4.

In hac collectione præter eas quas recenſui continentur.

Decad. I. Christophorus Artemius *de graviſſimo renum adfectu calculi* 1618.

Melchior Syssenbach *de arthritide.*

Decad. II. Pauli Munzer *quadraginta contradictiones quibus ratio & curatio morborum occultorum delineatur.*

Paulus Virdung diſp. *de ventis in microcoſmo, ſ. flatulentiæ & effectuum* διαγνωσει *& therapia.* Titulus imperfectus.

Lucas Beyler *de ictero flavo.*

Dec. III. Mich. Gehler *de plica.*

Wolfgang Fadlo *de jure & privilegiis medicorum.*

Joh. Ebenus *de hydrope.*

J. Henr. Ryhiner *de arthritide.*

Barthol. Fritsch *de morbis . . . . proprie ſic dictis in genere* 1620. 4.

Dec. IV. Stephan Steffanius *de calce.*

Victor Manggus *de lue venerea.*

Paul Wagner *de hæmorrhoidibus.*

Zachar. Rosenbach *de indicationibus.*

J. Henr. Frölich *de convulſionum cognitione & propulſione.*

Jacobus Albinus *de ſcorbuto.*

Matthæus Reuss *de rebus ſalubribus inſalubribus & membris.*

In Dec. VI. Justus Craft *de cardialgia.*

In VII. decade Mulder *de hypercatharſi.*

Valentin Hartung *de ſimplicium medicamentorum purgantium facultatibus* Leipz. 1618. 4. *.

Ej. *de pleuritide* ib. 1618. 4. Pl.

Ej. *enarratio plantarum & animalium, quorum in medicina uſus eſt* Lipſ. 4. Riv.

Ej. *de arthritide* ib. 1619. 4. He.

Ej. *de febre in genere* ib. 1619. 4. He.

Ej.

Ej. *de ſignorum veſtigio & indagine* Lipſ. 1622. 4. *.

Ej. *de ictero flavo* ib. 1622. 4. He.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1623. 4. Pl.

Ej. *de morbis eorumque differentiis* ib. 1623. 4. He.

Ej. *de ſimplici trino, ut alimento medicamentoſo, lacte, melle, vino* ib. 1625. 4. He.

Wolfgang Schaller *de ſyncope* Witteberg 1618. 4. *.

Ej. *de cholera* ib. 1624. 4. Riv.

Ej. *de paſſione colica* 1622. 4.

Ej. *de ſyncope* 1622. 4. Riv.

Ej. *hypotypoſis univerſæ methodi medendi* ib. 1625. 8.

Christ. Rohrborn *de vita & morte* Lipſ. 1618. 4.

Prisc. Marquart Slegel Prof. Jen. Hamburgi mortui, *de quartana ſ. febr intermittente* Helmſtatt. 1618. 4. Pl.

Ej. *de hydrope* ib. 1628. 4. præſide Rolfinkio.

Ej. *de ſuffocatione uterina* Jen. 1638. 4. *.

Ej. *de empyemate* Jen. 1639. 4. *.

Ej. *de palpitatione cordis* ib. 1639. 4. *.

Ej. *de hydrophobia, ſ. rabie contagioſa* ib. 1639. 4. He.

Ej. *de aſcite* ib. 1640. 4. *.

Ej. *de hæmorrhagia in genere* ib. 1640. 4. *.

Ej. *de eryſipelate, vulgo roſa* ib. 1640. 4. Moell.

Ej. *de adfectione hypochondriaca* ib. 1641. 4. *.

Ej. *de ſalutarium venarum in corpore humano ſecandarum delectu* ib. 1641. 4. *.

Ej. *de quartana intermittente* ib. 1642. 4. *.

Ej. *de ileo* ib. 1642. 4. *.

Ej. *de epilepſia* ib. 1642. 4. *.

Ej. *de lue venerea* ib. 1642. 4. Moll.

Ej.

In *curationibus*, quarum centurias IV. G. Hieronymus Welsch dedit, Ulm 1676. 4.*. conſilia ſunt aliqua Slegelii. In epidemica lue ſanguineum ſudorem vidit.

Eusebii Schenk Prop. Jen. *de purgandi occaſione* Jen. 1618. 4. Hr.

Ej. *de dyſenteria* Jen. 1619. 4. Riv.

Ej. *de veteri medicina* ib. 1619. 4. Haen.

Ej. *de ſanguinis miſſione per venam ſectam* ib. 1620. 4. Riv.

Ej. *problematum medicorum decas* ib. 1621. 4. Riv.

Ej. *de apoplexia* ib. 1626 4. Haen.

Ej. *problematum medicorum decas* ib. 1625. Haen.

Ej. *problematum medicorum decas* III. —— ib. 1625. 4. Haen.

Adrian Langlois *quæſtiones medicæ pro duabus profeſſionibus vacantibus* Monſpel. 1618. 4. *. Verminoſis amara potius quam dulcia. Strumas ſanandi facultas regibus Galliæ conceſſa eſt divinitus. Soporoſis affectibus venæ ſectio. Nullum datur medicamentum αἱμαγωγον. Elephantiaſis non naſcitur ex coitu cum menſtruata. In pleuritide & peripneumonia vinum non debet concedi, etiamſi ejus adeſt appetitus.

Bernardini Pererii *quæſtiones med.* XII. eadem occaſione. Delirium cum gaudio ſecuritatem, cum fletu & timore perniciem præſagit. Pilulæ ex aloe & rheo in hemicrania jejunio præferendæ. Datur in medicamentis ſympathia & antipathia inter partes & humores. Globulus ex hydrargyro in ileo utilis. Non oportet pharmaco incraſſare prius, quam tenuia educantur. Pica appetiti cibi abſurdi non concedendi. In vertigine arteriotome, in plica alexipharmaca. Signa ſalutis & mortis in chronicis non certiora quam in acutis. Evacuatio ſymptomatica non adjuvanda. Morbi degeneres congeneribus periculoſiores.

J. Chanchuis eadem occaſione. Philtris amorem poſſe conciliari. Ophthalmiam contagium habere. Catarrho nicotiana. Chorea poſt epulas ſalubris. In lycanthropia vera fit metamorphoſis. Priapiſmo caphura & balneum frigidum. Non poteſt dari venenum certo tempore interimens. Non eadem ſcorbuto, quæ ictero remedia. In empyemate latus aperiendum. Somnus deterior in principio, quam in reliquis temporibus paroxyſmi. Criſis naturæ ſecurior.

Gabrielis Bruni *quæſtiones quatuor cardinales* Monſpel. 1618. 4. *. Syncopæ confectio de hyacintho. Pleuritides in regionibus frigidis frequentiores. Ex aquæ nivatæ uſu bronchocele.

And. *du* Chemin & Sim. *le* Letier *E. uſtio arthritidi.*

Georg Herbault & Martin Robichon *E. tuſſis parotidi & e contra bonum* Pariſ. 1618.

Car.

Car. Bouvard. & Claud. Lienand *Non E. febribus malignis ſpecifica* ib. 1618.

Ant. *le* Rat. & J. J. Dossier *Non E. hepatitidi catharſis* ib. 1618.

Nic. Bommer & Renat Moreau *E. peſti remedia* αδιοριςα ib. 1618.

Quir. *le* Vignon & Fr. Quiqueboeuf *E. phthiſis* ανιατος ib. 1618.

Rob. Tulloue & Gasp. Brayer *E. apoplexiæ febris hæmorrhoides* ib. 1618.

Rob. *le* Secq & J. Bevault *E. crudum in pulmone tuberculum lethale* Pariſ. 1618.

Sim. *le* Tellier & Fr. Boutonnier *Non E. colico dolori nova colica catharticis miſcenda* ib. 1618.

Rich. Marces & Sim. *le* Letier *E. hyſtericæ convulſio* ευχερης ib. 1618.

Sim. Bazin & Ren. Moreau *E.* ςεροφοις *refrigeratio* ib. 1618.

Lazar. Pena & Petr. Girardet *E. ſanguis putrens in alios degenerat humores* Pariſ. 1618.

§. CCCCXCIV.

Petrus Castellus.

Romanus, per multos annos profeſſor Meſſanenſis, in materia medica potiſſimum vires exercuit, neque chemiam intactam reliquit.

Ej. *chalcanthinum dodecaporion ſ. duodecim dubitationes in uſu olei vitrioli cum defenſione veterum in arſenici atque ſandarachæ potu* Rom. 1619. 4. L. Citat alio titulo Castellus ipſe in *antidotario*, duos libellos, *defenſionem antiquorum utentium arſenico & ſandaracha* Rom. 1619. *tum ricordo & diſſ. di vitriuolo* Rom. 1621. 4.

Ej. *diſcurſo della duratione de medicamenti ſimplici e compoſiti* cum *notis in antidotarium Romanum* ib. 1621. 4.

Ej. *epiſtola ad* J. Manelphum & Aetium Cletum *in qua agitur de nomine hellebori ſimpliciter dicti, intelligendum album, ab hoc purgatas Proeti filias & ſanatum Herculem* Rom. 1622. 4. L. 1628. 4. Id. ib.

Ej. *epiſtola ſecunda de helleboro, in qua confirmantur, quæ in priori adlata fuerant* ib. 1622. 4. *. 1625. 4. *. Duos Melampos vellet diſtinguere, vatem a paſtore. Album helleborum ad maniam valere. Solis veterum locis nititur.

Ej. *epiſtolæ medicinales* ib. 1626. 4. *. De ſolo fere vitrioli oleo agit, quod magnas vires poſſideat, ad ſanguinis ſputum, ad febres: tutum vero eſſe auxilium

um

um neque venenatum defendit: ciborum etiam coctionem juvare, quæ ab acido pendeat.

Ej. *de abuſu phlebotomiæ* ib. 1626. 8. Falc.

Ej. *diſcorſo della differenza tra li ſimplici freschi e li ſecchi con il modo di ſervarli* Meſſan. 1629. 4. Heister.

Ej. *de viſitatione ægrotantium pro ſuis auditoribus & diſcipulis ad praxin inſtituendis* Rom. 1630. 12.

Ej. *diſcorſo dell elettario roſato di Meſue, nel quale ſi raggiona della roſa e dello ſcammoneo* ib. 1633. 4. Falc.

Ej. *annotazioni ſopra l'Antidotario Romano* ib. 1629. 4. B. Thom.

Ej. *Emetica, in qua agitur de vomitu & vomitoriis* Rom. 1634. fol. *. Etſi fuſius opus & nimis occupatum in repetendis atque librandis veterum opinionibus, minime tamen inane eſt. Poſt phyſiologica: omnes humores per vomitum vacuantur. Cruda ea via expelli debere, non cocta. Aſtronomica anni ejuſque ætatum conſideratio. In principio acutorum morborum ciendus vomitus, matura per alvum ducenda. Scopi cur vomitus cieatur: & indicationes quæ eum poſcant; quæ viciſſim impediant. L. II. fuſius de vomitoriorum uſu & doſi. Innumeræ hic plantæ recenſentur, quarum plurimas non ſuſpiceris ad vomitoriorum claſſem pertinere. Calidam admittas & tepidam, ſed acetum quis hic exſpectet, aut anethum, aquam naphæ, aquam vitæ, braſſicam, hyſſopum. Succedunt lubricantia, pſyllium, lac. Nollem hic legi furfur de pane, quem nutrix edebat, cum filii fæcibus alvinis prodiiſſe. Veterum ex ære varia emetica. Cnici ſemen non quidem recens, ſed rancidum, poſſe vomitum ciere. Multa exempla curati a ſe & a Johanne Colle hydropis & quartanæ febris gummi guttæ ſumto, nulla cum ventriculi moleſtia. Chemica vomitoria, ex hydrargyro, ex antimonio, Bovii Hercules, Fioravanti lapis philoſophorum. Iride ſe uſum, non bono effectu. Lapidem lazuli cuti impoſitum eam non irritaſſe. In melancholicis, in ſcabie loto & non loto hoc lapide uſus Castellus, tuto & abſque moleſtia purgaſſe vidit. De lathyride, & pater & ipſe Castellus decies ea uſus, in familia, & in aliis, vomitum vidit movere, etiam in femina gravida, abſque malo effectu; doſi ad uſque triginta grana aucta, ex ovi vitello. Mandragora; ea occaſione & alias, Hippocratis lectionem commendat. Nardum Celticam quis hic exſpectet? Nicotianæ ſucco confricto capite ulceroſo motus vomitus. Duæ ſorores ovis barbi piſcis comeſtis graviter per decem dies purgatæ ſunt, & ægre convaluerunt. Antimonii vitro non feliciter varii uſi ſunt, vehementer operatur & vomitu moto & multis ſedibus. De helleboro albo & nigro integer liber, ſed fere ex veteribus. L. III. de agendis ante vomitum, in vomitu, poſt vomitum, etiam lorum vomitorium. Symptomatibus ut proſpiciendum, & hypercatharſi. Pro ſanguinis circulo. Pro narcoticis contra Galenum

Lenum; opium non frigidum eſſe, non debere purgantibus miſceri: corrigi frigidis, morbos ipſos non ſola curare ſymptomata.

Ej. *tripus delphicus* Neapoli 1635. 4. L. Vide Seb. Bua. ad eum annum.

Ej. *antidotario Romano commentato* Meſſan. 1637. fol, *. Ex melioribus operibus auctoris. Scriptiones medicamentorum compoſitorum percurrit, comparat, judicium ſuum interponit. Narcotica non frigore agere, ſed ſtupefaciente vi, quæ motum humorum inhibeat, omnino ut torpedo. Theriacam, qua utaris, debere fermentationem ſuperaviſſe. De lacte, de ejus ſero & aqua contra P. Servium. Serum ipſum a medico debere præſcribi, non aquam, quæ merum ſit elementum. Angeli Colii chemici, de quo aliqua Nicius habet, in eundem ſenſum epiſtola inſignis. Aquam fontanam pluviatili ſemper vitioſa longe præſtare. Tiberinam non putreſcere. Ponderibus appenſis ſibi conſtitiſſe, aquam Orvietanam deſtillata non graviorem eſſe.

Ej. *optimus medicus* Meſſan. 1637. 4. *. Male contemni botanicam: Chemiam ad ſtudia optimi medici addi debere. Paſſim aliqua ad artis hiſtoriam.

Ej. *relatio de qualitatibus frumenti Meſſanenſis* Meſſan. 1637. 4. *. Utcunque ob annonam huc pertinet Conf. B. Bot. I. p. 428. fætidum erat frumentum odore acido, cum in nave concaluiſſet.

Ej. *Chryſopus — cujus nomen, eſſentia, uſus traduntur* ib. 1638. 4. *. De gummi guttæ hydropis remedio. Lac virgineum dari poſſe, neque graviditatis eſſe indicium.

Ej. *de abuſu circa dierum criticorum enumerationem* ib. 1642. 8. *. Diem quemque debere numerari ab ortu ſolis ad ſolis iterum ortum: & pro ſingulo die 24 omnino horas numerari. Hæc ex Hippocratis morborum hiſtoriis demonſtrat. Deinde P. Martianum a Santorello, ut puto, ob vim & dignitatem dierum criticorum impugatum defendit. Contra Galenicum menſem fuſe pugnat, qui 26 dierum ſit, dies 23. h. Recentiorum nullam in adnotandis criticis diebus curam eſſe queritur.

Ej. *Evangelia in qua lectiones —— ſuper* L. I. *aphoriſmorum enumerantur* Mantuæ 1646. 12. L.

Ej. *in* Hippocratis *aphoriſmos primi libri critica doctrina per puncta & quæſtiones* Mantuæ 1638. 4.

Ej. *memoriale per li ſpeziali Romani, nel quale ſi pone il tempo in Roma conſueto di racogliere e ſiccare le radici, herbe, fiori, neceſſari* Meſſan. 1638. fol. *. Lunæ multa tribuit, etiam horæ qua planta colligitur. Radices per hiemem effodiendæ. Singulorum menſium in præparandis plantis labores.

Ej. *præſervatio corporis ab imminente lue* Meſſan. 1648. 4. *. Febris erat tertiana putrida, & lumbrici ſuberant cum cruſta pituitoſa ſyſtemati primarum

viarum obducta. Non eſſe malignam, aut peſtilentem febrem: recte jubet, eo potiſſimum ævo, diligenter cadavera ægrotorum incidi; id cum factum non ſit, non vult ullam curationem proponere, quamdiu mali cauſam ignoret. Carnibus jubet abſtinere.

Ej. *de febre tritæophya* Coſenza 1648. 12.

Cum M. AUR. SEVERINI *ſeilo phlebotomia* prodiit Hanau 1654. 4. *. Frf. 1668. 4. *. *epiſtola* P. CASTELLI *de eadem vena contra* SPIGELIUM. Partes corpori humani corde inferiores adfectas melius vena ſecta per inferiora evacuari, in lienis malis vero & ſupernæ venæ & infernæ ſectionem prodeſſe poſſe. Ex ratiociniis omnia.

Ej. *de efferveſcentia & mutatione colorum in mixtura liquorum chymicorum* Meſſan. 1654. 4. *. Phænomenon ipſum huc non facit, utique vero, quæ de propria vita ſuiſque in rem publicam meritis CASTELLUS refert. Peſtilentiæ tempore Liparam legatus adiit: in prælegendo etiam de anatome diligens fuit. Suo mille unciarum ſumtu hortum publicum inſtruxit. Pro cortice peruviano, quem putat eſſe *Ttzic Patli* FRANCISCI HERNANDEZ, corticem pariter ob vim febrifugam commendatum.

Plurimos codices MS. reliquit.

§. CCCCXCV. VARII.

FABRICIUS BARTOLETTI profeſſor Bononienſis, inde Mantuanus.

Ej. *encyclopædia hermetico dogmatica ſ. orbis doctrinarum medicarum hygieines, pathologiæ, ſemeioticæ, therapeuticæ* Bonon. 1619. 4. *. Et theoriam GALENICAM cum ſaniorum hermeticorum doctrina conciliare ſatagit, & medicamenta chemica paſſim adoptat. Multæ compoſitiones earumque ſcriptiones ſecundum formas, ut aquæ, pilulæ. In ſignis & præſagiis cum Græcis manet, ut tamen ad urinam Paracelſica admiſceat.

Ej. *methodus in dyſpnœam, ſ. de reſpirationibus* L. IV. *cum ſynopſibus. Acc. l. quintus de curationibus* Bonon. 1633. 4. *. 1632. 4. MAZUCCH. Poſthumum opus incomte editum. In quarta parte operis pluſcula utilia habet, ex inciſis cadaveribus ſumta, quæ magno numero ſecuit. Anevryſma in ſummo dorſo ad primos ramos dorſalium nervorum ſæpe rumpitur, morſque ſubita poſt palpitationes ſupervenit. Dyſpnœa a tumore gulæ aſperam arteriam comprimente & ab ejus arteriæ ipſius tumore, elidente viam ſpiritalem. Reſpiratio difficilis a cordis polypo, ſæpe cum hydrope conjuncto. Vidit in magna vaſa carnem longis ramis productam. Tæniæ bona deſcriptio. Pulmo, etiam uterque, conſumtus. Oſtiorum cordis valvulæ omnes oſſeæ. In aſthmatico puero calculus in parte inferiore pulmonis. In quinta parte animam humanam magnis vaſis receptam, inque humorem coactam, pro cavendo malo laudat.

Ej.

Ej. *de hydrope pulmonis* Bonon. 1629. 4. MAZUCCH.

Ej. Vita in *opuſc. ſcientif. e filolog* T. XXVI.

In BRUSCHII *promachomachia* duo conſilia BARTHOLETI exſtant de ophthalmia, & de corneæ oculi tunicæ ulceribus.

J. PETRI SURDI *de alimentis tr.* Francof. 1619. f. TR.

PETRI *de* VEGA *pax fidiſſima & probatiſſima methodicorum, ſ. Galenicorum cum ſpagyricis de medicina pura inita. Acc gemmale de epilepſiæ, podagræ, hydropis & lepræ curatione* Lion. 1619. 8. 1620. 12.

GREGOR. NYMMAN prof. Wittebergenſis, *de apoplexia* Witteb. 1619. 4. RIV. & editio II. multo auctior Witteb. 1630. 4. *. Theoria mera. De morbo inter apoplexiam & epilepſiam medio, catalepſi adfini. Aſphyxia ſpuria a cerebri ſubſidentia orta, ſemper lethalis. In vulgari apoplexia torcular obſtrui ſ. ſinuum duræ matris conjunctionem, & ea ſede effuſum ſanguinem reperiri. Exempla reviviſcentium; non debere apoplecticos ante exactum triduum ſepeliri. Curatio vulgaris & formularum plena.

J. THUILII *Funus Hieronymi Fabricii ab* AQUAP. *oratione celebratum* Patav. 1619. 4. *.

DERMUTH *de* MEARA Ormonienſis, *pathologia hereditaria* Dublin 1619. 12. d'ETR. FALC. Lond. 1663. 8. L. Amſterd. 1666. 16. *. Contra FERNELIUM & LAURENTIUM. Chemicis principiis non male cum dogmaticis convenire. Salem morboſum cauſam eſſe morborum hereditariorum. Non incurabiles eſſe.

Enchiridion medicum Utrecht 1619. 4. WACH.

WOLFGANG WALDUNG *lagographia . . . quidve utilitatis in re medica ab iſto quadrupede capiatur: l. ſingularis* Amberg. 1619. 4.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1619. fol.

§. CCCCXCVI. ALII.

HORACE *de* FRANCINI *hippiatrique, ou tr. des cauſes des maladies du cheval tant internes qu'externes & le moyen de le guerir* Paris 1619. 4.

Traité de la peſte avec les remedes par le college des chirurgiens de Paris Paris 1619. 8 FALC.

JAQUES BOISSE *deſcription d'un medicament apellé polychreſte* London. 1619. FALC.

ANT. *de* AVERAULT *remede préſervatif contre la peſte* ib. 1619. 8. FAC.

RENE

Rene *de* Maon ſi recte ſcripſi, *practique des cavaliers* Lion 1619. 12. Paris 1651. 4.

S. Aulaire *fauconnerie* Paris 1619. 4.

Vincentii Schmuck *Leichenpredigt auf* Christoph Braun Leipz. 1619. 4. Trew.

§. CCCCXCVII. Disputationes.

J. Henrici Meibom celebris inde profeſſoris Helmſtadienſis, viri doctiſſimi, diſp. *de phthiſi* Baſil. 1619. 4.

Ej. *de medicina & medico in genere* præſide J. Wolf Helmſt. 1613. 4. Moell.

Ej. *de arthritide* Witteb. 1615. 4. Moell. quarum utraque forte præſidis opus fuerit.

Ej. *de phrenitide* Helmſt. 1621. 4. *.

Ej. *de ſyncope* ib. 1622. 4. *.

Ej. *de dolore capitis* ib. 1622. 4. *.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1623. 4. Moell.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1623. 4. *.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1623. 4. He.

Ej. *de venæ ſectione* ib. 1624. 4. *.

Ej. *de phthiſi* ib. 1624. 4. *.

Ej. *de theriaca & mithridatio* Oratio Lubec. 1652. He.

Ej. *commentarium in* Hippocratis *jusjurandum* Leid. 1643. 4. dictum eſt cum Hippocrate.

Ej. *de uſu flagrorum in re medica & venerea lib.* Leid. 1643. 4. L. & prius a. 1639. Anglice London. 1718. 8. Rediit cum ejuſdem argumenti Henrici filii & T. Bartholini libellis Hafniæ 1669. 16. *. Hiſtoriolæ ejus poteſtatis etiam a ſe ipſo adnotatæ.

Ej. Cassiodori *formula comitis archiatrorum commentario illuſtrata* Helmſt. 1668. 4. *. opuſculum poſthumum filius Henricus edidit. Formula, de qua ſermo eſt, privilegia comitis archiatorum continet, qualia eo ævo in aula Theodorici obtinebant. Honorata medicorum apud veteres conditio, tum apud nuperos. De archiatris, & quæ ejus tituli vera ſit ſignificatio: noſter eo inclinat, ut ſint proceres medici, cum etiam Æſculapius archiatrus dictus ſit. Deinde nuperi archiatri,

archiatri, præcipui nempe medici, qui conſenſerint in *collegium archiatorum*, quale & Romæ & in præcipuis imperii urbibus erat. Num medici J. Ctis cedere debeant loco. Eorum Præſes in aula qui comes. Leges, quibus medicus tenetur, ſi male curaverit. Contra uromantas.

Ej. *de cereviſiis potibuſque & inebriaminibus extra vinum aliis commentarius* Helmſtatt 1668. 4. *. Doctum libellum in botanicis diximus. Redit in theſauro Leid. 1701. fol.

In ejus funus progr. funebre Lubek 1625. 4. B. Bun.

In ejus funere programma Helmſt. 1625. 4. B. Bun.

Hieron. Vischer *de peripneumonia* ib. 1619. 4. *.

J. Hattenius *de pleuritide* ib. 1619. 4. Riv.

Matthias Harscher *de tremore* ib. 1619. 4. Riv.

Chr. Fink *de ſterilitate muliebri* ib. 1619. 4.

Anton Helwig *de cephalalgia* ib. 1619. 4. He.

Sigism. Evenius *de vita* Witteb. 1619. 8.

Gasp. Brayer & Nic. Regnier *E. a prænatura venere ſterilitas* Pariſ. 1619.

Ren. Moreau & Nic. Hieraulme *E. ex phyſiognomia corporis conſtitutio* ib. 1619.

Nic. Pietre & Nic. Belet *Non E. paralyſi ſudorifera* ib. 1619.

J. Cousinot & *de* Bourges *E. temeraria deſperatis curatio* ib. 1619.

Petr. Seguyn & Nic. Regnier *E. hæmoptoicis adſtringentia* ib. 1619.

Hon. Blacvod & Valentin Hieraulme *E. a ſanguine apoplexia* Pariſ. 1619.

Mich. Drouyn & J. *de* Bourges *E. anthraci peſtilenti phlebotomia* ib. 1619.

§. CCCCXCVIII.

Varii.

J. A. Stephanus Strobelberger Gratzenſis, medicus in thermis Carolinis, ex ſchola Monſpelienſi prodiit.

Ej. *tr. nov. in quo de cocco baphica & quæ inde paratur confectionis recto uſu diſquiritur* Jen. 1620. 4. *. Præter botanica agitur de viribus medicatis cocci, cardiaci medicamenti, quo ad cavendum abortum & in partu difficili collapſiſque viribus utuntur. Ex ſucco melius parari. Deinde adnotationes ad Catalani opuſ-

opuſculum. Nullas ſerici vires eſſe gratis adſerit, ut gratis vires cocci ſibi ſumſerat. A moſcho vires antidoti augeri, ut a ſacchari aucta doſi minuuntur.

Ej. *Galliæ politicæ medicæ deſcriptio* Jen. 1621. 12. *. Ad hiſtoriam naturalem Galliæ, ad ejus regni plantas, ad alia medicamenta naturalia. Vinorum ſelectus, ſcholæ celebriores, potiſſimum Monſpeliaca. Thermæ & medicati fontes.

Ej. *thermologia nova de thermarum cauſa in ſp. de* CAROLI V. *balneo in finibus Bohemiæ ſito* Ratisbon. 1623. 12. *. Præter ratiocinia alias citanda, habet etiam potiſſimum hiſtorias, neque paucas, curationum, quas variis in morbis mortales his thermis debuerunt; hydropis, mali hypochondriaci, febris, capitis, thoracis, abdominis adfectuum, conculcationis & ſugillationis abdominis maximæ, ut etiam veſica crepuerit. Germanice *Bericht vom Carlsbad u. wie daſſelbe zu gebrauchen* Nürnberg 1630. 4. 1642. 4. 1679. 8. TR. 1696. 8. TR.

Ej. *prælectionum Monſpelienſium brevis recapitulatio. Curſus nempe Prorrheticorum in* 1. *l.* GALENI *de affectorum locorum notitia, Monſpelii ſpeciminis loco ab auctore a.* 1614. *prælectus* Nürnberg. 1625. 12. *. Brevis, ut in generalibus ſubſiſtat.

Ej. *hiſtoria Monſpelienſis, in qua ejus urbis & ſcholæ brevis deſcriptio & vita illuſtrium profeſſorum, & accipiendæ Docturæ ritus ac privilegia recenſentur* Nürnb. 1625. 16. *. Scholam multis deſcribit, rituſque & examina ſatis utique ſevera. Deinde vitas nonnullorum doctorum Monſpelienſium ab ARNOLDO uſque *de* VILLANOVA, potiſſimum etiam G. RONDELETII.

Ej. *breviſſima manuductio de curandis puerilibus adfectibus* Nürnb. 1625. 8. TR. Lipſ. 1629. 8. *. ex ſeculi genio.

Ej. *de peſte ſuccinctæ diſputationes* Norib. 1625. 8. L.

Ej. *epiſtolaris diſſertatio ſuper variis quæſtionibus febrem malignam petechialem concernentibus agitatis inter* J. BURSER & J. S. STROBELBERGER Lipſ. 1626. 12.*. Noſter in BURSERI de ea febre diſputationem animadverſiones ediderat. Obeſos ab ea potiſſimum fuiſſe interemtos.

Cum BURSERUS reſpondiſſet, iterum reſpondit noſter, inania iterum & vaga.

Ej. *publica intimatio de ſuis tam propriis quam alienis novis cum* OBERNDORFIANIS & JANISCHIANIS *operibus edendis* Norib. 1626. 4. TR.

Ej. *remediorum ſingularium pro curandis febribus introductio cum deſpectu opprobrii medici de febre quartana per illuſtre exemplum* Norib. 1626. 8. *. Compilatio medicamentorum abſorbentium aliorumque quæ febribus opponit, ſedi etiam acris, fumariæ bulboſæ, aſari. Spiritum vitrioli ex FUGGERI theſibus recenſet. Confectionem alkermes in febre purpurata laudat. Maſſula artificialis, quæ carpo admota febrem quartanam depellat. Longa curatio viri nobilis.

Ej.

Ej. *ſyſtematica univerſæ medicinæ adumbratio pro ſtudioſorum adminiculo* Lipſ. 1627. 8. *. Breviſſimum artis compendium. De conſultatione aliqua.

Ej. *enucleationum medicarum apud exteros pronunciatarum adverſus obtrectatores medicinæ in honorem ſcholæ medicæ Monſpelienſis* Norib. 1628. 8. *. Monſpelii laudes, examina valde rigoroſa, doctorum virorum teſtimonia. Et in Germania indignos doctoris gradu ornari.

Ej. *maſtichologia ſ. de univerſa maſtichis natura diſp. medica* Lipſ. 1628. 8. *. Ex lentiſco deſumpta varia medicamenta, oleum, denique maſtix. Loci veterum declarati. Præparata ex maſtiche medicamina. Omnia fere purgantia a maſtiche corrigi. Utilitas maſtiches medica, alia.

Ej. *de dentium podagra, ſ. potius de odontalgia tract. abſolutiſſimus* Lipſ. 1630. *. 8. 1657. 8. Cat. Medicamentorum innumerabilium farrago & appendix collectanea.

§. CCCCXCIX. ALII.

J. ANDREÆ SGAMBATI *de peſtilenti faucium adfectu Neapoli ſæviente opuſculum* Neapoli 1620. 4. *. Medicus Neapolitanus, ingenio non caruit. Tempeſtatem ſicciſſimam accuſat & cometas. Caro faucium albeſcit, ea albedo in gangrænoſam naturam nigricantem tranſit, cum tumore externo: peribant reſpiratione nequidquam læſa. Pueris potiſſimum funeſta lues ingruit, tamen etiam nonnullis adultis. Fatetur ſe in principio malum pro abſceſſu habuiſſe, quia fauces albeſcebant. Qui eam ſedem faucium inciderint, eorum ægros ab angina fere interemtos fuiſſe. Non probat familiares occipitis inuſtiones, neque venæ ſectionem. In principio mali ipſi loco adfecto topica adſtringentia admovet, deinde oleum vitrioli ex ſucco allelujæ & plantaginis, vel roſarum infuſo. Neque adſtringens ex oleaſtri ſucco emplaſtrum probat.

THOMÆ CAMPANELLÆ Stylenſis ex ordine S. Dominici monachi, *medicinalium juxta propria principia* L. VII. Lion 1635. 4. *. Pathologia & alia theoretica, ut omni alio modo ſe res perinde habere poſſit: hic celebris eſt locus, quo febrem ait eſſe naturæ opus ſe vindicantis. Aliquot etiam ſuos morbos paſſim recenſet: & ex veteribus potiſſimum ſua colligit. Cæterum duo principia ſtatuebat calidum & frigidum, tum alia principia incorporea, quibus aliqua ſit forte in compoſitione rerum potentia, ut amor.

De ſenſu rerum & magia ſcripſerat Francof. 1620. 4. L. &c.

MICHAELIS ZANARDI ejuſdem ordinis, Brixienſis, *de univerſo mixto parvo homine* Colon. 1620. 4. *. Potiſſimum ad hygieinen ſ. ſanitatem conſervandam & rerum uſum non naturalium pertinet.

In l. *de univerſo elementari* una excuſo, facultates recenſentur medicamentorum ſimplicium cum eorum recto uſu.

 J. BATT.

J. Bapt. Carnevala Stylenſis, *de epidemico ſtrangulatorio adfectu* Neapoli 1620. 4. Topp.

Franc. Nola *de epidemico phlegmone anginoſo graſſante Neapoli* Venet. 1620. 4. Falc. Tr.

Gabrielis Ildefonsi *de viri & feminæ comparanda fecunditate.* Villa Braniana 1620. 4. L.

Michael Hieronymus Roma Valentinus profeſſor, *apologia, qua probat ſquamam ſecuriſſimum eſſe medicamentum & in officinis pro facili uſu conſervandum* Valent. 1620. 4. C. de V.

Melchior Villena, pariter profeſſor Valentinus, *apologetici operis* M. Hieronymi Roma *circa uſum ſquamæ æris antapologia* Valent 1620. 4 C. de V.

Reſpondet Roma in l. cui tit. *Antiapologeticis nuper emiſſis voculis ſatisfactoria reclamatio in qua de metallicis medicamentis quæ in purganda cacochymia feroſa conveniunt diſputatur* Barcelon. 1620. 4. C. de V.

Iterum oppoſuit Villena *caſtigatorem reclamationis in qua de metallicis medicamentis diſputavit* M. H. Roma 1622. 4.

Ej. *conſtitution del eollegio de los S. Reges Magos* 1639. fol, ſi huc facit MS.

Fabr. Bonnet *arte para enſennar a hablar a los mudos* Madrid. 1620. 4. C. de V.

J. Franc. Saldi *de natura aquæ vitæ* L. II. Genua 1620. 4. Seg.

J. *de* Castro *hiſtoria de las virdudes y propriedades del tabaco* Corduba 1620. 8. N. Ant. cum uſu externo & interno tabaci.

Almericus Blondel *de venæ ſectione adverſus Botalliſtas* Pariſ. 1620. 8. Cinell.

Guilielmi Ader Medici (ex pago *Lombieres*) *enarrationes de ægrotis & morbis in evangelio* Toloſ. 1620. 8. *. Rast. Quatuor ſunt operis partes. In I. ægroti dicuntur, quos Christus ſanaverit, brevis & fere inutilis enarratio. Galilæos ſe fructibus horæis ingurgitaſſe, morbis ita ex cerebro fluentibus ſe reddidiſſe obnoxios, iracundos etiam fuiſſe & exuſtos. Lycanthropiam Gereſenorum fuiſſe maniam hypochondriacam, ex regionis ratione his malis obnoxiæ. In ſeptentrione oculorum morbos raros eſſe; frequentes in Italia, Syria. Filium reguli forte varioloſa febre laboraſſe. P. II. eſt phyſiologica & anatomica, ut in vulgaribus ſe contineat. Inde aliqua de rebus non naturalibus. Aliqua de terræ ſanctæ ſitu & conditione. Toloſæ partem alteram urbis ob frigus catarrhis & febribus putridis obnoxiam eſſe. Magnam vim eſſe aeris & regionis, ut etiam maniam noſter curaverit, unice remiſſis in patriam ægrotis. Aliqua de pathologicis & therapeuticis. In P. III. ſinguli morbi, quos Christus ſanavit, fuſius pertractantur, loquelæ vitia potiſſimum, tum gibbus. Maniacos vult dici non dæmoniacos, qui tamen peregrinis linguis ſint locuti, quas nunquam didicerant. Ut juvenes ſe mutos eſſe ſimulantes ipſe loqui coegerit, dolore excitato. IV. oratio quam a. 1617. Toloſæ habuerat, antequam *enarrationes* publice ediderat.

Ej. *de peſtis cognitione, prævifione & remediis prælectiones ad Senatum Toloſanum* Toloſ. 1628. 8. *. Rast. Parvi momenti libellus. Morbum Montalbanenſem tamen ad mitiores epidemias pertinere, cum nec bubones, nec carbones comites habuerit. Aeris tamen ad morbos peſtilentes vis eſt, & influxus maligni planetarum. Ex intemperantia militari febrem peſtilentem cum dyſenteria a. 1591. Narbone ortam; ejuſmodi epidemias abſque ullas cæli labe graſſatas eſſe. Aeris emendatio & præſervatio: nihil hic firmi. Diabolica medicamenta eſſe, quæ antimonialia, & mercurialia, ea indignabundus rejicit. In curatione laudat aromata, tum theriacalia, neque amuleta reprobat. Rocchum invocare juvat. Perdicum & turturum carnes indulget: in plethora venam ſecat, tum in peſte alvum ducit, & reliqua ex genio ſeculi.

J. Theod. Schönlin *de melancholia & catarrho* Aug. Vind. 1620. 12. Tr.

Hermanni Corbei *gynæciorum, ſ. de cognoſcendis, præcavendis curandiſque præcipuis mulierum adfectionibus*, L. II. Francof. 1620. 8. Gunz.

Edidit etiam Theodori Corbeii *enumerationem morborum* Jen. 1616. 8.

Melchior Goldast celebris monumentorum hiſtoricorum collector. Ej. *paradoxon de honore medicorum ad* H. Conring *in quo præceptum* Jesu F. Sirach *explicatur* &c. Francof. an Mœn. 1620. 4. *. Medicum nempe debere honorari. De ſalariis medicorum. In reformatione Sigismundi Imp. ſtatui, ut in quaque civitate imperiali collegium ſit medicorum, quorum annona centum florenorum ſit (non modicæ pecuniæ). Medicum non debere mercedem paciſci, honorarium acceptare poſſe.

Melchioris Adami *vitæ Germanorum medicorum, qui ſuperiori ſeculo claruerunt* Heidelberg 1620. 8. & cum reliquis doctorum virorum elogiis Francof. 1705. fol. B. B. Ex panegyricis & funebribus programmatibus aliiſque tutis & coævis fontibus vitas doctorum virorum, genus & civiles vitæ viciſſitudines moreſque deſcribit, academias quas adierunt ſtudiorum cauſa, aliaſque in quibus docuerunt ipſi. In ſcriptis brevior eſt, ut fere intra titulos ſubſiſtat, editionibus omiſſis. Vitæ ſunt 128.

J. Georgii Gross *compendium medicinæ ex S. S. ſumtum* Baſil. 1620. 8.

§. D. Varii.

Charles Guillemeau chirurgi, Jacobi fil, *tr. des abus qui ſe commettent dans les procedures de l'impuiſſance des hommes & des femmes* Paris 1620. 8. * cum patris

patris *tr. des accouchemens.* Contra congreſſum; rem turpiſſimam & inutilem eſſe cum in femina exoſa nemo vir ſit: ad paternum etiam librum morbos aliquos adjecit.

JEAN *de* LAMPRIERE *traité de la peſte, de ſes cauſes & de ſa cure* Rouen 1620 8. B. B. Contra hunc l. ſcriptum eſt DAVID JOUISSE *examen du l. de* LAMPRIERE *ſur la peſte* Rouen 1622. 8. FALC.

Reſpondit noſter *l'ombre de necrophore au* S. JOUYSSE *ſur la ſageſſe de ſa cabale & autres gripes de ſon examen* Rouen 1622. 8. BUR.

EMANUEL LABADIE chirurgus, Toloſæ ad peſtilentiæ curam conductus Ej. *traité de la peſte, remedes, obſervations notables* Toloſa 1620. 12.*. Multis locis a. 1597. & 1607. 1608. ſe in peſtilentia ſuum præbuiſſe miniſterium. De Noſodochii optima conſtructione & varia cura prophylactica, ex ſeculi genio. In curatione ſolarum virium debere rationem haberi, neque eſſe malum humorale, neque phlebotomiam admittere. Qui coram perierit, dum pertinax chirurgus venam aperiebat. Ipſe peſtem cum duobus bubonibus paſſus abſque venæ ſectione & purgatione intra octavum diem convaluit. Poſſe fieri, ut alvum ducere neceſſe ſit, id ut fiat primo die theriaca uſus eſt. Curatio anthracis & morbillorum (petechiarum). Morborum eventus. Periiſſe fere quibus ſanguis ſputo deceſſerit: ſanguinem etiam per oculos, ſudorem, hæmorrhoides, dyſenteriam, veſicam, nares, hæmoptoen exiviſſe. Mortium ſubitanearum exempla, cum nullum mali indicium eſſet, & æger forum adiret. Alia ſymptomata: Syncope pene perpetua, phrenitis, cephalea, artuum gangræna, etiam labrorum, gulæ, pilorum defluxus. Cum bubonem aperiret, ſanguis plurimus effluxit, felici eventu, cum alii homines omnes perierint, quibus ſanguis manaverat. Carbunculus ſub ungue cum ſphacelo & carie. Manus ſiccata, ut veſicæ aridæ ſimilis eſſet. Caries malæ, quæ per odorem ſuum in adſtantibus carbunculos excitavit. In femina a peſte exſtincta uterus niger; ſic in femina gravida, cum fetu non corrupto. Abſque febre qui a peſte ſint exſtincti. Hactenus ob inciſa ſatis frequenter cadavera pleriſque coævis utilior ſcriptor.

PIERRE HAMONT *dit* MERCURE *miroir de fauconnerie ou inſtruction pour nourrir, dreſſer toute ſorte d'oiſeaux, connoître les maladies & remedes pour les guérir* Paris 1620. 8. 1625. 8. 1641. 8. AMOREUX.

JEAN AUBRY chirurgi, quem a JOHANNE AUBERY p. 401. diverſum puto; *abrégé où l'on voit que les goutes ſont maladies curables* ib. 1620. 8.

EJ. *abrégé touchant la guériſon de la goute & de la gravelle* Paris 1621. 4. CARR.

Neſcio vero an ſit idem HELMONTIANUS, cujus eſt *le triomphe de l'archée & la merveille du monde ou la médecine univerſelle véritable pour toutes ſortes de maladies deſeſperées* Paris 1660. 4. CARR.

Et EJ. *la merveille du monde ou la médecine univerſelle reſuſcitée* ib. 1655. 4. B. BAR.

B. BARRALIS *paradoxes de la peſte* ib. 1620. 12. RAST. 1624. 8. d'ETR. Verſio libelli Italici SYLVESTRIS FACIO. Vide p. 259.

ADRIEN HELVETIUS GONNIN *diſſert. de la peſte* Angers 1620. 12. Ita RAST.

DAVID PLANISCAMPI *de la phlebotomie* Paris 1620. 12. RAST.

EJ. *petite chymie médicinale* ib. 1621. 4.

EJ. *la verole reconnue combattue & abattue* ib. 1623. Arſenico uſus eſt RAST.

EJ. *methode qu'il faut tenir en la conſulte des maladies* ib. 1644. 12. KONIG.

Et *Opera* ib. 1646. f. d'ETR.

HIER. GALLER, ut intelligo, *Conſilium u. Regim. wie ſich männiglich in peſtilenziſchen Laufen zu verhalten* Oppenheim 1620. 4. TR.

Codex MS. cum *ſecreto medico ad icterum & præparationibus chemicis* eſt in B. ASHMOLEANA n. 7699.

BARTHOLOMÆUS CLODIUS. EJ. *officina chymica conſilium u. regimen wie ſich männiglichen in peſtilenziſchen Laüften zu verhalten* Oppenheim 1620. 4. an Tag gegeben durch J. E. B. (BURGGRAV) & cum nomine BURGGRAVII Francf. 1633. 4. TR. Tum 1640. 4. HOT. recuſi ſunt ll. BURGGRAVI *von der ungariſchen Hauptſchwachheit*, PARACELSI *von der Peſt, und* CAPELLUTUS *de peſte.*

FELIX WURZ *practica der Wundarzney* Baſil. 1620. 8. habet admiſta medica.

§. DI. DISPUTATIONES.

JAC. GREG. QUECCIUS *de variolis & morbillis* Baſil. 1620. 4. RIV.

LUCAS MATISPERGER *de hæmorrhagia* Baſil. 1620 4. RIV.

J. GEORG FABRITIUS *de phrenitide* ib. 1620. 4. RIV.

J. MAIUS *de cachexia* ib. 1620. 4. RIV.

J. WOLFG. BEER *de febribus in genere* ib. 1620. 4. HE.

J. ASTORIUS *de epilepſia* ib. 1620. 4. RIV.

REGNER *ab* ELAMA *de podagra* ib. 1620. 4. RIV.

CHRISTIAN NEUENHAHN *de ſaporoſis adfectibus* ib. 1620. 4. HE.

CASP. CONRADI *de vertigine* ib. 1620. 4.

GEORG. MAGIRUS *de ſyncope* ib. 1620. 4. RIV.

EJ. *von der Peſt* Arnheim 1632. 8. cum alio titulo *Poſtjäger darinn allerley Mittel, Bewahrung und Cura der Peſtilenz angezeynet werden.* Dari privatam etiam peſtem quæ

quæ non ſit contagioſa. Alexipharmaca, ſudorem cientia laudat, & roborantia; nihil peculiare vel proprium habet.

J. DIETZ *de arthritide* Baſil. 1620 4. RIV. 1621. alii.

PETR. FUHRMAN *de morbo comitiali* Gieſſ. 1620. 4. *.

J. DOSSIER & PETR. GIRARDET *E. a lienis ſcirrho tabes* Pariſ. 1620. 4.

CLAUD. LIENARD & GUIL. BELET *E. venus nocet ſanguinis per os effuſioni* ib. 1620.

PH. HARDOUYN & ANT. ROBIN *E. φθίσει καταρρώδει cauterium* ib. 1620.

FRANC. du PORT & PETR. GIRARDET *E. leucophlegmatiæ diarrhœa* Pariſ. 1620.

J. BERAULT & THOM. GAMARE *E. præſtat gracilem eſſe, quam obeſum* ib. 1620.

FRANC. BOUTONNIER & JANI CÆCILIANI FREY *E. medico ὀνειρομαντία* ib. 1620.

DION. GUERIN & FRANC. PIJART *E. torpor ventriculi omnium confuſio* ib. 1620.

§. DII. STEPHANUS RODERICUS de CASTRO vel CASTRENSIS.

Luſitanus, Profeſſor Piſanus, polygraphus, cujus vero pauciſſima ſcripta mecum habeo.

Ej. *de meteoris microcoſmi ll.* IV. Venet. 1621. f. BUR. TR.

EJUS *de complexu morborum tr. editus* Florent. 1624. 8. LIND. Noriberg. 1646. 12.

Ej. *quæ ex quibus* l. IV. Florent. 1627. 12. L. Lion 1645. 12. Francof. 1646. 12. L. 1627. 12. L.

Ej. *aſitia tr.* Florent. 1630. 8. Taurin. 1647. 8. TR.

Ej. *de ſero lactis tr.* Florent. 1631. 8. L. 1632. 8. L. Noriberg. 1646. 12.

Ej. *commentarius in* HIPPOCRATIS *libellum de alimento ſectiones duæ priores* Florent. 1635. f. *. Pleraque phyſiologica & eriſtica in neſcio quam ſatyram repoſita: aliqua ad rem medicam faciunt, de mannæ qualitate purgante, de ordine ſumendorum ciborum, ſuffocatione uterina, dolore, ſomno, etiam critico. Hæc omnia equidem ex ſectione III.

Ej. *ſectio IV. modo in lucem edita* a J. FRANCISCO filio ib. 1639. f. TR.

Ej. *poſthuma varietas* edente FRANCISCO filio, *de ſpiritibus, de cauſa continente, de epilepſia* Florent. 1636. 4. 1640. 4. L.

Ej.

Ej. *caſtigationes exegeticæ, quibus variorum dogmatum veritas elucidatur* ib. 1640. f. L.

Ej. *de epilepſia poſthuma diſſ.* Florent. 1640. 8. L.

Ej. *de pleuritide diſceptatio* ib. 1641. 8. L. Grandines in univerſo pulmone vidit.

Ej. *de cauſa continente* (ſola) ib. 1641. 8. TR.

Ej. *diſceptationes medicæ* ib. 1642. 4. L.

Ej. *ratio conſultationis an poſt variolas purgatione corpus egeat* Francof. 1642. 4. LIND.

Ej. *medicæ conſultationes* Florent. 1644. 4. L.

Ej. *opuſcula duo. Variæ exercitationes medicæ & Expoſitio in aliquot ægrotos* HIPPOCRATIS Venet. 1656. 8. *. Exercitationes XXX de more ſeculi, de ſenſu vocum, quibus medici uſi ſunt. Veterum præſagia ſubinde reſtricta: refutationes aliorum medicorum, etiam GALENI, MONTANI; filium proprium in partu a funiculo pene ſuffocatum fuiſſe. Adjecta vita longævi auctoris. Expoſitiones in novem ægrotos epidemicorum, perinde plenæ refutationum ex GALENO ſumtarum. HIPPOCRATEM utique pulſus neglexiſſe, criſes noſtro ævo raras fieri. Symptomata cum theoria conciliata.

Ej. *ſyntaxis prædictionum medicarum: Acc. de potu refrigerante, de animalibus microcoſmi*, edita a FRANCISCO filio Lion 1661. 4. TR.

Ej. *tr. de natura muliebri* Hanau 1654. 4. *. Frf. 1669. 4. *. Colon. 1689. 4. WALH. Liber pene totus phyſiologicus. Aliqua de menſium defectu.

§. DIII. VARII ad A. 1621.

VALENTINUS JUNIOR Venetus, Ej. *obſervatio admiranda de ejectione membranarum ſanguinolentarum per ſeceſſum formam viperæ referentium* Venet. 1621. 8. *. Ejuſmodi ſerpentem nuper femina in agro Vaudenſi dicebatur in alvo circumferre. Poſt empyema huic noſtro membranæ ad decem palmos longæ deceſſerant, tabidus æger tamen convaluit. Sanguinem eſſe ex vena portarum effuſum ex conjectura docet.

PETRUS LAUREMBERG Roſtochienſis, GUILIELMI f., muſicus, artis pingendi, fingendarum imaginum cerearum, artis mnemonicæ peritus. Ej. *Laurus Delphica, ſ. conſilium, quo deſcribitur methodus perfacilis ad medicinam* Leid. 1621. 12. L. Witteberg. 1623. 12. * cum GUILIELMI libello *de calculo*. Breviſſime artis medicæ partes, & librorum cenſus, qui ad juniorem medicum informandum legi poſſunt.

Ej. *deliria chymica in officina filiæ temporis & magiſtræ ſtultorum* 1625. 8.

Ej. *porticus Æſculapii, ſ. generalis artis medicæ conſtitutio* Roſtoch 1630. 4. *.

Generalia

Generalia varia. Medicinam ſcientiam eſſe: ejus dignitas, neceſſitas. Ad eam, tamquam membra, chirurgiam pertinere & pharmaceuticen. Medicinæ partes &c.

Ej. *Paſicompſe nova, i. e. accurata deſcriptio pulchritudinis*, ſi huc facit Frf. 1632. 4. L. 1654. L.

Ad Angeli Salæ *ſynopſim aphoriſmorum chymiatricorum notas* dedit & *animadverſiones* Hamburg. 1624. 4. Tr.

Ej. *epiſtola de editione* Galeni, quam pariter ac C. Hofman a. 1620. moliebatur, in *Epiſtolis* D. Geor. Richter *ſelectioribus* reperitur Noriberg. 1662. 4. Moeller.

Ej. *diſp. inauguralis* egerat præſide J. Ahasvero Ampsing, *de morborum differentiis* Roſtoch 1607. 4.

Progr. in ejus funere reperitur in *memoriis oratorum* &c. Roſtoch. 1710. 8. Dec. II. B. Bun.

J. Manelphi *reſponſio brevis ad adnotationes* P. Martiani *in commentationem* Marsiglii Cagnati *ſuper aphoriſmo* concocta &c. L. I. Hippocratis Rom. 1621. 8. Tr. Cin.

Ej. *aphoriſmi* Hippocratis *cum notis* Rom. 1621. 16. Bur.

Ej. *prognoſtica de febribus in communi ad mentem* Hippocratis Rom. 1623. 16. Bur.

Ej. *de febribus* ib. 1625. 4. L.

Ej. *de parte affecta pleuritidis* Rom. 1642. 1642. 4. L.

Ej. *menſa Romana ſ. urbana victus ratio* ib. 1650. 4. Wassenaer.

Ej. *l. de helleboro* huc pertinet conf. B. Bot. I. p. 430.

Prothi Casulani Senenſis *de lingua, quæ maximum eſt morborum acutorum ſignum* Florent. 1621. 4. L. Colon. 1626. 8. *. Utin 1651. fol. L. A lingua tertium fontem ſignorum peti poſſe: Galenum & Hipp. coram oculis habet, & ad eorum fere placita ſe accommodat. Ut a ſana lingua morboſa devia ſit, in colore primum, & quid quiſque color portendat. Deinde & ſapore, aſperitate, levitate, loquela, deglutitione. Porro compoſitæ linguæ conditiones ex ſimplicibus, ſapor etiam, magnitudo. Non invenio, uſquam ſuum citaſſe experimentum.

Mich. Maier *civitas corporis humani a tyrannide arthritica vindicata* Francof. 1621. 8. Tr. Omitto multa Roſencreuziana & cabaliſtica ejuſdem auctoris.

Lælii Zaccagnini *quæſtionum medico legalium L. I.* Rom. 1621. 4. B. Bod.

Ej.

Ej. *notabilium medicinæ* L. II. Rom. 1644. B. Bod.

Georgius Martin Ej. *commentatiuncula in l. de chymicorum cum* Galenicis *conſenſu & diſſenſu* Francof. Viadr. 1621. 8. titulus imperfectus.

Cornelii Drebel Ej. duo tractatus: eorum ſecundus de *Quinta eſſentia ejus viribus uſu, & quomodo ex omnibus animalibus, mineralibus, vegetabilibus extrahenda* edidit Joach. Morsius, latine vertit Petrus Laurenberg Hamburg 1621. 8. Genev. 1628. 12. Francof. 1628. 8. L.

Marci Wolphardi *delineatio aliquot quæſtionum quæ hodierno die in medicorum ſcholis pro & contra diſputari ſolent* Tubing. 1621. 8.

Ej. *de inflatione utri & hydrope epiſtolæ inter* L. IV. *poſteriores* G. Horstii Ulm 1628. 4. *.

J. Giraudi *conſilium Apollinare* Aix 1621. 12. Tellier.

Enoch Hutzens *libellus de peſte ejuſque nomine, deſcriptione, cauſa, ſignis, cura, fuga, hiſtoria* Gedan. 1621. 4. P.

Michael Beyer *de podagra, gonagra & chiragra* Francof. 1621. 8. L.

Petri *van der* Hoeven *de ſympathia, ſ. affectu per conſenſum* Roterdam 1621. 8. L.

Phil. Scherb *Sylva medicamentorum compoſitorum quæ uſus quotidianus exigit* Lipſ. 1621. 8. L.

Thomæ *de* Aguiar *apologia pro conſilio medicinali in diminuta viſione ab eo præſcripto & denuo confirmato, adverſus duas epiſtolas* Ildefonsi Nunnez *cum cenſuris in eaſdem, & in l. de faucium ulceribus anginoſis vulgo* garotillo, *ab eodem editum* Murciæ 1621. 4. C. de V.

Hactenus huc fecerit Onuphrii Panvinii *de urbis Veronæ viris doctrina & bellica virtute illuſtribus opuſculum* Veron. 1621. 4. B. Bun.

Ej. *urbis Veronæ viri docti* Veron. 1626. 4.

§. DIV. Alii.

Andreæ Tamaio *de algebra* (ſic lego) *y garotillo* Madrid. 1621. 8. N. Ant.

Giovanni Rosaccio *il medico* L. II. Venet. 1621. 4. Tr. Hotton.

Ej. *fabrica univerſale dell uomo*, editio decima correcta ab auctore Venet. 1622. 8. Tr.

Matthias *de* Porras *breves adnotationes para beber frio con nieve* Lima 1621. 8. Ant.

 Gaspar

Gaspar Colombini *il bon panifacia* (ſic lego) *per ſani & ammalati* Padova 1621, 8. Falc.

Jean Dant *le chauve ou le mepris des cheveux* Paris 1621. 8. Falc. ſi huc facit.

Willis *on the plague* Lond. 1621. 8. niſi error in nomine ſubeſt.

Jac. Vogel *Schif u. Landapothek* Leipz. 1621. 8.

J. Henis *Bericht von der Peſtilenz aus dem lateiniſchen überſezt* Augſpurg 1621. 8. B. Thom.

Unterricht für den gemeinen Mann der Pfalz welchermaſſea er die anſteckende Hauptkrankheit zu vertreiben habe Amberg 1611. 4. B. Thom.

Pauli Manzer *von der giftigen Fiebern und der Peſt* Leipz. 1621. 8. Tr.

J. Faber *Unterricht wie ſich ein jeder bey jezt ſchwebenden giftigen peſtilenziſchen Fiebern oder Ungariſcher Krankheit verhalten ſolle* Ingolſtatt 1621. 8. Tr.

§. DV. Disputationes.

Henrici Artocophinini *analyſis phyſica & ſyntheſis phyſico chymico medica artificioſſima* Stettin 1621. 4. Riv.

J. Heintze *de epilepſia* Lipſ. 1621. 4. Pl.

Ej. *de catarrho* Witteb. 1626. 4. Pl.

Ej. *de ſyncope* Lipſ. 1628. 4. Pl.

Ej. *oratio de ſingularum profeſſionum medicarum in Acad. Lipſienſi initiis ac incrementis, ut & gemina decanorum enneade* Lipſ. 1631. 4.

Ej. *epiſtolæ* inter Hornungianas.

J. Khelle *de mictu cruento* Altorf. 1621. 4. Falc.

Andreæ Schilling *univerſæ medicinæ dogmaticæ σκιαγραφια* Argentorati 1621. 4. *.

Matthæus Clavius *de rebus ſalubribus, inſalubribus & neutris* Baſil. 1621. 8. Riv.

J. Christoph Ayrer *συζητησις medica de morbo Ungarico* Baſil. 1621. 4. *.

J. Brocking *de paſſione colica* ib. 1621. 4 Riv.

Jac. Frisius *de nephritide* ib. 1621.

J. Maius *de cachexia* ib. 1621. & in Genathi Dec. V. niſi in anno vitium eſt.

Theodorich Aeschengeder *de dyſenteria* ib. 1621. 4. Riv.

Joh.

Joh. Muller *de pleuritide* Baſil. 1621. 4. Riv.

J. Kiesling *de pleuritide* ib. 1621. 4. He.

Henrich Flacht *de chloroſi ſ. morbo virginum* diſp. ib. 1621. 4. in diſp. Genathi.

Ej. *de medendi methodo idiopathica & ſympathetica* ib. 1622. 4. & apud Genath.

Abr. Dreyer *de ſcorbuto* ib. 1621. 4. Riv.

Daniel Pelicanus *de fonticulis* ib. 1621. 4 & apud Genath.

Christoph Barthold Merclin *de lienteria* ib. 1621. 4. Riv.

J. Lucas Chmielecius *de angina* ib. 1621. 4. Riv.

J. *de* Bourges & Ant. Charpentier *E. a ſemine morbi hereditarii* Pariſ. 1621.

J. Letus & Nic. Lambert *E. peſtis a cælo* ib. 1621.

Guil. Belot & Cypr. Hybault *E. furor uterinus melancholicus adfectus* Pariſ. 1621.

Ant. Robin & El. Beda *E. lac nutricis a viri conſuetudine deterius* Pariſ. 1621.

J. Beauchesne & J. *du* Cledat *E. gravidis venæ ſectio & purgatio* ib. 1621.

Mich. *de la* Vigne & Fr. *des* François *E. arthritis vere gravior* Pariſ. 1621.

Jean Tournier & Nic. Roland *E. parcius evacuandum* ib. 1621.

Jean *le* Mercier & Elias Beda *E. in pleuritide præſentius a venæ ſectione quam a catharſi remedium* ib. 1621.

Lud. Robillard & Th. Gamard *E. vertigini arteriotomica.*

Nic. Toutain & Cypr. Hybault *E. in acutis pulſus ſerratus frequens phreniticus* ib. 1621.

Petr. Girardet & Nic. Roland *E. a vitioſis menſtruis ſterilitatis επικρασις* Pariſ. 1621.

Rob. *le* Seq. & Fr. *des* François *E. empyicorum ſiniſtrum latus urere vel ſecare ſecurius quam dextrum* Pariſ. 1621.

§. DVI. Paulus Zacchias.

Archiater pontificius. Ej. *quæſtiones medico legales, in quibus omnes materiæ medicæ, quæ ad legales facultates pertinere videntur, pertractantur & reſolvuntur* L. I. Rom. 1621. 4 Lind. L. II. ib. 1625. L. L. III. ib. 1628. L. IV. ib. 1628. Libri quatuor Lipſ. 1630. 8. B. Bern. L. V. Rom. 1630. 4. Trew.

Lib.

Lib. VI. Rom. 1634. 4. Trew. L. VII. Rom. 1635. L. VIII, IX Amſterd. 1650. fol. 1661. 8. Totum opus Lion 1654. f. 1661. fol. Francof. 1666. fol. 1688. fol. *. curante J. Daniel Horst, inde Georgio Franc & Henrico de Cocceii.; denique Noriberg 1726. fol. Pl. Lion 1726 fol. Martin.

In mea editione 1688. tres tomi diſtinguntur. Primus ad medicinam legalem pertinet. Practici aut pathologici potiſſimum ſcopi ſunt capita, de ætate, ſenectute, partu, ejus temporibus & abortu, ſignis partus, mola, morte in partu, ſimilitudine fetus & parentum.

L. II. de dementibus, mutis, ſurdis, lethargicis, apoplecticis, fulmine tactis, hydrophobis, dæmoniacis, de iis qui mortui adparent, de ſuffocatis in utero. Non immerito cæterum pro claſſico auctore noſter habetur, qui optimo, certe ſua potiſſimum ætate judicio, fere ubique uſus ſit, neque remiſſus, neque ſanguinis fundendi cupidus. Dæmoniacos ſatis ſentias ipſi auctori non placere, etſi non auſus eſt mentem integre aperire. Paſſim etiam ſuas utiles, quas vocat obſervationes, interſpergit. Porro de venenis copioſe. Ad edictum ædilitium varia. De morbis cutaneis, ſenſuum vitiis, convaleſcentibus, variis vitiis & morbis.

L. III. fuſe de impotentia, ſterilitate, eunuchis. Ab ambuſtione penis impotentia. De morbis ſimulatis. De peſte, morbis contagioſis, de præcautionibus adverſus peſtem.

L. IV. de miraculis, de exſtaſi, longo jejunio, miraculoſa infirmorum ſanatione, cadaveribus incorruptis. Inediæ longæ exempla, etiam propria.

L. V. peculiariter de jejunio ab eccleſia catholica imperato quadrageſimali, de cauſis diſpenſandi. De aere, aquis & locis, de ſalubritate, de cloacis, ſtabulis, & artibus immundis. In mea editione plurima ab alio auctore adjecta ſunt, & ea potiſſimum ex jure civili deſumta.

In T. II. L. VI. agit de erroribus medicorum eorumque punitione, de erroribus chirurgorum, pharmacopolarum, obſtetricum. De tormentis & poenis, & de excuſatione ab utriſque. De præcedentia medicum inter & juris peritum. Pro medicorum prærogativa rationes.

L. VII. aliqua de excuſatione a divinis officiis, aque conjugali debito.

L. VIII. de morbis, qui irregularitatem faciunt. Remedia & medici in ægrum auctoritas. Excuſatio a clauſtrali carcere.

L. IX. adjecta aliqua de peſte & contagio, immunda ſerici conficiendi arte, de nonnullis deliciis, tabaco, chocolata, aqua vitæ, de cauſis ſolvendi matrimonii.

Tom. III. *Conſiliorum & reſponſionum* LXXXV., inter eas Rotæ Romanæ de cauſis ad medicinam forenſem pertinentibus centum reſponſa.

Ej.

Ej. *de quiete ſervanda in curandis morbis* Rom. 4. L. abſque anno.

Ej. *de ſubitis & inſperatis mortis eventibus* ib. 4. L. abſque anno.

Ej. *il vitto quareſimale* ib. 1637. 8. Hotton.

Ej. *de mali hypochondriaci* L. II. Rom. 1639. 4. * latine verſi ab Alphonso Khonn Aug. Vind. 1671. 8., in qua editione numerantur libri III. Verboſior liber ex veterum hypotheſibus. Mali cauſam eſſe in calida intemperie partium hypochondriis contentarum. Inde ſymptomata, non tamen in continuam neque hiulcam, morbi hiſtoriam continuata. Conſilia & auxilia, nimia pene ubertate. Cibum capere priori nondum digeſto non bene permittit. Inde percurrit ſingulos cibos, totamque victus rationem tradit. Piſcium ſolum hepar permittit, non alia viſcera. Acida omnia morbo nocere, ut etiam laudatum Petro Castello vitrioli ſpiritum rejiciat. Matutinam exercitationem in umbra, & ad primam uſque laſſitudinem laudat. Hypochondriacum hominem vulnere ſub teſticulo inflicto valde levatum fuiſſe. Vomitum non admittit, niſi ægrotus eo inclinet, neque purgantia, niſi lenia. Chalybem laudat, & potiſſimum in vino infuſum: debile tamen corpus repurgari debere, ita ut repetito ſumatur, & per ſexaginta dies, ſitque unciæ unius chalybis ad unam vini libram. Profuiſſe vinum chalybeatum cum ſennæ foliis compoſitum: & in cachectico pene hydropico ſaluti fuiſſe. Neque rheum inutile eſſe aut abſinthium, aut lactis ſerum, in corporibus potiſſimum calidioribus. Juſcula non improbat. Aquas minerales Tettuccianas, & marinam, & balneum, & ſarſæparillæ decoctum laudat: in longo & deſperato malo antimonium, nigrumque helleborum, denique terebinthinam in pilulis datam. In L. II. ſigillatim ſymptomata morbi percurrit, cujuſque curationem fuſiſſime addit, diæteticam & practicam. Icterus a congulis lapideis. Abſurda perſuaſio hominis, ſe in avem converſum eſſe.

Multa inedita reliquit, *de cereviſia*, *de contagio*, *de quiete ſervanda in curandis morbis*, *de malis & adfectibus animi* &c. Mandosius.

§. DVII. Henrici ab Heers.

Henrici ab Heers medici Leodienſis, *Spadacrene accuratiſſime deſcripta, acidulæ, bibendi modus & medicamenta oxypotis neceſſaria, ut & obſervationes oppido raræ in Spa & Leodii animadverſæ cum medicamentis aliquot ſelectis, & ut vocant, ſecretis* Sola Spadacrene 1614. L. 1622. 8. Gallice Liege 1654. 8.

Ej. *deplementum ſupplementi, ſ. vindiciæ pro ſua Spadacrene & de Aroph* Paracelsi Leod. 1622. 8.

Ej. *obſervationes oppido raræ in Spa & Leodii animadverſæ, cum medicamentis ſelectis, & ut vocant ſecretis* Leodii 1624. 8. L. cum aliquot ægrotis anno 1622. curatis, recuſa 1631. 8. L. & cum *Spadacrene* Leod. 1645. 12. Trew. Lipſ.

Lipſ. 1645. 12. Tr. Lond. 1685. 12. *. Analyſin alias dicemus. Curationes plurimæ, quæ aquis Spadanis debentur. Hydrops, ſed recens, ſanatus, neque enim ſanari, qui hydrope toto bimeſtri laboraverint. Calculum ab harum aquarum uſu mole minui, expelli, mucum abſtergi. Continuato per aliquot annos aquarum Spadanorum uſu ſuperata ulcera veſicæ, calculus, hydrops, lepra. Medicamenta hydropotis apta & diæta. Laudat eos, qui ad uſque 180. uncias biberint.

Obſervationes ſunt 29. totidem tituli nempe, ad quorum quemque obſervationes recenſentur ex longa praxi natæ, inſignes, ut cum voluptate legas, etſi nonnulla fabuloſa & magica intercedunt, & curationes, quæ imparibus auxiliis tribuuntur. Ecce aliquot exempla. Catochus. Febris miliaris anni 1629. In ea hæmorrhagiæ etiam novem librarum ſalutiferæ. Mortes ab ungue præciſo. Penis incurvus ob nodum ſub glande. Ipſum ſe in magico morbo ſenſiſſe acum ex faucibus adſcendere, ii ægroti ſanati unguento ex viſco corylino. Inappetentiæ incurabilis exempla: exemplum ubi cauſa fuit in fiſtula ex recto inteſtino ad urethram patente, & in ulcere ad anum, cum ſemen ante tempus elaberetur. Poſt paralyſin calculus ingens bicruris, ut alterum cornu in urethram deſcenderet: alius calculus ovi columbini mole jecoris lobo adnatus erat. Sanguis per univerſas corporis vias erumpens, & lepra a philtro. Abortus repetita venæ ſectione occupatus. Borace & teſtibus equinis expulſum caput fetus, quod in utero hæſerat. Cum plures mortales arſenicum devoraſſent, ſuperſtites fuerunt, quibus ventriculus cibis plenus fuerat. Ebrii alii ſubito peremti, alii fato erepti. In apoplecticis cucurbitulam cum multa flamma, tum carnem bubulam admovit. Varia medicamenta, alia abſurda, ad epilepſiam vitriolum veneris, & butyrum antimonii pedi adplicatum. Scrophulariæ minoris etiam exiguum quid comeſtum dolorem hæmorrhoidum afferre.

§. DVIII. Renatus Moreau.

Renatus Moreau medicus Pariſinus, etiam Patino judice *ep.* 113. ad Car. Spon, vir doctiſſimus, qui ſeptentrionem longo itinere adiit. Ej. eſt *liber de miſſione ſanguinis* in pleuritide, quo demonſtratur, qua ex corporis parte ſanguis detrahi ſolitus fuerit, a duobus annorum millenariis, ex Græcorum, Latinorum, Arabum, Barbarorum enumeratione juxta temporum ſeriem. Adjuncta eſt Petri Brissot vita Pariſ. 1622. 8. Hall. 1742. 8. *. Docto opere, ſtudioque quod nuper Astrucius repetiit & Lindius, ex ſcriptoribus omnis ævi oſtendit, quæ cuique circa latus mens fuerit, in quo venam ſecare oporteat. Eos ſcriptores, cum in ordinem chronologicum diſpoſuerit, dedit etiam ex occaſione particulam hiſtoriæ medicæ, multo enim quam W. Justus & priorum plerique eſt accuratior.

Ej. *ſchola Salernitana h. e. de valetudine tuenda opus; adjectæ ſunt animadverſiones novæ & copioſæ* R. Moreau Pariſ. 1625. 8. *. Opus ipſum diximus, & adjectas notas Arnoldi *de Villa nova*, Curionis, Crellii & Costansoni. Morellus ipſum carmen ex variis editionibus conſtituit: ei fuſiſſimas adjecit adnotationes medicas, philologicas ex Athenæo aliiſque vetuſtis fontibus ſumtas. Intercedunt practica. De Pariſinorum plethora. Lithontripticum ſe nullum adgnoſcere. In phthiſi lac acidum laudat. Laudes omnino, tantum ut memor ſis, ſeculi quo ſcripſit, in quo colligere ſatis viſum eſt, neque inter officia ſcriptoris receptum, in naturam ipſam inquirere. Hiſtoria ſcholæ Salernitanæ, opuſculi, & ejus commentatorum. Noſter multos verſiculos omiſit, qui non videntur ad hygieinen facere.

Ej. *epiſtola exegetica ad* Baldum Baldum *de affectis locis in pleuritide* Pariſ. 1641. 8. *. non 1643. 8. Hippocratem totius pulmonis inflammationem peripneumoniam dixiſſe, in altero latere ſolo pleuritidem. Sed Hippocratem de catarrho calidó ſcripſiſſe, non ex profeſſo de pleuritide egiſſe, & quam pleuritidem vocat, eam eſſe pleuroperipneumoniam. Ipſe in Baldi ſententiam tranſit.

Ej. *de laryngotomia epiſt.* ib. 1646. 8. cum Bartholini libello ejuſdem argumenti, ad chirurgiam pertinet.

Ej. *tabulæ curationis morborum* ib. 1647. 4. Falc.

Cum Brissoti libello *vitam viri*, & in operibus Jacobi Sylvii Genev. 1630. fol. *. ejuſdem viri vitam dedit.

Ej. *defenſio facultatis medicæ Pariſienſis adverſus calumiuatores* 4. Fontette in cauſa, ut puto, Monſpelienſium.

Codex MS. *de illuſtribus medicis Pariſinis* exſtat Fontette.

§. DIX. Varii.

Prosper Martianus medicus Romanus.

Ej. *Magnus Hippocrates Cous notationibus explicatus* Rom. 1621. fol. L. 1628. fol. L. 1652. f. *.

Hippocratem utique veneratur, neque uſquam ab eo recedit, neque ullum divo ſeni adſcriptum opum repudiat, neque eum falli poſſe admittit Breves ſunt commentarii, fere in omnia Hippocratis opera præter chirurgica. Subrideas, quando vides excuſantem ovum Hippocraticum diei ſeptimi, quale nobis vix die trigeſimo occurrit. Librum de morbis valde laudat. Paſſim ſua monita & proprias adnotationes interſpergit. Cum urina triduo retenta fuiſſet, tertio die veſica rupta eſt, lotium per perinæum exiit. In alio, qui diu urinam retinuerat, vis min-

geodi amiſſa, veſica rupta, urina in cacum ventrem effuſa eſt, & æger lento malo periit. Ex papilla nutricis cichorii particulam extractam fuiſſe, & furfuris de pane nutricis aliquid per alvum pueri .xiviſſe non probes.

Franciscus Martianus edidit *antiparalogiſmos ad ea quæ* Aetius Cletus *&* Manelphus *diſputaverunt contra adnotationem* Prosperi Martiani *in* Hippocratem, *in quo contrarii medicorum abuſus circa venæ ſectionem potiſſimum in pleuritidis curatione notantur* Rom. 1623. 4. L.

J. Castelli *pharmacopœa medicamenta in officinis pharmaceuticis uſitata explicans* Gadibus 1622. 4. L.

Franciscus Pona eques Veronenſis, hiſtoriographus Cæſareus.

Ej. *antidotus bezoardica adverſus omnia venena* Veron. 1622. 12. L.

Ej. *medicina animæ, ſ. rationalis praxis epitome ſalutaria remedia ad uſum principum continens* Veron. 1629. 4. Tr.

Ej. *dell anello fiſico, overo dell ritratto dell arte medica, verſus a* Carolo Pona ib. 1641. 4. Gunz. Lego latine, *Phyſicum anulum, ſ. medicæ artis breviarium* ib. 1648. 4. Tr.

Ej. *prudentia medica* Venet. 1650. 16. *. Auxilia univerſalia & evacuationes ſanguinis, tum aliæ, ſuis cum cautelis. De ratione conſulendi. Res non naturales. Chymiæ in univerſum delineatio. Notæ boni medici.

Ej. *trattato de ulceri e lor cura.*

Ej. *remora* Veron. 1630. 8. Tr. quid?

Ej. *Academica medica ſaturnalia* Veron. 1652. 8. L. Tr. Schulz.

Francisci Scacchi *de ſalubri potu diſſ.* Rom. 1622. 4. *. Potiſſimum compilatio ex veteribus, quorum ingentes loci hic repetuntur. Japonenſium vaſa ad frigidam, qua æſtate nivata utuntur, & ad calidam quam hieme bibunt, cum iconibus fere ut Kämpferianæ, vidit apud Legatos Japonenſium Romæ commorantes, ſaniſſimos mortales. Vina veterum, fumata, alia. Contra nivis nimis laudatum uſum. Ut vinum modeſtius refrigeretur in cellis, nitro: ſalubrior eſt refrigeratio modica, & quæ fit frigida exterius circumpoſita. Contra Mercurialis conſilium, nivem in potum mergentis. Frigidarium & calidarium Scacchi, vas nempe frigida aut calida plenum in medium potus datum. Contra argumentum pro potu nivato a Siculis repetitum, qui ab eo potu dicuntur minus pati a morbis epidemicis: eſſe, quod cellis Siculi frigidis deſtituantur. Tiberis aquas non eſſe ſalubres, in quas tot ſulfureæ aquæ manent &c. Contra tubulos plumbeos. Vini hiſtoria, commendat dilutum. Cocta vina improbat, putat nimis calida fieri. Se cum debili eſſet ventriculo, & a potentiori vino læderetur, reſtitutum eſſe oligophoro vino.

Bene

Bene juvenes vino abſtinere. Vinum mordax, raſpatum & agitatum, non eſſe ſalubre.

Bartholomæi Accursini *tractatuum & conſultationum medicinalium* T. I. in *quo generoſiorum præſidiorum formulæ continentur quæ omnibus pene morbis poſſent inſervire* Ravenn. 1622. 4.

Antonii Santorelli *antepraxis medica in XXI l. diſtributa* Neapol. 1622. 4. L. 1633. 4. L. 1651. f. L.

Ej. *poſtpraxis medica ſ. de medicando defuncto* ib. 1629. f. Bur.

Thomæ Broncoli *Neapolitani, de populari horribili ac peſtilenti gutturis & annexarum partium affectione Neapolin ac totum pene regnum vexante conſilium* Neapoli 1622. 4. Topp.

Thomæ *de* Neris *de Tiburtini aeris ſalubritate* Rom. 1622. 8.

Bened. Matamori *ſelectæ medicæ diſputationes* Viſeone 1622. f. Falc.

Libelli duo aurei de naturæ arcanis ſympathicis ac antipathicis inſignibusque medicamentis Baſſani 1622. 4.

Codex medicus Pariſinus Pariſ. 1622. Hazon.

Francisci Rubei Genuenſis, *nocturnæ exercitationes in medicas hiſtorias ad artem prædicendi in morbis acutis* Genuæ 1622. Hamburg 1660. 8. *. Quadraginta hiſtoriæ febrium, quas auctor vidit & curavit Singuli morbi progreſſum pene per ſingulos dies confert cum Hippocrate & Galeno. Garmerus notas editioni poſteriori addidit.

Huberti Arnoldi Rietmaker *de dolore nephritico* Lovan. 1622. 4. L. 1629. 4. *. Venet. 1664. 4. L. Hiſtoria morbi, victus ratio, medicamenta uberrima.

Michael Neander Bremenſis, alius a vetuſtiori cognomine medico.

Ej. *tabacologia, h. e. Nicotianæ deſcriptio medico chirurgico pharmaceutica* Leid. 1622. 4. *. 1628. 4. Utrecht 1644. 12. *. Infinitam vim medicamentorum recenſet, quæ ex Nicotiana ad omnes pene morbos parantur. In altera editione varia de tabaco adjecta ſunt.

Ej. *ſyntagma, in quo artis medicæ natalitia, ſectæ, placita, cataclypſes, reſtauratores, propagatores, vitæ eorum & ſcripta, diſſ. de medicina hermetica & Paracelſica* Brem. 1623. 4. *. Non fidus ſcriptor, certe in antiquitatibus. Ita cum Herophilum magnum inciſorem cum Herophilo medico Phalaridis confudiſſet, ejus Herophili diſcipulum Philippum facit, hujus diſcipulos Empedoclem & Platonem. In nuperioribus aliquanto lubentius legas, ut memineris multa ta-

men

men exſcripſiſſe. Vitas vero medicorum potius dat, quam inventa, placita, libroſve: ſcholarum etiam origines amat indicare. PARACELSO favet.

Cum NEANDRI *tabacologia* prodiit Leid. 1628. 4. *. *epiſtola* GUILIELMI *van der* MEER, qua aliqua in cadaveribus morboſis viſa deſcribuntur; ut appendix inteſtini ilei, glandulæ induratæ venæ portarum adnatæ, oſſicula in proceſſu duræ membranæ falciformi. Neque putat a fumo tabaci cerebrum nigro colore tinctum fuiſſe. Contra PETRUM *de* PAAUW.

HADRIANUS FALKENBURG, anatomes profeſſor Leidenſis. dixerat in alia epiſtola una excuſa, ſe a tabaci abuſu duram inter meningem & univerſam calvariam, cruſtam duram reperiſſe, in lue venerea etiam frequenter.

SAMUEL HAFENREFFER profeſſor Tubingenſis.

EJ. *Raphael artem medicam feliciter cum inchoandi tum abſolvendi tractandique informans. Rationes peregrinandi & pharmacopolia viſitandi* Tubing. 1622. 12. Francof. 1629. 12. TR. Ulm 1642. 8. TR.

EJ. *unda betheſdæ repullulans* Tubing. 1629. 8. Germ. TR.

EJ. *πανδοχεῖον αἰολόδερμον in quo cutis eique adhærentium partium affectus omnes traduntur: ſub calcem adjecti tibicines lectorem arabica græca latina & germanica contenta indagare informantes* Tubing. 1630. 8. TR. Ulm. 1660. 8. L.

EJ. *vexillum Raphaeliticum per artem medicam & vitam communem volans* ib. 1631. 8. L.

EJ. *monochordon ſymbolico biomanticum* Ulm. 1640. 8. TREW. Pulſuum doctrina ex harmoniis muſicis figuriſque oculariter demonſtrata.

EJ. *Raphael ὅδιος de arte medica, velo temporis, litationibus* ib. 1641. 8. L.

EJ. *officina jatrica continens pharmaca ſelecta* HIPPOCRATICO GALENICA ib. 1653. 8. TR. Pharmaceutica audit apud HOTTON.

EJ. *de corde ejuſque affectu graviſſimo ſyncope* Tubing. 1658. 4. HE.

EJ. *dyſenteria maligna epidemica* ib. 1660. 4. *.

FRIDERICI MONAVII profeſſoris Greifswaldenſis. EJ. *lanx ſatura rerum medicarum* ib. 1622. 4. L.

EJ. *affectuum ocularium elenchus* Regiom. 1644. 4. L.

EJ. *Bronchotomia* ib. 1644. 8. Griefswald 1654. 4. L. Jen. 1711. 8. *. Chirurgici potiſſimum argumenti. Suffocationes tamen tangit. *Appendix* acc. *de febribus & adfectibus oculorum.*

EJ. *de cryſtallina, ſ. nova luis venereæ ſpecie* Brunſwic. 1665. 8. L.

DANIEL

DANIEL BECKHER profeſſor Regiomontanus, chemicus.

EJ. *de affectu hypochondriaco* ib. 162 . 8. HE.

EJ. *ſpagyria microcoſmi* Roſtoch 1623. 12. TR.

EJ. *medicus microcoſmi ſ. ſpagirica microcoſmi triplo auctior & correctior* Leid. 1632. 4. Lond. 1660. 12. *. Medicamenta ex fluidis & ſolidis corporis humani partibus ſumta, cum nonnullis de iis humoribus, lacte, ſanguine, etiam menſtruo, calculo, urina. Phyſiologicus liber, pleraque collectanea & ſuperſtitioſa tradit.

EJ. *fünfzehen Fragen von der zehnjährige Peſt im Preuſſiſchen* Königsberg 1630. 4. TREW.

EJ. *hiſtoriſche Beſchreibung des Preuſſiſchen meſſerſchluckers* Germanice Regiom. 1643. 4. *. Latine Regiomont. 1643. 4. Leid. 1640. 8. Magicæ aliquæ hiſtoriæ adſutæ.

EJ. *problemata medica* Zittau 1645. 4. HE.

EJ. *noſologica diſſ.* I. II. III. ib. 1647. 4.

EJ. *hiſtoria morbi academici Regiomontani, febris malignæ epidemicæ imprimis electoralis menſæ convictoribus funeſtæ conſenſu facultatis medicæ Regiomontanæ* Regiomonti 1649. 4.

EJ. *comment. de theriaca* ib. 1649. 4.

EJ. *Bericht vom dem Blutgang* Königsberg 1650. 4.

EJ. *de febre tertiana intermittente epidemica* Regiom. 1651. 4. *. Cæli ſtatum accuſat, etiam eclipſes; de medicaſtrorum funeſtis erroribus queritur. Venæ ſectionem in febre calida laudat.

EJ. *nützliche kleine Hausapothek mit beygefügten Tractätlein* HENR. BARSTEINS *von der Darmſucht, u.* J. ANDR. GRABER *von den Fleckfieber, von der Ungariſchen Krankheit, u. von den Blattern u. Maſern* Gieſſen 1665. 8. RIV.

EJ. *de hydrope aſcite* Regiom. 1655. 4.

J. LUDOVICUS GANS *hippocratis aphoriſmos carmine reddidit* Viennæ 1622. 1624. 12.

EJ. *corallographiam in botanicis* diximus.

§. DX. VARII.

ALESSANDRO PECCANA Veronenſis, *commentarii della ſcandella, nelli quali ſi diſcorre d'ogni perfezzioni ed uſo della ptiſſana ordeacea* Veron. 1622. 4. *. Comparatis veterum locis, oſtendit veteres hordeum diſtichum Achillei & Galatici nomine

mine intellexiſſe. Equis utique hactenus hordeum alvum ciere, præſtare tamen hordeo hexaſticho, eoque magis refrigerare, ut etiam candidius ſit, & ponderoſius. Ex eo hordeo debere ptiſſanam parari.

Ej. *de chondro & alica libri II.* Veron. 1627. 4.

Ej. *del bever freddo* L. II. Veron. 1627. 4. *. Multa philologica, etiam poetica, & Galenica collegit, experimenti nihil addidit. Libro I. potum frigidum defendit, & objectiones amolitur, contra nivatum potum propoſitas. Olei & glaciei apothecas Italicas deſcribit. In vinis Italicis aquæ ad partem aromaticam portionem definit, ad problemata ex conjectura fere reſpondet.

Alexius *de* Ebreu. Ej. *tradato de la ſiete enfermidades de la inflammacion univerſale del higado, ſiete pilderon y rinnones, y de la obſtruccion de la ſitia y febre maligna y paſſion hypochondriaca* Lisbon. 1622. C. de V. Vereor ne nomen vitioſum ſit.

Federico Giorgi *modi di conoſcere buoni falconi, Aſtori &c. di governargli, e di medicargli* Venet. 1622. 8. Bur. niſi hic l. jam dictus eſt.

David Joysse *examen du livre de* Lampriere *ſur le ſujet de la peſte, avec la précaution & la cure de cette maladie* Rouen 1622. 8. d'Etr.

Diſcours de l'origine, des mœurs, fraudes & impoſtures des charlatans Paris 1622. 8. le Tellier.

Pierre Heurtault *chirurgien de Caen, traité de la phlebotomie la maniere de bien & artificiellement ſaigner* Caen 1622. 12. *. Laudes venæ ſectionis & neceſſariæ cautelæ, morbi in quibus ſalutem adfert, theoria ſcholaſtica revulſionis, derivationis. Quibus noceat. Venæ quas ſecare expedit. Ex ſanguine judicium.

Arnauld Gilles *fleurs de remedes contre le mal de dents* Paris 1622. 8.

Job. Kornthauer *commentarii ad* Paracelsi *tr. de peſte* Francof. 1622. 4. *. 1640. 4. Ad brevem libellum ampli commentarii. Ad avertendum ſomnum dat acidum vini cum ſpiritu tartari. Apoſtemata fotu rumpit naſturcino. Fiſtulam linguæ perforatam unguento populneo ſanavit. Varia medicamenta ad alios morbos. Ut homines ſanaverit, quos pituita in aſperam arteriam illapſa ſuffocabat, vitriolo & alumine cum aceto præparatis. Sanguis aſininus ad maniam. Bubones mobiles venenum non habent, & ſponte ſæpe evaneſcunt. Senſum preſſionis in latere a lapſu natum ſucco naſturtii ſuſtulit. Formulæ & ſcriptiones Paracelſicæ. Morbi gallici curatio turpetho & decocto lignorum facta.

J. Knyphæi *Augentroſt nützlich Kunſt u. Vortheile zu den Augen* Darmſtatt. 1622. 8.

§. DXI

§. DXI. Disputationes.

Georg Noesler profeſſor Altdorfinus, *de pleuritide* Altdorf 1622. 4. *.

Ej. *de hydrope aſcite* 1624. 4. *.

Ej. *de putredine* ib. 1626. 4.

Ej. *de leucophlegmatia* ib. 1627. 4. *.

Ej. *de ictero in genere & flavo in ſpecie* ib. 1627. 4. *.

Ej. *de purgatione* ib. 1628. 4. He.

Ej, *de apoplexia* ib. 1630.

Ej. *καθαρσεως σκιαγραφια* ib. 1636. 4. *.

Ej. *de pleuritide* ib. 1647. 4.

Ej. *vita* Germanice Nürnberg 1650. 4.

J. Jac. Reiter *de febre maligna vulgo petechiali* Lipſ. 1622. 4. Pl.

Gottfr. Weidner *de febre maligna petechiali* Francof. 1622. 4. Pl.

Ulrich Rietmann *de anorexia ſ. in appetentia* Baſil. 1622. 4. Riv.

Elias Geilbrunner *de ſuffocatione uteri* ib. 1622. 4. Riv.

Georg Bergner *de dyſenteria* ib. 1622. 4. Riv.

Hector Zoller *de philtris* ib. 1622. 4.

Antonii Ruler *de morborum cauſis* ib. 1622. 4. & apud Genathum: vereor ne annus corruptus ſit.

J. Screta von Zavortiz *pentas medica miſcellanea* ib. 1622. 4. L.

Matth. Brengger *de convulſione* ib. 1622. 4. *.

Just. Craft *de cardialgia* ib. 1622. 4.

Dan. Dinckel *de remedium artificioſe inveniendi & inventum recte utendi modo* (alia eſt vox.) Argent. 1622. 4. Riv.

Maternus Kohler *de opio* Argent. 1622. 4.

Sim. *le* Tellier & Janus Cæcilius Frey *E. in morbis par impar, in remediis medium* Pariſ. 1622.

Rich. Marles & Fr. Pijart *E. epilepſiæ πυρετικα* ib. 1622.

Sim. Bazin & Nic. Lambert *E. exſpectandus die critico naturæ motus* Pariſ. 1622.

Nic. Pietre & Claud. Quiqueboeuf *E. diabetes lethalis* ib. 1622.

Jac.

Jac. Perreau & Fr. Pijart *E. phthiſicis lac* Pariſ. 1622.

Franc. Lespicier & Cypr. Hybault *E. icterus cauſo ſuperveniens ſanus* ib. 1622.

Fr. *le* Sage & Th. Gamarre *E. pulmonis ulcera inſanabilia* ib. 1622.

Georc Cornuty & El. Beda *E. aqua cauſo laborantibus* ib. 1622.

Guil. Duval & Claud. Quiqueboeuf *E. aqua vino ſalubrior* ib. 1622.

J. Akakia & J. C. Frey *E.* ὀῤῥοῦ οὖρον, οὔρου *lingua index* ib. 1622.

§. DXII. Franciscus Bacon.

Franciscus Bacon *de* Verulamio Cancellarius Angliæ, philoſophus & vir ſublimis ingenii. Ej. eſt *hiſtoria vitæ & mortis* Lond. 1623. 8. *. Dilling. 1646. 12. Anglice 1650. &c. Gallice Pariſ. 1714. 8. Spiritum vitalem aere puriorem, igne mitiorem, habitare in corpore animali, & viſcidioribus particulis irretiri: ea vero vincula paulatim erodere, denique exhalare, eam eſſe mortis naturalis cauſam. Spem longævitatis eſſe in retardanda hujus ſpiritus evolutione, dum inviſcatur, pori per quos exhalat obſtruuntur, calor diminuitur. Ad longævitatem ergo pertinere vitam minus actuoſam, opium, nitrum, ſomnum longiorem, purgationem alvi, diætam debilitantem. Homines qui ſalivationem paſſi ſunt, aut alioquin ad ſummam macilentiam redacti, poſtquam convaluerunt, iidem ad longam ætatem perveniunt. Ad longævitatem ſpem facere periodos vitæ majores, ingenium non fervidiſſimum, incrementum lentius, corpus ſiccius, ſuccorum ſubinde renovationem: vitam etiam parciſſimam, contemplationi deditam. Aurum, margaritas, lapides pretioſos parvi facit. Aeris excluſionem, vitam in ſpeluncis laudat, alimenta firma, carnes duriores, ſtomachum per vina ſtyptica confirmatum, frictionem, inunctionem, corporis exercitationem modicam, balnea.

Denique *mortis* hiſtoria. Perire animal, quando ſpiritus motus ſupprimitur, quando denegatur refrigerium, quo ſtrangulatio pertinet, quando reparatio inhibetur per inediam aut depletionem vaſorum. Atriola mortis, ſ. ſymptomata, quæ vitæ finem præcedunt, quo etiam pulſus ſubpreſſus & vacillans. Reſtitutio ſubmerſorum. Quæ cuique ætati propria ſint, juventuti, ſenio. Multiplex ubique eruditio & ingenii vis.

Ej. *hiſtoriæ naturalis Centuriæ X. It. nova Atlantis.* Primam editionem Anglicam ignoro, mea eſt apud Elzevir 1661. 16. *. Ingenioſa varia, aut perſpicaciter ad ſuos fines adaptata. De modo, quo medicamenta purgantia ſuo officio funguntur: venas meſentericas ab acri ſtimulo irritatas humorem plorare. Quæ maximam vim nutriendi habeant, quo etiam oſſium medullam refert. Filum medicinale, ſ. quid efficiat ordo, quo medicamenta propinantur: ita podagræ ſubventum eſſe emolliente primum pulte impoſita, deinde anodyno fomento, denique

que adſtringentibus medicamentis. Morbos conſuetudine leviores fieri. Curationem palliativam commendat & ſublevationem ſymptomatis urgentis. Preſſione alterna digitorum arteria læſa efficaciter compreſſa. Præcipua medicamenta eſſe, quæ leniter reſolvunt. Metallorum vires medicatæ: eroſionem facere; æri vim ſanandi tribuit. Signa peſtis, etiam ab odore ſumta, tum morborum contagioſorum. De effectibus imaginationis. Pernicioſus carcerum fætor. Peſtis ortus ex fodinis, carbonis vapore, terræ motu. Vaporum varia efficacia, etiam medica. Sympathiæ.

In *Atlantide* ſocietatem deſcribit ad augmentum ſcientiarum congregatam.

Ej. *novum organum* Leid. 1645. 16. *. Phyſici argumenti, omnino vero ut ad medicinam adaptari poſſit. Ita docet, ut poſſit in naturam caloris inquiri; adfirmantia primum phænomena caloris exponit, cauſas, effectus. Tunc negantia, unde calor abſit, aut a quibus ſuffocetur. Thermometrum. Ex ſua methodo demum eruit, calorem eſſe motum expanſivum, quo corpus ſecundum omnes directiones dilatatur, tamen cum adfectatione aliqua, ut ſuperiora magis petat: ſatis rapidum eſſe motum, alterne cum reſiſtentia operari. Experimenta *crucis*, per quæ in re dubia certo & abſque reſiduo dubio ad veritatem ducamur. Horreum pro hiſtoria naturali. Primus anta Newtonum quæſtiones cuique capiti ſubjecit. Sed opus admiratione dignum totum oportet legere.

Ej. *de augmento ſcientiarum* Amſterdam 1652. 16. *. In l. V. peculiariter de corpore humano agit. Deſiderat hiſtoriam anatomes comparatam, ut multorum cadaverum inciſiones conferantur & conjungantur. Hiſtoria curationum, & viciſſitudinum in praxi. Cenſus medicamentorum, eorum efficacia, ut certa per experimenta confirmata habeatur. Verum iterum totum perſpicaciſſimi viri opus nunquam ex oculis dimiſiſſe oportet.

In *hiſtoria naturali ventorum*, aliqua huc trahas. Incenſis in Eſſexia ericetis in Vaſconia vites per inſalubres ventos læſas fuiſſe.

In *hiſtoria* Henrici VII. dedit morbi hiſtoriam, quæ ſeorſim etiam prodiit, *relation of the ſweating ſikneſſ* Lond. 1671. 4. Gunz.

Reperio apud Carr *doctrinæ partitionem corporis hominis in medicinam & voluptuariam* Lond. 1623. fol.

Opera omnia conjuncta edidit G. Rowley Lond. 1638. fol. tum Mallet Lond. 1740. 1753. fol. Anglice. Latine Francofurti etiam 1665. fol. Hafniæ 1694. fol. Amſterd. 1738. 12. 7 vol. excuſa ſunt. Adjecta phyſica aliqua nova ad res foſſiles, tum medica & formulæ Baconi familiares.

Hiſtoire de la vie & des ouvrages de F. Bacon la Haye 1742. 12.

§. DXIII. Varii ad a. 1623.

Fr. Anton. Caserta *de natura vinorum tam in ſanis, quam in ægris corporibus* Neapoli 1623. 4. Haenel.

Francisci Bruschii Comitis, Archiatri Mantuani, *Promachomachia Jatrochymica occaſione medicarum conſultationum pro nob. viro Mantuæ* 1623. fol. *. 1. Promachomachia eſt apologia chemica contra Andream Trevisium, cum inter ſe in conſilio dando pro nobiliſſimo viro diſſenſiſſent. Nihil vero niſi generalia profert: ſe quidem parum chemicum eſſe fatetur, adverſarium vero ejus artis imperitum. 2. Pluſcula conſilia Bruschii & reſponſiones aliquæ Fabricii Bartholeti. Pro more ſeculi: Inter ea de opthhalmia cum corneæ tunicæ ulceribus. 3. Aliqua de victus ratione.

Ej. *informazione circa la polvere viperina* Rom. 1643. 4. Id.

Anton. Fonseca *de epidemia febrili graſſante in exercitu regis catholici in inferiori Palatinatu a.* 1620. *&* 1621. Mecheln 1623. 4. Tr. Falc.

Pauli Tellier *de venæ ſectione & criſibus* tract. Venet. 1623. 4. L.

Nicolaus Epiphanius. Ej. *ſuccincta medicinalis practica nec non medicamentorum compoſitiones præſtantiſſimæ* Pariſ. 1623. 4 Francof. 1628. cum Renodæo.

Gabriel *de* Fonseca Lamecenſis Luſitanus Ej. *Conſultatio pro febre peſtilentiali, quæ a.* 1621. *Romæ graſſata eſt.* Conſultationes aliquas de morbis in Conclavi anno 1617. obortis ſcripſit: Leo Allatius apud Mandosium.

Simon Rannos medici Hiſpalenſis *tr. de ſero lactis & ptiſana* Urſaone 1623. 4. C. de V.

Andreæ Ordonnez *compendium perutile de miſſione ſanguinis* Baſil. 1623. 4. Lind.

Alidosii (vero nomine Giov. Nic. Pasquali *i dottori Bologneſi de theologia, philoſophia, medicina &c. doppo* 1500 *fra a.* 1623. Bologn. 1623. 4. Henning.

Ej. *i dottori foreſtieri* ib. eod. anno.

Michael Boutheroue *pyretologia cum chymicis remediis* Pariſ. 1633. 4. L.

Tractatus de venæ ſectione & criſibus Venet. 1623. 4. B. Bodl. abſque ſcriptoris nomine.

J. Caroli Amati *fructus medicinales ex variis* Galeni *locis decerpti* Lion 1623. 12. Genev. 1657. 12. L.

J. Billiks *de natura & conſtitutione ſpagirices emendatæ* Helmſtatt 1623. 4. ſi huc facit.

Mart. Tympii *menſa theolophiloſophica, ſ. conviviorum pulpamenta & condimenta* 1623. 12. Falc. ſi huc facit.

Mart. Gosky *Apotheca Gardelebiana* Helmſtatt 1623. 4 Tr.

C. Holzman *de natura & cura febris malignæ* 1623. 12. Lehm.

J. Stubendorf *de ſcorbuto* Lipſ. alii Jen. 1623. 8. Carls. videtur collectio quam diximus. Lindenius habet editionem Lipſ. 1604. 8. Haag. 1658. Lipſ. 1662. 8. Tr. mea editio Jenenſis 1624. 8. continet Eugalenum.

Carantam in chirurgicis dixi T. I. p. 310.

§. DXIV. Alii.

Baldasar & Michel Campi, *fratrum diſcorſo nel quale ſi dimoſtra quel ſia il vero mithridatio contra l'opinione de tutti li ſcrittori ed aromatari* Luca 1623 4. Falc.

Lorenzo Romeo medici & equitis, *deſinganno del abuſo della ſangria y purga* Tarragon 1623. 8. C. de V.

Epulario, il quale trata del cucinare ogni carne uccelli e peſci Venet. 1623. antiquius ut puto opus.

Gui *de la* Brosse *tr. de la peſte* Paris 1623. 8.

In Ej. libro *de la nature des plantes* ib 1628. 8. *. multa huc faciunt, de indagandis viribus plantarum medicatis, de cauſis facultatis laxantis, adſtringentis, de alexiteriis, balſamicis, ſpecificis. Qui morbi abſque ſpecificis curantur, eos ſponte putat ceſſaturos.

Jos. *de* Sainthillier *loimologie contenant les cauſes, & les remedes contre la peſte* Pont-à-Mouſſon 1623. 12. Falc.

D. F. *de la peſte, de ſes préſervatifs & remedes* Paris 1623. 8 Falc.

Conſeil préſenté au Roi contre la peſte ib. 1623. 8. Falc.

Traité de la peſte 1723. 8. Falc.

Baret *de la connoiſſance des chevaux, jugement de leurs maladies & remedes d'icelles* ib. 1623. 8. 1666. 8.

Jacques Bury *le préſervatif de l'homme* ib. 1623. 8. *. Chirurgus: nihil habet proprii. De ſterilitate ejuſque cauſis & curatione, victu gravidarum & puerperarum, abortu impediendo, medicamentis partum promoventibus, lacte augendo, nonnullis puerorum curandis morbis. Hydrocephalum ſe ſanaſſe ſenſim ſubducta per cauſticum medicamentum aqua.

Jacques Ferrand *traité de la maladie d'amour ou de la melancholie erotique avec les remedes qui lui ſont propres* ib. 1623. 8. *de* Bure, Bar. &c.

Pierre Maginet *la theriaque Françoiſe avec les vertus d'icelle ſelon* Galien Lion 1623. 8. Tr.

N. *van* HALTEREN *tractaat der medicyne* Amſterd. 1623. 8. WACHEND.

DURET medecin ord. du Roi, *avis ſur la maladie* Paris 1623. 8. *. Solita ejus ævi conſilia. Vetat tamen multorum mortalium conventus. In plethora venam ſecat, purgantibus vero abſtinet. Bubones ſalutares eſſe.

JOH. SCHLEUPNER *Beſchreibung von dem giftigen peſtilenziſchen Fieber der ungariſchen Krankheit* Linz 1623. 8. B. THOMAS.

J. NESTER *conſilium dyſentericum, Bericht von der rothen Ruhr* Lipſ. 1623. 8. B. THOMAS.

IDEM videtur NESTERORUM ſenior, ad quos epiſtolas dicemus THOMÆ REINESII.

ANDR. SENGER *diſc. de dyſenteria Verzeichniß der Arzneyen wieder allerley Gebrechen ſamt einem Bericht wie ſich der gemeine Mann in der rothen Ruhr zu verhalten* Magdeburg 1623. 4.

§. DXV. DISPUTATIONES.

J. ZEIDLERUS *de ileo* Lipſ. 1623. 4. B. TH.

EJ. *de phthiſi* ib. 1623. 4. HE.

EJ. *de plica Pannonica ſ. morbo cirrhorum ſymptomate* ib. 1623. 4. RIV.

EJ. *de ſcorbuto* ib. 1627. 4. RIV.

EJ. *de aſthmate propriiſſime dicto* ib. 1629. 4. RIV.

EJ. *de mania* ib. 1630. 4. PL.

EJ. *de peſtilentia* ib. 1633. 4. PL.

EJ. *de dolore colico* ib. 1636. 4. PL.

EJ. *de incubo* ib. 1643.

J. REITER *de opio* ib. 1623. 4. HAEN.

VALENT. RUPITZ *de præfocatione hyſterica* ib. 1623. 4.

J. EICHHORN *de febribus malignis* Altdorf. 1623. 4. *.

GUIL. ERN. SCHEFFER *de paralyſi* ib. 1623. 4. RIV.

LAUR. LUDOVICUS *de paralyſi ex colica* ib. 1623. 4. *.

J. ETSCHER *de catarrho* Baſil. 1623. 4. RIV.

DANIEL WILDBOLZ *de tuſſi* ib. 1623. 4.

CHR. BERTRAM *de phthiſi* Lipſ. 1623. 4. PL.

FRIDERICI *de peſte* Lipſ. 1623. 4. *.

JAC.

JAC. FISE *problematum phyſicomedicarum trias* Regiomont. 1627.

GODOFR. WEIDNER *de medicorum opprobrio, tortura nempe juncturarum, ſ. arthritide* Francof. 1623. 4. PL.

PHIL. HARDOUIN & FRANC. MOLLET *E. humorum incrementum a luna* Pariſ. 1623.

FR. *du* PORT & JAC. ADAM *E. περιοδικων manifeſta cauſa* ib. 1623. 4.

J. BEAUCHESNE & PHIL. HARDOUIN *E. medica αἱματομαντεια* ib. 1623.

PETR. GIRARDET & JAC. JOUVAIN *E. prægnantibus duriores mammæ præſtant gracilibus* ib. 1623.

GASP. BRAYER & J. FAYOLE *E. febres lipyriæ cholera ſuperveniente exſolvuntur* ib. 1623.

J. HENAULT & HERMAN *de* LAUNAI *E. vinum adultis, aqua pueris* ib. 1623.

PHIL. GUYBERT & FR. MALLET *E. rabiei mare* ib. 1623.

ANT. CHARPENTIER & JAC. JOUVAIN *E. datur ſudor ſanguineus* ib. 1623.

ANT. ROBIN & FRANC. MALLET *E. febribus purpuratis ſudorifica* ib. 1623.

GUIL. BELET & PETR. SAVARRE *Non E. aſthmaticis diuretica* ib. 1623.

LIB.

LIBER OCTAVUS.

BAPT. V. HELMONT.

§. DXVI.

Hæc tempora in univerſum calamitoſa fuerunt, cum diuturna bella Germaniam vaſtarent, neque ullus in Europa princeps eſſet, qui bonas artes ſua munificentia ſuplevaret, infelice forte CAROLO I. excepto. Ea calamitas etiam medicæ arti nocuit, in qua pauciſſimos vere magnos viros ſe extuliſſe reperias, nam & Hippocratica ſtudia languebant, & morborum obſervandorum patientia, & chemia, quæ magis & magis in aulis & apud principes dominabatur, ipſa ſua auxilia corrumpebat. Nam ea ſchola meditationem præſentis morbi veramque hiſtoriam, & cauſas, & ſigna, & præſagia, & victus rationem neglexit, ut omnem ſuam fiduciam in proprio aliquo medicamento poneret, qualia nonnulla, ſed pauca, in tanta morborum varietate utique laboratoria ſuppeditarent.

§. DXVII. J. BAPTISTA v. HELMONT.

In ea ſchola circa hæc tempora (ſcripſit enim *de curatione ſympathetica* anno 1624. [*a*]) exſtitit vir acuti ingenii, in detegendis aliorum erroribus acris, in colligendis eventis ſuæ cauſæ faventibus ingenioſus, non expers anatomes, certe frequens inciſorum cadaverum teſtis, in parandis medicamentis ſolers, ut per ſua etiam experimenta paſſim cauſas morborum indagare ſuſciperet. Audax cæterum affirmator, credulus, niſi aliter juberet ſectæ incrementum, vanarum curationum enarrator, felicium eventuum & ſpecificorum auxiliorum nimius laudator.

JOHANNEM BAPTISTA v. HELMONT volo, virum in Brabantia generoſa ſtirpe ortum: cujus major in ſubruendis Galenicis ſcholis felicitas fuit, quam cujuſquam priorum. Pleraque enim earum placita aut ſubvertit apud pleroſque medicos, aut certe admiſtis ſuis hypotheſibus temperavit. Archæum, cui adminiſtrationem corporis humani commiſit, etiam noſtro ævo dominantem reliquit; calida medicamenta, & acidorum contraria, & elixiria atque medicamenta, parva in doſi efficacia, arte ſua parata, in quotidianam praxin introduxit, in theoriam fer-

menta

(a) *B. Chir.* T. I. p. 307.

menta; tum in ſua propria ſchola tum in SYLVIANA, cujus plurima placita ab HELMONTIO repetita fuerunt. Vocabula inſolita, parum definita, vagas ideas & arbitraria plurima merito carpas.

Editiones operum conjunctas duas cito, quarum prior, eadem nitidiſſima, anno 1648. 4. *. apud ELZEVIRIUM prodiit, altera etiam apud ELZEVIRIUM 1652. 4. *. Sunt autem & aliæ pluſculæ HELMONTIONORUM operum editiones Venet. 1651. fol. Lion 1655. fol. Francof. 1661. fol. 1681. 4. Hafniæ 1707. fol. Gallice Lion 1670. 1671. 4. vertente *le* CONTE.

EJ. *opuſcula propria* Colon. 1644. 8. quæ ſint ignoro.

Non licebit in non exiguo volumine ſingula perſequi, præcipua tamen rerum momenta tangam.

Promiſſa auctoris. In venæ ſectionem. In GALENUM, non poſſe paganum hominem verum per ipſas ſuas cauſas perſpicere, etſi memoria retinere poſſit.

Studia auctoris. Cum medicis conflictatus eſt, ex ea pugna ſe ſuperiorem evaſiſſe facile ab ipſo auctore exſpectes.

Venatio ſcientiarum. Declamatio.

Cauſæ & initia naturalium. De fermentis incipit.

Archæus faber: princeps etſi parvus libellus. Eus ab anima & a corpore diverſum, omnia ea dirigens, quæ natura veterum.

Elementa. Pro tribus elementis chemicis.

Aqua, omnium corporum materies.

Gas aquæ, quod & ipſum ad poſteros deſcendit, efficax halitus, qui idem nunc aer fixus erit.

Blas aquæ. A dilapſis aquis fermenta oriuntur, ab his ſemina. Phyſica pluſcula omitto.

Imago fermenti impregnat maſſam ſemine. Fermentum in quaque parte corporis ſuum ſedere, quod ex communi maſſa proprium ſibi ſuccum parat. A fermento fixæ partes volatiles redduntur. Pharmaca fere ſolo odore operari: & odor ſolus fermenti plantas generat aut inſecta. Fermentatum acidum a vulgari acido diverſum.

Formarum ortus. Ignis, lumen, fabuloſa hic plurima. Poſt lapſum Archæus debilitatus ciborum archæos nunc non totos ſubigit (quæ ipſa nuper STAHLIANÆ ſectæ fuit ſententia). Indignatus archæus facit morbos, ſic apud STAHLIUM.

Natura contrariorum neſcia. GALENUM methodum medendi nimis facilem quæſiviſſe, ita in errorem nos abripuiſſe: neque recte juſſiſſe, contraria ubique contrariis curare, aut medelam per ſimilia fieri. Criſes impugnat.

Blas

Blas humanum: obſcura vox. Sanguinem venæ cavæ, qui cruor ſit, per ſepti cordis poros triangulares in ſiniſtrum tranſire ſinuum, in arterioſum perfici, ab anima immortali informatum: fermentum in ſiniſtro ventriculo habitans ſanguinem arterioſum perficere. Spinæ effectus in augendo pulſu. Hic incipit humorum corruptionem, etiam putredinem, acori tribuere, ut ab alcali ſubigatur; etiam decocta vulneraria occultum continere alcali.

Endemica. Non dari fuligines, quæ ex corde diſſipentur. Morbi endemici ex minerarum exhalationibus orti.

Spiritus vitæ. Plura dari fermenta. Fermentum ventriculi differt ab eo fermento, quo panis paratur. Spiritus vitalis ſ. æther vitalis luminoſus.

Calor efficienter non digerit ſed excitative. In febribus tamen rectius quam PARACELSUS fatetur, tenuem victum requiri. Fermentum ventriculi quod digerit, ſui generis acor eſt.

Sextuplex digeſtio. Acidum extra ventriculum nocet. Cibus nondum eſt digeſtus, quoad ejus archæus a noſtro ſubactus ſit, & noſter vitalis archæus in alimentum introductus. Cruor hircinus pleuritidem curat abſque venæ ſectione.

Pylorus rector: ab ejus vitio diarrhœa, dyſenteria. Diarrhœam ſe vitellis ovorum duris curaſſe, dyſenteriam equorum ungulis. Gallus gallinaceus vertigine periit, in ventriculo ſilices reperti ſunt. Mortes a pylori vitiis: poſt vomitum pylorus clauſus, in ventriculo putridum liquamen. Gallina quæ cryſtallinum globulum devoraverat, in morbum convulſivum incidit, is ſanatus eſt ventriculo aperto, conſuto.

Tartari hiſtoria. Hæc vox infeliciter in medicinam a PARACELSO introducta fuit. Galenicos, cum morbos a tartaro admitterent, curare non poſſent, ad chymica medicamenta transfugiſſe.

Inventio tartari in morbis temeraria. Nullum a tartaro morbum oriri, male a GALENO calculi generationem calori tribui. In PARACELSUM, & aſpere.

Alimenta tartari inſontia. Porro adverſus tartarum, qui nullus ſit. Qui mari vectus, cum cibos copioſe ſumeret, parciſſimas fæces ediderat. Archæum ea ſeligere quibus homo alatur: ſpreta nunquam admittere. Tartarum ex cibo non generari, nec in potu tartarum eſſe: Calculoſorum puerorum, qui ſolo lacte alebantur, exempla. Vinum calculum non facit, nec ſtrumas. Ad iſtas remedium ex oleis & reſinis cum cineribus clavellatis deſtillatis.

Cuſtos errans. Mucus fit a cuſtode laceſſito, eo fine, ut partem vexatam defendat & obliniat, omnino ſalubris & naturalis: neque a cerebro eſt, ſed generatur ubicunque cuſtodi neceſſe videtur. In ſenio mucus parcius ſecernitur, hinc tuſſis. In remedia, quæ ſchola tuſſi oppoſuit, invehitur, & jubet archæum pacare.

Demens idea. Ut auctor in napello, magno veneno, medicatam vim quæſiverit. Ab eo ſumto percepit, ſe nuſquam niſi in præcordiis ſentire & intelligere, cum lenta quadam exſtaſi. Amentes ſe plures curaſſe: faſſos eſſe ſuum malum ab hypochondriis adſcendiſſe. Maniacos frigus aeris non percipere. In Flandria mari mergi, quos rabidus canis momordit, certo effectu. Eodem auxilio ſuperata amentia. Exemplum ſuſcitatorum, qui ſubmerſi fuerant, etiam ipſo teſte, nullo ſuo conſilio.

Sedes animæ. Non in capite: eſſe enim, qui a graviſſimis cerebri vulneribus convaluerint. Contra periiſſe, quibus os ſtomachi pugno percuſſum fuerat.

A ſede animæ ad morbos. Senſum ſtomacho acriorem eſſe, quam ipſis oculis. Fermentum ventriculi huic amicum, aliis digeſtivis officinis hoſtile eſſe. Aciditatem hoſtilem in venis febrem, in artubus arthritidem facere. Periaptis epilepſiæ curationem tribuit, ut & addat, facile curari. Podagra archæo ſoli moleſta eſt, hinc pavore ſæpe ſanatur. Alcali tiliæ & lapidis cancrorum magna in morbis efficacia eſt, dum mucoſitatem ſubigit, etiam in ipſo ventriculo.

Jus duumviratus. Contra capitis dignitatem pro ſede animæ, & cauſa plurimarum functionum, quæ ſit in ventriculo: etiam ſomni, cum ibidem cauſa ſit incubi. A fumo carbonum ipſe auctor erat periturus; ſenſerat circa os ventriculi minitantem ſyncopen, dum alia ſenſatio in occipite ſenſus omnes ſupprimebat, pariter a ſtomacho adſcendens, uti vertigo nautis a ſtomacho venit. Paralyſes ex doloribus ventriculi natæ. Colicam placari per calida ſemina, archæo ſedato. Amentia ab hyoſcyamo, dum venenum in ventriculo adhuc hærebat. Aſitia a terrore. Nihil helleboro melius, qui os ſtomachi levet, amentiam tollat. Veneris etiam primi motus circa os ventriculi percipiuntur. Dementiæ ſedes in eo ſtomachi ore eſt. Recte ab opio inſomnes quidem noctes ſecutas, tuſſim tamen ſedatam.

Scabies & ulcera ſcholarum. Scabies utique contagioſa. Colcothar varie adhibitum ulcera ſanat.

Ignota actio regiminis. Actio medicamenti eſt & corporis reactio. Contraria contrariis non curari. Alcaheſt, quod omnia corpora tangibilia in eorumdem primam vitam reducit, abſque ſuarum virium diminutione. Furens uterus omnia exagitat, per actionem regiminis.

Duumviratus. Actio opii: operatur dum in ventriculo eſt. Iterum Duumviratum, actionis regiminis præſidem, habitare in hypochondriis, ſplene & ſtomacho, eumdemque toti corpori imperare: qualia nuper le CAZE renovat.

Aſthma & tuſſis. Memorabilis libellus, etſi hypotheſi non purus eſt. Fuſe de catarrho: non deſcendere a capite: maleque capiti medicamenta admoveri in aſthmate, in tuſſi. Aſthma verum, aſthma uterinum. Aſthmatis multa exempla. Aſthma cum urina aquea, orthopnœa, abſque ullo capitis vitio. Aliud abſque ſputo ſanatum. Cui quoties decumbebat aſthma ingruebat, montanis locis gra-

vius, cum ſaliva ſalſa, ut poſt aliquot ſpumoſa ſputa paroxyſmus evaneſceret. Aſthma ab accepta injuria. In comitiali morbo ante lapſum in ore ſtomachi ſenſus. Aſthma eſſe a contractis pulmonis poris abſque defluvio. Pulmonem etiam in bene valentibus pleuræ adhærere, etiam in curſore expeditiſſimo. Alias a certis cibis aſthma, manifeſto ab ore ſtomachi natum, ut a duumviratu aſthma ſit. Coryzam ſe tollere ſternutatorio pulvere cum helleboro. Mucum in pulmone ipſo generari. Parcius qui ſcrearet cum parco victu. Fumum ſulfuris in potu exceptum commendat.

Latex humorum neglectus, nempe ſeri ſanguinis, ſalivæ, lacrumæ, ſudoris, tenuis muci. Aqua ſeri ſanguinis non eſt bilis, ſed inſipidus & inodorus humor, qui cruorem & reliquos humores diluit. Sitis eſt deficientis laticis ſenſus. Iterum pleuritidem continuo ſublatam fuiſſe moto ſudore.

Cauterium. Contra ejus uſum.

Volupe viventium morbus antiquis putatus. Podagra nihil habet cum catarrho commune, quare & male a ſcholis curatur. Sedem eſſe in ſpiritu vitæ, non in acore. Actum ei ineſſe, ſed potentialem. Accerſitur, augetur ab acore, eo deſtructo minuitur; potiſſimum ſanari arcano corallino, quod quid ſit non definit.

Pleura furens. Ut ſpina infixa dolorem & inflammationem, ſic calcar aliquod pleuram lacerans pleuritidem facit. Nihil contra pleuritidem venæ ſectionem facere. Iterum pleuritis eſt aciditas peregrina concepta in archæo. Degenerationi ergo in aciditatem debere obſiſti, & ſpinam auferri, pulvere de virga cervi vel tauri, ſucco cichorii, flore papaveris, potiſſimum tamen cruore hirci ſuſpenſi, de inciſis vaſis ſeminalibus manante. Contra clyſterum in dyſenteria uſum. Ut in ſe ipſo jam ſenex pleuritidem ſanaverit.

Tria chymica principia, neque eorumdem eſſentias de morborum exercitu eſſe. Contra PARACELSUM ad monarchiam adſpirantem. Non dari in nobis aut ſal, aut ſulphur, aut mercurium, & demum per ignem ſeparari. Neque ideo in morbis operari. Sed remediorum loco utique eſſe. In ciborum digeſtione non ſeparari. Aquam in oleum perfici.

De flatibus, quos Blas vocat. Non dari pleuritidem flatulentam. In volvulo non flatus, ſed ſtercus durum in ultimo fine tenuis inteſtini repertum fuiſſe. Id ne fiat, noſter devoratis globulis plumbeis impedit, majoribus & ponderoſioribus. Flatus eſt ab acido ciborum mala digeſtorum. Motum periſtalticum etiam inverſum in puero vidit. Tympanites maxime funeſtus. Flatus nihil ad venerem, quæ ſit a liene In Ileo inteſtino flatum aliquem neceſſario reperiri, quo inteſtinum diſtendatur, & fæcibus pateat.

Catarrhi deliramenta. Pulmo primum moriens. Multa mala præter omnem rem catarrho a ſcholis tribui, pectoris, partium aliarum, pulmonum. Mucum in pulmone, & in omni quidem loco adfecto ipſo, generari. Pulmonem non minui.

Male in experimento oſtenſum, infuſi per os humoris aliquid in vivo cane in aſperam arteriam deſcendere. Nullas eſſe catarrho vias. Anglice ſeorſim prodierunt, vertente G. CHARLETON Lond. 1650. 4. B. BODL.

Victus ratio. In diæteticen: eam infirmam doceri, ei morbos non ſubjici. In acutis tamen morbis non urget firmioris cibi uſum.

Pharmacopolium ac diſpenſatorium modernum. Botanicam parum notam eſſe. Contra ſignaturas Paracelſicas. Non bona ratione vires ſimplicium medicamentorum indagari. Nimis numeroſa proſtare. Syrupos & in univerſum dulcia vires medicamentorum obtundere. Vitia ſingularum formarum, quales in diſpenſatoriis exſtant. Odorifera non debere bullire, cornu cervi non uri. Robuſta medicamenta non debere caſtrari. Magnam venenorum eſſe efficaciam. Nulla correctione arſenicum emendari, ut intus tuto propinetur.

Poteſtas medicaminum. Sanationes fieri per ſedationem agitati archæi, & ablationem ſeminalis & morboſi characteris ab Archæo producti. Bulliendo vim aſari deſtrui. Alcaheſt omnes morbos tollere. Eſcharotica non faciunt eſcharam, quæ ab Archæi incenſione producitur.

Ignotus hoſpes morbus. In paganos medicos, eorum medicinam cacodæmonis eſſe inventum. Morborum natura in univerſum, tum per ſingulos, a ſcholis pariter ignorari. Archæum ſenſationis & motus auctorem, adfici a noxiis: inde excandeſcere, expaveſcere.. Iterum ſanationem poni in pacatione Archæi, non in diatheſi morbi diatheſi contraria. Faber archæus in fermenta perpetuo agit, eaque ad ſuas excretorias ſedes exturbat. Ut a lapſu ADAMI Archæus corruptus, inordinatus & immoriger factus ſit.

Ignotus hydrops, Non eſſe ab hepatis vitio materiam, ejus laticem eſſe. Noſter hydropem pulmonis adgnovit (pectoris inter ſiniſtrum mediaſtinum & thoracem in brachium continuatum). Qui cum uno rene pervio 76 annis vixerit. Cum noſter multorum hydropicorum curam gereret, inciſorum hepar ſæpe abſque noxa fuit; ſe ultra bis mille hydropicos, etiam, quando urina ex cruenta nigricabat, feliciter reſtituiſſe. Hepar vulneratum: aut lapillis obſitum, hydropem non feciſſe: eos lapillos verno tempore in bobus frequentes concreſcere. Neque hydropem eſſe ab intemperie frigida. Contractæ membranæ poros claudunt, ita parcius mingitur, hydrops inde ſubnaſcitur. Latex a viſcere aliquo male habente repudiatur, excluditur a vitæ conſortio, ſic excrementi indolem induit. Rene libero reddito hydrops tollitur, qui plerumque renum vitio fit. Furorem oportet ſuperare renis, qui ſe clauſit, & archæum ejus viſceris ſedare. Quæ ſanata fuit, ſola pertinaci a potu abſtinentia. Bryonia ſanguinem effuſum intra paucos horas in aquam diſſolvit. Tympanitis ſedes eſt in inteſtino. Mercurio diaphoretico certo hydropem tolli. Hydrops nothus ex jecoris inſolita adhæſione.

Reſpondet author, (ad Galenicorum nonnullas objectiones). Alcaheſt unum omnes ſanat morbos. Iterum febres ſanantur ſedato Archæo, non expurgando humores. Aſpere humoriſtas ad certamen provocat.

De morbis introductio diagnoſtica. Schola quid ſit morbus ignorat.

In puncto vitæ ſubjectum inhæſionis morborum. Criſin in morbis nihil poſſe, niſi archæum qui criſes facit.

Progreditur ad morborum cognitionem. Iterum metaphyſica de morbis.

De ideis morboſis. Idearum poteſtas in archæum. Morbum poſſe tolli cauſa ſuperſtite, ut colici dolores, dyſenteria, per opium ſedantur, quod conſilium ſibi ſæpe ſucceſſerit. Omnis morbus eſt in archæo, nempe motore, non in materia immota. Ut ab irritato archæo inflammatio oriatur. Irritatus idem in cancro venenum de ſe ipſo generat.

Morbi archæales. Motor male a ſcholis neglectus. Errores archæi, ante Stahlianos, & irati quaſi furor.

Ortus imaginis morboſæ. Morbus eſt ens natum a cauſa violante vitale principium, cujus vis excitat archæum ad furorem, metum &c. Diuturna animi perturbatio ſemper parit amentiam. Hic, & in his ſemimetaphyſicis, multa obſcura, neque ſatis explicata.

Aditus præcluſus ad condum viſcerum. Morbi non ſanantur, quia remedium ignoramus. Sola purgantia medentes fallunt. Medicamenta non in loco, cui deſtinantur, ut in veſica, ſed in ventriculo operari. Lapis cancrorum nihil ageret, niſi ab acore ſtomachi ſolveretur. Iterum hydrops fit a rene, ex indignatione proprii archæi ſe claudente.

Confirmatur ſedes morborum in anima ſenſitiva, nempe in ventriculo, qui ejus animæ ſedes eſt, & in vicino duodeno inteſtino. Sitim, bulimum &c. potius ab indignatione ſenſitivæ animæ renaſci, quam ex materiæ irritatione. Paſſiones animæ circa os ſtomachi ſuboriri, id facile a quovis in ſe ipſo percipi. A ſola ſenſitiva anima epilepſia eſt, & apoplexia, ex metu. Graviſſimorum morborum primus ſenſus eſt in ventriculo.

Morborum phalanx. Brevis tabula. Generalis definitio morbi eſſe ens morboſum in inordinato archæo: cauſſas eſſe vel recepta vel retenta.

Recepta injecta. Superſtitioſe pro injectis, a ſagis, a diabolo.

In verbis, herbis & lapidibus magna eſt poteſtas. Additur a filio, hanc diſſertationem, & quæ ſequuntur, ab auctore imperfectas eſſe relictas. Medicamenta, etiam mercurium, ſemper agere ſolo fere radio ſ. intuitu ſui. Diſcant tyrones, ſulfura vi virulenta ſpoliare: ita correcto ſulfuri totam morborum cohortem auſcultare. Medicos nimium in libris laborare, de natura non curioſos. Languida Galeniſtarum eſſe remedia, fortiora a ſpagyricis ſuppeditari.

Butler, Hibernus, lapilli pene ſolo contactu formidabile eryſipelas intra

unicum

unicum diem ſuſtulit, tum hemicraniam, præſente Helmontio, & oleo in quod lapidem ſuum intinxerat. Demum podagram, lapide tantum apice linguæ admoto, tum nodis urina propria lotis. Alia æque incredibilia. Ideo exigua doſi medicamenta magnos effectus edere poſſe, quod in ſolum archæum agant.

Injecta materialia. Magicæ hiſtoriolæ.

Injaculatorum modus intrandi. Perinde

De conceptis. Splen eſt conceptuum ſedes, ab eo ideæ & imaginationis manant, & archæales. Peſtis ſemper circa ſtomachum incipit. Ut a paſſionibus animi ideæ cudantur, etiam per totam vitam morbum facturæ aut epilepſiam. Uterum fere facere quæ ſplen, & ideas cudere. Abſurde per eamdem venæ ſectionem & reprimi nimium ſanguinis fluxum, & reſtitantem accerſi.

Sympathetica media, per ideas in diſtans operantes fiunt.

Inſpirata. Vapores minerales ſoli tacti Paracelso.

Retenta, indeque nati morbi. Hepatis inſignes tumores, ut ægri pro hydropicis haberentur, quoad inciſio cadaveris errorem detexiſſet. Multa rariora. Qui membranas per alvum ediderit, quæ quaſi in pergamenam abiverunt. Stomacho adnatus ſacculus calculis refertus. Sic aqua plenus ſacculus abdomini mulieris adhæſit. Narcotica amentiam potius augere.

De tempore. Aliquid veri ſubeſſe, quod archæus cælorum rhythmum explicet: & lunam cum diebus criticis conſentire. De criſibus ſe ſcripſiſſe, libros exuſſiſſe: criſes eſſe naturæ bajulantis teſtimonium, quæ viſcidam ſentinam eliminet. Contra annos climactericos.

Vita longa, ars brevis. Contra Paracelsum, vitæ ultimum terminum eſſe 300 annorum.

Mortis introitus in naturam humanam, decus virginum. Deum non creaſſe mortem, eam hominem ſibi ipſi feciſſe.

In l. de aquis Spadanis, Vires obſtructiones ſolventes ſalis eſurini fontium. Vires ferri. Selectionem ciborum non eſſe neceſſariam, in copia poſſe peccari.

Vita multiplex in homine. Quæ morbo caduco tentabatur, quoties parturiebat, neque alias.

De magnetica vulnerum curatione. Præter unguentum, quod defendit, armarium, etiam alias eaſque improbabiles ſympatheticas curationes recenſet, ſaphiris aliiſque ſuperſtitioſis credulus, & cruentationem in præſentia homicidæ. De peſte aliqua: non eſſe ab excrementis.

Infantis nutritio ad vitam longam. A nutrice calculoſa, puer calculoſus. Vitia, ipſa ſalacitas, a nutrice in puerum propagata.

Arcana Paracelſi. Magnos morbos a PARACELSO curatos fuiſſe, ignoraſſe tamen radicem vitæ longæ. Laudes elixirii proprietatis. Præcipua arcana PARACELSI, tinctura lilii, mercurius vitæ, mercurius diaphoreticus, ſibi vero Alkaheſt omnia in aquam reſolvens revelatum fuiſiſſe.

Arbor vitæ. Ex rore ſalem ſaccharinum obtinuit, magnis morbis opitulantem. Ex ligno cedrino ut paretur medicamentum, ad vitam producendam efficax. Spiritus ſulfuris ad vitam prorogandam explorata ab HELMONTIO hactenus efficacia.

Opuſcula medica inaudita.

1. *De lithiaſi* memorabilem librum non repeto, in neceſſaria brevitate. Vide in *chir.*

2. *De febribus.* Seorſim prodiit Antwerpiæ 1652. 16. LIND. & Gallice ſeorſim vertente ABRAHAMO BAUDA Pariſ. 1653, 8. d'ETR. Contra ſcholas, calorem non eſſe febrem, neque eſſentiam febris in calore poni. Sudor criſium ſaluberrima. Putrefactionem in univerſum calorem non generare, calorem febrilem etiam minuere. Neque cruorem unquam in venis putreſcere. Se pleuritidem abſque venæ inciſione ſanare. Contra humorum ad periodos febrium definiendos poteſtatem. FERNELIUM laudat, qui nidum febrium intermittentium circa ſtomachum, duodenum & pancreas primus olfecerit. Plethoram boni cruoris omnino dari non poſſe. Contra venæ ſectionem. Ut Cardinalis Auſtriacus FERDINANDUS optima ætate, in tertiana febre, repetitis venæ ſectionibus ſit enectus, corpore toto exſangui. Venæ ſectionem plus nocere, quam febrem, ſic purgationem. In ſe ipſo, cum ob ſcabiem ei alvus repetito duceretur, didiciſſe ſe, humores turpes, quos excluſos putabat, & a medicamento exturbatos, vere ab ipſo pharmaco natos eſſe. Quartana peculiariter: non habere in liene ſedem, etſi is in quartanæ fine intumeſcat. Veſicatoria emplaſtra; quæ in veſicis aqua eſt, eam merum eſſe cruorem, & veſicatoria ipſa ſanguinis miſſione eſſe crudeliora. Clyſter ad ileon inteſtinum non pertingit, & craſſis inteſtinis nocet, neque febrem tollit. Contra clyſteres nutrientes. Decocta improbat. Lapides pretioſos ab humano ventriculo non digeri. Vitia confectionis alkermes & ſerici cocco tincti. Rigorem eſſe ab archæo, qui ejus ope vult excutere adhærens excrementum; eumdem vero archæum, cum per rigorem parum percipiat ſe promovere, inde calorem tentare, & ſudorem tandem extrudere. Omnem motum in ſanis & in ægris eſſe ab archæo. Diaria & hectica febris ſedem in ventriculo habet. Nidus febrium eſt in ventriculo, duodeno, inteſtinis, vaſis meſentericis, ad uſque hepar. Eo moleſtior febris eſt, quo propior ori ſtomachi: in eo ore cauſus habitat & ſynochus. Sola quartana febris in ſplene ipſo ejuſque vaſis nidum habet. Vitioſam eſſe in febre a potu abſtinentiam. Vini modicum febres reddere faciliores. Febris non ſolus niſus eſt, ſed pars materialis archæi per indignationem deturpati: differentiam febrium cauſa occaſionalis addit. Omnes febres exſtirpantur ſudorifero, & quidem præcipitato diaphoretico PARACELSI (mercurio). Tum purgatione diaceltateſſon, quæ & febres tollit & podagram,

ad

ad quam vero parandam alcaheſt requiritur. Porro ſales alcalini volatiles, ante paroxyſmum ex vino vel aceto ſumti, ut ſudorem moveant. Apologia medicamentorum chemicorum, mercurii, ſtibii. Stomachus eſt palæſtra certaminis febrilis. Vomitus febrem non tollit. Febres ſanari ſpiritu ſalis tartari, qui abſorbentia aliqua ſolverit.

3. *Scholarum humoriſtarum paſſiva deceptio atque ignorantia.* Non alio opere noſter Galenicis ſcholis magis nocuit, quo quatuor elementa, qualitates, humores deſtruxit. Nullo experimento eos humores demonſtrari. Lotium nihilo minus pro humore numerari debet, quam bilem. In atram bilem; non poſſe fieri, ut cum terra ferveat. In bilem flavam, quæ minime ex natura inſtituto in ſanguine reperiatur. Non fel eſſe, quod vomitu rejicitur. In pituitam tanquam humorem. Contra veterum de urinis judicium. Nihil de bile lotio ineſſe, neque bilem ad cerebrum rapi, aliaſque cauſas eſſe phænomenorum urinæ. Icterum non eſſe a bile flava. Vidiſſe ſe duos ictericos incidi, in neutro orificium felleum obſtructum fuiſſe. Cauſam icteri eſſe fermentum præternaturale, quod os ventriculi dextrum inficiat. Stranguria ſenilis frequens, etiam abſque calculo. Bobus in felle verno tempore calculum ſubnaſci, icterum non facere. Fæces alvi a bile non tingi. Nidum mali eſſe a pyloro ad finem duodeni.

4. *Tumulus peſtis.* De ſuis ſtudiis. Juvenem librorum helluonem fuiſſe. Anno 17 ætatis ſuæ Lovanii in chirurgiam ea prælegiſſe, quæ ipſe ex ſolis libris tenebat. Cum vero ægros curare ſuſciperet, neque ſanare poſſet, peregre abiiſſe, quo medicinam diſceret. Inde ad ignem converſum res aliter ſe habere comperiſſe, quam putabat, & libros deſeruiſſe, ut ſolis experimentis ſe dicaret: ita feliciorem fuiſſe in curandis ægris, ut invitus, neque niſi a divitibus, nummos acceptaret. Vilvordiam ideo ſe recepit, ſoliſque porro experimentis chemicis ſe tradidit: ad divitias pervenit, in multis litibus ſuperior. Myriadibus ægrotorum ſe ſanitatem reddidiſſe. De peſte ſigillatim. Scriptores quos centenos legeris, fere ſe tranſcribere invicem. Peſtem non a cælo eſſe. Luem veneream anno 1494 exortam eſſe ex nefanda turpi venere. Suffitus & inunctiones nefanda vocat auxilia. Luem ven, eſſe fermentum venenoſum, ſolidis & liquidis corporis humani partibus tanquam odores adhærens. Anno 1540. tarantulam primum apparuiſſe, triticum melleum in Gallia anno 1550, ſcorbutum anno 1556. Peſtem ſæpe a ſolo terrore generari. Cæterum venenum eſſe ſuæ indolis, ab omni alio diverſum. In theriacam. Ipſam peſtem vitioſos humores ſuos gignere. Difflari ſudore. Nævi fabuloſe exornati. Animalia in venerem furentia venenum habere, etiam in ſaliva. In peſte Oſtendiana, fraciditatem peſtilentem exuſtas ſoleas oluiſſe. Prima ſedilia peſtis eſſe circa ſtomachum, ubi materiem alimentariam corrumpit: eam peſtem, quæ a terrore eſt, ad lienem primum ruere. De zenexto, amuleto adverſus peſtem. Contra appenſa venena, & cum zenexto multa millia militum ſe præſente periiſſe. De lapidum pretioſorum cum valetudine humana ſympathia fabulæ. BUTLERUM peſtem in millenis hominibus ſanaſſe: bufones & ſordes ab eo animale vomitu rejectas, dum ſuſpenſus peribat, adhibuiſſe, trochiſcos inde feciſſe,

ciſſe,

ciſſe, quibus ipſe HELMONTIUS feliciter ad avertendam adque curandam peſtem uſus ſit. Germani milites ſulfureo fumo veſtibus excepto a peſte ſe tutos præſtiterunt. Laudes ſpiritus ſulfuris: jam HIPPOCRATEM vinum, quod in peſte dabat, ſulfuris fumo infeciſſe. Hic alia plurima, nulla cujuſquam auctoritate, HIPPOCRATI tribuit, etiam carnem viperinam pro arcano ſibi ſervatam. Sarcina circa os ventriculi, funeſti in peſte præſagii. Eſcharam in ſtomacho ſe natam 16. & 7. hora ab ingreſſu peſtis vidiſſe.

Peſtis tumulus ſeorſim prodiit Germanice Sulzbach 1681. vertente J. HENRICH SEYFFRIED. Pauca hæc ex plurimis decerpſi, ut auctoris ſingulare ingenium, & miſta mala bonis inde perſpicerentur.

Cæterum ſeorſim prodierunt ll. *de magnetica vulnerum curatione* Pariſ. 1621. & in *theatro ſympathetico*.

Propoſitiones de curatione magneticæ excuſæ ſunt Colon. 1624. BB.

De aquis Leodienſibus medicatis ſupplementum Leod. 1624. L.

Opuſcula medicinæ inaudita, de lithiaſi, febribus, humoribus GALENI, *peſte* Colon. 1644. 8. L. Amſterd. 1648. 4.

Apologia adverſus doctrinæ novitatem Lion 1655. 12. niſi error ſubeſt.

Fundamenta medicinæ recens jacta Ulm 1681. 12. Belgice *daageraad oſte nieuwe opkonſt der geneeskonſt* archetypus quidem eſt auctoris, & prodiit Roterd. 1660. 4.* libri nempe *de lithiaſi* & *de peſte*. Germanice *Aufgang der Arzneykunſt &c.* Sulzbach 1683. f. vertente CHRISTIANO KNORR von ROSENROHT, qui & præfatus eſt.

HELMONTII *recepta injecta, rejecta materialia, & injaculatorum modus intrandi* prodierunt Nurnberg. 1698. 4. cum MERCLINO *de incant.*

Eenige ſententien van J. B. v. HELMONT Amſterd. 1699. 8.

Non ſatis novi quid ſit J. B. v. HELMONT *medicina* Pariſ. 1654. fol.

Aut *Vollſtändige Anweiſung zur Arzneykunſt* Nürnberg 1753. fol.

§. DXVIII. THOMAS REINESIUS.

Vir diverſiſſimi quidem ingenii ab HELMONTIO, cæterum in ſuis ſtudiis, in accuratiſſima nempe veterum ſcriptorum lectione, comparatione, in ſagacitate perſpiciendæ veræ lectionis, utique princeps, & ad miraculum doctus, acer idem, neque mollis adverſarius, conſul & medicus Altenburgenſis. *Vitam* habet BRUCKER *Ehrentempel* dec. III. p. 110. Eſt etiam FRIDERICI BRUMMER panegyricus dictus THOMÆ REINESIO Lipſ. 1712. 8. in opuſculis BRUMMERI.

Ej. *chymijatria h. eſt medicina denuo inſtructa & exornata, inque theatrum* ATHENÆI *ad Eliſtrum ſermone penegyrico producta* Gera 1624 4 Jen. 1678. 4. L.

Ej. *Raht u. Bericht wie bey jezo graſſirender Peſtſeuche männiglich ſich derſelben zu bewahren hat* Gera 1625. Altenburg 1681. 4. LEHM. (legit *Sterbſeuche* loco *Peſtſeuche*).

Ej. *variarum lectionum libri III. priores, in quibus de ſcriptoribus ſacris & profanis claſſicis pleriſque diſſeritur, loco obſcura illuſtrantur, difficilia explicantur, corrupta emendantur, interpretum in quamplurimis Græcis hallucinationes notantur* Altenburg 1640. 4. *. Incredibili eruditione plenum opus. Pauca indicabimus de multis. Duo loci de *Kyranidibus*, ſpurio vetuſto tamen libro. Ad gloſſarium ISIDORI emendationes & interpretationes. HIPPOCRATIS interpretes hactenus contra GALENUM defenſi, ipſe GALENUS reprehenſus. Verſus GALENO adſcriptus vindicatus EMPEDOCLI. Petechiæ HIPPOCRATI ignotæ. De rhinocerote, unicornu. Verſiones HIPPOCRATIS emendatæ; CORNARII, etiam FOESII. Voces obſcuræ explicatæ. In PLINIUM notæ, ejuſque in Græcis vertendis lapſus, DIODORUS medicus, alius a DIODOTO botanico. Plurimæ emendationes in PLINIO VALERIANO, DIOSCORIDE, PLUTARCHO, ATHENÆO, GARIOPONTO, SUIDA. Medica varia excerpta ex ARISTOPHANE, ex hiſtoricis & literatoribus. Fuſe de PLINIO minore. De medicis minus notis nonnullis & anonymis Græcis. De PRISCIANO uberius, deque GARIOPONTO, & CÆLIO AURELIANO. Multum cæterum cum C. BARTHIO litium, cum quo, prius ſingulari ſuo amico, ridicula ex cauſa iras & ſimultates ſuſcepit, quod REINESII apparitor BARTHIUM amicum ſuum inviſentem pro carnifice habitum, de loco Conſulis decedere ignarus juſſiſſet. Subinde aliqua interſpergit adnotata. Puer delirans a ſanguine felino propter epilepſiam epoto.

Ej. *defenſio variarum lectionum* Roſtock 1653. 4. L.

Ej. *de chemicorum Græcorum codice Gothano judicium* Hamburg 1723 4. B. Tig. ita lego; forte ex ipſis *variis lectionibus* caput primum: quo de iis chemicis agit.

Ej. *epiſtolæ ad* C. HOFMANNUM, & CHRIST ADOLPHUM RUPERTUM *profeſſores Noricos* Lipſ. 1660. 4. *. Medici ad medicos epiſtolæ, plurima tamen a ſcopo noſtro aliena continet; quæ ad RUPERTUM, eæ potiſſimum de faſtis quærunt conſularibus, aliiſque hiſtoricis & inſcriptionibus. HOFMANNUS de vocibus difficilioribus HIPPOCRATIS, GALENI, & THEOPHRASTI ſæpe REINESII ſententiam expetit, quem virum venerabatur. Nolles REINESIO excidiſſe, ut a CASPARO peteret, vellet is in ſuos pariter hoſtes, ut in proprios, invehi: qui alioquin non perinde benigne de CASPARO ſentiret.

Epiſtolarum ad VORSTIUM *faſciculus* Colon. Brandenburg 1667. 4. *. Non hujus eſt loci.

Epiſtolæ ad CHRISTIANUM DAUMIUM *ex muſæo l.* ANDREÆ BOSII Hamburg 1670. 4. *. Aliqua ad libros & gloſſas veteris ævi, & ad interpretandos locos difficiles, multa in BARTHIUM, ad rem medicam pauciora. In OROSCIUM, ad AETIUM notæ: in THEODORUM PRISCIANUM, in AEGIDIUM, & CONSTANTINUM AFRICANUM atque MOSCHIONEM, deque eorum ætatibus. Cæterum hæc partim DAUMII ſunt, & in univerſum brevia, & fere de editionibus, adnotata.

EJ. *epiſtolarum ad* NESTEROS *patrem & filium farrago* Lipſ. 1670. 4. *. Juniori NESTERO nummulos olim ſubpeditaverat: ad eum nunc archiatrum Brandenburgicum vix tolerabili cum faſtu ſcribit. Pretium literis vix ullum; admiſcet hiſtoriolas ſuſpectas fœminæ bufones vomentis, viri abſque teſtibus generantis. Magis tamen medici ſunt argumenti. Multa de dyſenteria, paſſim etiam de aliis morbis. De HELMONTIO favens judicium.

EJ. *ſyntagma inſcriptionum antiquarum, cum primis Romæ veteris, quarum omiſſa eſt recenſio in* GRUTERI *opere. Opus poſthumum cum commentariis abſolutiſſimis* ib. 1682. fol. medicas etiam inſcriptiones aliquas continet.

Nomini REINESII inſcripta *ſchola juriſconſultorum medica* ib. 1679. 8. *. eſt ipſe FORTUNATUS FIDELIS, ſtellionatu aliquo REINESIO ſuppoſitus.

§. DXIX. VARII ad a. 1624.

JOACHIMUS OELHAFEN medicus Dantiſcanus.

EJ *de ſeminario peſtilente intra corpus vivum latente diſquiſitio* Gedan. 1624. 4. SCHULZE. 1626. 4. *. Francof. 1638. 4. L. Eſſe quidem, ubi peſtis ex orthoſtadii hominis corpore ſubito erumpat, eum etiam occidat. Non ideo non dudum intra corpus peſtilens venenum latuiſſe, etiam ſymptomatibus nonnullis ſe prodidiſſe. In omni corporis parte latere poſſe per ſingulas oſtendit. Fuiſſe quibus, cum ſymptomata peſtis paterentur, pus per alvum deceſſerit. Peſtilentem viſam eſſe dyſenteriam, & cum vera peſte miſtam. Lentas etiam febres peſtilentes dari. Anatomica aliqua admiſcet.

FRIDERICI VAN DER-MYE Delfenſis, *de arthritide & calculo gemino tr. II. cum diſp. de lapidum generatione.* EJ. *hiſtoria medica* Haag. 1624. 4. *. Quatuor libelli de arthritide compilatitii, & de calculo. Hiſtoria medica ad funeſtos eventus morbi, acuti cum abortu & calculorum deceſſione, denique lethargo.

EJ. *de morbis & ſymptomatibus popularibus Bredæ tempore obſidionis & eorum immutationibus atque medicamentis in ſumma inopia adhibitis* T. II. EJ. *diſſ. II. medico phyſicæ de contagio & de cornu monocerotis circa Bredam reperto* Antwerp. 1627. 4. *. In diuturna obſidione, annona denique præſidio defuit, ut vetuſto caſeo, pane male cocto, equis & canibus viverent, huic noxio victui ſupervenit peſtis & ſcorbutus. Peſtis atrox, in qua varii bubones, carbunculi & exanthemata crebrius

crebrius occurrebant. Peribant, quibus ſanguis de naribus fluebat: ſalutares erant tumores colli, artuum. Nulli cum peſte alii morbi viguerunt. Eadem ab hieme ſuppreſſa, verno cum tepore rediit, adeo ſæva, ut de centenis ægris vix unus mortem evaderet. Æſtas infeſtiſſima fuit. Poſt mortem etiam exanthemata eruperunt. Sub noctem peſtis magis inficiebat. Laudat aquam ſtillatitiam aromaticam. Scorbutus ſæviſſimus, contagioſus, ex malo victu natus. Noſter ad varia medicamenta inſolita delapſus eſt, cum ſolita illa deficerent.

De *contagio* non magni momenti. Sic neque *de cornu monocerotis.*

LEVINUS FISCHER *de affectu hypochondriaco* Brunſwic 1624. 8.

EJ. *de proroganda vita dialogus* Lipſ. 1640. 8. L. & cum *Syllabo ſcientiarum artiumque ſecretiorum* Brunſvic. 1662. 8. TR.

EJ. *corpus medicinæ imperiale ad neotericorum & chymijatrorum normam digeſtum. Acc. examen candidatorum* Hemipol. 1656. 8. 1680 8.

EJ. *de loco vero foco adfectus præcordialis vulgo hypochondriaci deque viis per quas ſeroſitates morbificæ evacuantur* ex HIPPOCRATE *ſuccincte deducta exetaſis* 1631. 12. GUNZ.

EJ. *de morbis magicis per ſagas inductis naturaliter curandis.* Edidit G. A. MERCLIN cum ſua *ſylloge* 1698. 4.

EJ. *methodus nova herbaria* 1646. 8. v. B. Botan.

J. FRITSCH, HIPPOCRATIS *aphoriſmi verſibus heroicis expreſſi* Baſil. 1624 12.

GILBERTI JACCHÆI Scoti, *inſtructiones medicæ* Leid. 1624. 12. *. 1631. 12. L. Breve univerſæ artis compendium, totum ad veteris ſcholæ ſaporem.

Vita viri ab ADOLPHO VORSTIO ſcripta Leid. 1628. 4.

ANT. GUNTHER BILLICH *Adſertionum chymicarum ſylloge oppoſita clangoſo latratui & venenatis morſibus* PETRI LAUREMBERG Oldenburg 1624. 4. TR.

EJ. *reſponſio in animadverſiones quas anonymus quidam in* ANGELI SALÆ *aphoriſmos conſcripſit* apud Baſſanum 1622. 8. TR. Chemici argumenti.

EJ. PETRI LAUREMBERG *deliria chymica* Bremæ 1625. 8.

EJ. *obſervationum & paradoxorum chymiatricorum* L. II. Leid 1631. 4. TR.

EJ. *Theſſalus in chymicis redivivus, i. e. de vanitate medicinæ chymicæ hermeticæ diſſ.* Francof. 1639. 8. L. 1643. 8 L.

ARNOLDI SCHROEDER *defenſio animadverſionum & notarum* PETRI LAURENBERG *in aphoriſmos chymjatricos* A. SALÆ Marburg 1624. 4. TR.

EJ *bonum factum ſ. flabellum quo fumus chymicus & cinis contumeliarum quas* PETRO LAURENBERG *adflare conatus eſt* A. G. BILLICH *diſpellitur* 1625. 4 LIND.

SIMEON PARTLIZ *officia medicorum pictura Æſculapii* Erford. 1624. 12. carmen.

EJ. *medici ſyſtematis harmonici, in quo vera diſcendæ & exercendæ medicinæ methodus per præcepta brevia illuſtratur, commentario explicatur* Francof. 1628. 4. vitium ſubeſt.

J. CAROLI ROSENBERG *roſa nobilis jatrica ſ. animadverſiones & exercitationes medicæ Hippocraticæ & hermeticæ* Argent. 1624. 12. *. Generalia quædam de medici officio. Muſica morbos curari. Medicamenta aliqua ſimplicia. Non ex ſapore, ſed ab experimento, vires medicamentorum innoteſcere. Vomitoria non debere dari, niſi correcta. Diagrydii emendatio. Aloe hæmorrhoidibus noxia. Male ſuccedere ſuppoſitoria, ſæpe nocere. Utique vitrioli ſpiritum in morbis acutis utilem eſſe, in ipſa etiam epilepſia. Habere tamen ſua vitia. Gallinam auri & argenti foliis aluit: inde ova argentata poſita, lineæ in pectore pulli aureæ. Contra inunctiones mercuriales. Spiritum vini in peſte nocere. Ab eſu malorum granatorum linguam abſque periculo nigreſcere. Aromata non nocere.

GENESIUS PASTOR *de* GALLEGO Valentinus. EJ. *brevis epitome valde utilis ad prædicendum futura in morbis acutis* 1624. 4. & 8. C. de V.

ANTONII SANDERI *de Brugenſibus eruditionis fama claris* L. II. Antwerp. 1624. 4. B. BUN.

EJ. *de Gandavenſibus eruditionis fama claris* L. III. ib. 1624. 4.

EJ. *de ſcriptoribus Flandriæ* L. III. ib. 1624. 4.

EJ. *de claris* ANTONIIS.

HENR. LEMICH *or. de peſte carmine heroico ſcripta* Roſtoch 1624. 4. LEHMAN.

J. SPITHOV *de vita & morte* J. BORDINGII ib. 1624. 4.

PETRI *la* SEINE *Nepenthes* HOMERI Pariſ. 1624. 4.

ROQUE PORRAS *prælectiones medicæ* Salamant. 1624.

FRANCISCI COLUTI *de querelis nephriticorum* Rom. 1624. 4. L.

PHILIPPI SAVONA *deciſiones medicinales quoad diagnoſin & prognoſin novo ſcribendi modo primum invento* Panorm. 1624. f. MONGIT.

PETRI PIPERNI *petræ medicæ diviſæ in duos tomos*, liber 2. *de antidotis* Neapoli 1624. 8. de aere Beneventano.

JACOB

JACOBI SEGARRA *de morborum & ſymptomatum differentiis* Valent. 1624.

J. STEPHANUS Bellunenſis.

EJ. *ſumma præcautionis ratio peſtiferæ contagionis, ac primum de contagioſa aëris natura* Venet. 1624. 12.

EJ. *de incolumitate diu ſervanda dialogus* ib. 1627. 8. L.

EJ. HIPPOCRATIS *theologia, in qua* PLATONIS, ARISTOTELIS & GALENI *placita chriſtianæ religioni conſentanea exponuntur* Venet. 1635. 4. & in FABRICII *bibliotheca Græca* Hamburg. 1726. 4. *. Fere vana declamatio.

EJ. *cænologia ſ. de vertigine dialogiſmus* Venet. 1640. 4. B. THOMAS.

EJ. *coſmetica de fæditatibus & nævis faciei* Francof. 1651. 12. 1656. 12. *. cum PRÆVOTII poſthumis. Formulæ in parvo libello collectitiæ.

ID. in HIPP. *de virginum morbis commentarium* edidit *cum ſententia de veſicantibus, & conſiliorum medicorum dec. X.* Venet. 1635. 4.

EJ. *in legem* HIPP. ib. 1637. 4. L.

EJ. *in libellum* ARISTOTELI *tributum de conſervatione ſanitatis* ib. 1637. 4.

EJ. *Paraphraſis in primum fen libri IV. de febribus* Venet. 1646. 12. 1649. 12. LIND. Invitus venam ſecat.

EJ. *pyrine ſ. de natura febris dialogus. Symmixis ſ. miſcellanæ phyſicarum jatricarum quæſtionum* Venet. 1653. fol.

Et *in nonum fen libri tertii* EJUSDEM ib. 1649. 12. L. Inſanis jubet ſinciput uri.

EJ. *conſiliorum medicarum* X *decades* cum plurima etiam theoria.

In ſtercoraria mictione aquam ſalſam Cenetenſem imperat. Canonicus, cui penis in erectione ob ganglion curvabatur. Hiſtoria febrium Cenetenſium anni 1629. Malignæ fuerant, cum ſtupore, pervigilio, petechiis. Venæ ſectionem & purgationem omittit, dat acida, hidrotica.

Miſcellanea phyſica ſ. varii argumenti epiſtolæ mutuæ. Veſpillones, cum in altiſſimum tumulum deſcendiſſent, quo cadavera coaptarent, exſtincti ſunt a fætidiſſimo vapore. In principio morborum acutorum non continuo calida danda aut pellendus ſudor.

Carmina: inter ea TOBIAS. Bonus certe poeta, etſi in eo carmine Dieſpiter non deberet dici.

CASPAR

EJ. *opera univerſa* Venet. 1653. fol. *. Vir minime ingenio deſtitutus, ſatis bonus poeta, inutiles tamen libros ſcripſit, theorias meras & paraphraſticos commentarios in HIPPOCRATIS *legem.*

CASPAR MARCUCCI *diſp. de jejunio & eſu piſcium in vere contra* LEON. FUCHSIUM Venet. 1624. 12. *le* TELLIER.

EJ. *quadrupartitum melancholicum, quo variæ quæſtiones de melanchalico morbo, eſſentia, differentiis, cauſſis, prognoſi habentur, & de morbo hypochondriaco, vanis melancholicorum ſomniis, & amentium melancholia* Rom. 1645. 4. L.

NATHANAEL CHYTA *Ep. adverſus peſtem* Roſtoch 1624. 8.

§. DXX. VARII.

DAVID LAIGNEAU *avis ſalutaire ſur la ſaignée.*

EJ. *tr. pour la conſervation de la ſanté & ſur la ſaignée* Paris 1624. 1633. 4. 1650. 4.

BALINGHAM *aprés-dinées & propos de table contre l'excès du boire & du manger pour vivre long-temps* S. Omer 1624. 8.

ANDRE' FALCONET *du ſcorbut* Lion 1624. 8. RAST. alii 1642.

ROBERTI BURTON (DEMOCRITUS JUNIOR), *The anatomy of melancholy with its cauſes, all the kindes, ſymptomes, prognoſtiks and ſeveral cures of it* 2 *ed.* Oxford 1624. fol GUNZ. 1638. fol.

J. STARITZ *neu reformirter Heldenſchatz* Francf. 1618. 12. 1624. 12.*. TR. 1628. 12. TR. 1645 12. Superſtitioſus equorum medicus.

Scripſit etiam *Auslegung des manualis* PARACELSI &c. *in librum duorum archidoxorum* PARACELSI 1624. 4. TR.

MARTIN HORKY *Wegweiſer wie man ſich für der Peſtilenz bewahren ſoll* Roſtock 1624. fol. TR.

Eines ehrbaren Rahts zu Roſtock Peſtordnung Roſtock 1624. 4.

HENRICI MYLPHORT *Erklärung was des Bresliſchen Biers beſten Eigenſchaften ſeyen, was vom Gebrauch des Brandteweins u. chymiſcher Arzneyen Solarpulver, Braune u. gicht Adern, ausländiſcher Arzney u. Waſſenſalbe zu urtheilen, was u. wieweit auf die Urinas u. Waſſer zu halten* Breslau 1624. 4. TR.

EJ. *mediciniſches Spaziergänglein* Schleuſingen 1627. ſi huc facit.

J. WARWICHS *Bericht wider die peſtilenzialiſche Krankheit* Coppenhagen 1624. 8. B. THOMAS.

Ver-

Verneuerte Geſeze dem collegio medico zu Nürnberg den Apotekern und andern Angehörigen gegeben Nürnberg 1624. 4. B. THOMAS.

DONATI EREMITÆ monachi Dominicani, *dell elixir vitæ* Napoli 1624. fol.*. Multa chemica inſtrumenta circulatoria, alia, depicta. *Elixirium* proprium *vitæ*, ejus quæ vocantur ingredientia. Id ingrediuntur ſpiritus vini, ſ. quinta eſſentia vini, dicta, fuſiſſime & ad propria auctoris experimenta. Deinde numeroſiſſima aromata, lapides pretioſi & alia ad compoſitionem conſarcinata. Utilitates medicæ & ad adverſariorum objectiones reſponſio. Inde totam ſeriem ſimplicium medicamentorum percurrit, quibus ad ſuum elixir utitur; ſingulorum locos natales & vires recenſet, totamque materiem medicam. Catalogus morborum etiam Arabicus cum interpretatione Italica.

EJ. *antidotario* Neapoli 1639. fol. Lion 1668.

§. DXXI.

DISPUTATIONES.

MAURICII BLUM *de imbecillitate ventriculi* Witteberg 1624. 4. *.

EJ. *de melancholia hypochondriaca* ib. 1629. 4.

EJ. *decas problematum medicorum* ib. 1622. 4. *. Catharticis poſſe narcotica addi. Plantarum ſales nativos plantæ vires non retinere.

Addit HEFTER *hydropiſiæ dignotio & curatio* Baſil. 1624. 4. RIV.

PHILIPPUS MARESIUS *de variolis morbo pueris familiari* ib. 1624. 4. RIV.

JAC. HUGO *de dyſenteria* ib. 1624. 4.

JAC. BARTSCH *decas exercitationum medicarum ex* FERNELIO, *tabulis, aphoriſmis & quæſtionibus incluſarum* Argent. 1614.

J. GEORG PELSHOFER *de ſputo ſanguinis* Baſil. 1624. 4. RIV.

EJ. *de variolis & morbillis* Witteberg. 1629. 4. PL. Argentorati 1642. 4. PL.

EJ. *de purgatione* Witteb. 1632. 4. PL.

EJ. *de diebus criticis eorumque cauſis* ib. 1632. 4.

EJ. *de ſanitate & morbo* ib. 1629. 4.

EJ. *de ſcabie vulgo ſic dicta* Witteb. 1629. 4. RIV.

EJ.

Ej. *de* Paracelsi *unguento armario* ib. 1630. 4. Tr.

Ej. *decas paradoxorum chymicorum* ib. 1630. 4. Tr.

Ej. *de morbis totius ſubſtantiæ & cognatis quæſtionibus pro* Sennerto *contra* J. Freytag. Witteb. 1633 8. L

Michael Lantzenberger *de variolarum & morbillorum curatione* Lipſ. 1624. 4. H.

Andreæ Brunnemann *de catarrho* Regiomont. 1624. 4.

Nic Regnier & Phil. Hardouyn *E. muſica in morbis efficax* Pariſ. 1624.

Thom. Gamarre & Herm. *de* Launay *Non E. in morbis ante pepaſmum catharſis* ib. 1624.

J. *de* Bourges & Jacob Adam *E. febribus intermittentibus vomitus* Pariſ. 1624.

Valent Hieraulme & J. Fayolle *E. variolis apparentibus mittendus ſanguis* ib. 1624.

J. Pietre & Petr. Savarre *E. choleræ morbo convenit venæ ſectio* ib. 1624.

J. Cousin & Jac. Jouvin *E. ſenes jejunium facillime ferunt* ib. 1624.

Hieron. Goulu & Jac. Adam *E. in thoracis quam in abdominis hydrope paracenteſis tutior* ib. 1624.

Hieron. Blacvod. & Phil. Hardouyn *E. peregrinatio in morbis neceſſaria* Pariſ. 1624.

§. DXXII.

Johannes Rhodius.

Danus, qui vero, ut ſolis ſuis ſtudiis viveret, Patavii ſedem fixit, ibique multis annis degit, vir eruditus & multæ lectionis, neque de medicina omnino inutilia ſcripſit, cum profeſſorum Patavinorum inventa aut rectius viſa, ſollicite collegerit.

Primum anno 1625. ſcriptum lego edidiſſe *de natura medicinæ* Patav. 1625. 4.

Deinde horum temporum, ut puto, eſt *Introductio in medicinam paulo accuratiorem*, quæ cum poſterioribus Conringianæ introductionis editionibus prodiit Hall. 1726. 8. *. Libros commendat ad ſingulas medicinæ partes, quales eo tempore

proſtabant: ſex fere annos ad ſtudium artis medicæ poſcit, & in eos ſex annos ſuos libros diſtribuit.

Ej. *de acia diſſ. ad* C. Celsi *mentem; acc. de ponderibus & menſuris ejuſdem auctoris oratio, & vita* Celsi Hafniæ 1672. 4.*. *Acia* ſola prodiit Patav. 1639. 4. Erudita omnia. L. de ponderibus huc facit. Agit etiam de veterum ſiglis & hieroglyphis. Vita Celsi perbrevis eſt. Celsum ipſe Rhodius ad editionem parabat.

Ej. *analecta & notæ in* Lud. Septalii *animadverſiones & cautiones medicas* Patav. 1652. 8. *, tum Dordraci 1650. 4. *. &c. vide p. 289. Ad loca Septalii numeroſi loci optimorum ſcriptorum in ordinem diſpoſiti. Verus index; ut vocant, realis.

Id. Scribonium Largum *recenſuit, notis illuſtravit, lexicon Scribonianum* addidit Patav. 1655. 4. *. Ex philologicis ſtudiis, quibus maxime valebat, noſter hoc opus concinnavit, comparatis locis veterum, etiam poetarum, nummis, inſtrumentis antiquorum, ad vetuſta exempla expreſſis ditiſſimum. Lectiones ſtudet ut det emendatas, ſed potiſſimum ex aliis veterum locis verum ſenſum auctoris eruere conatur. Ad medicos veteres ex intimis intelligendos, adque hiſtoſtoriam medicam eximium opus, quo & res & voces declarantur.

In *Lexico* voces Scribonii cum vocibus aliorum ſcriptorum comparat.

Ej. *obſervationum medicinalium centuriæ tres* Patav 1657. 8. *. Francof. 1676. 1679. 8. *. Breves hiſtoriæ morborum eventuumque rariorum, & adnotata profeſſorum Italorum, cadaverum etiam inciſiones. Ecce aliqua ſpecimina. Febris ardens ex nimio gaudio. In uno homine inque unum diem ſex tertianæ febres ſtipatæ, ex Johannis Prævot obſervatione. Quotidiana febris a maculis nigris critice efflorеſcentibus ſublata. Febris petechialis extra diem criticum critice deſinens, qualem exitum eo ævo & in Italia vix quiſquam ſperabat. Coma curatum inuſta cervice. Catalepſis cum uterino furore. Phrenitis ſublata pure per os, oculos & nares erumpente. In hydrophobo contra voluntatem ægri ad morſum impetus. Epilepſia a variis præter caput corporis partibus: feliciter in ea cranium perforatum. Aqueus humor oculi poſt vulnus in puero reparatus. Aſpera arteria poſt longam raucedinem tota inflammata. Calculi tuſſi redditi. Mola in muliere ſexagenaria. Lapilli per alvum egeſti. Calculi fellei numeroſi, etiam lamellati & angulares. Jecur in hydropicis ſanum. Paracenteſi hydrops aſcites ſanatus; etiam cum ſubito ſerum omne profunderetur: ſed alias a malleolo inciſo gangræna funeſta. Lotium a veſicæ callo ſuppreſſum. Animalcula in urina. Hydrocele uſtione curata. Arthritis moto in hypocauſto ſudore ſanata. Mercurio dulci jam tum ad ſanandam veneream luem paſſim utebantur. Veſicas in femore ductas gangræna ſecuta. Vipera mortua periculoſe momordit. Ab aere ſolo, per tormentum bellicum vehementiſſime concuſſo, humeri os fractum.

Ej. *Mantiſſa Anatomica ad* T. Bartholinum Hafn. 1661. 8. *. cum *Centuria*

turia VI. hiſtoriarum prodiit. Proprie anatomica eſt, continet tamen viſcerum a legitima ſtructura aberrationes. Cordis appendix, & quaſi alterum cor.

EJ. *obſſ. poſthumæ* in Act. Hafnienſ. vol. IV. obſ. 28. Perbreves curationes morborum Patavinæ. Potus non mutatus per lotium exiit, ut ſuus etiam vino color & odor conſtaret. Volvulus, etiam clyſterum; Colon inteſtinum carne luxuriante interceptum. CASPAR SCIOPPIUS hæmorrhoidum fluxu & dolore vexatus, denique lotione ſanatus, ad quam propriam urinam adhibuit.

Apud G. H. WELSCH. commendat faſciationem crurum hydropicorum, quæ propriis fit ocreis Cent. IV. obſ. 69.

TOMASINO calamum commendaſſe C. HOFMAN ad REINESIUM ep. 20.

EJ. *auctorum ſuppoſitorum catalogus poſthumus* Hamburg 4. Ita lego.

In *ciſta medica* BARTHOLINI ſunt tria conſilia RHODII.

§. DXXIII. VARII. ad a. 1625.

JOSEPHUS *ab* AROMATARIIS, FAVORINI filius, Aſſiſinus, *de rabie contagioſa diſputatio* Venet. 1625. 4. Francof. 1626. 4. *. Occaſione rabiei caninæ aliqua de mania, de angina, quæ ſit de rabiei caninæ adfinitate, de ejus ſpeciebus. Etiam in cynanche rabiem funeſtam ſubnatam eſſe. Dari abſque ullo morſu aquæ metum.

EJ. *vita* per J, B. *de* FABRIS Italice Venez 1661. 4. MAZ.

ALFONSUS GOMEZ *de* AREVALO *polyanthea medicis ſpecioſa, chirurgis mirifica, myrepſis neceſſaria* Madrit 1625. 4. C. de V.

MARCUS ANTONIUS ALAYMUS archiater ſiculus.

EJ. *diſcorſo intorno alla preſervazione del morbo contagioſo e mortale che regna in Palermo ed in altre città e terre da Sicilia* Panorm. 1625. 4. MONG.

EJ. *conſultatio pro ulceris Syriaci cum unguentis curatione* Panorm. 1625. 4. MONGITORE.

EJ. *diaptuticon ſ. de ſuccedaneis medicamentis opuſculum* Panorm. 1637. 4. FALC.

EJ. *conſigli medico politici del ſenato Palermitano per l'occurrente neceſſità della peſte.* Panorm. 1652. 4. Addit MONGITORE, his conſiliis Hiſpanos, Neapolitanos: Januenſes, Romanos, alios populos uſos eſſe.

Funebres honores quos medicorum Panormitanorum ordo in obitu M. ANTONII ALAYMI a. 1662. Panormi 1662. 4. viro habuit MONGIT. Titulus vitioſus.

J. FABER jam a. 1625. paratas habuit *ad* RECCHUM *notas,* quæ cum F. HER-
NANDEZ

NANDEZ opere Mexicano demum Romæ 1627. fol. & 1651. fol. *. prodierunt. Multa bona. Calculi veſicæ biliariæ boum &c. Antidotus ex pulvere ſerpentis paratus nihil profuit, cum adverſus venenum arſenicale propinaretur. Ovum in utero durum reperit diffracto cortice. Aſitiæ exempla propria. Ex ſpiritus vini abuſu, eadem quæ ex opio ſymptomata. Ut demorſum a vipera hominem theriaca potiſſimum curaverit. Carnis viperinæ uſus medicus. Mephitides ex puteis Romanis halantes. Mortes ex puteis, ex fermentato muſto: videri vaporem in cerebrum agere. Curati, qui arſenicum adſumſerant. Luporum rabidorum exempla. Inciſio hydrophobi ex canis morſu: inflammatio in ventriculo, inteſtinis & pulmone conſpicua. Homines ruminantes. Tophi in boum ventriculo. Hernia umbilicalis congenita, Alia. Lepram incipientem ſanavit, ſi idem eſt J. FABER.

HONORIUS HERING EJ. *de peſtilentia tr. ſingularis. Acc. faſciculus medicamentorum antipeſtilentialium ex optimis auctoribus collectorum & appendix medicamentorum auctoris* Brem. 1638. 12.

Sed jam ante 1625. prodierat HERING's *directions in a peſtilential contagion* Lond. 1625. 4. MEAD.

EJ. *σχεδίασμα ἰατρικὸν ſ. conſilium medicinale febrium curativum per oras ſeptentrionales longe lateque graſſantium* Brem. 1638. 12. TR.

EJ. *microcoſmus melancholicus, ſ. de melancholia in genere* ib. 1638. 12. TR. Imaginationes melancholicæ variæ.

EJ. *ſyntagma medicum de arthritide in genere, & podagra in ſpecie* Brem. 1630. 12. TR.

SCIPIO CLARAMONTEUS *de conjiciendis latentibus animi adfectibus* Venet. 1625. 4. Cronſiat. 1666.

EJ. *de atra bile, quod omnes adtinet,* L. III. Pariſ. 1691. 8.

GEORGIUS TIDICÆUS EJ. *aptiſſima conſideratio* Francof. 1625. 4.

GODOFREDI VERRYKEN Mechlinienſis *de cognitione & conſervatione ſui* Mecheln 1625. 8. 1633. 8. L.

PETRI CAMANNEZ in duos libros *artis curativæ* GALENI *ad* GLAUCONEM *commentarius* Valent. 1625. 4. *. Inutilis paraphraſis.

EJ. *de podagra theoretico practicæ poſitiones* Monſpel. 1626. 4. TR.

ANDREÆ LOBETTI *de foco putredinis in febribus intermittentibus* Taurin 1626. 4. LIND.

J. JOHNSTON *Enchiridii noſocomici generalis & ſpecialis libri* VIII. 1625. 8.

Ej. *thaumatographia in 10 claſſes diſtributa* Amſterd. 1632. 16.*. Præter ea, quæ per univerſum opus ſparſa ſunt, huc pertinet L. X. de homine. Qui venenum impune biberit. Edones, bibones, aſiti. Pulſus alieno loco perceptus. Pulſus ex ipſa natura irregularis, quale etiam exemplum in amico coram habeo. Longævi. Venena. Imaginationis errores melancholici, & poteſtas. Noctambulones, memoria per morbum deſtructa. Pleraque compilata.

Ej. *idea univerſæ medicinæ practicæ 12 libris abſoluta* Amſterd. 1644. 12. 1652. 12. *. Anglice 1665. f. & 1684. f. cum *auctariis* N. Culpeper. Editio mea nitida, neque malus libri ordo: morborum ſpecies, ſigna, cauſæ, eventus, ſpes, curatio, analytice omnia & abſque peculiari aliqua adnotatione. Chirurgica admiſta.

Ej. *ſyntagmatis univerſa medicinæ practicæ* L. XIV. Breslau 1673. vel 1674. 8. Riv. Lipſ. 1722. 8.

Ej. *idea hygieines recenſitia* Jen. 1664. 12. Lipſ. 1661. 12.

Ej. *memoriam* edidit *Elias Thomas* apud Sagittarium in *Hiſtor. eccleſ.* B. Bun.

M. Ant. Zimarræ *theſaurus reconditus de medicamentis, quæ corpori humano venuſtam formam inducunt* Francof. 1625. 8.

Ej. *antrum magico phyſicum medicum* Francof. 1625. 8. In P. II. *ejus podagræ, hydropis, peſtis, epidemiæ & cancri exulcerati cura hermetico magnetica* continetur 1627. 4.

Ej. *chirurgiſche Arzneykunſt* Francf. 1585.

Cum H. Cornelio Agrippa editum eſt *conſilium anonymi archiatri Colonienſis ad diarrhoeam.* Colon. 1626. 12.

Henrici Blacvodei Scoti *Hippocratis prognoſticorum* L. III. cum latina interpretatione Pariſ. 1625. 24.

Claud. Pierre Gouiet hiſtoriam dedit Henrici Blacvodei, qui obiit a. 1639.

§. DXXIV. Alii.

Franciscus Ruiz medicus Cæſar Auguſtanus.

Ej. *diſcorſo ſobre la compoſition azuco roſado ſolutivo* Saragoſſa 1625. C. de V.

J. B. Galvani *nuovo compendio di varii ſecreti per varie infirmità con il modo di fare un elettario per mantenerſi ſani* Monderi 1625. 8. Chiva.

Salvatoris Franciosi *diſcorſi nelle quali s'inſegna alli diſcipoli dell' arte de ſpeziario* Palerm. 1625. 4.

Cum

Huc referas Pietro *della* Valle, celebris peregrinatoris, *viaggi* ſ. itinera ſæpiſſime excuſa, quæ circa hæc tempora prodierunt. Paſſim ad medicinam faciunt adque ſtatum artis in oriente, ad Larenſium medicorum peritiam, ad libros aliquos medicos in oriente celebratos, ad vires medicatas fructuum &c. Prodierunt Bologn. 1672. 8. &c.

Louis *de* Serres *diſcours de la nature, cauſes, ſignes de la conception & de la ſterilité* Lyon 1625. 8. Rast.

Antoine Meynard *traite de la diſſenterie principalement de celle qui a eu cours a Tulle cette année* 1625. Tulle 1625. 8. Fontette.

Antoine *de* Pluvinel *médecine des chevaux* Paris 1625. fol. germanice Arnſtatt 1652. 8. Leipz. 1696. 8. Argent. 1658. 8. Francof. 1670. fol.

Orders iſſued by the King to be executed through the realm relating to the plague Lond. 1625. 4.

Georg Rost *practica medendi theologica medica d. i. guldene Brief wie man allerley Krankheiten von grundaus heilen ſolle* Goslar 1625. f. Tr.

Originalſchauhaus oder teſtimonia der Nürenbergiſchen medicorum de a. 1625. ſqq. Will.

Matth. Hoernick *Bericht vor die Einwohner der Stadt Eger, wie ein jeder wider die regierende Peſt ſich verwahren ſoll* Nürnberg 1625. 4.

Gründlicher Unterricht, wie man ſich vor der Peſtilenz bewahren ſoll Berlin 1625. 4. Hansen.

J. Henr. Kirchberger *aphoriſmi ſ. canones medicinales, kurze Erinnerung und Puncten von der Peſt wie man es mit einem und andern im Peſthauſe, oder auf dem Land zur Peſtzeit halten ſoll* Nürnberg 1625. 4. Will.

Ej. *aphoriſmi oder kurze Regel was die Wärter im Haus bey den Kranken thun ſollen und wie es die Bader mit der Aderlaß halten auch die Cur in peſtilenziſchen Zeiten anſtellen ſollen* Nürnberg 1628. Willer.

Georgii Fabri *von der Natur, Eigenſchaft u. Gebrauch des Einhorns, von der Probe des wahrens Einhorns* ex Catalano vertit Francof. 1625. 8.

J. Donati *Bericht wie ſich diejenigen; bey welchen die böſen peſtilenziſchen Drüſen vermerket werden, mit äuſſerlichen Arzneyen verſehen ſollen* Neyſſ. 1625. 4. Tr.

Der ordentlichen medicinæ Doctorenordnung u. Befehl wie die Einwohner der Stadt Rotenburg an der Tauber u. auf dem Lande ſich bey der an vielen Orten eingeriſſenen Peſt verhalten Rotenburg 1625. fol. Tr.

Sylv. Kundman *inſtruction wie man ſich zur Zeit der Peſtilenz præſerviren ſoll* Dreſden 1625. 8. Tr.

Bericht

Bericht wie die auf eines Rahts wohlbeſtellten Apothek angeordnete Præſervatifmittel wider die jezt anhaltende Peſtilenz zu gebrauchen Braunſchweig 1624. 4. TR.

Kurzer Bericht wie man der jezt einſchleichenden Peſt begegnen möge Lüneburg 1625. 4.

§. DXXV. DISPUTATIONES.

MATTH. MULLER *de hæmorrhagiis* Tubing 1625. 0. *.

EJ. *medica doloris conſideratio* ib. 1626. 4. RIV.

HIER. MEEKLEBEN *de vita & morte* Lipſ. 1625. 4.

ELIÆ TEICHMAN *ratio generaliſſima quoſcunque morbos expugnandi* Baſil. 1625. 4. RIV.

EJ. *de convulſione* ib. 1625. 4. HAEN.

LUDOVIC. HORNICAEUS *de melancholiæ natura, differentiis & curatione* Gieſſ. 1625. 4. *.

J. AHASVERUS *de incubo* Roſtoch. 1625. 4.

HERM. *de* LAUNAI & JAC. CORNUTI *E. ex vultu partium totiuſque temperies* Pariſ. 1625.

JAC. ADAM & JAC. THEVART *E. αρχαιοταρχια ſanitatis vindex* ib. 1625.

PETR. SAVARRE & FR. FOUQUE *E. melancholicorum in medendo præſtantior αγχινοια* ib. 1625.

GABR. BIART & REMIG. LEVEQUE *E. ſomnus a cibo* ib. 1625.

J. *de* GORRIS (GORRÆI) *E. medicorum Pariſienſium frequentes phlebotomiæ injuria accuſantur* ib. 1625.

ANDR. *du* CHEMIN & PHIL. MORISSET *E. obeſa corpora catharticis temanda* ib. 1645.

GEORG. ARBAULT & FRANC. FOUQUE *E. caſtratio ſolvit elephantiaſin* ib. 1625.

JAC. COUSIN & JAC. THEVART *E. pleuritis απυρετος periculoſior* ib. 1625.

FRANC. ANT. MALLET & GUID. PATIN *Non E. prægnanti periculoſe laboranti abortus* ib. 1625.

SIM. *le* TELLIER & CAR. GUILLEMEAU chirurgi primarii *E. purpuratis febribus cardiaca* ib. 1625.

FR. *du* FRANCOIS & JACOB CORNUTY *E. ileo balneum* ib. 1525.

FR.

FR. BOUJONNIER & REMIGII LEVEQUE *E. ſpecioſa ſanitas ſuſpecta* Pariſ. 1625.

J. BERAULT & FRANC FOUQUE *E. peſti præcavendæ vomitio* ib. 1625.

GABR. MAHUET *E. tabidis autumnus pernicioſus* Monſpel. 1625. 4.

§. DXXVI, VARII. ad a. 1626.

ANTONII GENDRE Arverni, medici Toloſani, *de febre epidemica in montis Albani obſidione graſſante medica diſſertatio* Lion 1626. 8. *. Nauſeoſus libellus, in quo res geſtæ hypotheſibus & ratiociniis latent obpreſſæ, ut ne morbum fere adgnoſcas, de quo auctor ſcribere ſuſcepit. Synochum puram ſeptimo ſæpe die critice ſolutam eſſe, hæmorrhagia, ſudore, diarrhœa. etiam urinæ fluxu. Febrem autumnalem malignam graviorem fuiſſe, debili pulſu, cum ſtupore, calore non magno, lotio ſani ſimili. Interceſſerunt ſubinde exanthemata. Noſter alvum ducebat, deinde venam ſecabat, loco ſecundæ venæ ſectionis leniter alvum ducebat, quæ facile nocuiſſet.

J. *de* LAMONIERE Lugdunenſis & in patria medici, *Obſervatio fluxus dyſenterici Lugduni a. 1625. populariter graſſantis, & remediorum illi utilium* Lion 1626. 12. *. In duobus cadaveribus inciſis hepar ſphacelatum repertum eſt, tum epiploon, pylorus & tenuia inteſtina inflammata, & ad rectum uſque inteſtinum ſphacelata: præceſſerat glaciale frigus, quod pariter in hoc morbo mortem præceſſiſſe vidi. In alio cadavere, abſceſſus felleæ veſiculæ & denuo alius in meſenterio poſt longum morbum. Præceſſiſſe æſtatem calidam & humidam. Colici dolores bilioſi ſuperati venæ ſectione, alvo ducta, clyſteribus, veſpertino hypnotico. Ipſa dyſenteria contagio non pura erat. Qui ob veneream luem hydrargyro curabantur, ii fere in hanc dyſenteriam incidebant. Dyſenteriam nonnunquam in paralyſin tranſiiſſe. Alvum utiliter ductam fuiſſe; pueros gravius ægrotaſſe. Dyſenteriam ſine febre periculo caruiſſe, & facile fuiſſe ſuperatam. Sinceras dejectiones funeſtas fuiſſe, nigras non ſemper: purulentas malas. Urinæ difficultatem funeſtam viſam; apoſitiam peſſimam; ſingultum raptum humorum ad ſuperiora præſagiiſſe. Malum Lugduni frequens eſſe. Curatio. Huc rheum non torrefactum, utique extinctum, abſque venæ ſectione, præterquam in dyſenteria, cujus ſedes in venis ſit. Theriacam vetuſtam purgantem vim non tollere. Emetica in principio mali ſæpe profuiſſe. Sudorem movebat, etiam floribus ſulfuris. Hirudines potenter æſtum abdominis mitigabant, quas noſter commendat. Ad ulcus lac chalybeatum, terebinthina. Fuiſſe ulcera, quæ ægyptiacum poſcerent. In vehementi dolore oleum amygdalarum amararum noſter injiciebat. Adſtringentibus nunquam non utebatur, pulvero Crolliano, alio de thure, maſtiche, lapide hæmatite; eoque major erat neceſſitas ſtypticorum, ut morbus longior erat, aut dejectiones magis variegatæ. Narcoticis non ſuſtinuit uti, ne theriaca quidem. Vomitum in principio potius adjuvabat. Sero lactis chalybeato & venæ ſectione

maximus

maximus morbus ſuperatus. Angina aliquando ſuppreſſæ dyſenteriæ ſucceſſit. Lacte nunquam non uſus eſt, præcipuam tamen laudem hordeatis tribuit. Eſſe qui aquam per plumbeos canales ductam propinabant, neque noſter improbat. An forte inde peculiaris pareſis, quam in dyſenteria Lugdunenſi naſci idem monet. A vino vix toto abſtinet. In alio gravi caſu frigidæ & venæ ſectionis magna euphoria fuit. Pareſin difficilem fuiſſe: uſus eſt epiſpaſticis, purgantibus, hirudines ad anum admovit. In excretione purulenta tamen etiam recentem theriacam dedit, & pilulas de cynogloſſo.

J. BARBERII *curatio hydropis in urbe Montilienſi* Aix 1626. 4. FALC.

ANGELI BOLZETTA *theriaca Andromachi ſenioris in pharmacopolio Angeli compoſita* Patav. 1626. 4. L.

DIDACUS MOURAM Luſitanus *de paſſione hyſterica, ſ. de epilepſia hyſterica, de venæ ſectione in fluxu nimio hæmorrhoidum, de ventris tumore* Orthoſii 1626. 4. C. de V.

BERNARDUS BERGAT Monachus, EJ. eſt *comm. de crudeli lue & contagioſo morbo circa Panormum & alias Siciliæ urbes graſſante* Meſſan. 1626. C. de V.

CASANOVA *emblemata medica* Lion. 1616. fol. RAST.

PETRI MANCEDO AGUADO *de melancholia* Xerez 1626. CARR.

Idem l. fuerit *un tradado de la eſſentia de la melancholia, de ſu aſſiento, cauſas, ſennales y curacion* Xeres 1626. N. ANT.

C. ASELLIUS, qui hoc anno obiit, reliquit codicem *MS. de venenis* MAZUCHELLI.

Diſpenſatorium chymicum ex optimis auctoribus in III. Lib. digeſtum, accedit BEN. FAVENTINI *medicationes Empiricæ*, CAMILLI THOMASI *curandorum morborum practica rationalis*, & J. P. LOTICHII *de gumma gutta ſ. laxantivo indico diſcurſus* Francof. 1626. 8. *.

EJ. PETRI LOTICHII jun. nunc poliatri Francofurtenſis *paradoxon, ſ. de febribus in genere diſſ. theoretico practica, in qua adſtruitur febrem omnium morborum ideam eſſe (matrem & matricem). Acc. diſſ. de dignitate & præſtantia ſcientiæ naturalis* Francof. Mœn. 1627. 4. *. Febrium ſumma capita tradit, abſque diverſitate ſpecierum, & vult demonſtrare, eadem omnino in febre eſſe, quæ in alio morbo. Ingenium laudes. Denique curatio brevis & formulæ.

EJ. *gynaicologia* Rinteln 1630. 8. TR.

EJ.

EJ. *de caſei nequitia medico philologicus libellus* 1643. 8. L.

EJ. *conſiliorum & obſervationum medicinalium* L. VI. Ulm. 1644. 4. TREW. 1658. 4. *. Ægrotos fere deſcribit, quos in Haſſia & Mindæ curavit. Deſcriptio morbi ſemper perbrevis, medicamentorum longa ſeries, inciſiones cadaverum paucæ & breves. Morbum etiam epidemicum petechialem militarem deſcribit, & alium morbum *die lopende varen*. Peſtem in ſe ipſo ſanavit: ſudoriferis, vena quarto die ſecta, ut bubo erumperet: idem pluſculas peſte adfectorum hiſtorias tradit. Sic in febribus malignis in univerſum dabat, quæ vocant bezoardica, ſudorem movebat, omiſſa venæ ſectione; ſubinde tamen felix, ut etiam gravidam feminam variolis laborantem fato eripuerit.

PHILIPPI SALMUTH archiatri Anhaltini, *obſervationum medicarum centuriæ III. poſthumæ* Brunſvic. 1648. 4. *, ſed obiit a. 1626. Præfatus eſt H. CONRING. Adnotationes ſunt morborum rariorum, & inciſorum cadaverum, breves, ſed minime malæ, tantum ut ſuperſtitioſa aliqua paſſim intercedant. In urinæ vitio ventriculus perforatus, tum in hæmoptoe. Ab illiſione veſicula fellis rupta. Glandularum meſentericarum ſtruma. Calculi pulmonum plurimi. Abſceſſus meſenterii poſt febrem. Uterus in partu ruptus. Ciborum voracitas cum pylori ſcirrho. Poſt ſeſquiannum tandem retenta ſcybala repetitis clyſteribus educta. Abſceſſus hepatis per lotium & alvum egeſtus. Gangræna cruris a cauſa interna. A variolis abſceſſus per artus. Mola veſicularis. Vermes per urinam rejecti. A quatuor vel qninque drachmis theriacæ febris ardentiſſima. Sanguinis vomitus in hypochondriaco cum euphoria. Ex venere artificiis excitata fatuitas. A devorato oſſiculo peripneumonia. Pulſus intermittens hypochondriacus. Homo pars horam cibum revomens, ut ruminando comminueret. Opio ſopitus, ut vivus ſepeliretur. Exempla feminarum, quæ ex ſandapila revocatæ fuerunt. Pauca hæc ex multis.

AUG. WICHMANS *apotheca ſpiritualium pharmacorum contra luem contagioſam alioſque morbos* Antv. 1626. 4. FALC. ſi omnino huc facit.

CLAMOR HELWIG *conſilium medicum præſervationem & curationem peſtilentiæ continens* Rinteln. 1626. BURKH.

DAN. CRAMER *de peſte nova diſſ.* & PHIL. BEROALDI l. *de peſte* Lipſ. 1626. 8.

VALERII CHARSTAD *diſputationes medicæ* XIII. Argent. 1626. 4.

EJ. *de conſtitutione medicinæ* Argent. 1626. 4. *.

Diſpp. ejus viri enarrat HEFTER *de ſanitate* ib. 1627; V. *de fermentis* 1627; VI. *de morborum cauſis* 1627; VII. *de ſymptomatibus* 1624; VIII. *de ſignis diagnoſticis & prognoſticis ægrorum* 1627; IX. *de urina & pulſu* 1627; X. *de methodo medendi* 1627; XII. *de pharmacia* 1629.

EJ. *ſynopſis univerſæ medicinæ dogmaticæ* Argent. 1634. 12. TR.

EJ.

Ej. *de variis periculoſis morbis facili & ſuccincta methodo a capite ad calcem curandis* L. VI. Francof. 1643. fol.

Ej. *gründlicher Bericht etlicher geheimen Arzneymitteln* Strasb. 1632. 8. Tr. 1644. 8.

Arnold Weickhard *theſaurus pharmaceuticus Galenico chymicus ex optimis auctoribus congeſtus.* I. *de affectibus trium cavitatum internis*; II. *de febribus*; III. *de peſte morbo articulari, ſtomacace, elephantiaſi, lue venerea*; V. *de venenis*; VI. *diſpenſatorium & compoſitio nonnullorum medicamentorum* Francof. 1626. fol. 1670. 4. L. edente J. Sculteto.

Ej. *pharmacopœa domeſtica, darinn viel nützliche Arzneyen aus Reinharden Pfalzgraphs bey Rhein, Manualarzneybuch u. eigener praxi* Francf. 1626. 8. 1628. 4. Scriptiones & deſtillatæ aquæ innumerabiles ex guſtu ſeculi.

§. DXXVII. Alii.

J. Ant. Lodetti *dialogo degli inganni d'alcuni malvaggi ſpeziali* Padova 1626. 12. Tr. vereor vero, ne antiquior ſit. Latine verſ. cura Th. Bartholini prodiit, cum ſimilis argumenti libello Lisetti Benancii Francof. 1671. 8. *. Medicus cum pharmacopœo ex gravi morbo convaleſcente colloquitur: pœnitens iſte ſua & collegarum male facta confitetur. Malam pulpam caſſiæ adhiberi, malos inde, ut æquum ſit, exſpectandos effectus. In ſeplaſiis tamarindos deſiderari, & arte ex aliis fructibus componi. Mannam adulterari: omnibus alvum laxantibus helleborum & ſcammoneum addi. Florentiæ & Genuæ pharmacopœis interdicitur, ne medicamenta dent, niſi præſentibus medicis; ut etiam delatoribus præmia propoſita ſint: ita multa iniquiſſime patrata detecta fuiſſe, & punita. Nimius, qui ſaccharum aiat nitro corrumpi.

Viviano Viviani *trattado del cuſtodire la ſanitá* Venez 1626. 8. Bur.

Ej. *de peſte apologia* Venet. 1633. 4. L.

Franc. Giraldini *diſc. ſopra la pietra belzuar* Firenza 1626. 4. Falc.

Ferdinandi Solis *de* Fonseca Conimbricenſis *regimento para conſervar la ſanida e vida dividido en dous dialogos; 1, trata de ſex rebus non naturalibus; 2, qualitates do as ſitios e mantenimento da terniere de Lisboa* Lisboa 1626. 16. G. de V.

Juan Velasquez *de* Azevedo *fenix de Minerva y arte de memoria* Madrid 1626. 4. B. Bun.

Fran. Morato *tratado para preſervar do mal da peſte* Conimbr. 1626. 4. quæ quarta ſit editio Morati, tum Lisboa 1671. 8. C. de V. cum *l. Luz de medicina.*

Gabriel Clement *le trepas de la peſte* Paris 1626. 8. Falc.

Gaspar Blachot edidit Lyon 1626. 8. *Erreurs populaires touchant la medecine & le regime de ſanté*, puto L. Jouberti continuationem.

Pierre Sordes (Figeacenſem ſe vocat) *diſcours du vrai remede de la goutte*

enſemble

enſemble les remedes contre la peſte Lion 1626. 12. Rast. In podagra admittit purgationem & vomitum, non tamen per acria chymica excitatum: ſed potiſſimum medicamentum veſicas trahens, de quo fuſe agit, & de variis locis ubi oportet admovere. Qui crura in frigidam demerſerit, felici quidem eventu. Bonum etiam effectum fuiſſe unguenti de lumbricis cum adipe intritis, late illiti. Ipſe podagricus.

Ej. *tr. de la peſte* Lion 1626. 12. *. Ipſe eo morbo laboravit, & narrat, ut ante cognitum morbum debilitatem aliquam ſenſerit, bubo eruperit de inguine, veſicatorio emplaſtro uſus ſit, & mortem effugit, fere omni auxilio deſtitutus. Se a. 1587. Figeaci peſtem vidiſſe, qua 2500. mortales perierint.

Arn. Kerner *loimologia d. i. kurzer Diſcurs von der giftſpeyenden Seuche der Peſtilenz* Leipz. 1626. 4. Tr.

Joh. Rehfeld *mediciniſcher Anſchlag auf das der Stadt Erfurt zugehörige Landvolk gerichtet wie ſich daſſelbe vor der Peſtſeuche preſerviren ſolle* 1626. 4.

Ej. *de hectica cognitione & curatione* Erford. 1634. 4. *. Habet hiſtoriam chronologicam eorum, qui de hoc malo ſcripſerunt.

Ej. *de ſynocha imputri vera* ibid. eod. anno.

Ej. *trophæum hermetico medicum Hippocraticum a medicorum collegio Erfordienſi erectum* ib. 1634. 4.

Ej. *de cauſo exquiſito* ib. 1635. 4. He.

Ej. *de lipyriæ natura* ib. 1636. 4.

Urna Rehfeldiana, ſ. programma in ejus funera ib. 1648. 4. B. Bun.

Esaiæ Eckhardt *Sambucus medicinalis* Erfurt 1626. 4. germanice.

Ludovicus v. Hoernigk hoc anno edidit Petri Rostinii *tr. de lue gallica* Germanice a ſe converſum Francf. 1626. 8.

Ej. *de qualitate camphoræ* Ulm. 1628. 4.

Ej. *Medicaſter Apella oder Judenarzt* Strasburg 1631. 8.

Ej. *politia medica oder Beſchreibung deſſen was die Medici ſo wohl insgemein als auch verordnete Hof, Statt, Feld, Hoſpitalmedici, Apotheker, Materialiſten, Wundärzte, Barbierer, Oculiſten, Bruch- und Steinſchneider, Bader, auch die Kranken ſelbſt zu thun, u. was ſie in acht zu nehmen* Francf. 1638. 4.

Ej. *Würgengel in fünfhundert Fragen von der Peſt* ib. 1644. 4. Tr.

Ej. *Antwort auf die Fragen ob die Compoſition u. Præparation der Arzneyen den Materialiſten u. Droguiſten zu geſtatten ſey* 1645. 4. Tr.

Ej. *vier Fragen die Materialiſten u. Apotheker betreffend* Leipz. 1679. 12. Tr. 1697. 4. Tr. & prius 1645, ut videtur.

Ej. *Antwort auf die vier Fragen die Apotheker u. Materialiſten betreffende* 1646. 8. Trew.

Ej. *de medicamentorum biga* Stuttgard 1673. Heist.

Herman Beccer aliis Beccler *einfältiger Bericht u. Extract wegen der jetzo graſſirenden Peſtilenz* Halberſtatt 1626. 4. Tr.

Unterricht wie ſich die Burgerſchaft in Seuchen zu erhalten Strasburg 1626. 8. Boecl.

Ordnung und Regiment wie ſich der gemeine Mann in der Peſt zu verhalten ib. 1626. 8. Id.

Bedenken wie man ſich bey der Peſt zu Tubingen zu verhalten Tubing. 1628. 8. Id.

Vaughan *directions, for health natural and artificial* Lond. 1626. 4.

§. DXXVIII. Disputationes.

Helfr. Dieterich Darmſtadienſis, *diſſ. inaug. de arthritide* Argent. 1626. 4. Moller.

Ej. *elogium planetarum cæleſtium & terreſtrium macrocoſmi & microcoſmi* Argent. 1627. 8. L.

Ej. *vindiciæ adverſus* Ottonem Tachenium Hamburg. 1655. 4. *.

J. Rupert Sulzberger Gräcenſis, Prof. Lipſ., *de calculo renum & veſicæ* Lipſ. 1626. 8.

Ej. *de hæmorrhoidibus* ib. 1626. 4. *.

Ej. *de vertigine* ib. 1628. 4. Pl.

Ej. *de colica* ib. 1628. 4. Pl.

Ej. *de vermibus in homine* ib. 1628. 4. *.

Ej. *de phthiſi* ib. 1629. 4. Burck.

Ej. *themata miſcellanea medica* ib. 1630. 4. He.

Phil. Riecker *de aſcite* Altdorf 1626. 4. *.

J. Valent. Maier *de podagra* ib. 1626. 4. Riv.

Casp. Horn *de vomitione* ib. 1626. 4. Riv.

Nic. Phil. Scheidt *de incubo* Baſil. 1626. 4. Pl.

Andr. Weber *de incubo* ib. 1626. 4. Riv.

Christoph Ruoff *de melancholiæ natura, cauſſis & differentiis* ib. 1626. 4. *.

J. Burgower *de ruminatione humana* ib. 1626. 4.

Mart. Blochwiz *de paralyſi* ib. 1626. 4.

Ej.

Ej. *anatomia Sambuci* Lipſ. 1631. 12. & mutato titulo Ej. *nutzliche kleine Hausapothek* a Dan. Beckhero verſa Gieſſ. 1665. 8. Lipſ. 1685. 8. 1692. 8. Londini Anglice recuſa 1650. 8.

J. Seiler *de fluxu hepatico* Baſil. 1626. 4. Hef.

Car. Romateti *de ſuffocatione ab utero* Argent. 1626. 4. *.

Ej. *criſiologia medica, ſ. doctrina de morborum indicationibus* L. II. *ſc. de criſibus & diebus criticis* Argent. 1628. 8. Boecl. & edit. II. acc. *de peſte tractatus* Pariſ. 1635. 8. Bur.

Laur. Adelgehr *de pleuritide* Argent. 1626. 4.

Alb. Menzel *ventriculi officina ſ. de coctione & cruditate* Ingolſt. 1626. 4. *.

Dionys. Allain & Phil. Morisset *E. peſtilenti febri theriaca* Pariſ. 1626.

Franc. Mandat & Urb. Bodineau *E. a rheumatiſmo dyſenteria κακοηθης* Pariſ. 1626.

Franc. Quiqueboeuf & Ant. Suart *Non E. peripneumoniæ dulcia* Pariſ. 1626.

Claud. Lienard & Claud. Seguyn *E. choleræ morbo frigidus potus* Pariſ. 1626.

Ren. Moreau & Claud. Seguyn *E. licet medico novare morbos & mutare* Pariſ. 1626.

Car. Bouvard & Car. Guillemeau *Non E. dyſentericis adſtringentia* Pariſ. 1626.

Claud. Charles & Claud. Seguyn *E. parvæ pilæ gymnaſtica omnium ſaluberrima* Pariſ. 1626.

Jac. Letus & Urb. Bodineau *Non E. alicui bono tabaccocapnia per os & nares* Pariſ. 1626.

Jac. Cornuty & Nic. Brayer *E. a bile inſania* Pariſ. 1626.

Petr. de Beaurains & Hug. Chasles *Non E. congreſſus publicus virilitatis virginitatisque examen* Pariſ. 1626.

§. DXXIX. Varii. ad a. 1627.

Alexius Alexius Patavinus.

Ej. *epitome pulſuum* Patav. 1627. 4. * exiguus libellus, quo compendium continetur doctrinæ veterum.

Ej. *conſilia medica cum epitome* Patav. 1627. 4. Tr.

Ej. *de ſyrupo roſato ſolutivo* ib. 1630. 8. L.

Ej.

Ej. *cordylus morborum ſ. de peculiarium corporis humani morborum appellationibus, eſſentia & curatione*, L. III. Patav. 1657. 4.

Ej. *preſervazione e hiſtoria della peſte di Eſte* Padova 1660. 4. lego & 1690.

GALATEI LANDRINII *problemata ad ſanitatem & ægritudinem, vitæ longitudinem & brevitatem ſpectantia* Ferrar. 1627. 4. L.

CÆLI CALCAGNINI *de ſalute & recta valetudine commentatio* Altdorf 1627. 4. TR.

J. FRANC. ROSSELII ad VI. Libros GALENI *de differentiis & cauſis morborum. Subjunctæ ſunt epiſtolæ duæ* Barcinone 1627. f. GUNZ.

THOM. MARQUIS *decas peſtifuga, ſ. decem quæſtiones problematicæ de peſte* Antwerp. 1627. 4. MEAD. FALC.

Ej. *aloe morbifuga in ſanitatis conſervationem concinnata* Antwerp. 1632. 8. TREW.

CAROLI *le* SCELLIER, *de febrium natura, differentiis, ſymptomatibus, & cauſis paroxyſmorum l. I. Acc. quæſtiones ad praxin medicam, cum tractatu compendioſo de cauſis & ſignis urinarum & pulſuum* Amiens 1627. 8. GUNZ. BUR.

JUL. CÆS. BULENGER *de conviviis* L. IV. Lion 1627. 8. B. BUN. & in theſauro GRÆVIANO T. II.

FRANC. DISSALDEI *pharmacometes, l. continens pharmaca tam ſimplicia quam compoſita quæ parata habere debent pharmacopæi* Lion 1627. 12. 1652. 12. L.

GEORG HEBENSTREIT *quæſtiones miſcellaneæ politico medicæ* Tubing. 1627. 8. BOECL.

Ej. *epiſtola* inter HORNUNGIANAS, & alia *de veneno canis rabidi* cum HORSTIANIS exſtat.

AUGERII CLUTII (DIRK KLUYT) *lapidis nephritici natura, proprietates & operationes* Roſtoch. 1627. 12.

PETRI JOH. FABRII chemiæ dediti (*a*), ſuis arcanis nimium tribuentis, *inſignes curationes variorum morborum, quos medicamentis chymicis jucundiſſima methodo curavit* Toloſ. 1627. 8. Argent. 1632. 8.

Ej. *chirurgia ſpagirica* ib. 1626. 8. de morbis cutaneis.

Ej. *pharmacopœa chymica* ib. 1628. 8. RAS T. 1646. 8.

Ej. *myrothecium ſpagyricum, ſ. pharmacopœa ex hermeticorum ſcriniis deſumta* ib. 1628. 8. L. Lipſ. 1632. 8. TR.

Ej.

(a) L. a CAPOA II. 70.

Ej. *palladium ſpagyricum* ib. 1624. 8. RAST. Argent. 1632. 8.

Ej. *theſaurus utriuſque medicinæ* Toloſ. 1632. 8. L.

Ej. *propugnaculum chymiæ adverſus miſochymicos* ib. 16

Ej. *tr. de la peſte ſelon la doctrine des médecins ſpagyriques* Toulouſe 1629. 8. BUR.

Ej. *opera* Francof. 1656. 4. TREW. Chymica potiſſimum. Germanice *auſerleſene chymiſche Schriften* Hamburg 1713. 4. 1730. 4.

SAM. PURPII *encomium medicinæ* Nürnberg 1627. 4.

§. DXXX. VARII.

ANTOINE LAMBERT chirurgus, circa hæc tempora ſcripſit, & de *carie* librum edidit v. *B. Chir.*

Ej. *commentaires, ou œuvres chirurgicales.* Tertiam tantum editionem poſſideo Marſeille 1627. 4. *. In eo paſſim aliqua reperio clinici argumenti. Doloris capitis cauſa detecta in glandula pituitaria mole aucta, & arenulis plena. A ſuppreſſa gonorrhœa ſcrotum tumidiſſimum, urethra rupta. Anginæ funeſtæ exemplum in qua ulcus cordis. Hydatides numeroſæ ex abſceſſu uteri. Mors ex ulcere pulmonis. A ſublimato mercurio diarrhœa & ſalivatio.

CASPAR COLLART *recueil & abregé contenant les qualités de toutes les parties de la bouche du cheval & les receptes pour ſes maladies* Bruxell 1627. 12.

DIEGO LUIS NIETO Valentini, *apologias medicas* Orihuela. 1627. C. de V.

SALVATORE MASSONIO *Archidipno overo della inſalata* Venet. 1627. 4. *. Conf. B. Bot. I. p. 439.

ORATIO MONTI *trattato della miſſione del ſangue contra l'abuſo moderno, dove ſi dimoſtra in quanto errore ſtano quelli che lo cacciano in tutte le febbre putride. Agg. un trattato della conſuetudine con il modo di governare l'eſerciti e naviganti dell infirmità loro e loro curazione* Piſa 1627. 4. BUR. d'ETR.

MARTINI DIEKEL *antidotarium militare, gründliche Beſchreibung der in Krieg gebräuchlichſten Krankheiten, wie die curirt u. præſervirt werden können* Erfurt 1627. 12. HAENEL.

§. DXXXI. DISPUTATIONES.

J. KEMPF περὶ τῆς περιπνευμονίας *de pulmonum inflammatione* Marpurg. 1627. 4.

ID. *de dyſenteria* ib. 1628. 4.

Ej.

Ej *de phthiſi* Marb. 1629. 4.

JAC. JANUS *de morbis hereditariis* Witteb. 1627. 4. RIV.

J. LUD. GANS *de inappetentia* Argent. 1627. 4. *. an idem p. 509.

THOMAS FINK & J. PETRI *de medicamentorum cenſura particulari therapeuticæ theſes* Hafniæ 1627. 4. *. niſi error ſubeſt.

EJ. & SIMON PAULI *de hæmorrhagia* ib. 1629. 4.

EJ. vita ap. BARTHOL. *in ciſta*.

J. TEXIER & J. VACHEROT *F. quibus rariores dentes βραχυβιωτεροι* Pariſ. 1627.

PHILIB. MORISSET & NIC. HELIOT *E. μακροκεφαλοι prudentiſſimi* ib. 1627.

GUIL. *du* PRE' & J. COMPLAINVILLE *E. μεγαλοφωνοι calidiores* ib. 1627.

ANT. *le* ROI & J. BONIER *non E. καθαρσις electiva*.

AND. *le* GROS & GEORG JOURDOUYN *E. ver ſanitati ſervandæ ac reſtituendæ opportuniſſimum* ib. 1627.

J. *le* MERCIER & J. COMPLAINVILLE *E. αφροδισιοτεροι ταχυθανατοι* Pariſ. 1627.

MICH. JOUVAIN & J. B. FERRAND *E. in acutis αποσιτια lethalis* ib. 1627.

ROB. *le* SECQ & J. BONIER *E. ſenibus exercitatio* ib. 1627.

SAM. *le* TELLIER & J. VACHEROT *Non E. omnes fluxiones a cerebro* ib. 1627.

REM. *l'*EVEQUE & SEB. RAINSSANT *E. choleræ morbo rhabarbarum* ib. 1628.

ANT. SUART & HUG. CHASLES *E. apoplexiæ jugularium ſectio* ib. 1627.

C. BODINEAU & J. BONIER *E. in exanthematibus cruenta mictio αιματωδης* ib. 1627.

JAC. THEVART & J. VACHEROT *E. rheumatiſmo venæ ſectio* ib. 1627.

GUI. PATIN & GEORG. JOURDOVIN *E. μητρομανια balneum* ib. 1627. de quo viro continuo dicetur.

DIONYS. *le* SOUBZ & J. COMPLAINVILLE *E. arthritidi laconicum* ib. 1627.

§. DXXXII. GUIL. HARVEI.

Celeberrimus anatomicus, archiater Regis CAROLI I, immortalis circuitus ſanguinis inventor, clinicus dem, practica quidem non ſcripſit, multum tamen ad converſionem contulit, quæ in arte medica hoc ſeculo maxima facta eſt. Cum enim

enim Francofurti a. 1628. *exercitationes ſuas de motu cordis & ſanguinis* edidiſſet, ſæpiſſime recuſas (*a*), motus ſanguinis venoſi totus inverſus fuit. Qui enim ſecundum veteres a corde ad partes fluebat, & per venæ ſectiones poterat pro arbitrio medici uberius ad ſedem percuſſam derivari, atque viciſſim a partibus oppoſitis revelli, ejus nunc fluentum omnino num a venæ ſectione penderet dubium factum eſt, & diſcrimina ſecandarum in his illiſque morbis venarum tota converſa ſunt. Deinde hepar, quod ſanguinem coquere veniſque tradere putabatur, nunc ab eo officio remotum, & ſedes multorum morborum ex eo viſcere ablata eſt. Cum denique in re maximi momenti, veterum ſententia omnino defendi non poſſet, multum de ea veneratione diminutum fuit, qua ſcholæ GALENUM proſequebantur.

In *operibus* paſſim aliqua ſparſa habet ad morbos rariores, ut de corde denudato nobilis Hiberni, quod in pectore vidit micare, tum inciſio THOMÆ PARRE, qui 150. annum adtigit, cujus corpus incidit, & de eo retulit in libello, qui cum BETTO de ſanguine prodiit Londini, & in *Phil. Tranſ.* excuſus eſt, & in operibus HARVEII.

Splendida *operum omnium* editio eſt Lond. 1766. 4. *. Vivus in poſſeſſionem bonorum collegium medicum immiſit, ejuſque ſuperſtitis buſtum in ea ſchola dedicatum fuit.

§. DXXXIII. WERNER ROLFINK.

Hamburgenſis, pene per ſemiſeculum profeſſor Jenenſis, peregrinator, qui Patavii & Venetiis corpora humana publice inciderat, in commoda publica laborioſus homo, in Academia ſua theatri anatomici, laboratorii chemici, & horti botanici conditor, vir eruditus, ut etiam orientalium linguarum peritus eſſet, & chirurgicis malis ſua manu mederi ſolitus. Tantas cum laudes omnino mereatur, mireris fieri potuiſſe, ut ejus fama adeo undique obſoleverit. Ejus jacturæ ROLFINKIUS ſibi ipſi cauſa fuit. Cum enim ſummo ſtudio prælegeret, libros ſcriberet, per omnes ſuæ artis partes ſe diffunderet, non potuit in ulla particula tantum ponere temporis, ut accuratius aliqua elaboraret, aut novi quid inveniret. Quare, cum poſt eum innumerara in anatomicis, chemicis, botanicis inventa fuerint, in practicis vero theoria ſcholarum funditus pene ſubruta ſit, nihil in ejus ſcriptis ſuperfuit, niſi quæ dudum nota erant, & quæ pleraque antiquata, aut melioribus mutata fuiſſent.

Diſputationes vix numerari poſſunt.

EJ. *de hydrope* Jen. 1628. 4. *. R. M. P. SLEGEL.

EJ. *de dyſenteria* ib. 1629. 4. HE.

EJ. *de epilepſia* ib. 1629. 4. MOELL.

(a) Conf. *B. Anat.* I. 363.

Ej. *de phrenitide* Jen. 1629. 4. Moell.
Ej. *de melancholia* ib. 1629. 4. *.
Ej. *de dolore capitis* ib. 1629. 4. Riv.
Ej. *de lethargo* ib. 1629. 4. *.
Ej. *de hydrope aſcite* ib. 1630. 4. He.
Ej. *de apoplexia* 1630. 4. *.
Ej. *de epilepſia* ib. 1630. 4. *.
Ej. *de ſpaſmo ſ. convulſione* ib. 1631. 4. Pl.
Ej. *de phrenitide* ib. 1632. 4. Riv.
Ej. *de paralyſi* ib. 1632. 4. Moell.
Ej. *de vertigine* ib. 1633. 4. Pl.
Ej. *de hydrope ſ. aſcite* ib. 1633. 4. Moell. niſi eadem priori eſt anni 1630.
Ej. *de catarrho* ib. 1633. 4. Pl.
Ej. *decas thematum medicorum* ib. 1634. 4.
Ej. *decas poſitionum medicarum* ib. 1635. 4. *.
Ej. *de melancholia & mania* ib. 1635. 4. He.
Ej. *de arthritide & ejus ſpeciebus* ib. 1635. 4. Moell.
Ej. *de ictero* ib. 1635. 4. Pl.
Ej. περι της μελαγχολιας ib. 1636. 4. Pl. Ej. *de melancholia* 1636. 4. Moell. niſi eadem eſt.
Ej. *de peſtilentiæ natura & curatione* ib. 1636. 4. Moell.
Ej. *de cardialgia, ſingultu & fame canina* ib. 1636. 4. He.
Ej. *de epilepſia* ib. 1637. 4. *.
Ej. *de catarrho* ib. 1637. 4. Moell.
Ej. *de cholera ventriculi* ib. 1637. 4. Haen.
Ej. *de dolore jecoris, cachexia, ictero, hydrope* ib. 1637. 4. He.
Ej. *de dolore colico, iliaco, lienteria, dyſenteria* ib. 1637. 4. He.
Ej. *de affectibus renum, veſicæ, lumbricis, hæmorrhoidibus* ib. 1637. He.
Ej. *de pleuritide* ib. 1638. 4.
Ej. *de febribus* ib. 1638. 4. He.
Ej. *decas thematum miſcellaneorum* ib. 1638. 4. Moell.
Ej. *de purgatione* ib. 1638. 4. Pl.
Ej. *de febris malignæ natura & curatione* ib. 1638. 4. Moell.

Ej. *de febribus putridis in genere* ib. 1638. 4. Haenel.
Ej. *de febribus intermittentibus* ib. 1638. 4. Haen.
Ej. *de auri natura, uſu, & arcanis hermeticis utiliſſimis* ib. 1639. 4.
Ej. *Decas quæſtionum medicarum illuſtrium* ib. 1640. 4. Moell.
Ej. *de ſcorbuto* ib. 1640. 4.
Ej. *de febre peſtilentiali & maligna in genere* ib. 1640. 4. Riv.
Ej. *de epilepſia* ib. 1640. 4. Moell.
Ej. *de pleuritide* 1640. 4. Haen.
Ej. *de methodo cognoſcendi affectus particulares*; I.
Ej. *de dolore capitis* ib. 1640. 4. He.
Ej. *de peſtilentiæ natura & curatione* ib. 1641. 4. Moell.
Ej. *de ichore ulcerum ſeroſo* ib. 1642. 4. Moell.
Ej. *de febre maligna* ib. 1642. 4. Id.
Ej. *de melancholia hypochondriaca* ib. 1644. 4. Pl.
Ej. *de arthritide* ib. 1644. 4. Pl.
Ej. *de ſuffocatione uterina* ib. 1644. 4. He.
Ej. *de vertigine* ib. 1644. 4. *. He.
Ej. *de ſcorbuto* ib. 1648. 4. Moell.
Ej. *de anorexia* ib. 1649. 4. Moell.
Ej. *de ictero flavo* ib. 1650. 4. Pl.
Ej. *de phrenitide* ib. 1650. 4. Pl.
Ej. *de diaphoreticorum uſu eximio* ib. 1650. 4. Menz.
Ej. *de dyſenteria* ib. 1651. 4. Noell.
Ej. *de catarrho* ib. 1651. 4. Pl.
Ej. *de vertigine* ib. 1651. 4. Haen.
Ej. *de catarrho ſuffocativo* ib. 1652. 4. He.
Ej. *de inundatione microcoſmi* ib. 1652. 4. Moell.
Ej. *de paralyſi* ib. 1653. 4. He.
Ej. *de incubo* ib. 1653. 4. He.
Ej. *de cordis palpitatione* ib. 1654. 4. Moell.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi omnes capitis adfectus* Jen. 1653. 4. Trew.

Ej. *de catarrho ſuffocativo* ib. 1655. 4. Pl.

Ej. *de ſalivatione* ib. 1656. 4. Moell.

Ej. *de ſuppreſſione menſium* ib. 1656. 4. He.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi febres generales, Hippocraticis, Paracelſicis, Harveianis & Helmontianis principiis illuſtrata* ib. 1658. 4. Moell.

Ej. *de incubo ſ. ephialte* ib. 1658. 4. Pl.

Ej. *de affectione hypochondriaca* ib. 1658.

Ej. *de variolis* ib. 1658. 4. *.

Ej. *quæſtiones medicæ* ib. 1659. 4. Riv.

Ej. *de vertiginis diagnoſi, prognoſi & therapia* ib. 1659. 4. He.

Ej. *de ſanguificatione* ib. 1659. 4. He.

Ej. *de catarrho narium* ib. 1660. 4. Riv.

Ej. *de dolore colico* ib. 1660. 4. Moell.

Ej. *decas quæſtionum medicarum illuſtrium* ib. 1660. 4. Riv.

Ej. *de fluore albo mulierum* ib. 1661. 4. Moell.

Ej. *de apoplexia* ib. 1661. 4. Id. R. Friderici.

Ej. *in* Hippocratis *aph.* 1. *L. I.* Jen. 1622. 4. Id.

Ej. *de ſcabie* ib. 1662. 4. Moell.

Ej. *de mola* ib. 1662. 4. Id.

Ej. *de ſyncope* ib. 1662. 4. Id.

Ej. *de hydrope aſcite* ib. 1662. 4. Id.

Ej. *de tertiana intermittente* ib. 1662. 4. He.

Ej. *de tuſſi* ib. 1663. 4. Riv.

Ej. *de chylificatione læſa* ib. 1663. 4. Pl.

Ej. *de podagra* ib. 1663. 4. Moell.

Ej. *de arthritide* ib. 1663. 4. Id.

Ej. *de febre petechiali* ib. 1664. 4. Id.

Ej. *de ægra phthiſica* ib. 1664. 4. Pl.

Ej. *caſus medicus practicus proponens ægram phthiſicam* ib. 1664. 4. Riv. niſi eadem eſt.

Ej.

Ej. *de phthiſi* Jen. 1664. 4. Pl. Riv. ſic iſta.

Ej. *de vertigine* ib. 1665. 4. Moell.

Ej. *de χλωρώσει ſ. fœdis virginum coloribus* ib. 1665. 4. Id. *.

Ej. *de lapide bezoar* ib. 1665. 4. Moell.

Ej. *de partu difficili* ib. 1666.

Ej. *de febre hectica* ib. 1666. 4. Haen.

Ej. *de quartana intermittente* ib. 1666. 4. Pl. Haen.

Ej. *de lue venerea* ib. 1666. 4. Moell.

Ej. *pyretologia ſ. de febribus in genere* ib. 1666. 4. Haen.

Ej. *de ſynocho putrida* ib. 1666. 4. Haen.

Ej. *de mania* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de ebrietate & crapula præcavenda & curanda* ib. 1667. 4. Moell.

Ej. *de phthiſi* ib. 1667. 4. Moell.

Ej. *de quartana intermittente* ib. 1667. 4. Moell. conf. 1666.

Ej. *de pollutione nocturna* ib. 1667. 4. Riv.

Ej. *de ſtrumis ſ. ſcrophulis* ib. 1667. 4. *.

Ej. *cardialgiæ ſcrutinium* ib. 1667. 4. Haen.

Ej. *de curatione hydropis aſcitis potiſſimum de παρακεντήσει* ib. 1668. 4. Riv.

Ej. *de diaria* ib. 1668. 4. Moell. Haen.

Ej. *de dolore capitis* ib. 1668. Haen.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1668. 4. Haen.

Ej. *de gutta ſerena* ib. 1669. 4. *.

Ej. *de catarrho narium* ib. 1669. 4. Moell.

Ej. *de pervigilio* ib. 1669. 4. Id.

Ej. *de odontalgia* ib. 1669. 4.

Ej. *de ægra laborante febre tertiana intermittente ſcorbutica* ib. 1669. 4.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi ileum* ib. 1669. 4. Tr.

Ej. *de quartana intermittente* ib. 1670. 4. Moell.

Ej. *de ſalivatione* ib. 1670. 4. Haen.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi graviſſimum affectum arthritidem* ib. 1670. 4. Pl.

Ej. *de affectu hypochondriaco* Jen. 1671. 4. Haen.

Ej.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi capitis adfectus, qui cerebro inſi-diantur* &c. Jen. 1671. 4.

Ej. *de hydrope aſcite* Jen. 1672. 4. Riv.

Ej. *de phrenitide* Jen. 1672. 4. Riv.

Ej. *de aphthis* Jen. 1672. 4. Pl.

Ej. *de ſtrangulatione uteri* Jen. 1672. 4.

Ej. *de dyſenteria maligna urbem Vinarienſem depopulante* Jen. 1672. 4.

Ej. *de podagra* Jen. 1672. 4. Haenel.

Ej. *de catarrho ad nares, fauces & pulmones ad normam dogmatum recentiorum* Jen. 1672. 4. Haen.

Ej. *de pleuritide* Jen. 1672. 4. He.

Ej. *de quartana intermittente* Jen. 1673. 4. Pl.

Ej. *de ſiti immoderata* Jen. 1673. 4. Moell.

Ej. *de hydrope* Jen.. 1673. 4. Id.

Ej. *epitome methodi cognoſcendi & curandi particulares corporis adfectus, ſecundum ordinem* Rhazæ *ad* Almansorem, *Hippocratis, Paracelſicis & Harveianis principiis illuſtrata* Jen. 1655. 4. L. 1675. 4. L.

Ej. *de purgantibus vegetabilibus l.* Jen. 1667. 4. *. Recenſet plantas purgantes, cujuſque dat philologiam, vires, formam, præparationes varias, fuſum opus.

Ej: *ordo & methodus medicinæ ſpecialis commentatoriæ ὡς ἐν γένει ad normam veterum & recentiorum* Jen. 1665. 4. 1669. 4.

Ej. *ordo & methodus medicinæ ſpecialis conſultatoriæ ὡς ἐν ἀτόμῳ, continens conſilia medica ad normam veterum & novorum dogmatum adornata* Jen 1668 4. Tr. 1669. 4. Tr. 1676. 4. T.

Ej. *theatrum practicum, in quo omnes affectus in medicina ſpeciali occurentes producuntur & examinantur, opus poſthumum* Francof. Lipſ. 1686. 4. Moell.

Paſſim etiam aliqua intercedunt practici argumenti in *anatomicis diſſertationibus*, ut de curvo pene, quod immedicabile malum ſit.

§. DXXXIV. Phil. Guybert. Gui. Patin.

Philiberti Guiberti *medicus domeſticus* prodiit, ut ex catalogo video, Colon. 1628. 12. Tr. deinde ſæpe alias & Pariſ. 1649. 8. Lion 1649. 8. *. ubi tamen dicitur nunc primum latine prodire, vertente Sauvageon. Titulus eſt *opera medici officioſi.* Gallice eadem collectio excuſa eſt Pariſ. 1631. 4. B. Bodl. 1634. 12. 1679. 8. 1691. 12. cum tit. *le médecin charitable*, tum Lion 1659. 8. Hq. 1667. 8. Tr. 1670. 8. niſi hic error ſubeſt Rouen 1661. 8.

Editio mea Lugdunenſis collectio eſt pluſculorum opuſculorum. Formulæ variæ & medicamentorum præparandorum artificia.

Pretia medicamentorum, qualia eo tempore fuerunt.

Pharmacopæus familiaris ſ. domeſticus. Compendium artis, inſtrumentum & ſupellectilis: encheireſis qua ſingulæ formulæ præparantur. Scriptiones uſitatiorum auxiliorum. Gallice *l'apothicaire charitable* 1636. 8.

De electione & facultatibus medicamentorum ſimplicium in medicina uſitatiſſimorum. Plantarum nonnullarum aliorumque medicamentorum bonæ notæ, & utilitates.

Interponitur Mizaldi *de ſena lib.*

Methodus privatim parandi gelatinas carnium, piſcium, cordialeſque vocatas tum condita.

Tr. des confitures ſeches & liquides 1641. 12.

Artificioſa methodus componendorum hortenſium fructuum, olerum, radicum, uvarum, vinorum, carnium & juſculorum. Tum vinorum medicatorum ſcriptiones. De vitibus medicandis ex veteribus.

Tr. des emplâtres, onguens & baumes Pariſ. 1641. 8.

Denique *ars condiendi corpora mortua.*

Guidonis Patini *de valetudine tuenda, de ſobrietate* libelli. Nic. Ellain *de peſte cum* Patini *notis.*

Galeni *l. de ſanguinis miſſione* editus a Lud. Savot.

Ej. Ellain *les tromperies du bezoard decouvertes* 1629. 12. Bur.

Guidonem Patinum hic recenſeo, natum in oppido Houdan en Brai, novellum quidem tunc doctorem. Is in acrem Galeni ſectatorem, chemiæ vero oſorem adolevit, vir doctus, & multæ lectionis, liberrimi, etiam in aliis a medicina artibus inque ipſa religione judicii, ad ironiam & contumeliam adverſariorum pronus, facultatis medica jura contra chirurgos animoſe tutatus eſt. Bibliotheca viro dictiſſima fuit, idem libertatis amans omnes conditiones reſpuit, etiam lautiſſimam Bononienſem. Pauca ſcripſit.

De tuenda valetudine, qui l. Pariſ. 1649. 8. * cum Guiberti collectione prodiit. Ad alimenta, etiam minutiora, conſilia dat & ad panificia. Panem Pariſinum ob ſalem admiſtum calculum generare. Lithontriptica deridet. Vis conſuetudinis & exempla opii maxima doſi ſumti.

Ej.

Ej. *quæſtio cardinalis, E. longæ & jucundæ vitæ tuta certaque parens ſobrietas* Pariſ. 1647.

Ej. *adnotationes ad* NIC. ELLAIN *de peſte.* Mithridatium, amuleta, aurum, lapides pretioſos deridet: bezoar artificioſo mangonio parari objicit. Theriacæ vitia non diſſimulat, tum confectionum alkermes atque de hyacintho. Aquas aromaticas theriacales & alia ejusmodi alexiteria refutat.

Aliquæ notæ ad GALENUM *de ſanguinis miſſione.*

Ej. *E. totus homo natura morbus eſt* Pariſ. 1643. & in *collectione* Roterd. 1665. 8.

C. HOFMANNI *apologiam & l. de medicamentorum facultatibus* ab heredibus redemit, & edi curavit. *Indicem ad* RIOLANI *anthropographiam* adjecit.

A morte ejus *epiſtolæ* numeroſæ prodierunt. Earum duæ mihi ſunt collectiones. *Ad varios amicos* altera Colon. ſ. Pariſ. 1685. 12. & Pariſiis (potius in Belgio) 1692. 8. 2. vol. * auctius recuſa. Epiſtolæ ſcriptæ ſunt ab a. 1645. ad 1672. grata varietate placituræ, rumorum publicorum receptacula. Libertatem publicam, ut potuit, animoſis contra MAZARINUM votis ſublevavit, oſor monachorum, aulæ & deſpotiſmi. Medicinam ſimpliciſſimam ſolam amabat, ut in venæ ſectione, ſed ea repetita & profuſa, in lenibus laxantibus medicamentis, & in ſyrupo roſarum ſolutivo, ſpem ſuam poneret. Dyſenteriam curari enematibus cum plantagine & centinodio. Corticem Peruvianum nihil præſtare miraculi ſimile, recidivas ejus uſum frequenter ſequi. Uniones & viſcum nihil in epilepſia valere. Sibi caſſiam, ſennam, ſyrupum roſarum pallidarum, cichorei, rheum ſufficere, raro ſe egere diaphœnico & fortioribus purgantibus. Contra theriacæ in febre maligua uſum, Hydrophobiam perinde a cauſa interna naſci. Febris longa, in qua pulmo purulenta, pancreas ingente plenum. Ad hiſtoriam medicinæ utique legi meretur, ſcholæque potiſſimum Pariſinæ, ut memineris, quantis odiis noſter chemiam & antimonii patronos ſit perſecutus. Intercedunt curationes & cadaverum inciſiones. COUSINOTUM archiatrorum comitem arthritidem 63es repetita intra octo menſes venæ ſectione proprio in corpore debellaſſe; noſtrum pleuritidem tredecim, in puella ſeptenni, ſanguinis miſſionibus. In icterico abſceſſus & puris plurimum in hepate, in veſicula fellis bilis ſpiſſata. FRANCONIANAM calculi ſectionem ſibi præferri, ut olim NICOLAO PIETRE: fauſta etiam exempla citat. Scorpionis ictus alexipharmaco non egere. Iterum ſocrum pleuriticam cum delirio octo venæ ſectionibus ſe ſanaſſe. Ante diem ſeptimum morbi utique purgari poſſe, ſi neceſſitas id auxilium popoſcerit. Mortes ex antimonio. Aquas minerales (acidulas) ſibi non probari. In renum morbis frigidæ potum optime convenire, nocere diuretica. Rufis peripneumonia lethalis eſt. Quæ ter peſte laboraverit. In Pictonibus & in Languedocia leproſos ſupereſſe. Longus morbus GUILLEMÆI, in quo ſomnum non vidit: abſceſſus erat pectoris. Arteriotomen tamen in cephalæa ſuadet. Mannam ſibi non probari, Brigantinam ſucco cataputiæ adulterari. Sennam Alexandrinam præſtare Sidoniæ, indicam pul-

chram

chram eſſe, ſed debiliorem. Vitæ comitum archiatrorum. Saniem in thoracem effuſam non evacuari, niſi perforato pectore; etiam tunc raros eſſe qui mortem evadant. HUBERTI clavum in hydrophobia fruſtra fuiſſe. Nullum in epilepſia ſpecificum dari. Hydrophobiam frequenter ex interna cauſa naſci. HENRIETTAM MARIAM Angliæ Reginam ex pilula opiata interiiſſe. Nihil in variolis venæ ſectione efficacius: balneum tamen tepidum prodeſt, quando puſtulæ ægrius erumpunt. In noſocomiis & carceribus frequentem ſcorbutum eſſe, non ita apud cives.

Altera collectio tota eſt ad CAROLUM SPON, peculiarem ſuum amicum, ex cujus familia & chartis editio curata eſt Amſterd. 1718. 12. 2 vol. *. Pauca ex multis citabo, ut guſtum dem operis, in quo, ut ad amicum intimum, potius liberius animum ſuum explicuit, quam in priori collectione, ſed plerumque in *novis publicis* & actis diurnis Pariſinis ſubſtitit. Ad hiſtoriam tamen medicorum Pariſinorum legas, & paſſim aliqua medica habet interſperſa. Incipit ordo literarum a. 1642. Morbi funeſti LUDOVICI XIII verior hiſtoria: ulcus erat in meſenterio maximum, fœtidiſſimum, vermium multum, aliud in pulmone ulcus.

Videtur alia eſſe, mihi non viſa, collectio *Lettres choiſies écrites à* M. BELIN *pere & fils médecins à Turin depuis* 1630 *juſqu'à* 1664. Roterdam 1695 12. 2 vol.

In BARTHOLINIANIS pluſculæ ſunt epiſtolæ GUIDONIS noſtri. In Cent. II. ep. 78. peſtis neapolitana medicis funeſta. Cent III. ep. 16. contra antimonium. Cent. IV. ep. 33.. dyſenteria abſque febre tamen in gangrænam abeuns. Ep. 61. L nova liberaria. Ep. XCIIX alvi profluvium cum hepatis corruptione & pulmonis; noſter lac aſininum ſuadet.

Ej. habentur *la légende de l'antimoine*, & italice etiam verſ. *la Stimmiomachie ou le grand combat des médecins modernes touchant l'uſage de l'antimoine* Paris 1656.

Nummum & vitam dedit J. D. KOEHLER in *hiſtor. Münzbeluſtigung* T. XIII; ſed aſperum judicium exſtat ap. VIGNEUL MARVILLE, qui & medicam laudem GUIDONI denegat

§. DXXXV. VARII ad a. 1628.

In ALPHONSI *de* CARANZA *tr. de partu naturali & legitimo* Madrit. 1628. Genev. 1630. 4. aliqua ſunt de abortu; J. C. cætera opus eſt. Ab abortivo dato ſecundum eventus pœna irrogatur. Sterilitatem accerſere capitale eſt. Signa partus ſuppoſititii.

PETRI MOREL Campani, medici Regii, *methodus præſcribendi formulas remediorum, cum adnexo ſyſtemate materiæ medicæ* Baſil. 1630. 8. cura JACOBI BRUNN Genev. 1639. 8. 1650 12. Ho. Lipſ. 1645. 8. GUNZ. Patav. 1647. 12. Rouen 1650. 12. GUNZ. Lion 1657. 12. FALC. Amſterd. 1659. 12. TR. 1665. 12. 1680. 12. curante GER. BLASIO HANSEN.

Primum

Primum formulæ, ſyrupi, pulveres, decocta, ſic porro. Cujuſque encheireſes, doſis, leges ſecundum quas medicamentum debet concinnari. Deinde materia medica medicamentorum ſimplicium & compoſitorum cum doſibus, viribus medicatis, modo quo quoque auxilio medici utuntur, & præparatis.

Ej. *ſyſtema paraſceuaſticum ad praxin, materiæ medicæ ſylvam complectens* Genev. 1628. 8. Tr. Amſt. 1629. 12. Videtur pars altera prioris, cui idem certe titulus eſt.

Gabriel Naude' (Naudæi) philoſophi, *de antiquitate & dignitate ſcholæ medicæ Pariſienſis panegyris cum orationibus encomiaſticis ad IX antagoniſtas laurea medica donandos* Pariſ. 1628. 8. *. Collectanea & rhetorica ornamenta. Origo ſcholæ, privilegia, viri celebres. Anno 1209. jam diſputabatur de rebus medicis A. 1201. monuit pontifex cancellarium, ut magiſtros phyſicos diligenter examinaret. Urbanus V. frequentes lectiones imperavit, & diſputare ad veterum legem juſſit. Ill. viri, qui ex ea ſchola prodierunt. Orationes encomiaſticæ Rainssanti & Guenalti.

Ej. *quæſtio I. & II. jatropologetica.*

Ej. *quæſtio an magnum homini a venenis periculum* Romæ 1632. 8. *le* Tellier.

Ej. *epiſtola jatrophilologica, num ſtudia matutina veſpertinis ſalubriora* Patav. 1634. 4. *le* Tellier.

Ej. *quæſtio quarta an liceat medico fallere ægrotos* Rouen 1635. 8. B.

Ej. *pentas quæſtionum jatrophilologicarum* Genev. 1647. 8. 1, *an magnum homini a venenis periculum.* 2, *an vita homini hodie quam olim brevior.* 3, *an matutina ſtudia veſpertinis ſalubriora.* 4, *an liceat medico fallere ægrotos.* 5, *de fato & fatali vitæ termino.*

Edidit Rorarium, & Perdulcis *commentarios in* Jacobi Sylvii anatomen, vitam denique Cardani ſcripſit.

Tumulus ejus, catalogus operum Naudæi & *doctorum virorum elogia* prodierunt Pariſ. 1649. 4. cura Ludovici Jacob. B. Bunau.

Johannis Mariæ Castellani Romani *phylacterium phlebotomiæ & arteriotomiæ* Rom. Argent. 1628. 8. *. Germanice Argent. 1631. 4. *. Venarum ſelectus: tempora venæ ſectionis & opportunitates, ex ſanguine emiſſo judicia.

Maxentii Piccini *antitheſis veteris & recentis medicinæ.* Ej. *apologia pro* Jacobo Bonaventura *adverſus* Marcum Zuccarum *de victu Parthenopæo* Neapoli 1628. 4. B. Richt.

Valerii Martini *certitudinis medicæ conſtitutio & encomium L. VI.* Venet. 1628. B. Bodl.

Ej.

Ej. *promtuarium cujuslibet eductionis ſanguinis recte agendæ* Venet. 1628. fol. Falc.

Ej. *Oratt. de la curatione della peſte, carboni &c.* Venet. 1628. 4. Trew. Hansen.

Ej. *de peſtilentia & veneno peſtilenti & affectionum valde malignarum peſtem producentium natura* Venet. 1634. 4. B. Bodl.

Ej. *enchiridion, in quo de febrium univerſa natura & curatione* Venet 1636. 4. B. Bodl. Uff. Tr.

Ej. *opuſcula de veſicantium, ſinapiſmorum, cucurbitularum &c. adminiſtratione de aſthmate, orthopnæa, pleuritide, veneni peſtilentis definitione* Venet. 1636. 4. Uff. Tr.

Ej. *praxeos medicinæ laconiſmi quibus enchiridion & opuſcula inſunt* Venet. 1636. 4. L.

Ej. *libri II, in quibus rerum proprietates totius ſubſtantiæ hucuſque occultæ ſpecificæque nunc patefactæ refulgent* Venet. 1638. f. Tr.

Ej. *ſubtilitatum veriloquia de luce lumine monſtri generatione* Venet. 1638. fol. ſi huc facit.

Ej. *magia phyſica fœcunda cœleſti divinoque cultu perfuſa* Venet. 1639. 4. Tr.

Ej. *de maligna febre* ib. 1652. 4. Hansen.

Pompeii Caimi Utinenſis, Profeſſoris Patavini a. 1624. Romam vocati, *de febrium putridarum judicationibus juxta Galeni methodum colligendis & adimplendis L. II.* Patav. 1628. 8.

Idem infelix medicus Nicio Erythræo teſte, multos codices MS. reliquit Tomasin.

Hyacinthus *de* Alpherio Dorthoſanus, *de peſte & febre maligna, de variolis & morbillis* Neapoli 1628. 4. Astr.

Ej. *præſervatio a calculis aque cunctis fere morbis atque morborum renalium medela* Neapoli 1632. 4. L.

J. Bapt. Navarro *comm. in l.* Galeni *de differentiis febrium, in l. de pulſibus ad tirones & ſpurium l. de urinis* Valent. 1628. 8. & a Luca Fuster aucti Valent. 1651. 8. 1693. 8. C. de V.

Ej. *comm. de differentiis febrium* Valent. 1628. 8. L.

Ej. *totius medicinæ practicæ collectio* 3. vol. 1628. fol. B. Bodl.

 Adol-

Adolphus Vorst prof. Leidenſis recognovit J. Obsopæi *verſionem aphoriſmorum* Hippocratis Leid. 1628. 16. 1643. 16. vel 32. Acc. *loca parallela* Hippocratis & Celsi.

Ej. *oratio funebris in obitum* G. Jacchæi ib. 1628. 4.

Ej. *de divino in morbis, quod* Hippocrates *in prognoſticis obſervare medicum juſſit* ib. 1654. 4. Pl.

Engelberti Lamelin *de vita longa L. II, quibus adjecta ſunt commoda & incommoda ſobriæ & moderatæ vitæ.* Acc. *tr. de peſte* & *præſervatione peſtis* ab ipſo auctore in latinum ſermonem converſus Lisle 1628. 12. L.

* Ej *l'avantgout du vin de ſa faculté médicinale & alimentaire* Douai 1630. 8. d'Etr.

Ennius Elchio *praxis medica* Colon. 1628. Horst *cent. probl.*

Francisci Sweertii *Athenæ Belgicæ, ſ. nomenclator inferioris Germaniæ ſcriptorum qui diſciplinas . . . medicas . . . illuſtrarunt. Acc. nova bibliothecarum & academiarum deſcriptio* Antwerp. 1628. fol. B. Bun. Falc.

Godofr. Suevi *academia Wittebergenſis* Witteb. 1628. fol. Carr.

Hygieia, ſ. bonæ valetudinis conſervandæ theſaurus locupletiſſimus Luxemburg 1628. 12. Tr.

Danielis Angelocratoris *de ponderibus monetis & menſuris in aphoriſmos & tabulas redacta* Francof. 1628. 4. Tr.

Dan. Millii *pharmacopœa ſpagirica ſ. univerſalis Galeno Chymicæ.*

Acc. Marci Antonii Cornacchini *methodus cito & chymice curandi affectiones corporis ab humoribus copia & qualitate peccantibus conceptas* Frf. 1628. 8.

Henr. Hoepfner *de lepra & elephantiaſi in obſſ. medicin. L. IV.* Horstianam Ulm 1628. 4. *.

J. Heroardi archiatrorum comitis, effigies in nummo excuſa eſt a. 1628. Moehsen XXI.

Hectoris Sclanovii *ep. de morbis per inertiam productis* Ulm 1628. 4. cum Horstio.

J. Fabri *de alimentis* Norib. 1628. 4.

Pharmacopœa Lugdunenſis Lion. 1628. 4. Rast.

§. DXXXVI. Varii.

Pharmacopœa medicorum Bergomenſium Bergom. 1628. 4. ex latino converſa a Tito Sanpellegrino B. Thomas.

J. Batt. Sori *delle fontanelle, del morbo gallico* Milan. 1628. cum *conſiliis chirurgicis.* Non legit Astruc, nec vidi.

L'an-

L'antimonio, cioe tratt. delle virtù dell antimonio commune, e particolarmente dell antimonio che ſi raffina hoggidi in Torino, con le annotazioni di Filoſtibio Torino 1628. 4. d'Etr.

G. B. Cartegni Prof. Piſ. *tratt. de venti in quanto ſi appartieno al medico e del ſito della citta di Piſa* Piſa 1628. 4. *. Publica auctoritate miſſus fuerat ad inſpiciendas ſylvas, quas dejicere volebant. De ventis fuſe, ex veteribus. Piſas mire depopulatas aerem habere inſalubrem, ob aquas ſtagnantes, neque bene noſtro objectum eſſe, Romæ Tiberinas aquas impuras tamen abſque noxa bibi. Puteales aquas malas eſſe, ſed [illegible] Ducem optimas alias Piſas deduxiſſe, & ſalubriorem nunc eam urbem eſſe, neque petechiis obnoxiam. Ipſas Piſas ab auſtro & congeneribus ventis lædi. Sylvas tuto incidi poſſe.

Du Mesnil *art de la maréchallerie* Paris 1628. 4.

Vincent Robin *avis ſur la peſte reconnue en quelques endroits de Bourgogne, avec le choix des remedes propres pour la préſervation & guériſon de cette maladie* Dijon 1628. 12. 1638. 12. eadem editio Papillon.

Pierre Bienassis *brieve methode pour ſe conſerver en tems de peſte* Toulouſe 1629. 16. *. Superſtitioſus. Rhemenſes ſe tutela ſ. Remigii tutos a peſte præſtitiſſe. Præſervandi cauſa calida fere & aromatica. In curatione, vomitum croco metallorum movet: tunc theriacalia, calida, motuſque ſudor. Si cum ſudore nihil erupuerit bubonis vel carbonum, dat pellentia & electarium de ovo. Symptomatum curatio Scaligeri arcanum adverſus carbones: cepis bubones bene aperiri. Ut aedes purgentur: vulgata fere omnia.

Alius titulus eſt, Ej. *brieve methode pour ſe préſerver en tems de peſte, contenant la préſervation & curation de la peſte, la ſedation de ſes accidens, & le moyen de deſinfecter les maiſons* ib. 1629. 12. Rast.

Alvarus *ſommaire des remedes tant préſervatifs que curatifs de la peſte* Toloze 1628. 12. & *petit recueil des remedes pour ſe préſerver, guérir & netoyer en tems de peſte, & de la façon de deſinfecter les maiſons, meubles, lits, habillemens, linges & papiers* ib. 1628. 12. formulæ, exigui momenti.

Etienne Ydelez *ſecrets & remedes contre la peſte* Lyon 1628. 8. Falc.

Etenne Binet *remedes ſouverains contre la peſte & la mort ſoudaine* Viennæ 1628. 16. *. Superſtitioſus homo, monachus neque medicus. Cum Bernhardus expeditionem in Palæſtinam tot hominum millibus funeſtam conatus erat, Deus duos angelos ad eum miſit, qui conſolarentur. Sed etiam utilitates ſuas peſti eſſe. Multos innocentes homines & immaculatos abripi. Virgines Abrincæ (Evreux) privilegio gaudere curandorum ægrotorum. Mariæ ad ſororem Johannam epiſtola de cœlo delapſa.

Pierre

PIERRE BAILLY *queſtions naturelles & curieuſes contenant diverſes opinions recueillies de la medecine touchant le regime de ſanté* Paris 1628. 8. d'ETR.

JEAN ECUYER Med. *remedes contre la peſte & air contagieux* Dijon 1628. 12. PAPILL.

GUILL. de LERISSE *methode pour guérir la peſte & ſe préſerver d'icelle* Vienne 1628. 8. FALC.

Avis ſalutaire contre la maladie epidemique & peſtilentielle de la ville de Lyon par les DD. du College de la dite ville Lyon 1628. 12. Contra noxiam cadaverum projectionem.

JEAN BONNART *methode pour bien ſaigner* Paris 1628. 8. potius chirurgici eſt argumenti.

EJ. *la ſemaine des medicamens obſervés aux chefs d'œuvres des chirurgiens* Paris 1629. 8. *. Morbi etiam interni. In angina ſectionem laudat venæ jugularis.

JANI CÆCILII FREY medici Pariſini, *admiranda Galliarum* Pariſ. 1628. 8. ſi huc facit.

EJ. *omnis homo amor & amicus it. phyſiognomia, chiromantia, oneiromantia, ad philoſophorum & medicorum mentem* Paris 1630. 8. L.

T. VENNEL *via recta ad vitam longam, or the way to a long life* Lond. 1628. 4. HARL.

ZACHARIÆ THEOBALD v. d. M. *arcana naturæ* Nurnberg 1628. 4 TR.

Et *kurze Abhandlung vom Schwaden*, vertente & adnotationes addente J. GOTTLOB LEHMAN Dreſd. 1750. 4. *. Vaporem eſſe de mineris ſtanni halantem, a vehemente vi ignis expulſum. Inde frequenter in pulmonibus ulcera ſubnaſci. Butyro periculum non averti. Exſtat etiam cum C. BRUSCHII *Beſchreibung des Fichtelberges*.

JOB. EBELING *idea loimodes, d. i. kurzer Bericht wie man ſich in den jezo ſchwebenden Peſtilenzzeiten u. Sterbensläuften mit der Verwahrung u. Heilung der Peſtilenz verhalten ſolle auf Anordnung des Rahtes zu Hamburg* Hamburg 1628. 4. MOELL.

ISRAEL THELOTTEN *Bericht wie man ſich in Sterbensläuften verhalten ſol* 1628. 12. TR.

GEORG BERGNER *tr. von der Peſt* 1628. 4. B. Tig.

Reformatio pharmacopoliorum Stettinenſium cum deſignatione valoris ſimplicium & compoſitorum Germ. Altſtettin 1628. 4. OELRICH.

Specification der chymiſchen u. galeniſchen Medicamenten die in den Apotheken zu Hamburg præpariret werden Hamburg 1628. 8. TR.

§. DXXXVII.

§. DXXXVII.

WOLFGANG HOEFER.

WOLFGANG HOEFER vel HOEVER WOLFG. F. Doctor ab a. 1635. medicus provincialis auſtriacus, inde Jaurinenſis præſidii medicus, obiit 1681; Prodiit ejus diſp. inaug. *de corporis humani ejuſque ſingularium partium doloribus* Ingolſt. 1628. 4.

EJ. *optimorum medicamentorum centuria* Patav. 4. TR.

Deinde *medicationes familiares* Salzburg 1635. HOTTON.

Tunc *Hercules medicus ſ. locorum communium medicinæ* T. I. Wien 1657. 4. & recuſus idem, interpolatus ex HELMONTIO aliiſque autoribus Wien 1665. 12. Tertia editio Noribergæ 1675. 4. cum titulo HERCULES *medicus, loci communes ſ. conſilia ad curandos a capite ad calcem morbos, ex variis, interſperſis etiam ſuis adnotationibus propriis.* Qui pedibus rectis in terram delapſus vertebram ultimam lumborum luxavit, unde paralyſis artuum inferiorum ſecuta eſt, cum qua diu ſupervixit. In epilepſia præſentiam animi non omnem amitti; Conqueſtam eſſe apud maritum feminam, cui in paroxyſmo chirurgus medicaturus genitalia tetigerat. In fractura cruris ægrotus dentibus chordam tenens, quam medicus extenſam ſervat, dum æger mordet, ingentem ſtrepitum cum dolore percipit. Qui tabaco ad abuſum uſque delectabatur, cum putarent ſe cerebrum ambuſtum in cadavere inventurum, nihil invenerunt. Ut in Valeſia, ſic in alpibus Auſtriacis multi ſtrumoſi & ſtulti. Id malum noſter tribuit deſidiæ ad calidum fornacem otiantium, ciboque pungui. Nec ipſe nec alii ejus ævi medici cauſam mali perſpectam habebant. Tumorem ſuffocaturum noſter audacter prope jugulum incidit. Poſt ictum acceptum ſuperſtitem diuturnum capitis dolorem ſanavit fonticulo ad futuram coronalem excitato. Copioſiſſimi in ventriculi fundo lapides, cum cardialgia. Sic ex particula operis.

Alteri parti noſter titulum fecit *medicationes familiares.* Breves ſunt morborum hiſtoriæ, quos curandos habuit, cum formulis, raro cum eventu. Intelligas ex his curationibus rationem curandi ejus ævi familiarem. Plurimum febrium ardentium & malignarum noſter curavit. Solebat alvum ducere, deinde ſudorem ciere, additis ad ſex fere uncias aquæ quatuor ſpiritus vitrioli guttis. Si quando ſanguinem mittebat, non excedebat uncias duas vel tres, etiam in pleuritide, nam quod aſthma vocat, habebat cruſtam ſanguinis pleuriticam. In peſte calida dabat & theriacalia. Formulæ paſſim longiſſimæ.

§. DXXXVIII.

§. DXXXVIII.

DISPUTATIONES.

J. FRIDERIC WEISS *de cholera* Altdorf, 1628. 4. *.

J. NICOLAUS FURICH *de pleuritide* Argent. 1628. 4. *.

ANDR. CNOFFEL *de dicta medicorum opprobrio podagra* Argent. 1628. 4. HE. an idem cujus opera dicemus? Putem.

GEO. MOCHINGER *de affectu hypochondriaco* Lipſ. 1628. 4. MENZ.

EJ. *compendium conſtitutionum medicinæ* D. SENNERT Pariſ. 1631. 11.

EJ. *de lethargo* Lipſ. 1629. 4. HAEN.

J. OLPIUS *de natura, cauſis & curatione humoris melancholici* Marpurg. 1628. 4. B. BODL.

NIC. BRAUN *de fumo tabaci* Gieſſ. 1638. HE.

GEORG. MANGOLD *de peſte* Baſil. 1628. SCHEUCHZ.

BARTH. BARALIS & PETR. GUENAULT *E. peſtis ſola manifeſta* Pariſ. 1628.

CAR. *le* CLERC & NIC. HELIOT *E dyſentericis exſiccantia* ib. 1628.

J. BOURGEOIS & NIC. BRAYER *E. præcavendo hydropi venæ ſectio* ib. 1628.

MAURIC. *de* MONTROEIL & J. B. FERRANT *E. ſola ſecta rationalis legitima* ib. 1628.

NIC. PIETRE & NIC. BRAYER *E. febre continua incipiente, una erumpentibus ſtata periodo menſtruis, baſilica potius quam cephalica ſecanda* ib. 1628.

JAC. COUSINOT & SEB. BRAYER *Non E. phlebotomia die critico criſin imminentem remoratur* ib. 1628.

PETR. SEGUYN & HUG. CHASLES *E. piſcium uſus vere ſalubris* ib. 1628.

PETR. PIJART & NIC. HELIOT *E. lac recens recenti puero bonum* ib. 1628.

CL. *du* POIS & CLAUD. MARTIN *E. ab aere ſanitas & morbus* ib. 1628.

CLAUD SEGUIN & JAC. REGNAULT *quæſtio quodlibetaria E. elephantiaſi hydrargyrus* Pariſ. 1628.

§. DXXXIX. LAURENTIUS STRAUS.

LAURENTIUS STRAUSS profeſſor Gieſſenſis.

EJ. *diſſ. de ſuffocatione uterina* Gieſſ. 1628. 4. HAENEL.

IDEM multa edidit aliorum opera, aliqua & ſua. EJ. *reſolutio obſervationis ſingularis Muſſipontanæ fœtus extra uterum in abdomine retenti tandemque lapideſcentis*, prodiit Darmſtatt. 1661. 4. *. In hoc fœtu, quem poſteriores ſcriptores in dubium revocaverunt, illuſtrandum tota ſcriptorum cohors incubuit. Noſter analoga exempla collegit, feminæ etiam, quæ exiguum embryonem peperit, ſed involucro adeo duro & ſpiſſo tectum, ut vix novacula dividi poſſet. Deinde inteſtinorum magnam partem cum ventriculo vidit in pectoris caveam irrepſiſſe. Adjectæ ſunt CONRINGII, FAUSII, SEBIZII, C. SPONII, J. G. VOLCAMERI ſen. J M. HOFMANNI, J. JAC. WEPFERI, G. SEGERI diſſertationes, & uberior J. DAN. HORSTII.

Rediit integra *collectio ſ. hiſtoria fœtus Muſſipontani extra uterum in abdomine reperti & lapideſcentis* Francof. 1669. 4. *. nunc cum integris libellis alias dicendis, ANTONII DEUSING *ſecundinis & vindiciis*, HONORATI MARIÆ LAUTIER, demum J. CHRISTOPH EISENMENGER, ſcriptis, quo noviſſimo libello etiam exemplum uteri hydropici perfecte clauſi, & ſteatoma enorme ovarii deſcribitur.

EJ. *exercitationes medicæ ad compendium inſtitutionum medicarum accommodata* Gieſſ. 1670. 8. *. Breviſſimæ theſes pro juvenum exercitatione propoſitæ.

EJ. *curſus medicus per utiverſum artis campum inſtitutus & XX. diſp. abſolutus* Gieſſ. 1663. 4.

Edidit *Theatrum ſympatheticum*, *cum ſua de eo pulvere* ad KEN. DIGBY epiſtola: & SCHENKII *obſervationes medicas*

EJ. *de ſuppreſſione menſium* diſp. ib. 1662. 4. vel 1663. 4.

EJ. *de coffea diſput* ib. 1666. 4. *.

EJ. *de neceſſaria morbi conſtitutione ad curandum* ib. 1675. 4. *.

EJ. *de ileo vulgo miſerere mei* 1677. 4. niſi ejuſdem nominis filius auctor eſt.

EJ. *de dolore colico* ib. 1685. 4.

EJ. *quæſtio medica* ib. 1686.

§. DXL. ZACUTUS LUSITANUS.

Judæus Luſitanus, Ulyſſipone natus, ibique per triginta annos clinicus, ex patria profugus, Amſtelodami vixit, & a. 1642. obiit.

Edidit primos *de medicorum principum hiſtoria libros VI.* Amſt. 1629. 8. L. Colon. 1629. 8. B. B. & porro Amſterd. ab a. 1637. 8. ad 1642. duodecim vol. LIND. tunc Lion. 1642. fol. *. 1649. f. LIND.

Porro prodiit *praxis medica admiranda in qua exempla nova mirabilia circa morborum cauſas & curationes continentur* Amſterd. 1634. 8. L. Lion 1643. fol. *.

EJ. *introitus ad praxin & pharmacopœam* Amſterd. 1641. 8. L.

EJ.

Ej. *Epiſtola de calculo qui gignitur in cavitatibus renum, non in ſubſtantia* Leid 1638. 12. cum BEVERWCKII libello.

Inde *opera omnia* Lion 1649. f. 1657. f. 1667. fol.

Vita viri LUDOVICO LEMOSIO auctore ib. 1642. fol.

Magnus fautor GALENI & contra AVERRHOEM defenſor, praxi clinicæ veterum & venæ ſectioni addictus, nimis credulus arcanis ſuperſtitioſis & amuletis auroque potabili, reus inficetarum & incredibilium quarundam hiſtoriolarum.

In præfatione hiſtoriarum ZACUTUS bibliothecam aliquam medicam adumbrat.. Deinde ſequuntur *hiſtoriarum* L. VI. morborum a capite ad calcem, deſumtarum ex GALENO, aliis Græcis, Arabibus. Succedunt ad eos libros quæſtiones, in quibus ZACUTUS varia phyſiologica, pathologica, practica, contra nuperos diſputat, & ſuas proprias adnotationes ſubjungit, in frequente clinica praxi natas. Iis ſua eſt utilitas. In juvene phthiſico nullus pulmo repertus, ſed membrana pure plena: aut mucilago aſperæ arteriæ adnata. Veſica urinaria lacte aſinino ſanata. Bubonem venereum etiam pone aures erumpere poſſe. Non perinde in theoreticis placuerit. Scholia ſunt, dubia & ratiocinia. Ita in exemplo luem veneream antiquum morbum facit, & GALENO cognitum. Sed libri I. obſervationes, quæ frequentiores ſunt, redeunt fere in *praxi admirabili.*

Introitus ad praxin continet leges aliquas prudentiæ medicæ.

Pharmacopœa medicamenta ſimplicia recenſet, & compoſita, & ipſam artem præparandi.

Praxis hiſtoriarum morborum continet hiſtoriarum libros V. a capite ad calcem cum ſuis paſſim propriis adnotationibus, quarum aliqua addo ſpecimina. Lethargus poſt multa fruſtra tentata ſuperatus cauteriis duobus pone aures admotis: cum biduo inde ichores manarent, demum æger ſuſcitatus eſt, pituita per nares excreta. Ex phthiſi ulcus circa ſternum diuturnum, cum vita ſuperſtite. Poſt diuturnos renum dolores vermes albi in cavea renis, qui id viſcus conſumebant. Tumor uteri chronicus ſolutus effluente ſanguine grumoſo ad molarum modum. Septemdecim libræ ſanguinis intra octiduum amiſſæ. Fames canina in melancholico homine vino ſanata. Puella colicis doloribus vexata vivum animal multiplex evomuit.

Praxeos medicæ admirandæ L. III. continent adnotationes proprias auctoris, cum quibus paſſim analogas alias conjungit. Ecce exempla. Vermis lanuginoſus totus bicornis, pollicem craſſus, excretus. Ex decubitu ſub dio per noctem ſtupor funeſtus. Sanguis e cucurbitulæ vulnere tanta vi manans, ut coerceri non poſſet. Hydropicus ſanatus, cum toto biennio ſemel quotidie & parum biberet. Urina in puero excreta per foramen ad radicem penis. Vir, cum prolem non haberet, inciſo foramine, nam penis apertus erat, & clauſo vulnere, genuit. Puella triennis barbata, ut pili ex aure erumperent. Atreta, cui poſt inciſam membranam virile membrum eruperit. Hæc ſuſpecta hiſtoria, ut paſſim aliquæ hujus ſcriptoris. Qui magnam partem pulmonis exſcreaſſet, libere tamen reſpirabat. Calculi quinque duriſſimi cum colicis doloribus, per alvum egeſti. Qui ex apoplexia mortuus videbatur, poſt 20 horas ad vitam revocatus eſt. Dyſenteria lethalis a tribus adamantibus devoratis. Hydrocephalus ſanatus repetita perforatione, quæ acu triquetra facta ſit. Mola carnea duriſſima, viva tamen excreta, in qua tres oculi. Molæ compactæ plurimæ loco fœtus excretæ. Ex calcaneo cornu excrevit, reſectum, renatum, ſeſquipollicem longum: id cum iterato reſecaretur cancroſum ulcus ſucceſſit, excitatis tamen fonticulis ſanatum. Femina ſublimato mercurio loco fuci uſa, in corporis extenuationem & pallorem ictericum incidit. Cæterum ad augendam famam viri ſcriptæ ſunt hiſtoriæ, non ſine aliorum medicorum contumelia.

§. DXLI. M. AURELIUS SEVERINUS.

Qui ſe Thurium Tharſenſem dixit, & Crathigenam Tharſenſem; medicus, inciſor & chirurgus, Neapolitanus, magnæ ſuo ævo famæ, & maſculæ medicinæ reſtitutor, magis tamen chirurgicis operibus inclaruit, quam morborum internorum curatione.

Ej. *hiſtoria anatomica & obſervatio medica eviſcerati corporis* MARCELLI SACCHETTI Neapoli 1629. 4. PL.

Ej. *de recondita abſceſſuum natura* L. VIII. Neapoli 1632. 8. Francof. 1643. 4. *. edente LUDOVICO HOERNIGK, ſed maculoſa omnino editio eſt, dictio ipſa mirifice contortuplicata. Porro Frf. 1668. 4, quæ editio aliquanto plenior eſt, tum Patav. 1651. 4. Princeps viri opus. Liber primus potiſſimum medici eſt argumenti, qui de abſceſſibus criticis agit, ſed fere collectio eſt ex veteribus eorumque interpretibus: Conſilium pro puella duorum annorum, cui dolor & tumor in hypochondrio dextro, quem chirurgus aperuit, idemque claudi non potuit, bonis tamen cum ægræ rebus. In L. II. de abſceſſibus per congeſtionem: huc pertinent ſtrumæ, perniones, calli, gummi venerea. L. III. ſtrumæ. L. IV. Hydrocephalus, inde hebes & ſtupidus infans, crus dextrum reſolutum. Zona, herpes, elephantiaſis, cornu. De morbo venereo adnotationes. Siphilis inſanabilis, mira ab ea lue nata deformitas faciei. Curatio, Sudor, gelatinoſa, chalcanthum, medicamenta ex hydrargyro QUERCETANO dicta. Inciſiones cadaverum; gula, aſpera arteria, pulmo, hepar ulceroſa, proſtata ſuppurata. Hydropica, in qua uterus, abdomen & pectus aqua plenum. L. V. de pædarthrocace, quæ in oſſe nata, inde extrorſum ſe diffundit. L. VII. epinyctides. Roſeolæ. Demum in L. VIII., peſtilens faucium abſceſſus in pueris ſ. παιδαγχώνη λοιμώδης, idem nuper iterum ſuſcitatus malignus faucium morbus. Deſcriptio accurata & prognoſis, & funeſtus in pectus decubitus: libellus eſt tanquam commentarius ad ARETÆI locum. Hæmorrhagiam narium ſaluti paſſim fuiſſe. Mors aliquando ſerotina, & die demum quadrageſimo & octogeſimo. Suadet venæ jugularis ſectionem,

onem, emeſin, gargariſma acidum, illitiones vitriolicas. Cataplaſmata non probat. Exemplum puellæ, quæ ultra octiduum aſitiam paſſa, tamen convaluit. Tonſillas ſcalpello pertundit. Verus in corde filamentoſus polypus. Hæmorrhoides turundarum ſimiles, in naribus conſpicuæ, facile ſanabiles. Liber datus a. 1642.

Prodiit etiam cum *therapeute* Neapoli 1653. 8. *. & *de ſcorbuto l.* ſolus cum J. F. BACHSTROEM & J. HUXHAM de eadem materia libellis Venet. 1766. 8.

EJ. *trimembris chirurgia in qua diætetico chirurgica, pharmaca chirurgia, & chymico chirurgia* tradita eſt Francof. 1653. 4. *. Multa, etſi ad chirurgiam directa, tamen etiam clinica, ut victus ratio & ciborum, virtutes herbarum, victus pro varietate mali varius. Evacuationes aliæ & aliæ, ſetacea, ſcarifatio, diuretica, emmenagoga, vomitus, purgatio, frictio. Potus varius, aqua, vinum, acetum, mel, oleum, alii miſti potus. Compoſitiones & earum cauſæ.

EJ. *vipera pythia, de viperæ natura, veneno, medicina demonſtrationes & experimenta nova* Patav. 1643. 4. 1651. 4. *. Multivarii operis multa ſunt medica. De veneni natura, quam ponit in atra bile in vipera dominante. Abſque noxa eam bibi poſſe, ſatis ſenſit. De theriacæ compoſitione & uſu. Antidoti variæ. Remedia, quæ ex vipera parantur & ex ſerpentibus. Sal volatile viperarum, cujus eo ævo nova & magna fama erat.

EJ. *de efficaci medicina* L. III. Francof. 1646. fol. 1671. fol. *. Pariſ. 1646. 4. L. Venarum & arteriarum quæ inciduntur varietas. Scarifatio. Paracenteſis varia, etiam duræ cerebri membranæ, quoties ſub eam humor effuſus eſt, tum oculi, ſtrumæ, inteſtini. Pleuritis, abſceſſus hepatis, veſicæ inflammatio, herpes, canis rabidi morſus; vitia cutanea, calculorum varii loci. Paracenteſis hydrocephali, & exciſiones calvariæ, quæ medico fine fiunt, ad epilepſiam, maniam. Coſtæ perforatio ad empyema. Fotus varii & embrochæ, vapores, ſuffitus vario fine, etiam ad anginam, aſtma, carunculæ urethræ; hæmorrhoides. Balnea & vaporaria. Demum uſus ignis in plurimis internis morbis, in quibus fere obſoleverat: ſed totus legi debet.

EJ. *therapeutes Neapolitanus ſ. venimecum conſilium curandarum febrium & internorum omnium morborum* Neapoli 1653. 8. *. edente GREGORIO VILLANO SEVERINI auditore. Collectio de febribus ex Avicenna & PAULO TUCCA. Deinde catalogus medicamentorum collectitius, ad quoſque morbos internos.

EJ. *ſeilo phlebotome caſtigata, ſ. de venæ ſalvatellæ uſu & abuſu* Hanau. 1654. 4. *. Francof. 1668. 4. *. Venæ digitum minimum inter & anularem vanam & ſuperſtitioſam eſſe ſectionem, quam Arabes propoſuerant. Nihil ei venæ cum liene commune. Melius venam brachii mediam incidi. Obſoletam quæſtionem & contrarias laudantium & rejicientium rationes longiſſimo ſermone expendit. Poſſe denique ejus venæ inciſionem admitti, quod vires minus exhauriat, quoties in debili corpuſculo revellere oportet.

In

In *epiſtola pro ſeilomaſtige ad* P. CASTELLUM confirmat, nullam eſſe venæ ſeilem prærogativam.

§. DXLII. SIMON PAULI.

Roſtochienſis, profeſſor Roſtochienſis, & Hafnienſis, ante diem rude donatus, & archiater, facetus homo, quem fabulantem lubenter legas.

EJ. diſputationes ſunt *de hæmorrhagia* Hafn. 1629. 4. præſidæ T. FINK *.

EJ. *de arthritide* Witteberg. 1630. 4. Præſide SENNERTO, ſed PAULI opus.

EJ. *Oratio qua oſtendit qualis inter plaſtas* PHIDIAS *fuerit, talem inter medicos fuiſſe* HIPPOCRATEM Roſtock 1634. 4. Argent. 1667. 4. * cum *Quadrupartito bot.* & Hafn. 1641. 4. 1644. 8. L.

EJ. *de apoplexia* Roſtock 1634. 4. *.

EJ. *de ictero* ib. 1635. 4. MOELL.

EJ. *de variolis & morbillis* ib. 1635. 4. *.

EJ. *de ſuffocatione uteri* ib. 1635. 4. *.

EJ. *de catarrho* ib. 1637. 4. *.

EJ. *de phthiſeos curatione* ib. 1637. 4. PL.

EJ. *de dolore dentium pro loco* R. JOEL. LANGELOTT Hafn. 1639. 4.

EJ. *Quadrupartitum botanicum* Roſtock 1639. 4. Argent. 1667. 4. *. 1674. 4. Francof. 1708. 4. *. Non valde botanicus, peritior virium plantarum, ſed indulgens laudator; oſor pharmacopolarum. Fuſiſſimo ſermone vires medicatas ſtirpium tradit, vel undique collectas, vel ſibi ipſi in curando viſas, multas adeo parum notas, ſed non raro nimias.

In editione 1668. inque poſterioribus, orationes duæ & indices acceſſerunt.

In editione 1708. curante J. JACOBO FICKIO excuſa, acceſſerunt doſes medicamentorum ſimplicium, vomitoriorum ac purgantium, cum variis doſibus, quibus medici diverſis ſeculis uſi ſunt, ut fere quo antiquior quiſque eſſet, ita doſin majorem præſcriberet, eo minorem quo nuperior. Auctor non poteſt PAULI eſſe, cum WEDELII doſes citentur.

Denique vita AUCTORIS.

EJ. *ταρικβασις ſ. digreſſio de vera, unica & proxima cauſa febrium malignarum, petechialium, tum morbillorum, ſcorbuti, luis veneræ & ſimilium morborum macularium, nec non accurata febres has curandi methodus* Francof. 1660. 4. Argent. 1678. 4. *. Bona & vera multa dixit; ſed fortuito quaſi, neque ad prævifos

fines.

fines. Non a putredine has febres eſſe, ſed a ſalibus & ſulfure valde adtenuatis. Deſultorie ſcribit, ut neque ordinem perceperim, neque nervum demonſtrationis; cum quaque occaſione ad alia delabatur. Lege tamen, quæ de vi deleteria cicutariæ, de bufone ab illapſa pice peremto, de aſphyxia ſcorbuticorum, de ſanguine epidemiæ tempore ſolito fluidiori, de febre tertiana deleteria profert.

In *appendice ad* RIOLANUM aliqua addit de ſcorbuto, de paralyſi, cui fere caſtoreum opponit, cum P. MOTHI caſu chirurgico.

Ej. *commentarius de abuſu tabaci Americanorum & herba thea aſiaticorum quæ eſt ipſiſſima Chamæleagnus* DODONÆI Hafn. 1665. 4. Argent 1678. 4. L. 1681. 4. *, & cum *quadrupartito botanico* Francof. 1668. 4 1708. 4. *. Satyram in theam ſcribit, ut tamen malignam calidæ efficaciam omittat: in ipſa planta errat.

Ej. *de officio medicorum, pharmacopæorum & chirurgorum oratio* a. 1665. dicta Argent. 1668. 4. 1674. 4. 1708. 4. *. cum ſe a publicis exercitiis botanicis abdicaret.

Ej. *anatomiſches Bedenken über ein anatomirtes Reitpferd* Hafniæ 1672. 4. 1674. *. Spaſmo perierat equus regius. Vermes inter inteſtina reperti, lien mollis, hepar permagnum, lividum. In ventriculo vermes, in pyloro durities cartilaginea. Cor durum, flavus in cellulosa tela muſculorum ichor, glandulæ ſub axillis friabiles. In juvene tetanos & ſpaſmus cynicus.

Ej. ſunt obſſ. in *Act. Hafn.* II. n. 18. de pueri alterius lateris paralyſi: n. 87. de damnis ab oxygala: cholera cum ſummo dolore, zedoaria, & allis aromaticis ſuperata.

§. DXLIII. CLAUDIUS SALMASIUS.

Non medicus, ſed vir eruditiſſimus & plurimæ lectionis. In botanicis diximus.

Ej. *exercitationes Plinianas in* SOLINI *polyhiſtorem* Pariſ. 1629. fol. 2 vol. & Ultraject. 1689. fol. 2 vol. * & *de homonymis hyles jatricæ*, collectanea nempe copioſiſſima de materia medica univerſa, de lapidibus, plantis, animalibus a SOLINO utcunque citatis, ut uno oculo collecta videas, quæ priſci ſcriptores de quoque medicamento reliquerint: res enim ipſas SALMASIUS non perinde habebat perſpectas (a).

Sic quæ *de manna* dixit & *de ſaccharo* (b).

Ej. *ſignificatio vocis* ευϑμυ Leid 1638. 12. cum BEVEROVICII l. *de calculo*.

Ej. *interpretatio* HIPPOCRATIS *aphoriſmi 79 ſect. IV. de calculo* Leid. 1640. 8. *. Vide Chirurgica. Arenulas vult eſſe ſigna præſentis calculi.

Ej.

(a) conf. B. Bot. I. p. 444.
(b) ib. p. 445.

Ej. *de annis climactericis & antiqua aſtrologia diatribe* Leid. 1678. 8. *. Vaſtum opus plenum variæ eruditionis. Alios eſſe criticos dies, menſes, annos medicorum a diebus, menſibus, annis climactericis aſtrologorum. Climacteres iſtorum non ad valetudinem pertinere, ſed omnino etiam ad fortunæ pericula. Diem criticum ſeptimum non bene a CENSORINO cum anno ſeptimo climacterico comparari. Criſes in melius tendere poſſe, climacterem nunquam. Annus LXIII. non ſolus climactericus eſt. Themata & diathemata aſtrologorum. Mathematicos etiam horas, dies & menſes climactericos ſuos habere; eos a ſtellis dirigi, climacteres a malignis. Longævitas priſcorum. Eorum anni veri anni fuerant, non menſes. Cur ea longævitas decrementa ceperit. Aquam longævos reddere, etiam integros populos. Morbi endemii ab aere, a climate, a victu, non a ſtellis naſcuntur. Gentes longævæ, & longævitas hereditaria; ergo longævitas non eſt ab aſtro genitali. Excerpta aliqua nupera longævitatis, abſque peculiari cura idiotis procuratæ. Thema decubitus, Aſtrologica, Decani &c.

Ej. *judicium de ſanguine vetito* cum T. BARTHOLINI ejuſdem argumenti libello prodiit Hafn. 1673. 8.

Ej. *epiſtolæ* aliquæ in collectione Roterodamenſi 1665. 8. excuſæ, in quibus quærit, cur ſternutamentum pro DEO habitum ſit.

§. DXLV.

J. SOPHRONIUS KOZAK.

Bohemus. Ex oppido Horazdejov, in Germania profugus.

Ej. tractatus phyſici *de naturalium rerum principiis de generatione & transplantationum modis morborum cauſis & ſpeciebus methodo curationum* . . . . 1631. 8.

Ej. *anatomia vitalis microcoſmi in qua naturæ humanæ proprietates tum morborum origines eorumque legitimus curandi modus* Brem. 1635. 4.

Ej. *tr. de ſale ejuſque in corpore humano reſolutionibus ſalutaribus & noxiis* Francof. 1663. 4.

Ej. *tr. de hæmorrhagia* P. duæ Ulm. 1666. 8. *. Mirus homo, chemiſta, & hypotheſium ſuarum amator, non tamen undique inutilem laborem hic poſuit. Multa phyſiologica admiſta. Venæ meſentericæ ad deponendam in inteſtina ſanguinis fæcem factæ ſunt, non ad reſorbendum quidquam. Multum vaporibus in œconomia animali & pariter in pathologia tribuit, eorum vaporum alios ab anima noſtra naſci, alios a ſeminalibus ſanguinis rationibus &c. Vapores eſſe qui ſanguinem extra vaſa rapiant, non diabroſi, ſed anaſtomoſi, neque ob plethoram. Pulmonem exſcreari negat, etſi exulcerari poteſt. Anima cuique membro

bro eſt ſua, ſuamque carnem generat. Vapores arteriarum excrementa eſſe, humores venarum. Exempla feminarum, quæ utero geſſerunt, cum menſes nunquam paſſæ eſſent. Sanguinem ex vapore naſci. Hæmorrhagia varia. Vapores in corpore orientales, meridionales, ſeptentrionales, alii. Poſt ſanguinem multum de alvo deceſſum, pus eadem via exiit, bono eventu Ita etiam ſanguis mingitur, nuſquam læſa continuitate venarum. Infantibus penem ſatis frequenter rigeſcere, non ideo ſanguinem per vias ſeminis decedere. Viri non raro menſtrua paſſi. Vapor materia febrium eſt, non humor. L. II. curationes. Eſſe ubi ſanguinis jactura utilis ſit, eamque ſubpreſſiſſe ſit nociturum. Spiritus ſolos veras res eſſe, corpora tantum rerum imagines. Abſurda hiſtoria hæmorrhagiæ ſcripta voce Bipulu ſupprimendæ. Arteriam in hæmoptyſi ſecari debere, non venam. Humores nunquam in venis putreſcere. Pedum lotionem in hæmoptyſi utilem eſſe, non ita ſtyptica medicamenta. Ab opio cavendum. Sanguis per alvum ſæpe utiliter decedit, neque debet ſupprimi. In inteſtino non poſſe ulcus generari. Phlebotomen in alvo cruenta prodeſſe, non adſtringentia, & in pede quidem non n brachio. Dyſenteria in caſtris Guſtavi Adolphi, in qua vinum profuerat, & clyſteres mollientes. In peſte lotium ſanorum lotio ſimile eſſe. Venereus juvenis gonorrhœam patiebatur, quoties cum puella confabularetur. Hæmorrhagia ex venis pedis, quam non oporteat ſubprimere.

§. DXLV. Varii.

Horatii Lymbisani Calabri *de febribus* libri III. *de peſte* L. IV. *de terra motu prout peſtis cauſa eſt* Neapoli 1629. 4. Topp.

Ej. *conciliationes & deciſiones medicæ ſuper finitiones* Antonii Santorelli, *in quibus carpitur a* Francisco Rosellio, *& deciſio caſus, enixis a ſeptimo die competere medicamentum expurgans* Neapoli 1628. 4. Topp. 1629. 4. L.

Hippolyti Scaffiglioni *commentarius de naturali ex unguium inſpectione præſagio* Bonon. 1629. 4. d'Etr.

Nellani Glacani *tractatus de peſte* Toloſ. 1629. 12. Falc.

Ej. *curſus medicus XIII. libris propoſitus* Bonon. 1655. 4.

Clementis Guilielmii Beaumontenſis M. D. *de peſte bipartiti operis* l. I. *in quo peſtis natura, diagnoſis, prognoſis traditur & rectior diſciplina vindicatur* Toloſ. 1629. 8. *. Utique contagionem locum habere, cum corio peſtilentiam in ſanam urbem introductam late inde regionem infecierit. Periiſſe, quibus neque bubo neque carbo eruperat, ſolis cum maculis: ſervatos eſſe potius, quibus ejusmodi tubercula eruperant. Non nocere etiam ſex & octo carbunculos, & potius ſpem

ſpem eo eſſe meliorem, quo plus veneni per hujusmodi excretiones expulſum fuerit. Contra Fernelium theoretica lis: tum contra chemicos. Qui in peſte pulſum & urinam ſanorum ſimilem habuerint. Nihil opus eſſe medicamentis chemicis.

Joh. Grillot *Lugdunum lue affectum & refectum* a. 1628, 1629. Lion 1629. 8. Falc.

Ej. *Lion affligé de la contagion* 1629. 8. Rast.

Antonii Obert *parænesis de venæſectione in pleuritide eudoxa adverſus* Fernelii & Fuchsii *paradoxam ſententiam* St. Omer 1629. 4. Toppens.

Ej. *Anaſtichiaſis in apologeticam pro parænesi ſua adverſus* Ludovicum du Jardin ib. 1641. 4. Topp.

Ej. *de venæſectione in pleuritide parænesis ſecunda contra* Fernelii & Fuchsii *doctrinam, & anacephalæoſis controverſiarum quæ parænesis prima & pro ea ſcripta apologia contra* L. du Jardin *continebat. Acc. de venæſectione in variolis adminiſtranda contra popularem errorem* ib. 1635. 8. L.

J. Guttierez de Godoy Granatenſis, Archiatri Philippi IV, *quæſtio medico practica de adminiſtranda aqua nive refrigerata ægroto die expurgationis* Granat. 1629. 4. Acc. *de quæſtione num poſſibile ſit in urina rabientium parvos canes generari.*

Ej. *advertencias y preceptos generales con los quales pueden facilmente los medicos taſar quales quies recetas de las boticas* Giennii 1642. 4.

Balthasar Fabricius. Ej. eſt *opuſculum phyſiologico medicum L. III. diſtinctum . . . de corporis humani temperamentis: de rebus non naturalibus. Acc. tractatus de literatorum tuenda & reſtituenda valetudine* Amſterd. 1629. 8. L.

J. Fuchs *compendium abuſuum auctoritate* Galeni & Hippocratis *damnatorum* Monachii 1629. 8. Trew. Horstius habet titulum *de venæ ſectionis abuſu.*

J. Buttner *catalogus medicamentorum tam ſimplicium quam compoſitorum & chymicorum officinæ ſuæ in Rep. Gorlizenſi cum taxatione & legibus* Görliz 1629. 4. Riv.

Jac. Martin *l. de morbo hypochondriaco* promiſſum fuiſſe in catal. Fr. Lipſ. pro a. 1629. Mollerus citat: niſi eſt prioris Martini.

§. DXLVI. Varii.

Durand *de* Monlaaxar (ſic lego) *manifeſte ſur ce qui ſ'eſt paſſé en la peſte de Villefranche en Rouergue, avec quelques queſtions curieuſes ſur cette maladie* Toulouſe 1629. 12. Bun.

MANUEL RAMIREZ *de* CARION *maravillas de natura dos mille ſecretos* 1629. 4. BUR. habet etiam artem docendi ſurdos.

J. BATT. LALLI *Franceada, overo il mal franzeſe Poema* Foligno 1529. 12.

ALBERTO STECCHINI *avertimento nella compoſitione de medicamenti per uſo delle ſpeziarie* Venet. 1629. 4.

J. ELER & GUIL. SCHMIDT *kurzer Bericht von der rohten Ruhr oder Hofgang* Luneburg 1629. 4.

Von der Peſtilenz zwey kurze Tractätlein das eine bericht was für Arzney man zur Zeit der Peſtilenz nützlich gebrauchen könne Zürich 1629. 8. *. Auctores ſunt poliatri Trigurini, opuſculum breviſſimum fere in formulis ſe continet, ad ejus ſeculi ſaporem. Laudant ad anthraces ungentum ex ſolano, chelidonio, herba Roberti cum oleo cera & viridi æris.

ANTOINE DAVIN *tr. de la préſervation & de la vraye curation de la peſte* Geneve 1629. 8. d'ETR. Grenoble 1629. 8. FALC.

Contra eum ſcriptum eſt ROLANDI VIC, ANT. DAVIN *le cadet endoctriné de meilleurs preceptes pour s'oppoſer à la peſte* 8. FALC.

Avis contre la maladie peſtilentielle & epidemique de la ville de Lyon Lyon 1629. 8. FALC.

DURAND *de* MONTAUSIER *manifeſte de requiſit paſſé en la maladie de la peſte de Villefranche* Toulouſe 1629. 8. FALC.

Avis des docteurs médecins ſur les occurrences du tems préſent de peſte Genev. 1629. 12.

Richtige Ordnung verhütet viel Schaden und giebt die Fördrung 1629 *cum legibus de regimine officinæ Buttnerianæ* Görliz 1629. 4 TR. v. p. 577.

LUDOV. LOCATELLI *trattato della peſte* Venez. 1629. SCRITT.

§. DXLVII. DISPUTATIONES.

ALEXANDER STETTER *æger laborans ictero flavo* Leid. 1629. 4.

CONR. KLEIN *de peripneumonia* Marpurg. 1629. 8. MENZ.

THEOD. ILLING *de putredine* Lipſ. 1629. 4.

MATTH. WEIS *de melancholia* Witteb. 1629. 4.

J. NIC. BAUMAN *de tabaci virtutibus, uſu & abuſu* Baſil. 1629. 4.

J. GRETZ *de cachexia* Altdorf. 1629. 4. *.

CHRI-

CHRISTOPH MEISNER *de ſyncope* Witteb. 1629. 4.

JAC. BELLAY *diſſ. medicæ Monſpel.* ib. 1629. 4. *le* TELL.

PETR. GUENAULT & VICT. PALLU *E. μελανοσαρκοι ingenioſi* Pariſ. 1629.

SEBAST. RAINSSANT & JAC. RAYNAULT *E. primum erumpentibus in fetu pilis, prægnanti faſtidium* ib. 1629.

CL. GERVAIS & JAC. MENTEL *Non E. in arte medica fatum* ib. 1629.

MICH. *de la* VIGNE & PETR. HOMETZ *E. caput magnum parvo præſtantius* ib. 1629.

FRANC. PIJART & CL. CHRESTIEN *E. rea ſenii præfeſtinata venus* ib. 1620.

PETRI GIRARDET & PETR. HOMETZ *E. in febribus acceſſionum paritas verſa in paritatem* επικινδυνοτερα ib. 1629.

ANT. ROBIN & NIC. LANGLOYS *E. cibos & humores coquendi ratio eadem* ib. 1629.

NIC. RENIER & NIC. MATTHIEU *E. ſuilla ſalubris* ib. 1629.

J. *de* BOURGES & CAR. *du* PRE' *E. cereviſiæ nutrientes* ib. 1629.

LUD. ROBILLART & JAC. REGNAULT *Non E. extremum ab abſumtis alimentis refrigeratis ſignum ſanitatis* ib. 1629.

FRANC. BOUJONNIER & VICT. PALLU *Poteſtne ſenectus arte medica retardari?* ib. 1629.

EJ. VICTORIS PALLU *ſtudium medicum ad lauream ſcholæ Pariſienſis* Pariſ. 1630. 8.

EJ. *quæſtiones medicæ de phlebotomia, an dentium dolori tabacum, an riſus vitam producat?* Turonibus 1642. 8. FALC. Auctor eſt *Bibliothecæ* PATINIANÆ, quæ libellus eſt, in medicos Pariſinos (*a*) ſcriptus.

CL. SEGUYN & JAC. REGNAULT *E. elephantiaſi hydrargyroſis* ib. 1629. Eadem quæ PETRI SEGUYN 1598.

J. VACHER & CLAUD. CHRETIEN *E. peſtis a putredine* ib. 1629.

NIC. HELIOT & NIC. MATTHIEU *E. aſtronomia uſui medico neceſſaria* ib. 1629.

HUG. CHASLES & DION. BAZIN *E. epilepſia hydropi ſuperveniens lethalis* ib. 1629.

GEORG. JOURDOUYN & GUIL. GUERIN *E. ſcorbuto victus aeriſque mutatio* ib. 1629.

(a) G. PATIN *ad* C. SPON *ep.*

§. DXLVII.

§. DXLVIII. J. Antonides v. der Linden.

Nempe Antonii medici filius Enchuſanus, profeſſor Franekeranus, inde Leidenſis, Hippocratis diu cultor, tandem multum querente Patino ad chemicam ſectam tranſiit (b), & pleuriticus neglecta venæ ſectione ſumtoque antimonio obiit (b).

Ej. *univerſæ medicinæ compendium quinque centuriis, præſide* Menelao Winshemio, *publico examini propoſitum* Franeker 1630. 4.

Ej. *centuria obſervationum medico practicarum de lue venerea* ib. 1630.

Ej. *de ſcriptis medicis L. II; præmittitur manuductio ad medicinam* Amſterd. 1637. 8. Nicol. 1651. 8. 1662. 8. *. & *continuata multumque aucta a* Georgio Abrahamo Merklin *Noribergenſi* Nurnberg 1686. 4. *. omiſſa *manuductione*, quæ ſola prodiit cura V. F. Plempii Lovan. 1639. & eum Conr. Hall. 1726. 4. *. Tituli ſunt librorum latinorum, omiſſis fere diſputationibus Academicis. Etſi nunc aridus liber videtur, cum de libris ipſis eorumque contentis & meritis ne verbulum dicat, tamen uti laborioſus, ita perutilis tamen liber eſt. Habuit a variis amicis, & a Petro Neurat Madritenſi, a Carolo Offredo Patavino, a Roberto Farvaques Bruxellenſi, a Germanis variis, tantas librorum ſuppetias, ut divitias potius admireris, quam de aliquo defectu conqueraris. Non omnes libros ab eo recenſos fuiſſe non debet objici, quod ſupra vires humanas ſit. Aliquoties ejuſdem ſcripti bis mentionem fieri, aut editionum annos omitti, vel vitiari, fatendum eſt; ſed raræ ſunt maculæ, neque ego unquam hanc bibliothecam tolerabilem perfeciſſem, niſi a Lindenio adjutus fuiſſem. Id fateor eo liberius, quum videam, Nicolaum Antonium & Italos bibliographos, non dubitaſſe ex hac ipſa ditiſſima bibliotheca titulos ſcriptorum ſuæ patriæ ſumere.

Merklinus nuperiores ſcriptores adjecit, veterumque, potiſſimum Germanicorum multos, omnino 1761; adjecit deinde doctorum virorum vitæ curricula brevia 222. Libros tranſpoſitos bene multos, neque tamen omnes, ad ſua loca retulit. Anonymorum & chymicorum appendicem adjecit.

Ej. Lindenii *medulla medicinæ. Præmiſſa oratio de medico futuro neceſſariis, & manuductio* Franeker 1642. 4.

Ej. *de lacte diſſ.* cum nonnullis Deusingii *diſſertationibus* Groning. 1655. 12.

Ej. *de chylo vitioſo* 1658. 4.

Ej. *ſelecta medica & ad ea exercitationes* Leid. 1656. 4. Diſſertationes ſunt ad Hippocratis varia loca ſpectantes, quibus titulos facit, Medico futuro neceſſaria ſapientia medica. Pietas Hippocratica. Ariſtippus Iliacus. Stranguria ileoſa. Volvulus frigidus. Tiſameni colica. Scamphus pleuriticus. Nicippus gonorrhœus. Clonigus nephriticus. Ad Galenum pertinet Oeniades famelicoſus, ad Aretæum Sepia volvox, ad Plautum Cappadox hepaticus, ad Athenæum Aſellus lucius.

(a) ap. Barthel. ep. III. 95.
(b) Lettres II. n. 312. 197.

Sepia volvox ſola prodierat Leid. 1653. 8.

Aſellus lucius Leid. 1665. 8.

Ej. *de hemicrania menſtrua hiſtoria & conſilium* Leid. 1660. 4. *. 1668. 8. Principi Arauſiacæ Electoris F. Wilhelmi uxori, conſilio iſto proſpexit, quod ejus archiatris offert. Ob parcitatem menſium ſub eorum periodos dolores patiebatur colicos. Noſter multa græcæ eruditionis, veri conſilii parum adfert.

Ej. *meletemata medicinæ Hippocraticæ* Leid. 1660. 4. *. Francof. 1672. 4. Liber II. pathologiam continet, & ſemejoticam, ad ſenſum Hippocratis in ordinem methodicum digeſtas, non tamen ſine theoria.

Ej. *oratio funebris in exceſſum* Adolphi Vorstii Leid. 1664. 4.

Idem edidit Celsi *de re medica* L. VIII. Leid. 1657. 12. *. & Hippocratis *opera* Gr. lat. Leid. 1665. 8 *, quam quidem editionem pene ad prelum paratam intermortuo patre filius edidit. Hippocratis textum cum aliis editionibus contulit, & adjectis numeris, quaſi in harmoniam aliquam, conjecit: cæterum viri, magis quam ego quidem, harum rerum gnari nitorem editionis laudant, reliqua non perinde.

Spigelianorum etiam *operum* editioni præfuit Amſterd. 1644 fol. *.

Doctrinam de febribus MS. dictatam a. 1663. Hans Sloane in libris habebat. *Cod. Brit.* n. 8961.

Vitam viri J. Cocceius in *oratione funebri* deſcripſit Leid. 1664. 4. Bun.

§. DXLIX. Jacobus Philippus Thomasinus.

Jacobus Philippus Thomasinus Patavinus, epiſcopus, antiquitatis & hiſtoriæ literariæ ſtudioſus. Ej. ſunt *illuſtrium virorum elogia* Patav. 1630. 4. *. cum iconibus. Virorum in variis artibus illuſtrium breves vitæ, & elogia, fere de lapidibus ſepulchralibus deſcripta, eos inter medicorum, cum aliquo ſcriptorum catalogo. Calamum viro illuſtri Rhodius dicitur commodaſſe.

Ej. *elogia virorum literis & ſapientia illuſtrium* Patav. 1644. 4. *. ſimile opus prioris, ſed diverſum. Variarum etiam artium principes viros recenſet, etiam feminas quaſdam illuſtres. Medici non plurimi.

Ej. *Gymnaſium Patavinum L. V. comprehenſum* Utin. 1654. 4. *. Primo libro & IV. hiſtoriam dat Gymnaſii in univerſum, tum privilegia ſtudioſorum, penes

penes quos auctoritas legendorum profeſſorum olim conſtitit. Gymnaſium Patavinum ſeculo 13 ad 15 floruit, a FRIDERICO II. ditatum, deſtructa Bononia. Duæ ſunt univerſitates, artiſtarum, & legiſtarum. Anno 1616 profeſſori primario medicinæ cum præſide jus datum eſt creandorum doctorum medicinæ & chirurgiæ. In theatro anatomico chirurgi ſecant. Horti ratio. Diſputationes a. 1605 ſublatæ, & ſtudioſorum jus legendorum profeſſorum a. 1445 A. 1561. collegia pro alendis ſtudioſis fere exſtincta. Rintelienſes profeſſores doctorem Patavinum a. 1647. recuſarunt recipere. Sumtu publico quotannis apti homines in M. Baldum mittuntur, ad ditandum novis civibus hortum. Quinto monumenta tradit, & lapides ſepulchrales. Tertio libro artium doctores & inter eos medici traduntur.

EJ. *Parnaſſus Euganeus ſ. de ſcriptoribus ac literatis hujus ævi claris* Patavin. 1647. 4. BUN.

EJ. *manus ænea votiva inſcripta capra & nuce pinea* CECROPII *votum.* Variæ inſcriptiones votivæ. In *theſauro græco* vol. X. excuſa eſt.

EJ. *de denariis & tabellis votivis l. ſingularis* ed. ſecunda auctior Patav. 1654. 4. BUN.

EJ. *Bibliotheca Veneta MS. quibus diverſi codices hactenus incogniti recenſentur* Utin. 1650. 4.

EJ. *bibliotheca latina & Italica* D. MARCI *codicum MS. per titulos digeſta* JACOBO PHILIPPO TOMASINO tribuitur, ſed alibi ANTONIO MARIÆ ZANETTO. Prodiit præſide LAUR. THEUPOLO, juſſu ſenatus Venet. 1741 f. BUN.

Et *Græca Bibliotheca* M. SS perinde auctoribus ANT. MARIÆ ZANETTO & ANT. BONGIOVANNI Venet. 1740. f. BUN.

§. DL. JACOBUS PRIMIROSE.

Burdigalenſis, medicus Londinenſis & Archiater, parum ſuæ famæ cavit, quod in HARVEIUM, inque circuitum ſanguinis nuper detectum, primus inſurrexerit.

EJ. *Academia Monſpelienſis* & *Laurus Monſpeliaca* prodiit Lond. 1630. 4. Oxon. 1631. 4. BUN.

EJ. *libri IV. de vulgi erroribus* Amſterd. 1630, 12. *. & auctius Roterd. 1658. 12. L. 1668. 12. TR. ENDTER. Lond. 1638. 4. B. BODL. Anglice Lond. 1651. 8. HANS. Gallice cum additionibus D. *de* ROSTAYNG Lion 1689. 8. d'ETR. Laudes hoc opuſculum, etiam magis, ſi ad annum reſpexeris, quo ſcriptum eſt. L. I. de medicis, de Academiarum facilitate in admittendis doctoribus parum eruditis, de mulierculis, agyrtis, pharmacopolis. Recte monet, lac ſolum

lum

lum plus adverſus arſenicum & ſublimatum mercurium valere, quam omnia agyrtarum arcana. In PARACELSI adſeclas dicit, qui magus fuerit. Medicum chirurgiam callere debere. Contra remedia ſecreta. Optima remedia eſſe, quæ vulgo notiſſima. L. II. contra urocriticos: ut facile lotium fallere poſſit, ut non valeat multos morbos prodere, ex confeſſione peritiſſimi clinici (apud ARCULANUM), multo minus ſexum & graviditatem: Quare hoc totum urinam interpretandi ſtudium in Gallia & in Italia vulgo negligi. Nec conſumptionem Anglorum ex lotio adgnoſci. Peſtem utique contagium habere. Febres intermittentes tamen curari poſſe. L. III. de victu. Sano civi ſtrictam CORNARII diætam non convenire, ægro utique. Potum *poſſet* non rejicit, ut tamen frigidus ſumatur. Aurum fruſtra juſculis incoqui. Lac aquatum tabidis conferre. Aquas ſtillatitias male duris cibis ſuperbibi. Pueris deſtillatos ſpiritus vini male indulgeri. Pannos rubros nihil facere ad variolarum eruptionem. L. IV. Etſi non chemicus: metallica tamen & chemica medicamenta defendit. Contra autarkejan unius regionis (ſapienter). Aſtra propter venæ ſectionem aut purgationem non debere conſuli. Diebus canicularibus abſque periculo alvum duci, Clyſteres melius per ſiphonem injici. Venarum in branchio delectum inutilem eſſe. Gravidas & ſanguinis miſſionem ferre poſſe, & alvi purgationem. Fumum tabaci ad cerebrum non pertingere. In febribus male cardiaca medicamenta prodigi. Bezoar lapidem inutilem eſſe. Julepos & refrigerantia in febribus debere ubertim exhiberi. Calculum medicamentis internis diſſolvi non poſſe. Fomenta male in veſicis admoveri. Contra unguentum armarium.

L, *de agyrtis* ſolus prodiit Brunſvic 1643. 4.

EJ. *Enchiridion medico practicum complectens omnium morborum cauſas, ſigna & curationem* Amſterd. 1650. 12. L. 1654. 12. L. TR.

EJ. *Pharmaceutica methodus breviſſima de eligendis & componendis medicinæ* (ſic) Amſterd. 1651. 16. 1653. 16. *. Primum ſimplicia per titulos virium medicatarum. Tunc pharmacopœa per encheireſes. Deinde quæ obtineantur per artem ex quoque medicamento ſimplici. Menſuræ. Compoſitio: ſecundum formulas externum ad uſum, & internum, cum doſibus ingredientium & uſu, modoque componendi. Deinde diſpenſatorium, ſ. aquæ & alia medicamenta, quæ in officinis ad medicos uſus ſervantur, doſes, modus præparandi. Chymica aliqua. Receptarum exempla ad claſſes indicationum.

EJ. *de mulierum morbis & ſymptomatibus* L. V. Roterd. 1655. 8.

EJ. *deſtructio fundamentorum medicinæ* V. F. PLEMPII Roterd. 1657. 4. *. Sub finem etiam aliqua ad pathologiam; ſigna, venæ ſectionem, fere generalia.

EJ. *de febribus L. IV.* ib. 1658. 4. PL. TR.

EJ. *de morbis puerorum partes duæ* ib. 1659. 12. L.

§. DLI.

§. DLI. Varii.

Battista Anselmi *breve diſcorſo della peſte, nel quale ſi trattano due rimedi de preſervarſi di quella* Genovà 1630. 4. Maz.

Ej. *opera nel quale ſi dichiara l'eſſenza della peſte, nome, da che provenga, cauſe, differenze, ſegni, curazione di eſſa, curazione de' buboni ed arthraci peſtiferi* ib. 1638. 4. Maz.

Ej. *conſultatio pro illuſtriſſima Pollina Spinola Melphitæ dominatrice* Bonon. 1643. 4. Id.

Joseph Salomon medicus Cretenſis, hic recenſetur, cum a. 1630 reliquerit codices MS. Sylvam Libani, in qua botanica: deinde Sapientum Talmudis ad rem medicam facientia. Hippocratis aphoriſmos rhythmis expoſuit.

Giov. Albani *de convulſionibus tractatus* ib. 1630. 4. Maz.

Petri Macheronii *reſponſa medica, in quibus nonnulli morbi cum ſuis cauſis & ſignis in examen adducuntur multæque ea de re quæſtiones medicæ pertractantur* Meſſan. 1630. 4. Mongit.

Mauritii Tirelli *de hiſtoria vini & febrium* L. II. Venet. 1630. 4 *. Homo non ita doctus, qui Athenas facit diluvio antiquiores. Vinum dat in omnibus febribus, tertiana continua, cauſo, ſemitertiana, febre cum capitis inflammatione conjuncta, tædioſus Galeni adſecla.

Ej. *de febre maligna, quantumque peccent medici in ejus curatione* Venet. 1652. 4. L.

Ej. *della peſte dell Abbadia del Poleſino Rovigo* 1631. 4.

Periiſſe in ipſa venæ ſectione lego dum ſanguis manabat.

Bartholomæi Galesii *epiſtola ſuper morbo hoc tempore graſſante* Bonon. 1630. 4.

Ej. *tr. de podagra & morbo gallico, inſeritur de genitura, ad decubitibus ægrotorum, de morbo gallico, de inſomnio, de veneficiis, de venenis* ib. 1633. 4. Rast. Morbum antiquum eſſe & Arabibus notum.

Hoc anno obiit Hieronymus Bronzerius, cujus vitam & iconem Thomasinus habet in Elogiis a. 1644. Practici argumenti nihil edidit, ſed reliquit codicem MS. *de variolis & febre maligna.*

Andr. Taurellus *de peſte Italica* L. II. Bonon. 1630. 4. Tr.

Nicolai Bertrand *nova philoſophandi ratio de urinis* Rhedonibus 1630. 8. Falc. cum adjecta *exercitatione de paralyſi bilioſa.*

J. Hen-

J. Henrici Alstedii *compendium lexici philoſophici* prodierat Herborn 1650. 8. cum indicibus plantarum, animalium, foſſilium & partium corporis humani, ſtudio Zachariæ Rosenbach.

Succeſſit ib. 1630. fol. *encyclopædia.* Ejus liber 25 continet phyſiologiam, praxin, materiam medicam. Liber. XXIX. plantas, chemica, chirurgiam, anatomica aliqua. Lugduni prodiit 1649. fol. 7 vol.

Phil. Mauric. Schoenlin *de theriacali ac mithridatica panacea* Ingolſtatt 1630. 8. *. Herbam quamque ſuo planetæ ſubjici, inde vires pendere medicas. Singula vero medicamenta ſimplicia percurrit, viresque explicat, quæ has antidotos ingrediuntur.

J. Pharamund Rhumel mathematici & chymiatri Neagorenſis (Neumarkt) de Paracelſica ſecta, *opuſcula chymicomedica, ſ. gynæco pharmaceutica. Herniarum curatio magnetica, podagræ cura magica. Panacea aurea. Catoptron pharmaceuticæ* Tubing. 1630. 12. Tr. Nurnb. 1630. 12. Tr.

Ej. *auserleſene experimentirte Kriegsarzney, mit welcher jeder Soldat verſehen ſeyn ſoll* Nürnberg 1632. 12. *. Exſul ex Palatinatu ſuperiori, Paracelſi adſecla, ſuperſtitioſus & credulus. Ad ſingulos morbos auxilium ſympatheticum. Certa ſub conſtellatione medicas plantæ vires vigere alio tempore deficere. Arcana duo auctoris. Morbi præcipui, hungaricus, in quo acidos liquores minerales adhibebat. Angina, &c. Vulneraria medicamenta. Simplicia aliqua & compoſita, quibus plurimum tribuit, etiam ſulfuri in morbis putridis. Arcana chemica

Ej. *tr. de phaloja microcoſmi, Bericht wie man aus der kleinen Welt eine panaceam wider alle weibliche Krankheiten bereiten ſolle* Nürnberg 1632. 8.

Ej. *Regiment bey den Sterbensläuften in dem Bauchflus zu Neumarkt* ib. 4. Tr. ſuſpicor eſſe J. Conradi. p. 823.

Ej. *compendium hermeticum de macrocoſmo & microcoſmo, totius philoſophiæ & medicinæ compendium complectens. Acc. diſpenſatorium chymicum novum de vera medicamentorum præparatione* Francof. 1635. 12. L.

Ej. *medicina ſpagyrica, oder ſpagyriſche Arzneykunſt* Francof. 16 .12. 1712 12.

Ej. *diſpenſatorium chymicum* Nürnberg. 1637. 8.

J. Jac. Brunn *ſyſtema materiæ medicæ* Baſil. 1630. 8. Jena 1639. 8. L. Lipſ. 1675. 8. 1654. 8. Patav. 1687. 12. Amſterd. 1659. 12. 1665. 12. hic cura Ger. Blasii cum G. Morelli materia medica.

Ej. Conſilia pro peſte veneta a. 1670. apud Welsch Cent. III. conſ. 43.

Raymund Filhollt Ruthenenſis, *de ſenectute ſ. de tuenda valetudine in ſenio ex Galeno præcipue & Jacobo Sylvio* L. exſtat in Sylvii operibus Genev. 1630. fol. *. antiquior omnino.

Daniel

Daniel Winkler *animadverſiones in l. de vita fetus in utero . . . fetum matre mortua vivum ex ventre matris eximi poſſe, neque concedendum, ut femina gravida ſepeliatur, priuſquam an vivus an mortuus ſit, exploratum fuerit* Jen. 1630. 4.

Ej. tr. *de opio* cum Freytagii libello ejuſdem argumenti Lipſ. 1635. 4.

§. DLII. Varii.

Medico Arcasio *diſcorſo ſopra la preſervatione e cura della contagione* Savona 1630. 8. Ex latino verſus.

Giuseppe Pavoni *modo di preſervarſi e curarſi della peſte* Genova 1630. 8. Scalg.

Luchino Boexio *tr. delli buboni e carboni peſtilenziali, le loro cauſe, ſegni e curazione* ib. 1630. 8.

Antonio Pellicini *diſc. ſopra li morbi contagioſi peſtilenziali* Firenz. 1630. 8.

Giov. Ant. Vignati *antidotario contro la peſte* Bologn. 1640. Orland.

Præſervazione della peſte d'un medico Padovano Padova 1630. 4.

Racolta d'avvertimenti e recordi per conoſcer la peſte, per guarirſi e preſervarſi, mandata alla ſtampa per ordine del magiſtrato della Sanita Venez 1630. 4. Smith.

Hoc nempe anno ſæva peſtis Italiam vaſtavit, quam deteſtatione publica digni homines venenatis unguentis propagarunt. J. Jac. Moia ob id flagitium damnatus, inque ſceleris memoriam columna infamis erecta (a) eſt.

Carlo Panicelli *tr. degl effetti maraviglioſi delle carni di vipera* Firenz. 1630. 4. Bar. &c.

Hieronymus Uguet Rasaye Saragoſſæ profeſſor, Ej. *tratado de las cauſas no naturales faculta purgativa que ſe halla en la ſemilla de los Tezgos* Saragoſſ. 1630.

Ej. *diſcorſo en que ſe trata ſi los bannos de aqua dulce ſon provechoſos para la ſalud* prodiit circa a. 1630. C. de V.

Frederic Semichon *des cauſes des maladies & des moyens de s'en préſerver* Paris 1630. 12. Falc. Tr.

Jacques Roland Sr. *de* Bellebat *Antiloimie contre peſte* Rouen 1630. 8. Falc.

Ej. *Agloſſoſtomolalographiam* alias diximus (b), recuſam in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* 3. *app.*

Mar-

(a) Addison *trav. Ital.* p. 34.
(b) B. Chir. I. p. 318.

Marcellin Hercule Bonpart *nouveau chaſſe peſte* Paris 1630. 8. Falc.

Petri Jacquelot *art de vivre longuement* (ſous le nom de Medee) Lyon 1630. 8. d'Etr. Bur.

Ej. *conference d'*Hippocrate *& de* Democrite *traduite du Grec.* ib. 1632. 8. Bur.

J. Scaltz *kurzer u. nothwendiger Bericht wie ſich bey den ſchweren Zeiten der Peſt ſowohl præſervative als curative zu verhalten* Freyburg im Breiſgau 1630. 12. Tr.

Melchior Feige *Peſtregiment, oder ausführlicher Bericht von dem Weſen u. curation der erſchröcklichen Seuche der Peſtilenz* Dreſd. 1630. 4. Tr.

Jacobi Gaffarel *curioſités inouies* Pariſ. 1630. 8. latine, vertente Georgio Michaelis, qui notas & figuras addidit, Hamburg 1676. 8. tum cum præfatione Alberti Fabricii Hamburg. 1630. 8. B. Tig. Anglice Lond. 1650. 8. Falc.

Statutes and orders againſt the afection of the plague Lond. 1630. 4. Mead.

§. DLIII.

Disputationes.

Thobiæ Maii *de catarrheumatiſmo* Witteberg. 1630. 4.

Christoph Horn *de inflammatione hepatis* Altdorf. 1630. 4. *.

J. Brant Thursenreuth *de dolore colico* ib. 1630. *.

J. Nic. Thomasius *de dyſenteria* ib. 1630. 4. Riv.

Daniel Colberg *de nephritide ſ. renum calculo* ib. 1630. 4.

J. Conrad Rhumel *de morbo ſacro, ſ. epilepſia* ib. 1630. 4. *. neque enim puto ſenioris eſſe Rhumelii. p. 323.

J. Nicol. Thoming *de dyſenteria* Altdrof. 1630. 4. *.

Georg. Conrad Ridiger *de paſſione colica* Baſil. 1630. 4. Menz.

Abraham Gerner *de quartana* Baſil. 1630.

Christoph Burckhard *de hypochondriaca paſſione* Baſil. 1630. 4. *.

Daniel Faber *de hydrope aſcite* Baſil. 1630. He.

J. Valentin Ebel *de dyſenteria* Marpurg. 1630. 4. Riv.

J. Nicol.

J. Bartsch *theſes inaugurales Hippocraticæ* Argent. 1630. 4.

J. Caspar Heppius *de aſcite* Argent. 1630. 12. Riv.

Franc. Lespicier & Petr. Hometz *E. in dyſenteria phlebotomia præferenda catharſi* Pariſ. 1630. 4.

Georg. Cornuty & Nic. Langloys *E. venenatis morbis alexiteria* Pariſ. 1630.

Guil. du Val & Gilbert Puylon *E. inſaniæ ab amore ὑπνωτικα* Pariſ. 1630.

J. Complainville & Jac. Martel *E. non dantur in medicina qualitates occultæ* Pariſ. 1630.

J. Akakia & Ant. Biquet *E. phrenitidi arteriotomia* Pariſ. 1630.

Casp. Brayer & Car. du Pre' *Non E. pueris macies a faſcino* Pariſ. 1630.

Nic. Henault & J. de Frade *E. propria febrium medela refrigeratio* Pariſ. 1630.

Jean Berauld & Jac. Mentel (Mantel) *E. in curru vectatio ſalubris* Pariſ. 1630.

Jean Mandat & Laur. de Frade *E. mel ſenibus* Pariſ. 1630.

Franc. Quiqueboeuf & Gilbert Puylon *E. a veneris abſtinentia ἀνορεξια* Pariſ. 1630.

Claude Lienard & Anselme Biquet *E. panis repletio omnium peſſima* Pariſ. 1630.

Renat. Moreau & Dion. Bazin *E. febribus purpuratis malleolorum ἐγχαραξις* Pariſ. 1630.

Dionys. Allain & Guil. Guerin *E. lui venereæ alexipharmaca* Pariſ. 1630.

J. le Monnier & Petr. le Conte *E. homo eſt καθολȣ νουσος* Pariſ. 1630. quæ & Patini.

Dion. Bazin & Petr. Yon *E. ſenilis juventus ὠκυμοριας indicium* Pariſ. 1630.

Vict. Pallu & Claud. Germain *Non E. calor viventis cauſa μαρανσεως* Pariſ. 1630.

§. DLIV. J. Laurentius Bausch.

Swinfurtenſis, idem qui anno 1652. medicorum ſocietatem invitavit, ut mutuo ſibi adnotationes ſuas memoria digniores communicarent, unde *Academia Naturæ Curioſorum* nata eſt.

Ej.

Ej. *diſp. de phthiſi* Altdorf. 1630. 4. *.

Ej. *de hæmatite & aetite ſchediaſmata ad mentem Naturæ Curioſorum congeſta* Lipſ. 1665. 8. *. Ipſe liber ad naturæ hiſtoriam pertinet: proœmium vero eſt de ſanguinis jactura varia, demum de vulnerum periculis.

Ej. *de unicornu foſſili ſchediaſma*, cum J. Michaelis Fehr libro *de Scorzonera* prodiit Jen. 1666. 8. *. Huc trahas vires medicas, quas noſter putat ſe expertum eſſe.

Ej. *de cæruleo & chryſocolla ſchediaſma poſthumum* Jena 1668. 8. *. Cum de lapide lazuli hoc l. agatur, ad melancholiam apud nuperos græcos celebrato, deque ejus viribus medicis, noſter in proœmio de melancholia deque imaginationibus melancholicis fuſe veteres compilat.

§. DLV. Baldassar Timæus.

Poſtea dictus *a Guldenklee*, Colbergæ ſæviente bello triennali celebris clinicus, a magnatibus & imperatoribus utriuſque hoſtilis exercitus ſæpiſſime conſultus, & gratioſus; ex ſchola Italica prodierat, tamen ut chemica non ſperneret. Pulveres abſorbentes, bezoardicos, compoſita remedia, etiam arcana præferebat, non ſemper fidem meritus imitaturi: anſerinæ certe & ſecalis ſucco per triduum ſumto nemo calculum veſicæ fregerit.

Ej. *Unterricht von der jezt ſchwebenden peſtilenz* Danzig 1630. 12. Gunz. Stettin 1653, l. latine verſus a fratre auctoris Christiano Timæo, cum titulo *ſuperpondium alexicacum* recuſus Lipſ. 1663. 4 quod *conſilium de peſte* in operum collectione rediit; totum autem verſatur in theriaca, calidis, & antidotis.

Ej. *caſus medicinales & obſervationes practicæ 36. annorum, cum deſcriptione quorundam medicamentorum* Lipſ. 1662. & 1667. 4. prodierunt, tum in *operum collectione* Lipſ. 1677. & 1715. 4. *. Morbos a capite ad calcem curare docet octo libris, etiam venenatos. Ecce ſpecimina aliqua. Uxori propriæ in pleuritide venam ſemel ſecuit, opium dedit: ea vero, cum maritus ſanatam putaret, in phthiſin incidit, & fruſtra variis tentatis videtur periiſſe, neminem enim phthiſi adfectum ſe curaſſe ipſe auctor fatetur. Magicos morbos bene multos habet, & ſcarabæos per alvum expulſos. Hydropem ſubito evacuata omni aqua ſanavit, datis jalappæ granis quinquaginta, guttæ gummi granis triginta, ſalis vitrioli granis viginti. In febre ardente venam non ſecabat. Variolas, morbillos, peſtem calidis curare ſuſcipit. Ex potu frigido ſpiritus difficilis, nauſea, deliquium animi, ſanata vomitu. Ridiculum & efficax tamen amuletum adverſus febrem quartanam. In puero calculus ovi pavonini mole duriſſimus, fruſtra tentatus aſellis aliisque lithontripticis. Ab ovis barbi piſcis tormina, alvus ſurſum & deorſum vehementer mota. De venenis lectu digna aliqua. Bufonis expreſſo veneno pene interemtus circumforaneus a Timæo emetico ſervatus. A veſicatorio devorato lipo-

thymia,

thymia, ſtanguria cruenta, emulſionibus ſanata. A fumis arſenicalibus ore ſuſceptis, anxietas maxima, ariditas faucium, agrypnia, ſyncope. Multa ſua medicamenta deſcribit, pleraque voluminoſa & calida.

Ej. *epiſtolæ & conſilia* L. V. Lipſ. 1665. 4. Ordo idem, utilitas potius minor. In morbo epidemico unice laudat diaſcordium. Medicamenta ſui ſeculi.

Ej. *Reſponſa medica & diætetica* a filio a. 1668. poſt mortem patris edita. Illa quidem pertinent fere ad medicinam forenſem, & ad lethalitatem vulnerum. In peſte venæ ſectionem temere factam funeſtum habuiſſe exitum citatis exemplis oſtendit. Contuſio diaphragmatis cito lethalis. De partus temporibus. Cæcitas ex pedis ulcere. Convulſiones funeſtæ unguento mercuriali adſcriptæ. Parotis maligna. Mali effectus a clyſtere puerperæ infuſo, & mors in gravida ab eadem cauſa. Surditas ab infuſo in aures oleo. Diætetica: ratio eſt victus pro infantibus & infantiæ periodis; ſic pro reliquis ſeptenariis, breviſſima.

Ej. *Zeughaus der Geſundheit* edidit G. DANIEL COSCHWITZ Senior Lipſ. 1704. 4. & auxit.

Ej. *opera omnia* Lipſ. 1677. 4. 1691. 4. 1715. 4. * hic cum RIVINI præfatione.

§. DLVI. J. PRÆVOT.

Delemontanus Rauracus, diſcipulus HERCULIS SAXONIÆ & HIERON. FABRICII, ab a. 1613. profeſſor Patavinus, peſte obiit a. 1631. Nihil ipſe edidit, ſed a morte viri J. STEPHANUS *elenchum* dedit *medicamentorum*, *quæ communiter uſurpantur*, multum, ut THOMASINUS queritur, ab eo diverſum, qui MS. apud heredes eſt. Editionem LINDENIUS dicit Venetam anni 1611. 12. puto pro 1641.

Porro Francofurti prodiit *medicina pauperum, ſ. de remediis facile parabilibus* cum l. *de venenis* Francof. 1642. 12., tum porro Lion 1644. 12. cum l. *de medicamentorum curatione*. Francof. 1657. 12. L. 1686. L. Hanau 1666. 12 *. Pariſ. 1654. 24. Patav. 1719. 12. SMITH. Medicamenta facile parabilia ſecundum claſſes virium medicarum & indicationes varias, ex plantis fere deſumta: adjectæ, ſed ſimpliciores compoſitiones.

Et *opuſculum de venenis & alexipharmacis* Francof. 1641. 12. Venena in claſſes dividit, dementantia, inflammantia, ſic alexipharmaca: parvus libellus.

Ej. *de medicamentorum compoſitione* Rinteln. 1649. 12. edente FRIDERICO MONAVIO. Amſterdam 1665. 12. Venet. 1654. 12. & cum aliis poſthumis Francof. 1651. &c. Theoriam compoſitionis Galenicam docet, computationi graduum

graduum ſuperſtructam, eamque contra AVERHOEM defendit, cauſaſque oſtendit, cur medicamenta componere neceſſe ſit.

Ej. *ſemeiotica, ſ. de ſignis medicis enchiridion* Venet. 1654. 24. Hanau 1666. 12. *. Ad morem veterum, ſigna morbi, cauſæ morbi, eventus, criſeos, diuturnitatis.

Ej. *ſelectiora remedia multiplici uſu comprobata, quæ inter remedia medica juſte recenſeas* Francof. 1659. 12. *. Hanau 1666. 12. *. Amſterd. 1665. 12. L. Formulæ & ſcriptiones medicamentorum undique collectorum. Vana multa, etiam abſurda, ut ſyrupus de caponibus, aurum potabile vegetabile, projectio ad aurum artificiale & regulum. Multa ſunt M. Ducis Hetruriæ.

Ej. *collectio operum medicorum poſthumorum* Francof. 1651. 12. 1656. 12. L. Hanau 1666. 12. *. Ineſt *libellus de remediorum cum ſimplicium tum compoſitorum materia*, recuſus Patav. 1676. 12. Catalogus medicamentorum ſimplicium cum gradubus & doſibus ſecundum claſſes indicationum, cum paucis animadverſionibus.

Ej. *hortulus medicus ſelectis remediis cum floſculis varicoloribus refertus* Patav. 1666. 12. 1681. 12. des T.

Ej. *de urinis tractatus poſthumus* Patav. 1667. 12. L.

Ej. *de morboſis uteri paſſionibus tractatus* Patav. 1667. 8. L.

Ej. *conſilia aliqua medica exſtant* cura G. H. WELSCHII in *Conſiliorum centuria* IV. Ulm 1676. 4. & alia in Chiliadibus. Ita de lapide lazuli reſpondet, catharticam vim uſtione non tolli, cardiacam efficaciam nullam eſſe. Memorabile ejus eſt teſtimonium de lue a bobus Pannonicis in Italiam adducta, pulmonibus adfectis cum cibi faſtidio. De homine in carunculis curandis perito, qui calculi præſentiam detexit cereo, ut veſtigium cera impreſſum reciperet. De SPIGELII etiam morbo & morte refert, qui abſceſſum paſſus ſit ſub axilla, cum ſinu in pulmone purulento ad hepar continuato, cujus partem gibbam excedebat. In epilepſia fonticulos profuiſſe.

§. DLVII. VARII ad a. 1631.

J. MICHAELIS Luſatienſis, profeſſor Lipſienſis, chemicus, multorum medicamentorum auctor, quæ in pharmacopœas recepta ſunt.

Multæ ſunt ejus diſputationes.

Ej. *de ictero* Lipſ. 1631.

Ej. *quæſtio an aphoriſmus 62 IV. de ictero ſit abſolutæ veritatis* ib. 1631.

Ej. *de affectu hypochondriaco* ib. 1634. 4.

Ej.

Ej. *Collegii theoretico practici de morbis ſubitaneis affect* III. ib. 1636. 4.

Et *affect* XXI. ib. 1636. 4.

Ej. *themata miſcellanea* ib. 1636. 4.

Ej. *de pica* ib. 1638. 4.

Ej. *de morbo malo ſ. peſte* ib. 1638. 4. *.

Ej. *de cholera* ib. 1641. 4.

Ej. *de catarrho* ib. 1634.

Ej. *de phrenitide* ib. 1648.

Ej. *de variis, arthritide vaga ſcorbutica* ib. 1649. 4. Pl.

Ej. *de morbis ab incantatione & veneficiis oriundis* ib. 1650.

Ej. *de morbis metallariorum* ib. 1652. 4. *.

Ej. *de quartana* ib. 1652. 4. *.

Ej. *de roſa, ſ. vero ac legitimo eryſipelate* ib. 1655. 4. *.

Ej. *de ſingultu* ib. 1655. 4. He.

Ej. *de aſthmata* ib. 1656. 4. He.

Ej. *de phthiſi* ib. 1658. 4. *.

Ej. *de apoplexia* ib. 1660. Riv.

Ej. *de pareſi, ſ. paralyſi* ib. 1660. 4. Riv.

Ej. *de ſudore & ſudoriferis* ib. 1661. 4.

Ej. *philtris* ib. 1661. 4. *.

Ej. *Regulæ circa modum pharmacopolia viſitandi obſervandæ* 1680. 12. cum Portali medico.

Deinde *opera medica omnia medico chemica conjuncta* prodierunt Norib. 1688. 4. Huth. 1698. 4.

Praxis eſt *chlinica generalis ad* Jonstoni *ideam: Praxis ſpecialis caſibus* 26. *ſubitaneis monita generalia ad ægri lectum applicare docens. Formularum apparatus in* Morellum *de formularum præſcriptione. Ordo viſitandi officinas cum regulis pharmaceutico chemicis. Clavis ad polychreſta auctoris, ſ. ſecreta medicamenta* Michaelis.

Germanice *Schazkammer bewährter Arzneyen* edente Conrado Horlacher Ulm. 1694. 8. Hansen.

Baldus Baldus archiater Pontif. *de contagio peſtifero* Rom. 1631. 4. Mandos.

Ej.

Ej. *Diſquiſitio ad textum ſecundum* Hippocratis *de aere, aquis, locis, de cauſis calculorum, de aquæ Tiberis bonitate, quæſtio de majori nunc quam præterito ſæculo calculoſorum in urbe frequentia* ib 1637. 4.

Ej. *de loco affecto in pleuritide* Pariſ. 1640. 8. *. nitide Rom. 1643. 8. L. Contra Alexandrum Petronium & Aetium Cletum defendit, utique ſedem pleuritidis in pleura eſſe, neque in pulmone. Non bene cum peripneumonia pleuritidem confundi : fatetur quidem ſæpe in pleuriticorum cadaveribus ſe pulmones vitiatos reperiſſe, excuſat ſe tamen, quod Romæ pleuritides raræ, pleuropneumoniæ frequentes ſint. In vivo homine poſſe vias a pleura ad aſperam arteriam patere, quæ in cadavere nequeant demonſtrari, & eſſe tamen pleuriticos, in quorum cadaveribus pulmo integer, pleura cicatricibus & maculis foeda fuerit.

Ej. *Relazione del miraculo inſigne operato per interceſſione di* S. Filipo Neri Rom. 1644. 4. Mandos.

Ej. *L. de vero balſamo orientali* ib. 1646. 4. dixi in botanicis.

Ej. vita apud Nicium Erythræum, qui negat in curando felicem fuiſſe.

Johannis Ronconii *de* Mutiliana Florentini, Principum Hetruriæ phyſici, *tractatus medico philoſophicus de ſeri lactis natura, uſu, & præparatione* Florent. 1631. 8. *. De utilitate ſeri diætetica & medica, collectitium opuſculum. Lac modice calidum eſſe, ſerum temperate, quod Galenus & Avicenna calidum fecerant; ut tamen & ipſe noſter calidum faciat, minus tamen intenſe. Admittit ejus ſeri vim detergentem & nitroſam, deinde vim, qua alvum ciet, doſinque definit. In febre non admittit, niſi ſtillatitium, id vero miris laudibus extollit, Obicii aliorumque auctoritate nixus. Humidum facit & frigidum.

Francisci Fabrani *de origine & cauſis peſtilentis morbi a.* 1630. *Italiam infeſtantis* Bonon. 1631. 4. Tr.

Lud. de Alcaçar *de malis medicis opera* Lion 1631. fol.

Dominici Magliocca *diſputationum medicarum phyſiologicarum, ætiologicarum, ſemeioticarum, prognoſticarum ac therapeuticarum de internis capitis adfectibus* T. I. P. 1. 2. 3. Neapoli 1631. fol. Boehmer.

Hippolyti Antonelli *apparatus animadverſionum in auctoritates & rationes, quibus* Hippolytus Obicius *vinum exhibet ægrotis omni tempore in omni febre* Venet. 1631. 8.

An ejus nominis ſcriptor *de cucurbitulis*, cujus lib. prodierat Pariſ. 1541. 8. L. ſed forte legere oportet 1641.

Stephani Facundez *tractatus apologeticus pro ſua ſententia de lacticiniorum ovorumque eſu tempore quadrageſimæ* Lion 1631. 8, niſi mere theologicus eſt: Falc.

Hiero-

HIERONYMUS FRANZOSIUS *de divinatione per ſomnum* Francof. 1632. 4. & huc facit.

FRANCISCI BRYON *ſalubritatis & inſalubritatis leges nec non animadverſiones ad febres graſſantes a.* 1631, 12. *le* TELLIER.

PETRI PASCHALIS *praxis medica de febribus* Leid. 1631. 8. TR.

AUGUSTI ETZLER *iſagoge phyſico magico medica, in qua ſignaturæ vegetabilium & animalium depinguntur* Strasburg 1631. 8. BUR.

Ars magica, ſ. magia naturalis ſtupendi effectus virtutes ſecretæ ex gemmis, lapidibus, herbis & aromatibus ſecundum certas conſtellationes collectis, Francofurti 1631. 12.

BERNARDINI STAINER Protomedici Carinthiæ *Gerocomicum, ſ. diæteticum regimen de conſervanda ſenum ſanitate & vita producenda confuſiori modo ſcriptum per generum* NEYDECK *in breviuſculum tractatulum concinnatum* Wurzburg 1631. 4. *. Sex res non naturales. Diætetica. Morbi ſeniles, medicamenta aliqua.

MICHAEL RUPERT BESLER *de ſanguinis conſtitutione ſecundum & præter naturam* Altdorf. 1631. 4. *.

In ejuſdem *rariorum theſauro*, varii lapides bezoardici depinguntur.

RADULPHI WINTERTON *verſio græca metrica in* HIPPOCRATIS *aphoriſmorum librum I.* Cantabrig. 1631. 4. B. BODL.

EJ. *verſio metrica in omnes aphoriſmos* HIPPOCRATIS Cantabr. 1633. 8. B. BODL.

EJ. HIPPOCRATIS *aphoriſmi ſelecti & metrici* Cantabrig. 1633. 12. B. BODL.

§. DLVIII. VARII.

ANTONIO COLMENERO *de* LEDESMA *curioſo tratado de la naturaleça y calidad del chocolate* Madrit. 1631. 4. BUR. Gallice vertente REN. MOREAU Pariſ. 1643. 4. BUR. Italice interprete FELICE TAMAGINO Rom. 1667. 12. Venet. 1678. 12. Anglice 1685. 12. Latine curante G. VOLCAMER Noriberg. 1644. 12. *. Brevis libellus, quo plantæ in chocolatam receptæ deſcribuntur, & modus docetur, quo is potus præparatur.

DOMINICO PONTICELLI cum ficto nomine CÆLINO PINTI *Trattato compendioſo ſopra il malo della peſte e contagio, ſua preſervazione e cura* Bracciano 1631. 8. TOPP. L. ALL.

BAR-

BARTHOLOMEO AMBROSINI *modo facile di preſervar e curar di peſte a beneficio del popolo di Bologna* Bologn. 1631. 4. MAZUCHELL.

EJ. *theoria medicinæ in tabulas veluti digeſta cum aliquot conſultationibus* Bonon. 1632. 4. MAZUCH.

G. FRANC FIOCHETTO *trattato della peſte e peſtifero contagio di Torino* Torino 1631. 8. FALC.

CÆSAR CRIVELLATI *de peſte* Viterb. 1631. 8. Italice ALLAT. in apib: urbanis.

Dialogo nel quale ſi diſcorre del mal de la peſte Piſa 1631. C. de V.

ANTONIUS FRUGOLI Luccenſis vertit ex ſermone latino *trattato delli inventori delle vivande coſi antiche come moderne* Rom. 1631. 4. L. ALLAT. *ap. urb.*

RENE' GENDRY *traité de la peſte* Angers 1631. 8. BUR.

DU FRANÇOIS *tr. de la peſte, de ſes remedes & préſervatifs* Paris 1631. 12. BUR. FALC.

DES VALLEES *tr. contenant le moyen de ſe préſerver de la contagion* Tours 1631. 8. FALC.

Vrai combat & victoire contre la peſte Paris 1631. 8.

§. DLIX.

DISPUTATIONES.

PHIL. MICHAELIS *de rabie & hydrophobia* Argent. 1631. 4.

ANTON. BOXBARTER *de lue venerea* ib. 1631. 4. ASTR.

SIGMUND LEBZELTER *de natura venenorum* Lipſ. 1631. 4. RIV.

J. CASP. ROTMUND Baſil. 1631. 4. in *Decade* VII. GENATHI.

J. FISCHER *de læſione guſtus* Lipſ. 1691. 4. HAN.

MICHAEL NEUCRANZ *de uteri ſuffocatione* Argent. 1632. 4. HE.

NIC. LANGLOIS & GERM. PREAUX *E. temperamentum quinti climatis optimum* Pariſ. 1631.

LAZARI PENA & FRANC. BLONDEL *E. jejuno vomitus* ib. 1631.

J. COUSINOT & LUD. RENOUARD *Poſſint adeo morbi arte medica præcaveri* ib. 1631.

PETR. *de* BEAURAINS & PETR. *le* CONTE *E. ſequana ſanis* Pariſ. 1631.

JOH.

JOH. TERIERT & GERM. PREUX (idem PREAUX) *E. nutrix menſtrualis mutanda* Pariſ. 1631.

JAC. REGNAULD & LUD. RENOUART *E. arthritidi vinacea* Pariſ. 1631.

PETRI HOMMEZ & MATHURIN ALTON *E. peripneumonia æmula pleuritidis* Pariſ. 1631.

§. DLX. VOPISCUS FORTUNATUS PLEMP.

Amſtelodamenſis, profeſſor Lovanienſis, non videtur (quæ GUIDONIS PATINI eſt narratio [a]), religionem mutaſſe, ut cathedram aucuparetur, eadem conditione ad deſerta caſtra rediturus: mihi enim inter catholicos & in ſcholis ejus religionis videtur educatus fuiſſe; vir cæterum minime indoctus.

EJ. *ophthalmographia, ſ. tractatio de oculi fabrica, actione & uſu præter vulgatas opiniones* Amſterd. 1632. 4. *. Lovan. 1648. fol. L. 1659. fol. *. In prima editione mera anatome continetur & phyſiologia, præter nonnulla, quæ de morbis viſus & de vitioſis apparitionibus accedunt Liber V. demum ad adfectiones oculorum ſpectat. Eæ adfectiones perbreviter traduntur, & ſecundum oculi partes, quibus infeſtæ ſunt. In editione noviſſima, & ut puto etiam in penultima, morbi oculi fuſius tractantur, chirurgici pariter & interni, cataracta, etiam ſtrabiſmus. Myopiam & presbyopiam recte interpretatur, in ſolvendis problematibus acuti & perſpicacis ingenii vir.

EJ. *de fundamentis medicinæ* L. VI. Lov. 1638. 4. *. 1643. fol. *. Acc. DANIELIS VERMOOSTII *apologema pro auctore adverſus dicteria cujuſdam κηπουρου* Lovan. 1653. fol. L., alii 1654. 1665. fol BEUGHEM. Generalia fere habet ad pathologiam, ſemeioticam, therapeuticam. VERMOOSTII libellus brevis eſt & ſcholaſticus. Inviſus ille κηπουρος KYPERUS eſt.

EJ. *Animadverſio in veram praxin curandæ tertianæ propoſitam a* PETRO BARBA *cubiculario Infantis* Lovan. 1642. 4.

Munitio fundamentorum PLEMPII *adverſus* J. PRIMIROSE fratris FRANCISCI nomine prodiit Amſterd. 1659. 8. *.

EJ. *Avicennæ canonis l. I. & II., quo univerſa medendi ſcientia brevi methodo explicatur* Lovan. 1658. fol. *. Nitida editio. Vita AVICENNÆ. Subſidia quorum uſus PLEMPIO liber fuit, codex MS. Leidenſis, alius Halepo miſſus, alius Conſtantinopoli. Verſio ex barbara in meliorem reformata. In ſcholiis alios Arabum & barbarorum locos comparavit, ſed brevia ſunt, quæ ad praxin pertinent.

EJ. *de affectibus capillorum & unguium tr. apoſpaſmaticus ſ. de particularibus externis corporis humani affectibus libri* Lovan. 1662. 4. TR.

EJ.

(a) ep. 547.

EJ *de togatorum valetudine tuenda commentarius* Bruxell. 1670. 4. *. Docti ſenis minime injucunda collectio, de ſex rebus non naturalibus, cibis potiſſimum & potibus, & inſtrumento eo pertinente, quo veteres uſi ſunt. Modicas & tolerabiles leges imponit, neque ea negat, quibus doleat natura negatis: ſed neque inventa SANCTORII de perſpiratione neglexit.

PLEMPIUS etiam eſt, qui nomine MELIPPI PROTIMI ANTIMUM CONYGIUM *pulveris Peruviani febrifugi defenſorem repulſum* edidit Lovan. 1655. 4. *. Contra HONORATUM FABRUM. Eſſe qui ex corticis uſu in febres continuas inciderunt, productis teſtibus, quartanam inde duplicatam rediiſſe.

§. DLXI. PETRUS SERVIUS.

Spoletanus, doctus homo & ingenioſus.

EJ. ſub nomine PERSII TREVI, ſunt *ad librum de ſeri lactis* STEPHANI RODERICI CASTRENSIS *declamationes, ſ. privatæ quædam & domeſticæ exercitationes* Pariſ. 1632. 12. L. Rom. 1634. 8. *. Subtilis refutatio & minuta. Scopus noſtro eſt oſtendere, dari in ſero lactis particulas ſubtiles nitroſas, quæ purgent & calidæ ſint, aliaſque craſſiores quæ refrigerent, cum RODERICUS has proprietates invertiſſet. Igni ſerum ſe ſubjeciſſe ait PERSIUS, & ſubſediſſe nitrum. Aquam marinam ante omnes nuperos prima deſtillatione dulcem reddidit.

EJ. *inſtitutionum, quibus tyrones ad medicinam informantur libri* III. Rom. 1638. 12.

EJ. *proluſiones duæ ad inſtruendos inflammandoſque ad artem tyrones accommodatæ* Rom. 1638. 12. *.

EJ. *de facultatibus medico neceſſariis & utilibus proluſio* ib. 1638. 12. *.

EJ. *an juvenis eſſe poſſit abſolutus medicus proluſio jatrophilologica* Rom 1638. 12. *.

In libello, quem primo loco dixi eſt, pathologia ad modum veterum. Therapeutica, materia medica, breviter omnia. Exempla imaginationis per piam fraudem ſanatæ.

In *l. de facultatibus* &c. aliqua exempla habet medicorum honoratorum, ut VINCENTII LAURÆ, quem non ita dudum PIUS V. cardinalitia dignitate ornaverat.

In ultima *proluſione* ad NAUDÆUM data defendit, poſſe juvenem idoneum eſſe medicum.

EJ. *diſp. de odoribus* Rom. 1641. 8. *. phyſici argumenti.

EJ. *de unguento armario librum* dixi in chirurgicis.

 §. DLII.

§. DLXII. ADRIANUS v. MYNSICHT.

Alias TRIBUDENUS medicus chemicus. Ej. *theſaurus & armamentarium medico chymicum ſelectiſſimum pharmacorum conficiendorum ratio propria laborum experientia confirmata* Hamburg 1631. 4. Lubec 1638. 4. 1646. 4. 1662. 4. TR. Lion 1645. 4. Roterd 1651. 8. L. 1664. 8. 1670. 8 Francof. 1675. 8. Hanau 1726. 8. cum *mantiſſa* MUSITANI, Germanice *medic. chymiſche Schaz u. Kunſtkammer* Studgard 1686. 8. Ofenbach 1695. 8. Tubing. 1702. 8. Stutgard 1725. 8. 1738. 8. BOEHM. Scriptiones ſunt, vel proceſſus fere chemici, etiam alchemiſtici, medicamentorum, quorum aliqua etiamnum in officinis locum tenuerunt. Multa vana laudeſque certe nimiæ & ampullatæ. Præcipua medicamenta etiam ita revelat, ut poſtquam legiſti, magis dubius ſis, quam prius. Ita auri potabilis præparatio pendet ab oleo ſalis ſophorum; & a ſpiritu vini ſale ſophorum impraegnato: Argentum potabile a ſpiritu microcoſmi optime rectificato: idem argentum non dubie noxium, quod in tinctura ceruleum ſit, cupro nempe infectum.

§. DLXIII. PHILIPPUS GRULING.

Stolbergenſis, *florilegium chymicomedicum medicamentorum chymicorum, eſſentiarum, magiſteriorum, extractorum, ſalium, tincturarum florum, crocorum, oleorum, ſpirituum, fæcularum, balſamorum, aquarum, pulverum, vera præparatione, recto uſu & certa doſi multis exemplis illuſtratam, ut in curandis morbis cuilibet medico cumulate poſſint ſufficere* Lipſ. 1631 12. TREW. 1665. 4. *. 1680. 4 quarta editio aucta medicamentis chymicis & Galenicis GUNZ. P. I. mere chymica eſt. In altera lapis philoſophorum, deinde arcana medicamenta & univerſalia THEOPHRASTI, aliorum. Inde varia medicamenta chemica ex tartaro, mercurio, antimonio, emetica, cathartica, hæc etiam ex vegetabilibus, diuretica, diaphoretica, anodyna & per alias claſſes, etiam ad ſingulos morbos, & varia de ſpiritu vini, ponderibus & menſuris. Scriptiones ſunt, modusque, quo quodque medicamentum præparatur, formulæ etiam compoſitæ. Multa obſoleta, valde compoſita. Diſſertationes aliquæ de medicamentorum efficaciorum agendi ratione, & cautelis, ut fuſe de anodynis, quibus indulget, ut tamen etiam norit abſtinuiſſe. Ex ſuo porro potius ſeculo oportet virum æſtimare, quam ex noſtro.

Ej. *curationum dogmatico hermeticarum expertarum & rite comprobatarum centuria I.* Lipſ. 1638. 8. L.

Ej. *triga curationum medicinalium dogmatico hermeticarum* Northauſ. 1666. 4. TREW.

Ej. *obſſ. & curationum cent VII.* ib. 1660. 4. 1662. 4. 1668. 4. TREW. 1680 4. TR.

Ej. *ſonderbarer Tractat von der Peſt* Northauſen 1659. 4. TR. RIV.

Ej.

Ej. *tr. von Kinderkrankheiten* Northauſen 1660. 4. TR. THOMAS.

Ej. *tr. von Weiberkrankheiten* Francof. 1625. 4. TR. ſed auctorem vocat PHIL. GERH. GRULING, LEHMANNUS & annum 1680. 4.

Ej. *deutſches Arzneybuch nebſt den tr. von Peſt, Weiber und Kinderkrankheiten* Leipz. 1690. 4. 1720. 4. TR. BOEHM.

Ej. *medicinæ practicæ libri V. quibus omnes corporis humani morbi deſcribuntur, cauſæ, ſigna, curationes depinguntur* Northauſ. 1661. 4. RIV. Lipſ. 1668. 4. 1673. 4. TRE

Ej. *de calculo & urinæ ſuppreſſione multis exemplis & obſſ. illuſtrat* Northauſ. 1668. 4.

Ej. *de triplici in medicina evacuationis genere de venæ ſectione, ſcarificatione, hirudinibus, hæmorrhoidum & menſtruorum provocatione; II, de medicamentis purgantibus, clyſteribus, ſuppoſitoriis; III, de ſudorificis, diureticis, balneis, fontanellis inſenſili tranſpiratione, ſomno & veneris evacuatione* ib. 1671. 4. TR. 1715. 4. TR. & alius *tractatus de purgatione, quæ in medicina fit* 1668. 4. L.

§. DLXIV. VARII ad a. 1632.

FRIDERICI GREIFF *conſignatio medicamentorum omnium, quæ in officina proſtant* Tubing. 1632. 4. TR. 1634. 4.

Ej. *decas nobiliſſimorum medicamentorum Galeno chymico modo compoſitorum & præparatorum* Tubing. 1641. 4. TR.

Ej. *kurze Beſchreibung einer ſehr geſchmeidigen Feldapotheke* Tubing. 1642. 16. TR.

Ej. *ſieben auserleſene trokne Arzneyen* Tubing. 1660. 12. TR.

GEORGII QUECCII *diſcurſus philologicus de nobilitate & præſtantia contra iniquos conditionis humanæ æſtimatores* Nürnberg 1632. 4. *. Aliqua de veneno ſerpentum. laudes medicinæ, potiſſimum & chymiæ. In chirurgos. De brevitate vitæ.

CLAUDII CHARLES elogium a. 1631. ſcriptum in panygyrico a VICTORE PALLU Pariſ. 1632. 8.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1632. fol.

§. DLXV.

§. DLXV. Alii.

Alessandro Arcadio medico *contemplationi medicinali* Tortona 1632. 12. Proprias tamen etiam adnotationes habet. In peſte puſtulæ lentium æquales, quæ petechiæ videntur. Infectus ab odore carbonis detecti. Sequeſtrationem imperat. Non eo ſerius periiſſe aliquos, quibus fonticuli fluebant, etſi id auxilii genus commendat. Venam vult ſecari, etſi ſanguinis miſſio in ægrorum hiſtoriis, quas noſter recenſet, videtur mortes præcipitaſſe. Nimiæ laudes lyſimachiæ, ſcabioſæ. Sudorem urget.

Francesco Muratori *ſcelta e raccolta d'alcuni medicamenti rationali de valerſene a curare il malo contagioſo in Bologna negli anni* 1630. *e* 1631. Bologna 4. anno, ut puto, 1642.

Troilo Lancetta *di peſtilenza commune a bruti e di contagio mortale dell uomo, con dialogo attinente alla miſtione di ſangue, al taglio della vena, un altro dialogo del finimento naturale del contagio* Venez. 1632 fol. *. quæ ſecunda eſt editio. De peſte agit anni 1630, quam ipſe cominus vidit, ſed in longa fere ſua ratiocinatione ſe continet. Non valde ſæva fuit: Ex ægris 282 intra unum menſem perierunt 98, ex 1113 menſe octobri quadringenti. Aliæ peſtes ſæviores. In magna illa anni 1348 peſte ægros ſanguinem vomuiſſe, deinde bubones & carbones erupiſſe. Noſter in principio alvum lenibus ducit, tunc calida dat & mithridatium. Adverſus infectionis diſperſionem ſua dat conſilia. Rogos inceſſos non prodeſſe. Symptomata, inter ea petechiæ. Cauteria & fonticulos non valde laudat. Verboſiſſimi de venæ ſectione dialogi. Peſtem in Italia non naſci.

Franc. *du* Soucy *ſommaire de la médecine chymique* Paris. 1632. 8. Falc.

J. Christ. Eisenmenger *Bericht von der hizig anſtekenden Kopfkrankheit ſo a.* 1621. *eingeriſſen* Heilbronn 1632. 12 Tr.

Ej. *Bericht von der rohten Ruhr* ib. 1634. 12.

Caspar Amthor *chryſioſcopion* Jen. 1632. 4.

Ej. *noſocomium infantile & puerile* Schleuſingen 1638. 8. Tr.

Ej. *memorabilium medicorum pars continens curationes per euporiſta tam Galenica quam chymica* Jen. 1632. 4.

Wittebergiſche Peſtordnung Witteb. 1631. 4. Tr.

Verzeichniß aller Aryneyen ſo in der Apothek zu Wittenberg verkauft werden Witteberg 1632. 4. Trew.

Louis *de la* Grive pharmacopola Lugdunenſis. Ej. eſt *Antiparallele des viperes romaines, & herbes candiotes auquel il eſt prouvé la theriaque lionnoiſe n'avoir pas ſeulement les vertus du theriaque diateſſaron, mais auſſi du grand theriaque d'Andromachus* Lion 1632. 8. *. Lis eſt cum medico Lugdunenſi Pons (*a*), qui viperis Lugdunenſibus minores vires eſſe ſcripſerat, quam Romanis ſunt, & herbas pariter Creticis inferiores eſſe, adeoque theriacam Lugdunenſem deteriorem. Noſter viperas omnino æque funeſto eventu Lugduni mordere, per exempla demonſtrat: ſervari equidem demorſos vi theriacæ, quam Lugduni optimam præparent. A morte beſtiam periculoſe mordere. Fuiſſe qui a morſu viperæ Pictonienſis perierint. Plantas, quæ ex inſula Creta accerſuntur, viribus multo eſſe debilioribus, quam in terra erant natali. Theriacæ Lugdunenſis uſu munitum circum foraneum bufones tuto devorare.

(a) p. 325.

Antonii Gagliardi *nova ratio univerſalis medendi febribus humoralibus* Mediolan. 1632. 4.

Ej. *conſultationes variæ* Colon. 1637.

Ej. *cognizione e cura de morbi communi eſtivi acuti* Milan 1645. 4. poſthum.

Ej. *dell acciajo in uſo della medicina* 1645.

Ludov. Wolfharts *Bericht von dem wolgeläuterten weiſſen Weinſteinpulver* Heilbronn 1632. 4.

§. DLXVI. Disputationes.

Balthasar Simonis *πεντάδιον controverſarum quæſtionum medicarum* Tubing. 1632. 4. Riv.

Theod. Christoph Goclenius *de graviſſimo inteſtinorum adfectu, ileo* Marpurg. 1632. 4.

Car. *du* Pre' & Cl. Germain *E. hydrophobici medicandi* Pariſ. 1632.

J. Pietre & Franc. Blondel *Non E. conferunt diuretica nephriticis* Pariſ. 1632.

J. Cousin & Germ. Preaux *E. eſt ſterilitas arte medicabilis* ib. 1632.

Robert Tulloue & Germ. Preaux *E. aſthmati juſcula caulium rubrorum* ib. 1632.

Ant. *le* Rat. & Petr. Yon *E. coloſtrato cauſarii* ib. 1632.

Dion. *le* Sgubz & Matth. Alton *E. peſtis ex aere* ib. 1632.

Fr. Blondel & Jac. Barelier *E. primi partus vivaciores* ib. 1632.

§. DLXVII. Nicolaus Fontanus.

(Fonteyn) Joh. F. medicus Amſtelodamenſis, & anatomes profeſſor.

Ej. *inſtitutiones pharmaceuticæ ex* Bauderonio & Duboys *in pharmacopœorum potiſſimum gratiam concinnatæ* Amſterd. 1633. 12.

Ej. *aphoriſmi* Hippocratis. *Acc. l. de extractione fœtus mortui per uncum* Amſt. 1633. 12.

Ej. *florilegium medicum, in quo flores univerſæ medicinæ tam theoricæ quam practicæ proponuntur, & variis quæſtionibus exornantur. Opus medicis & chirurgis jucundum* ib. 1637. 12. Tr.

Ej. *reſponſionum & curationum medicinalium* L. I. Amſterd. 1637. 12. *. Epiſtolæ ſunt amicorum ad Nicolaum ſcribentium, & morborum hiſtoriæ & exempla, cum noſtri de quoque morbo ſententia, fere Galenica. S. Costerus de femina oſſibus fragiliſſimis, de vulnere pulmonis ſanato, cum partem viſceris reſecare neceſſe fuiſſet: de femina, cui os, quod in faucibus hæſerat, cum nulla ſpes ſupereſſe videretur, ſponte per inferiora deceſſit: de ſpina bifida, cujus ſimile alterum exemplum noſter vidit. Idem F. de fatuo & muto, qui ante mortem vocem & rationis uſum recuperavit. In phrenitide utiliſſime data drachma integra Philonii Romani, & una cucurbitula ſcarifata ad ſinciput impoſita. Quæ in epilepſiæ paroxyſmo peperit. In ophthalmia noſter arteriam temporalem incidi curavit, optimo ſucceſſu. Peripneumonia denique curata cucurbitulis ſiccis & uſtis appoſitis. Idem de puero, cui abſceſſus hepar conſumſerat, pulmonis vero in pectore locum veſicula membranacea tenebat, flatu repleta. Hæmoptœ repetita venæ ſectione ſuppreſſa. Cor duplo majus. Sic auriculæ & vaſa magna in ſubito ſuffocata, cum nulla ſyncope, nulla cordis palpitatio præceſſiſſet. In homine mœſto & gemebundo abſceſſus ovi mole prope ſiniſtram cordis auriculam. Cum ſtruma aſperam arteriam compreſſiſſet, ſimiles tumores in glandulis conglobatis pectoris & abdominis repertæ. Ex ileo mortuus: materies lapidoſa inteſtino cæco adhærens, id extendebat. Poſt anaſarcam & hæmorrhagiam narium mors ſubita, magno in hepate abſceſſu, calculis in liene. Poſt inunctionem in ſiphilitico, hydrargyri guttulæ circa articulos repertæ. Lues gallica ſolo contactu, abſque venereo commercio contracta. Lien prædurus, ſecta vena, hirudinibus ad anum admotis, reſolutus. Calculo renum laborantes ſanati lapillis cum lotio expreſſo, & de lumbi abſceſſu, ut intelligo, ejecto lapide. Pruritus partium pudendarum ſucco pomorum punicorum ſedatus. Cum caries ſubeſſet, ex genu abſceſſu flatus fœtidiſſimus erupit. Maculæ nigræ, duræ, inſenſiles per corporis habitum. Mors ſubita, cum femina obeſa die critico alvum moviſſet. Acetario cicuta adſperſo ſomnus conciliatus, quem opium nullum ciebat. In ſene maxima ſeptem librarum hæmorrhagia. Ileus in homine robuſto hydrargyro ſuperatus.

Ej. *auctarium adnotationum ad praxin medicam* R. Dodonæi Amſterd. 1640. 8. Haenel. 1642. 12.

Ej. *obſervationum rariorum analecta* Amſterd. 1641. 4. *. Ejuſdem generis ſcriptum, ut *reſponſiones.* Morbi in univerſum aliqua hiſtoria, deinde peculiare exemplum. In ſuffocato laryngotomen adminiſtrari juſſit felici eventu. Lapis in mola uterina repertus. In farcimine membranoſo myriades viventium vermium cucur-

cucurbitinorum. Qui in ophthalmia venam ſecuerat, exinde excæcatus fuerit, altera venæ ſectione reſtitutus: ad delectum venarum confirmandum. Poſt longam a ſomno abſtinentiam coma cum delirio, ſublatum venæ ſectione, & repetita purgatione alvi. Tertiana notha ſuperata hirudinibus ad anum admotis. Abſceſſus peritonæi, omenti, inteſtinorum ſanatus. A fumo carbonario exſtincti. Morborum aliquot hiſtoriæ & curationes ad filium. Inde ſimilis argumenti epiſtolæ. Hydrops pulmonis

Ej. *fons, ſ. origo febrium, earumque remedia* Amſterd. 1644. 12. Tr.

Ej. *ſyntagmatis medici de morbis mulierum tomi IV.* ib. 1637. 12. in cat. 1645. Venet. 1649. 24.

In editione *epitomes* Vesalianæ, aliqua, occaſione data, pathologici argumenti interſperſit: ut de tuſſi perpetua, & de hæmoptœ a pilo, aſperæ arteriæ inpacto.

§. DLXVIII. Varii Anni 1633.

J. Walæi Profeſſoris Leidenſis, egregii in experimentis anatomicis viri cui certe ſtabilitus circuitus ſanguinis plurimum debet.

Ej. *eſt oratio in qua demonſtrat, id agendum eſſe viro ſtudiis dedito, ne ignoret, quomodo præſentem ſanitatem tueri poſſit, quomodo morbum præcavere* Leid. 1633. 4. Pl.

Ej. *de lue venerea* Leid. 1633. 4. Astr.

Ej. *de catarrho* ib. 1646. 4. Pl.

Eſ. *de phthiſi* ib. 1645. 4. Witten.

Ej. *de ſuffocatione uteri* ib. 1648. 4. Pl.

Ej. *methodus medendi breviſſima ad ſanguinis circulationem adornata* Ulm 1660. 12. L. & cura G. H. Welschii Aug. Vind. 1679. 4. L.

Ej. *opera medica omnia, quæ inveniri potuerunt.* Edidit J. Irvinus Edinburgenſis, London 1660. 8. *. Breviter & ſumma capita pathologiæ, methodique medendi. Deinde de febribus, de morbis ſingularum partium a capite ad calcem. In opere non ipſe loquitur, ſed citatur. Non probaſſe in quartana febre emetica. In una die ſe octo febres intermittentes (octo ut puto paroxyſmos) vidiſſe. In epilepſia infantibus in aures utiliter ſufflaſſe. Meatum auditorium a natura vidit obturatum. In genu hydropem dari, a nemine fere adnotatum, qui ſit a divulſione. Puella ex nimiis menſibus intra duodecimam horam interiit. In arthritide tophos ſub morbi initio indolentes, eo progrediente dolorem facere.

FRANCISCUS FIGUEROA Hiſpalenſis, EJ. *eſt luxus in judicium vocatus & ad recta evocatus gelida ſalutifera, ſ. de innoxio frigido potu. Acc. l. quo oſtendit, aciam* CELSI *filum ſemper & acum nunquam ſignificare, infibulationem & ſuturam utramque ex acia molli non nimis torta, ſ. ex molli filo non nimis torto, ſericeo, lineo, vel ex alia materie molli, non autem æreo, ferreo, argenteo & aureo fieri debere* Hiſpali 1635. 4. N. ANT.

JUAN FERNANDEZ ENCISO. EJ. ſunt *quæſtiones medicæ* Jaen. 1633. C. de V.

SEBASTIAN GEORG FROES Conimbricenſis. EJ. *commentaria ſuper* GALENUM *de naturalibus facultatibus. Tr. de anatomia regionis animalis. Comm. ſuper primum fen I. Comm. in L. IX.* RAZIS *ad* R. MANSOREM prodierunt 1633. 1634. C. de V.

JULIUS CÆSAR BENEDICTUS *a Guelfalione* civis Aquilanus. EJ. eſt *tutelaris columnna, qua ſtatuitur pleuritidem fieri, dum una pulmonis ala adficitur* Rom. 1634. 8. *. 1644. L. Pulmonem non eſſe inſenſilem. Meræ cæterum refutationes & ſermocinationes.

EJ. *de pepaſmo ſ. coctione quæſtio* Aquilæ 1636. 8. L.

EJ. *Epiſtolarum medicinalium libri X. recondita* HIPPOCRATIS *doctrina referti* Rom. 1649. 4. L.

EJ. *conſultationum medicinalium opus, ordinata omnium morborum curatione refertum* Venet. 1650. fol. L.

JOH. GALLEGO *de la* SERNA Malacenſis, archiater regius. EJ. *opera phyſico medico ethica.* Horum pars tertia eſt *de puerorum alendi ratione & ſanitate; de calculi & epilepſiæ præcautione & curatione;* 4, *de communi puerorum educandorum ratione;* 5, *de optima Regis educatione* Gien 1633. f. *. 1637. fol. Poſteriores duo libri non videntur huc facere. De obſtetricum officio.

EJ. *recta & dogmatica medendi methodus* Pariſ. 1639. f. LINDEN.

LORETO *de* FRANCO *de* CASTEL *di* SANGRO *hiſtoria Ariminenſis contagionis annorum* 1629, 1630. Arimini 1633. 4. TOPP.

J. DOMINICI PROSIMI *de faucium & gutturis anginoſis & peſtiferis ulceribus medica conſultatio* Meſſan. 1633. 4. MONGIT.

SEBASTIANI NASII *ſpeculum methodi medendi* Brix. 1633. fol. HOTTON.

ALEXANDRI RICHI *hiſtoria contagioſi morbi, qui Faventiam populatus fuit a.* 1630. B. Florent. 1633. 4. L.

ERNESTUS

ERNESTUS FRIDERICUS FABRICIUS Charitinus. EJ. eſt *medicinæ utriuſque, Galenicæ & hermeticæ anatome philoſophica, brevem medicæ artis exhibens ſciagraphiam* Francof. 1633.

J. SPERLING prof. Wittebergenſis *tractatus phyſico medicus de morbis totius ſubſtantiæ & cognatis quæſtionibus* Witteb. 1633. 8. TR.

EJ. *inſtitutiones medicæ & phyſicæ* ib. 1649. 8. TR.

MICHAEL PLANER *conſilium antipodagricum de vera arthritidis generatione & curatione* Stettin 1633. 8.

EDO NEUHUSII *Theatrum ingenii humani de adgnoſcenda hominis indole & ſecretis animi morbis* L. II. Amſt. 1637. 8. 1664. 12. L.

§. DLXIX. ALII.

FRANCISCI *de* LEYVA *y* AGUILAR *deſenganno contra il mal uſo del tabaco* Cordua 1633. 4.

EJ. *deciſion del conocimiento del provecho por la urina* ib. 1633. 3. N. ANT. ſi recte.

ANTONIO PRICIVALLO CARERA *la confuſione de medici, in cui ſi ſcoprono gli errori egl'inganni di eſſi* Milan. 1643. 8.

EUSEBE RENAUDOT *conferences publiques ou queſtions academiques ſur les ſciences par les plus beaux eſprits de ce tems* Paris 1679. 8. 5 vol. B. B. ſed privilegium eſt anni 1653, & ipſa colloquia ſunt annor. 1633. ad 1642. hebdomadariis intervallis. Miſcellanea utique materies eſt, leviter per opiniones meras exagitata. Aquæ & vini natura medica. Somnambuli, Lycanthropia. Num detur cuique morbo oppoſitum medicamentum ſpecificum.

T. II. de morte, de curatione morborum magnetica: de annis climactericis. De lepra & cur nuper infrequentior ſit. De rabie, de epilepſia. Num æſtate vinum debeat dilui. Chloroſis. Cauſæ contagii.

Tom. III. Somnus & ei debitum tempus. Podagra. Pro medicamentis chemicis. Antidoti. Quale clima longævitati faveat. Num medicina, num juriſprudentia nobilior. Morbus qui inſuetis inter navigandum moleſtus eſt. Nævi. Num macilenti ſaniores, longæviores. Unde variolæ. Temperamentum optimum. Lethargus, noxæ aeris veſpertini, cœna. Criſes. Num imaginatio morbos facere poſſit aut auferre. Amuleta. Faſcinus. Sterilitatis cauſæ. Num utilis fuerit artis medicæ in tres partes diviſio. Num homo omnium animalium morbidiſſimum.

T. IV. num æſtas hieme ſalubrior.

T. V. Cauſa mortis eorum qui in puteos deſcendunt. Scorbutus. Purgatio. Num

Num omni tempori propinare poſſit. Tinnitus aurium. Philtra. Scrophulæ, num a tactu ſeptimi filii diſcutiantur. Quare a Tarantula demorſi certis ſonis muſicis ſanentur. Maculæ faciei. De pulvere ſympathetico.

N. BEAUGRAND *le maréchal parfait* Lyon 1633. 8. Troyes 1655.

. . . LANGHAM *garden of health* Lond. 1633. fol

. . . HART *diet of the diſeaſed* ib. 1633. fol.

. . . LEMMIE *touchſtone of complexions* ib. 1633. 4.

EDWARD JORDEN *diſcurſe of natural bath and mineral waters* ib. 1633. 4.

Speculum ſcorbuticum, oder Beſchreibung des Scharboks in zweyen Tractätlein abgefaſst dem gemeinen Mann zum beſten Nürnberg 1633. 8. *. Prior libellus eſt JOHANNIS ROETENBECK. Contagioſum eſſe malum, & potu ex eodem poculo, aut fætore fæcum alvi ſanos infici. CAROLUM BATTUM ſola cochlearia innumeros ægros reſtituiſſe.

Alter eſt CASPARI HORN *kurzer Bericht von dem fremden vordem bey uns unbekannten, jezt aber eingreiffenden Krankheit dem Scharbok* Contagium in morbo eſſe; per oſcula, alioſve modos propagari: contagium etiam a borealibus militibus propagatum, nunc cepiſſe Norimbergæ innoteſcere. Symptomata, ſe addere minus nota, febrem, conſtipationem alvi pertinacem, vomitum cibi crudi. Non adeo celeriter mortem inferre, quibus locis endemius eſt, feminis magis nocere. Laudes cochleariæ, etiam Noribergæ lectæ, & ſimilium plantarum ſucculentarum.

MATTH. BLAU *Beſchreibung der Kinderblattern* Coſtanz 1633. 12. THOMAS.

MARTINI FABRICII *paradoxa loimodes, d. i. abſonderliche Meinung, daſs die Eſſenz der Peſt keinem Menſchem ſondern Gott allein bekannt ſeye, und dahero auch keine gewiſſe und ſpecifica remedia erfunden* Roſtoch 1633. 4. MOELLER.

§. DLXX. DISPUTATIONES.

JOH. HAWKINS *diſcurſus de melancholia hypochondriaca* Heidelb. 1633. 4.

ANDR. LESSIUS *de miſcellaneis medicis* Leidæ 1633. 4. PL. An ID.

ANTON STECHAT *oratio de annis climactericis habita in ſenatu Arnſtadienſi* Erfurt 1633. 4. L.

CASPAR DANKWERTH *de lue Hungarica cognoſcenda & curanda* Baſil. 1633. 4. MOELL.

PHIL. CONR. BRETTEL *de hydrope aſcite* Baſil. 1633. 4. HE.

J. WALTHER *de phthiſi* ib. 1633. 4. HE.

ANTON. KISLING *de paſſione colica ægrotor.* 1633. 4. HE.

PETRI

PETRI POWELL *de pleuritide* Leid. 1633. 4. PL.

J. HAENISCH *de morbo Hungarico ſ. caſtrenſi* ib. 1633. 4. PL.

CHRISTIAN MARTIN WITTICH *de pleuritide* præſide AD. VORSTIO ib. 1633. 4. niſi iſte auctor eſt.

GEORG BALTHASAR MEZGER *de pleuritide* Tubing. 1633. 4. Diverſus a cognomine ab a. 1644. demum doctore.

MATH. ALTON & PETR. JOCELIN *Non E. ſola menſtrualis fecunda* Pariſ. 1633.

BARTH. BARALIS & JAC. BARELIER *E. ſaturis, quam jejunis, vigiliæ infenſiores* ib. 1633.

CAR. *le* CLERC & FR. *le* VIGNON *Non E. ſanguis ad vitam neceſſarius* ib. 1633.

JOH. BOURGEON & PETR. YVELIN *E. ab uſu leporum venuſtas* ib. 1633.

MAURIT. *de* MONTROEIL & J. CHARTIER *E. comatoſus teſtari poteſt* ib. 1633.

HENR. BLACVOD & J. PIETRE *Non E. viſceribus nutritiis æſtuantibus metallicarum aquarum potum ſalubrem eſſe* ib. 1633.

HENR. BLACVOD & JAC. BARELIER *Non E. graciles febriculoſi* ib 1633.

CL. GERMAIN & J. CHARTIER *E. tertiana febricitanti ceraſa, non armeniaca* ib. 1633.

GABR BIARD & J. PIETRE *Non E. imbecillitati ventriculi quævis roborantia* Pariſ. 1633.

§. DLXXI. JOHANNES van BEVERWYCK.

Dordracenus, medicus & conſul urbanus, vir ut videtur, honoratus & publice carus, ex ſchola Italica.

EJ. *epiſtolica quæſtio de termino vitæ fatali an mobili cum doctorum reſponſis* Dordrecht 1634. 8. Leid. 1636. 4. tum tertia parte auctior ib. 1639. 4. cum ANNÆ SCHURMANNIÆ & SELICHMANNI *epiſtolis*, demum 1651. 4. *. Magna collectio.

EJ. MONTANUS (MICHEL *de* MONTAGNE) ελεγχομενος, *ſ. refutatio argumentorum, quibus medicinæ neceſſitatem impugnat* Dordr. 1634. 8. B. BODL. Amſtd. 1663. 4. *. Germanice Francf. 1673. 8. Multos omnino mortales veriſſime morti a medicis ereptos fuiſſe, & valetudinem conſtantem redditam. Conjunctum fere prodiit noſtri *encomium medicinæ*.

EJ.

Ej. *idea medicinæ veterum* Leid. 1637. 8. *. Compendium medicinæ ex locis veterum in ordinem diſpoſitis collectum.

Ej. *de calculo renum & veſicæ l.* ib. 1638. 12. *. & *diſſertatio* ib. 1641. 12. Vide in chirurgicis I. p. 328. Plurima redeunt in epiſtolicis quæſtionibus & in *ſchat der ongezondheit.*

Ej. *Hollandze genees middelen* Dordrecht 1642. 8. 1692. CARLS. Ej. *αυταρκεια Bataviæ, ſ. introductio ad medicinam indigenam* Leid. 1644. 8. 1663. 12. *. Rhetorice ornat fructus Belgii naturales & oſtendere vult, ſufficere ad medicinam faciendam ea ipſa naturæ bona.

Ej. *kurze Anleitung zu der Arzneymitteln, wie derſelben Kräfte an dem Geſchmak, Geruch und dem Farben zu erkennen* Francof. 1672. 8. an idem l.

Ej. *epiſtolicæ quæſtiones cum doctorum reſponſis* Roterd. 1644. 8. *. 1665. 8. In *operibus omnibus* cum tit. *Anhangzel van eenigen brieven.* A. MARIA SCHURMAN de vitæ termino. PRINCEPS NASSOVICUS de curatione ſympathetica. SALMASIUS de illo ſuo Hippocratico aphoriſmo. De calculo varia, ZACUTI, TIMÆI, G. PATINI, aliorum. LAZ. MEYSSONNIER de calculi formatione; CORNEL. v. SOMMEREN calculus urethram obſtruens, cum nulla unquam in lotio arenula adparuiſſet. Demum BENED. SYLVATICUS. Noſter ut prius defendit, arenulas non eſſe calculi ſigna. Conſilia PREVOTI, SCHAWII, J. FREYTAG pro principe qui calculo exciſo interiit. SALMASIUS de ſternutatione, de voce *hyſſopus*, CARTESIUS de menthæ viribus. *Anchiſæ ab* ANDLA de lyncurio G. J. VOSSII de priſcorum longævitate. J. WESTERBURG de curata repetito abortante. Multa cæterum phyſiologica, etiam theologica.

Una cum his epiſtolis prodiit BEVEROVICII, ERASMI, CARDANI, MELANCHTHONIS elogium medicinæ, G. PATINI demum theſis, *E. totus homo a natura morbus.* BEVEROVICIUS in medicinæ elogio officia futuri medici enumerat. Vult ipſius Arabicæ linguæ peritum eſſe.

Ej. *Schat der gezondheit* Dordrecht 1638. 8, quæ ſecunda eſt editio. Amſtd. 1663. 4. *. Germanice Amſterd. 1651. f. *. De ſex rebus non naturalibus agit, & de ciborum potulentorumque qualitatibus, tum de univerſa victus ratione.

Ej. *Schat der ongezondheit ofte geneeskonſt van de ſiekten* Dortdrecht 1641. 8. 1644. 8. Amſterd. 1663. 8. *. Grata varietas. De uromantarum ſuperſtitionibus & impoſturis hiſtoriolæ. Medicos nonnullos, lucri cupidine ductos, uromantiæ indulſiſſe: eorum alterum CRELLIUM, male interpretato lotio, feminam gravidam emmenagogis vehementiſſimis curare adgreſſum eſſe. Inde materia medica, ſecundum claſſes virium medicatarum: noſter compoſita aliqua laudat, & potum ex tamarindis refrigerantem. Morborum curationes. In ſputo purulento nihil ſibi melius reſpondiſſe, quam aquam cum ſymphyto, ſcabioſa, ſanicula, alchemilla, tuſſilagine decoctam. Variæ imaginationes melancholicorum; & curati fraude pia, cum medicus eorum errori adularetur. Tumor cartilaginoſus enormis, univerſam fere faciem occupans & fungus, ex orbita oculi pullulans. De quartana terrore curata. Docti viri conſilium in peſte Leidenſi anni 1636. Recte refutat opinionem periculoſiſſimam, peſtem non inficere, aut certe non nocere, niſi ex inevitabili DEI decreto. Fætorem ſepulchrorum in peſtilentia periculi pleniſſimum eſſe. In infante ſuffocato plurima in aſpera arteria pituita. Filioli ſui inciſi hepar obeſiſſimum & ampliſſimum repertum. Ex eryſipelate frigida repercuſſo vomitus, animi deliquium, deglutitionis impedimentum; Noſter repetita purgatione alvi morbum ſuperavit. Oleo aniſi & ſimilibus ſingultus compreſſus. MERSENNUS de homine, cui ob alvi pertinacem conſtipationem rectum inteſtinum extraxerint, fæcibus liberaverint, repoſuerint. Calculi ex bile incraſſata conſiſtentes in calida ad mollitiem redierunt. De ſcorbuto. Cum inter Belgicos milites anno 1617 multi ſcorbuto laborarent, is morbus Venetis medicis novus viſus eſt & ignotus. Anno 1556 a corrupto ſecali natum eſſe malum: adverſus id cochleariam laudat. Fuſe de herbis antiſcorbuticis. De renibus & calculo. Cum calculus de veſica eductus fuiſſet, & morbus recruduiſſet, in cadavere ren a calculo perforatus apparuit, ut nullum præterea malum appareret. Spica hordei aliquot diebus retenta, demum per alvum eliſa. Calculus renis carnem conſumſerat. Lethargus a retenta per calculum urina. Alius homo eodem a malo peremtus, ei alter ren conſumtus, in altero calculus inpactus erat. Limonum ſuccus arenulas expellit. Calculum a medicamento abſurdo comminutum BEVEROVICIO oſtenderunt. Grandis ex puella ſexenni eductus calculus. Succum cancrorum contuſorum tamen reſpondiſſe.

Ej. *chirurgia cum continuatione* Dordrecht 1651. 8. Multa, ut ſolet, habet medici argumenti, ad materiam medicam, ad tumores, hydrocephalum, vermes.

Quæ recenſui *opera omnia* prodierunt Amſterd. 1651. 4. HUTH. Dordraci 1664. 4. *. Amſterd. 1672. 8. 1680. 8. LAMBERG. Adjectus eſt *libellus* GUILIELMI SWINNAS, medici Brillenſis, *de variolis & morbillis.*

Schat der gezondheit, der ongezondheit & chirurgia prodierunt Germanice 1671. f. 1674. f. *.

§. DLXXII. VARII.

JOHANNES NARDIUS Florentinus, vir doctus.

Ej. *Lactis phyſica analyſis* Florentiæ prodiit 1634. 4. *. ARISTOTELIS adſcita de viribus medicis lactis potiſſimum in libris quærit, abſque ullo proprio experimento. De ſero lactis. De ſero deſtillato, quorum utrumque contra HIERONY.

RONYMUM OBICIUM defendit, & frigidum facit, ut tamen aliquas calidas particulas admiſtas habeat. Butyri antiquitates. Eo Romanos diu caruiſſe, quod potiſſimum oves mulgerent, quarum lac minus butyro abundet. Lactis ejuſque ſeri in variis morbis utilitas.

Ej. *noctium genialium annus I.* poſt quem nullus alius ſecutus eſt, Bonon 1656. 4. *. poſthumum opus a filio PHILIPPO editum. Sub communi titulo plures libelli continentur, decem in *noctes* conjecti. I. HIPPOCRATES *de liquidorum uſu cum ampliſſimis commentariis*, ut ſubinde NARDIUS in omnia alia ſe diffunderet, etiam phyſiologica. De frigore ejuſque noxio effectu: de aquæ marinæ uſu medico: de vermibus aceti: de narcoticorum medicamentorum, & frigidæ in convulſione & tetano utilitate. Calida embrocha in agro Senenſi epilepticos levatos fuiſſe. III, de gangræna. IV, Varia de rebus quæ antiquis ignota fuerunt. Fibræ motum caloris cauſam eſſe. Calida antiquos medicos ad reſolvendum uſos. Vina vetuſta valde ſpiſſa refrigeraſſe. Vaſa plumbea ad opera chemica non vult adhiberi. Tarantulæ miracula ex EPIPHANIO. Dyſenteria ex ceruſſa. Noxa ex aqua ſcorzoneræ, quæ per vaſa plumbea ſtillaverat. V, Diætetica aliqua. An vinum alat. Ciborum tempora & delectus in morbis acutis. VI, Cum hydropicum hominem nimia cum ſpe boni eventus curaſſent, noſter conſilia data fere refutat. Varia de lumbricis, lacte, butyro. De novo cortice Sinenſi antipyretico, cui non favet. Non licere caſtrare, ut vocis gratia conſervetur. VII, De variolarum & morbillorum initiis. De uſu interno olei adverſus venena, etiam ad morbos malignos efficaci. De lue venerea & ejus curatione. Thermarum noxa. In febribus venæ ſectionem defendit, cucurbitulas minoris facit. Multa loca HIPPOCRATIS & GALENI interpretatur. Laudat oleum vitrioli ad morbos malignos. VIII, Contra ROBERTI CONSTANTINI in CELSUM caſtigationes, ut contra eum virum receptum fere textum defendat. X: nox eſt *commentarius in l.* HIPPOCRATIS *de corde.*

Ej. *apologeticum in* F. LICETI *mulctram ſ. de duplici calore* Florent. 1638. 4. LIND.

FORTUNII LICETI Genuenſis, profeſſoris Patavini, philoſophi, hominis ſubtilis & theorerici, vix practici, *πυρονάρχα ſ. de fulminis natura & de febribus libri II.* Patav. 1634. 4.

Ej. *de corporum naturalium duplici calore ſ. mulctra* Patav. 1636. 4. ſi huc facit.

In *quæſitis per epiſtolas* puto etiam medica aliqua tractari: certe in tertia quæſitione medicinalia potiſſimum tractantur Utin. 1646. *Scritt. Lig.*

LEO ALLATIUS *de Pſellis & eorum ſcriptis* Rom. 1634. 8. & in B. *Græca* FABRICII T. V. Huc facit, ob PSELLOS quos ad medicos refert.

Ej.

Ej. etiam *de Cl.* GEORGIIS liber.

Ej. *apes urbanæ, ſ. de viris ill. qui ab anno 1630. per totum a. 1632. Romæ floruerunt* Romæ 1633. & J. ALB. FABICII cura Hamburg 1719. Vitæ, & ſcripta etiam promiſſa medicorum. Promittit etiam l. de Mandragora.

MICHAELIS ANGELI ROTA *de peſte Veneta anni 1630. Quæſtiones diſputatæ ſ. apologeticon ad ſyllogiſticam diſputationem* Venet. 1634. *Scritt. Bergam.*

ALEXANDRI de VICENTINIS *de calore per motum excitato, atque de cæli influxu in ſublunaria* Veron. 1634. 4.

HONORATI BOUCHE *de morbo ſceleſto, in quo cauſa, ſigna & curatio explanantur* Avenione 1634. 8. *. Nempe de epilepſia idiopathica & ſympathica; de obſeſſis. Picam paſſerem, ſerinum epilepſiam pati. Medicamentorum farrago.

PAULUS SPINDLER Vindobonenſis & medicus Poſonienſis.

Ej. diſp. inaug. *de angina* Baſil. 1634.

Dicitur auctor eſſe pulveris Pannonici rubri.

Poſthumæ prodierunt *obſervationes medicinales*, quarum centuriam CAROLUS RAYGER Francof. edidit 1691. 4.*. Breves ſunt obſervationes, ſed longa ſcholia; multæ, unico verbulo tactæ curationes. Vermis latus, ex quo cephalalgia, ſublatus decem granis gummi guttæ, qua & nupera arcana ad hunc uſum medicamenta conſtant. Epilepſia ſanata laudano opiato, quod, fateor, mihi non videtur veri diſſimile, cum adeo certo tetani opio ſolvantur. In apoplexia pulſus magnus & fortis deterior eſt debili & veloci. In eodem malo pulſus in duobus brachiis diſſimilis. Pleuritis verminoſa vermibus expulſis curata. In principe infante aſphyxia, ex pulmoni vomicis. Quartana curata aſaro, deinde floribus ſalis ammoniaci martialibus. In peſte anni 1644 pauciſſimi alexipharmacis ſervati, & melius potius habuerunt medicamentis deſtituti. Menſes ſupervenientes & petechiæ lethales fuerunt, & terror, & angina maligna. Morbus niger curatus rheo & china. Aliquid polypi ſimile ſex vel ſeptem uncias longum cum bonis ægri rebus de alvo egeſtum. Vomitus ad mortem uſque perpetuus. Laudani in colica pernicioſa vis. Matricaria in vino infuſa poſt purgationem hydrops ſanatus: idem morbus ſponte rupto abdomine diu toleratus. In rene & uretur calculoſo gangræna: cum ſe chirurgus incidens convulneraſſet, idem ſimili gangræna abreptus fuit. Ureter uterque obſtructus, inde iſchuria 13 die funeſta. Plura recenſere omitto.

Endemicorum & epidemicorum Hungariæ morborum hiſtoriam promittebat RAYGER, ſed ea non prodiit.

Adriani Tolli *obſervationes in praxin auream* J. Stockeri Leid. 1634 Topp. 1657. 12.

Idem Galeni *in aphoriſmos Hippocratis commentarios ex* Foesii & Plancii *interpretatione* edidit Lond. 1633. 12.

G. Albeyron M. D. 1634. 4. ἐγχειρίδιον θεραπευτικον *pharmaca ad unamquamque corporis partem concinnata breviter complectens.* In Codd. MS. C. Tyson. n. 4178.

Nic. Aug. Elisius, Ej. eſt *rationalis methodus curandi febres flagrante Veſuvio ſubortas* Neapoli 1634.

§. DLXXIII.

Varii.

Domengo Royo Ej. eſt *Llave de Albeiteria* Saragoſſa 1634. f. C. de V.

Andr. Gonzalez *Compathia y ſymbolo de la aſtrologia con medicina* Medina 1634. 8. Martin.

Franc. Rondinelli *relazioné del contagio ſtato in Firenza l'anno* 1630. e 1633. Firenz. 1634. 4. Mead.

Claudii Pons *la ſycophantie theriacale contre la* Grive *illuſtrée de pluſieurs paradoxes & du tems auquel la theriaque doit être compoſée* Lion 1634. 8. d'Etr. Conf. p. 600 & 325.

Steph. Dominici Brunheimer *conſilia von den hizigen oder rothflecken* Luneburg 1634. 8.

Les anciens & modernes auteurs de la médecine & chirurgie Paris 1634. 8. collecta ex veteribus.

J. Eisenring *prophylaxis & cura febrium malignarum epidemicarum* (germanice) Vorchheim 1634. 12.

Ej. *conſilium medicum* Regenſpurg 1634. 12.

Kurzer Bericht was man ſich zur Zeit der Sterbensläufe der ſchweren Seuche der Peſtilenz zu verhalten durch einen D. der Arzney Nürnberg 1634. 4. Willer.

§. DLXXIV.

Disputationes.

Wolrad Engelhard Feselius *de pleuritide legitima* Argent. 1634. 4. *.

August Saladin *de paſſione colica* Argent. 1643. 4. *.

Phil. Pfizer *de phthiſi* ib 1634. 4. *.

Sam. Scharach *de epilepſia* Francof. Viadr. 1634. He. niſi error in nomine eſt.

Ej. *de apoplexia* ib. 1635. 4. Id.

Simon Prachtelius *de ephialte ſ. incubo* Erford. 1634. 4.

J. *de* Gorris & Petr. Yvelin *E. viſceribus nutritiis æſtuantibus aquarum metallicarum potus ſalubris* Pariſ. 1634. Addit Cl. Baron has theſes Regis edicto vetitas non potuiſſe defendi.

Ej. & Petr Yvelin *Non E. dyſenteriæ purgatio convenit* ib. 1634.

Ren. Chartier & Math. Denyau *E. ulcerato utero non dolente τα συμπαθη dolent* ib. 1634.

Georg. Arbaud & Petr. Legier *E. catarrho hypnotica* ib. 1634.

Petr. Yon & Petri Richer *E. lactantium variolis venæ ſectio* ib. 1634.

Claud. *de* Pois & Petr. Legier *E. alimentum corpus & animum mutat* ib. 1634.

Petri *le* Conte & Math. Denyau *E. humorales febres ab humorum putredine* ib. 1634.

Guil. *de* Vailly & Petri Richer *E. in morbis acutis ſitis παραλογως ſedata malum* Pariſ. 1634.

Claud. Gervais & J. Pietre *E. a cibo meridiari non ſalubre* ib. 1634.

§. DLXXV.

Ad Annum 1635.

Didaci *de* Soria *certamen medicum & propugnatio antiquitatis contra innovatores* Granat. 1635, fol. L.

Felix Scarella *de theriaca* Patav. 1635. 4. L.

Petri Loppez *floſculus medicinæ tribus libris juxta auctoritatem veterum Græcorum & Arabum* Malac. 1635. 4. Chiva.

PHILIPPI JUSTI *diſp. adverſus* GALENUM *de fomite putredinis in febribus putridis continuis* Ulm 1635. 4. L.

PIUS *de* MARRA EJ. *praxis methodica & rationalis curandorum morborum omnium, in qua præter remedia magis præcipua a* GAL., HIPPOCRATE *&* AVICENNA *deſumpta, multa arcana medica continentur* Neapoli 1635. 4. ASTR. Fuſe de lue venerea, ſed exſcriptus ex l. I. de ALMENAR.

– JANI BODECHER Beningii, *orationes duæ de contagione & morte contemnenda.* Acc. tertia, *qua oſtenditur morbos animi eſſe pejores quam corporis* Leid. 1635. 12. FALC.

CHRIST. WINCKELMANN *tabula inſtitutionum* SENNERTI *in tironum guſtum* Witteb. 1635. 4. 1676. fol.

EJ. *medicamenta officinalia præcipue Galenica & chemica ex vegetabilibus animalibus mineralibus in tabulas digeſta, app. quaſi ad tabulas priores* Witteb. 1635. fol. 1670. fol. L670. fol. 16 . fol. L.

ANDREAS de CALWENFELD *tr. de peſte ex quintuplici arte & fundamento hermetico ſuperata* Hag. 1635. 8. ſi recte ſcripſi.

FRANCISCI PIIART *protrepticum de artis medicæ ἐποπτείας pro veſperiis* Pariſ. 1635. 8. L.

JACOB LEBBERER *phyſica realis ſpagirica medica alchymica* Heidelb. 1635. 8. LIND.

§. DLXXVI. ALII.

FABIEN VIOLET *des maladies par obſtruction* Paris 1635. 12. RAST.

FRANC. *de* MONGINOT *traité de la conſervation & prolongation de la ſanté* ib. 1635. 12. FALC.

Traité de la melancholie, ou réflexions de de la MESNARDERIE *ſur le diſcours de* M. DUNCAN la Fleche 1635. 4. d'ETR.

ALB. MICH. ANTONIO *diſcorſo per ben governarſi dalla peſte* Padova 1635. 4. SMITH.

MATTHIÆ HOE *Leichenpredigt* PETRI HEIGEN *Archiatri Saxonici, mit dem Lebenslauf* Leipz. 1635. 4. B. BUN.

§. DLXXVI.

§. DLXXVII.

DISPUTATIONES.

CONR. WALTHER *concluſionum medicarum variarum decades VII.* præſide CONR. MATTHÆO Groning. 1635. 4. MOELL.

MATH. WRIGTH *theſes medicæ inaugurales de pleuritide vera* 1635. 4. B. BODL.

Diſputationes etiam videntur, quæ ſub titulo prodierunt, *Tripus Delphicus in quo in lebete Apollinari medica quædam philoſophico igne coquuntur, auctoribus* JOSEPHO BUA, SEBASTIANO PETRA. & STEPH. BALDO *Med. DD.* Meſſanenſibus Neapoli 1635. 4. *, Contra PETRI CASTELLI adverſarios, CORTESIUM, SANTORELLUM, alium innominatum. Quæſtio huc facit ultima, *num* ventriculus non roboretur niſi prius nutriatur.

FR. GUENAULT & CL. GUERIN *E. pituitoſis jejunium* Pariſ. 1635.

J. MERLET & PETRI *le* MERCIER *E. labor ante cibum* ib. 1635.

GAB. HARDOUYN & ANT. RICHARD *Non E. adſtrictis alvo cathartica* Pariſ. 1635.

MICH. *de la* VIGNE & LEONIS *le* TOURNEUR *E. vinum lac ſenum* ib. 1635.

JAC. PERREAU & NIC. CAPPON *E. victus tenuis & exquiſitus in ſanis paulo pleniori periculoſior* ib. 1635.

MICH. TOUTAIN & DUR. FR. YON *E. totus homo a natura morbus* Pariſ. 1635. Eadem G. PATIN diſputatio.

SIM. *le* TELLIER & LEO *le* TOURNEUR *Non E. individuus acutorum comes febris* ib. 1635.

SIM. BAZIN & NIC. CAPPON *E. imbecillitati ventriculi adſtringentia* ib. 1635.

JAC. COUSINOT & NIC. RICHARD *E. hydropi ſiccantia* ib. 1635.

§. DLXXVIII.

VINCENTIUS BARONIUS. ALII.

Meldulenſis, medici Forolivienſis *de pleuripneumonia anno* 1633 *& aliis temporibus Flaminiam aliaſque regiones populariter infeſtante atque a nemine hactenus obſervata* L. II. Forli 1636. 4. *. Liber melioris notæ. Morbi deſcriptio. Fauces ulceri-

ulceribus obſidebantur cum angina: deinde circa thoracem dolor, febris, tuſſis, ſpiritus difficilis erat, & ſitis inexhauſta. Qui primis diebus & ubertim exſcreerabant, maxime quando ſanguis ipſis præterea repetito detractus fuerat, & tepidam copioſe hauſerant, ii fere ſervabantur. Multorum ægrotorum, quos curaverat, hiſtorias dat, & cadaverum inciſiones. Pulmo ſæpe inflammatus & niger, dum pleura ſana erat; ſæpe & aqua in caveam pectoris effuſa. Ut omnino morbus in pulmone orſus, ſubinde neque ſemper, ad membranam coſtas ſuccingentem tranſierit. Pulmonem ſæpe abſque ulla inflammatione prægreſſa pleuræ adhæreſcere. Veteres, HIPPOCRATEM potiſſimum, pleuritidem a peripneumonia non diſtinxiſſe. In pleuropneumonia & pleuram adfectam eſſe, & ſimul pulmonem: ſuam pleuripneumoniam non fuiſſe peſtilentem, neque contagioſam. Muſculorum intercoſtalium inflammationem non ignoravit. De catarrhis digreſſio. Hoc etiam ſuo morbo peculiare fuiſſe, quod raro per ſputum, ſed per ſudorem potius & ſanguinis evacuationem ſolutus fuerit. In L. II. de venæ ſectione agit, quam etiam in pueris utilem putat eſſe, & in morbi cruditate, & demum præſentibus petechiis. Argumentis perpenſis præfert venæ lateris adfecti ſectionem, niſi menſium defectus in pede venam juſſerit ſecare, aut ſumma vis plethoræ urſerit, aut dolor in medio pectore ſævierit. Iterato vero ſanguinem mittit, etiam ſepties, rejectis cucurbitulis & hirudinibus. Reliqua demum curatio.

HYACINTHI TRABONA *de medicamento purgante quarto die diſſertatio, in qua cum* HIPPOCRATIS, *tum* GALENI *auctoritatibus, tumque validiſſimis rationibus quarta die non eſſe purgandum blateratur* (mala vox forte declaratio) Panormi 1636. 4. MONGIT.

DANIEL CARMENI *methodus medendi* Bonon. 1636. f. WACHEND.

J. *de* VIANA Giennenſis, *antidotum faſciculi aromatum in ſubſidium puerperarum, ubi agitur de odore, uteri ſuffocatione* &c. Milano. 1636. 4.

EJ. *tratado de peſte ſus cauſas y curacion, y el modo que ſe a tenido en curar las ſecas y carbuncos peſtilentes, que an oprimido la cuidad de Malaga el a* 1637. Lisbon. 1637. 4.

ANDR. ANT. *de* CASTRO Luſitanus. EJ. *de febrium curatione l. III.* Villaviciosa 1636. fol.

EJ. *de ſimplicium medicamentorum facultatibus* ib. 1636. 4.

EJ. *de qualitatibus alimentorum, quæ humani corporis nutritioni ſunt apta* ib. 1636. fol. C. de V.

SEBASTIANI *de* SOTO *Summularum expoſitio* Madrit. 1636. 4. FALC.

EJ. *exercitationes medicæ de curandis febrium differentiis* Madrit. 1638. 4. FALC.

EJ. *diſcorſo medicinal de las enfermidades por que ſeguramente pueden los religioſos depor la clauſura* ib. 1639. 8. C. de V.

§. DLXXIX.

§. DLXXIX. JOHANNES SCHROEDER.

Medicus Francofurtenſis.

EJ. *Berich vom epidemiſchen Fieber* Francof.. 1636. 8.

EJ. *Quercetanus redivivus* Francof. 1638. 4. 3 vol. LAMBERGEN 1648. 4. L. 1667. 4. 1679. 4. TR.

EJ. *Pharmacopœa medico phyſica.* Ed. I. Ulm. 1641. 4. Ed. II. ib. 1644. 4. RIV. Ed. III. Ulm. 1649. 4. Ed. IV. aucta & emendata Ulm 1655. 4. Ed. V. ib. 1662. 4. *. Ed. VI. Francof. 1667. 4. edita a HORSTIO & WITZELIO 1669. 4. TR. 1681. 4. TR. Leid. 1672. 8. L. aucta. Lion 1681. 4. Colon. 1687. fol. cum F. HOFMANNI adnotationibus. Ed. VIII. in tit. Ulm. 1685. 4. MENZ. ſtudio P. ROMMELII. *Appendix* Ulm 1669. 4. Francof. 1676. 4 vel 1677. IV. iterum aucta a J. FRID. WITZELIO: tum recognita a PETRO ROMMELIO Ulm. 1685. 4. 1705. 4. *.

Germanice *Arzneyſchaz nebſt* FRID. HOFMANNS *Anmerkungen* Nürnberg 1684. 4. *eröfnet von* G. DAN. KOSCHWIZ Nürnberg 1693. fol. Francof. 1709. fol. Nürnberg 1748. fol. *.

Belgice *Groote algemeene ſchatkammer* cum præf. GAUBII & iconibus Leid. 1741. fol. 3 vol. Anglice Lond. 1669. B. BODL. *Notas* F. HOFMANNI dicemus.

Edidit etiam noſter ARNOLDI WEICKARD *theſaurum pharmaceuticum Galeno chymicum* Francof. 1670. 4.

Vel ex repetitis editionibus cognoſcas, claſſici operis gradum diu tenuiſſe, chemicam nempe notitiam cum vulgari Galenica pharmacopœa inter primos conjunxiſſe. Cum paucas editiones poſſideam, non poſſum de omnibus rationem reddere. In ea, quæ Ulm. 1662. 4. *. prodiit, ars primum pharmaceutica adeſt. Deinde medicamenta ſimplicia certis ſub titulis, ſola nomina: tunc compoſitiones pharmaceuticæ cum ſcriptionibus, aquæ, balſama, condita, emplaſtra, olea, pilulæ, ſic aliæ formulæ compoſitæ. L. III, IV, V. materia medica ſimplicium medicamentorum traditur, cum eorum patria, ſignis, uſu medico, medicamentis, quæ ex quoque parantur, ex mineris, plantis, animalibus. Hæc omnia nunc uberiora & meliora exſtant, non ita eo ſeculo, quo noſter ſcripſit.

Editio Ulmana 1685. 4. *. aucta eſt a J. LUD. WITZELIO & a PETRO ROMMELIO edita. Acc. in principio tabula totius operis.

Editio 1746, 1748. tribus voluminibus fol. multo plures nuperas habet ſcriptiones ex variis diſpenſatoriis deſumtas, taxam pharmaceuticam, ipſa ſimplicia numeroſiora, HOFMANNI interſperſas adnotationes.

§. DLXXX. Varii ad a. 1636.

Claudius Tardy medicus Pariſinus.

Ej. *hippocratica purgandi methodus* Pariſ. 1636. 4. alii 1646.

Ej. *in* Hippocratis *libellum de virginum morbis paraphraſtica comment.* ib. 1648.

Ej. *comment. in* Hipp. *de ſeptimeſtri & octimeſtri partu* ib. 1653. 4.

Ej. *tr. du cœur* phyſiologici argumenti ib. 1656.

Ej. *cours de médecine contenant toutes les choſes qui compoſent l'hommé & qui le detruiſent & enfin-le moyen de le retablir en ſanté & de guérir les maladies par les principes du mouvement circulaire* 2 voll. Pariſ. 1662. 4. 1677. 4.

Ej. *libellos de transfuſione* vide in anatomicis.

Hier. Gil. *de la* Penna *tratado del garotillo* Saragoſſa 1636. C. de V.

Ej. *de improbo uſu veſicatoriorum, ſpirituum extractione in omni febre; ſed præcipue in ea, quæ ab aeris mutatione ſuboritur* Neapoli 1638. 4. Topp.

Rolandi Sturm *Corticis Chinæ Chinæ ejuſque virtutum & virium deſcriptio* Antwerp. 1659. 12. Lind. Haag. 1681. 16. *. Medicus Delfenſis Plempii & Conygii contrarias rationes expendit, adfert ſuas obſervationes, quæ omnino cortici favent, effectum febrifugum ad reſolutionem materiei morboſæ refert.

Ediderat *Hippocratico hermetologiam, ſ. dialogum inter Hippocraticum & hermeticum* Bonon. 1636. 8. L.

J. Loesel *de podagra tractatus morbi hujus indolem & curam diligenter exponens* Roſtock 1636. 16. Leid. 1639. 16. *, cum qua editione etiam Cardani *encomium podagræ* recuſum eſt. Omnino tamen articulos inflammari poſſe. Abſceſſum mediaſtini pure plenum ſe vidiſſe, & alium ſimilem, & ſub ſterno vomicas. Non in glutine ſedem podagræ eſſe. Terrore & ira ſublata podagra. Ad victus rationem. Cereviſiam in Curlandia ligneis in vaſis coquunt. Glandes ex ſale gemmæ tornatiles. Inter formulas chemicus eſt ipſum aurum potabile. Ex alumine adverſus arthritidem medicamentum. Spiritus ſalis ammoniaci valde laborioſe paratus. Ad pedum ſudorem extorquendum cupa duplex. Certum eſſe ſanguinem etiam annis integris a nece ad occiſoris præſentiam ſtillaſſe de cadavere. Medicinæ ſympatheticæ fidem adhibet, etiam in podagra. Emplaſtra ad nodos tradit ex lithargyro ſaliva exſtincto: bis hydrargyri viribus ſuperati grandes nodi.

Ej. *de theriaca Andromachi* Regiomont. 1655. 4.

In libello *de renum uſu* habet vermem, qui in rene conſumto habitabat.

Joh.

Joh. Freinshemii viri docti, *diſſertatiuncula de calido potu* Argentorati 1636. 8.

Menelai Winsemii *oratio funebris in obitum* Adriani Metii *medici & mathematici habita* Franeker 1636. 4. B. Bun.

Georgii Richer *oratio de valore medicorum, habita a. 1636*, edita Nürnb. 1644. 8. in Decade II. *Orationum* B. Bun.

Christ. Zurmatten *de tuenda valetudine tractatus* Pariſ. 1636. 8. Falc.

Pharmacopœa Amſtelædamenſis Amſtelod. 1636. 4. . . 12. Tr.

Codex medicamentarius Pariſienſis editus a. 1636, recuſus 1648. 1651. 1658. 1676. 1699.

§. DLXXXI. Lazarus Meyssonnier.

Lazare Meyssonnier, homo vaniſſimus. Ej. eſt *Oenologie ou diſcours des vins* Lion 1636. 12. Rast.

Et *cures pour les vins* ib. 1639. 8. Id.

Ej. *pentagonum philoſophicum medicum phyſices & medicinæ theoretico practicæ principia nova methodo declarans* Lion 1639.

Ej. *axiomes de ſanté pour vivre longuement & ſainement* Lion 1639. 8.

Ej. *doctrina nova febrium ex analyſeos ſpagyricæ, anatomes chirurgicæ, & pathologicæ encheireſi demonſtrata* Lion 1640. 4. & 1641. 4. Tr. cum titulo *nova & arcana doctrina febrium.*

Ej. *de luis epidemicæ cauſis parænetica velitatio* Lion 1641. 4.

Ej. *hiſtoire de l'univerſité & du college de médecine de Lion* ib. 1644. 4. Rast.

Ej. *regime des accouchées* Lion 1646. 14.*. 1671. 12. Tr. 1673. 12. Rast.

Ej. *Bouillons a faire au printems pour ſe preſerver toute l'année de maladie* ib. 1648. 4.

Ej. *les fleurs de Guidon augmentées* 1650.

Ej. *la médecine françoiſe à l'uſage des couvents* ib. 1651. 12. *. Scriptiones medicamentorum domeſticorum. Curationes morborum frequentiorum. Nomina ægrorum quos curaverit.

Ej. *la pharmacopée accomplie* ib. 1657. 8. Falc.

Ej. *elementorum medicinæ libri II.* ib. 1661. 12. Tr.

Ej.

Ej. *breviarium medicum.* *Acc.* Laz. Riverii *compendium medicinæ practicæ ſtudio* Bernardi Verzascha ib. 1664. 8. Gunz.

Ej. *le cours de médecine theorique & pratique contenant le miroir de beauté & ſanté corporelle* ed. VII. ib. 1678. 4. 2. vol. L. Guyon opus.

Epiſtolæ aliquæ inter Beverwyckianas.

§. DLXXXII. Varii.

Marin Cureau de la Chambre Carteſianus, vir doctus.

Ej. *nouvelles conjectures ſur la digeſtion* Pariſ. 1636. 4. d'Etr.

Ej. *les caracteres des paſſions* ib. 1645.

Ej. *parvæ methodi pro explicando* Hippocrate & Aristotele *ſpecimen* ib. 1655. 4. Falc. 1662. 4. Rast.

Ej. *l'art de connoître les hommes* Pariſ. 1660. 12. Germanice 1672. 8. Francf.

Ej. *vita* apud Niceron.

Canadelle *tr. de la peſte* Genev. 1636. 12. Nova editio.

Certain directions for the cure of the plague and preventing the infection Lond. 1636. 4.

J. Smith *practice of phyſik* ib. 1636. 8.

. . . . Coghan *heaven of health* ib. 1636. 4. Osb.

Jacobi Martini Leobergenſis *apella medicaſter bullatus, oder Judenarzt, darinn gezeiget wird was ein chriſtlicher Medicus ſey, u. wie hingegen ein Judenarzt beſchaffen* 1636. 4. *. Acre ſcriptum. Judæos chriſtianos odiſſe: literarum imperitos eſſe. Partes medicinæ, & quantum ad bonum medicum requiratur.

Pietro *della* Chena *vera virtu che ſi cava del Roſmarino* Rom. 1636. 24. *. Arcanum ex Roremarino paratum medicamentum extollit. Gallus de chemica ſecta.

Henr. Freytag *gründlicher Bericht von der Peſt und ungariſcher Krankheit* Halberſtatt 1636. 8. Vater.

L. M. S. L. *de occulta magico magnetica quorumdam curatione naturali tractatus* Schleuſingen 1636. 8. Tr. Nürnberg 1652. 8. Tr. 1729. 8. Tr.

Lapis nephriticus, von dem edlen Griesſtein ſeiner wunderbaren Art, Kraft, Würkung und Gebrauch Augſpurg 1636. 4.

§. DLXXXIII.

§. DLXXXIII. Disputationes.

Christophorus Schelhammer ſenior, Profeſſor Jenenſis.

Ej. *diſp. de arthritide* Marburg. 1636. 4. Moell.

Ej. *de dolore colico* Lipſ. 1636. 4. Moell.

Ej. *de ictero* Baſil. 1643. 4. *.

Ej. *de variolis & morbillis* Jen. 1643. 4.

Ej. *de convulſione* ib. 1643. 4. * pro loco.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1644. 4.

Ej. *de epilepſia* ib. 1644. 4. Moell.

Ej. *de hydrope tympanite* ib. 1644. 4. Moell.

Ej. *de febre ardente* ib. 1645. 4. He. 1646.

Ej. *de incubo* ib. 1646. 4. Moell.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1647. 4.

Ej. *de angina* ib. 1647. 4. R. Dan. Ludovici.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1647. 4.

Ej. *de phthiſi* ib. 1647. 4. Pl.

Ej. *de vertigine* ib. 1648. 4.

Ej. *de paralyſi* ib. 1649. 4. Moell.

Ej. *de veneno* ib. 1649. 4. Pl.

Ej. *de catalepſi* ib. 1650. 4.

Ej. *de colico dolore* ib. 1651. 4.

J. Placcius *de ſcorbuto* Præſ. Zach. Brendel Jen. 1634. 4.

Ej. *de calculo renum* Roſtock 1636. 4. Moell.

Ej. *de cauſis* ib. 1636. 4.

Christoph. Tinctorius *de arthritide* Regiom. 1636. 4. Pl.

Ej. *de ſcorbuto Pruſſiæ jam frequente* ib. 1639. 4. *.

Ej. *de affectu qui in Regiomontana Academia inter ſtudioſos communi convictorii victu utentes ſæviit eorumque complures exſtinxit* 1639. 4. He.

J. Barthol. Crusca *de morbo hereditario* Regiomont. 1636. 4. Pl.

 Melchior

MELCHIOR POLIS *de venæ ſalvatellæ ſectione* Francof. Viadr. 1636. 4. PL.

Ej. *de colica* ib. 1636. 4.

Ej. *de graviſſimo cordis adfectu ſyncope* 1642. 4. PL.

Ej. *de hypochondriaco adfectu* 1645. 4. LEHM.

Ej. *ordo & methodus recte tractandi tartarum articulorum* 1668. 4. HE.

Ej. *de uteri ſuffocatione* PL.

J. DANIEL DIETERICH *oratio funebris* GREGORII HORSTII Ulm. 1636. & in operibus.

CHRIST. FRID. WILLICH *de epilepſia* Strasburg 1636. 4. *.

J. LUD. KIRCHHEIM *de apoplexia* ib. 1636. 4. L.

CONRAD MATTHÆUS *de natura peſtis febriumque peſtilentium & malignarum* Groning. 1636. 4. HE.

PETR. SEGUYN & PETR. CONSTANT *Non E. hyſtericis quibuſcunque venæ ſectio* Pariſ. 1636.

PETR. YVELIN & CL. GUERIN *Non E. nephriticis a calculo lithontriptica* ib. 1636.

PETRI RICHER & JAC. le FEVRE *E. dyſenteriæ ſerum lactis ſalutare* ib. 1636.

FR. l'ESPICIER & DUR. FR. YON *E. furori uterino portulaca* ib. 1636.

GEORG. CORNUTY & JAC. le FEBVRE *E. victus tenuis ſenibus* ib.

GUIL. du VAL & NIC. COLLETET *E. vita actuoſa contemplatrice ſalubrior* ib. 1636.

GASP. BRAYER & PETR. CONSTANT *E. catarrho obnoxiis diæta calefaciens & exſiccans* ib. 1636.

CLAUD. GUERIN & MART. AKAKIA *E. mutua omnium corporis partium concordia quadam atque conſenſio* ib. 1636.

§. DLXXXIV. FRANCISCUS SANCHEZ.

Bacarenſis Profeſſor Toloſanus.

Ej. *opera medica* Toloſ. 1636. 4. *. Continent *de morbis internis* L. I. *De febribus & ſymptomatibus* libros II. *De venenatis omnibus cum ſignis & remediis* L. I. *De purgatione* L. I. *De phlebotomia* L. I. *De locis in homine* L. I. *cum recta applicandorum ad ſuos locos remediorum methodo. Obſervationum in praxin* L. I. *De formulis præſcribendis ad tyrones* L. I. *Pharmacopœiæ* L. III. *De theriaca* L. I. *Examen*

Examen opiatorum, ſyruporum, pilularum L. IV. *In* GALENI *l. de pulſibus, de criſibus, de differentiis morborum, de cauſis morborum, de differentiis ſymptomatum commentarii. Cenſuram in ll. omnes* HIPPOCRATIS. *De longitudine & brevitate vitæ* L. *De divinatione per ſomnia* L. *Quod nihil ſcitur* L. Seorſim prodierunt hi ultimi tres libelli Roterd. 1649. 16. *. Nihil ſciri luſu ingenii demonſtrare ſuſcipit. Senſuum errores: ſed etiam reliqui libelli parum habent firmi.

RAYMUNDUS *de* LASSE *de officio medici; ſ. de vita* FRANCISCI SANCHEZ, *quam in exemplum medicis candide exaravit* Toloſ. 1636. 4. cum operibus.

§. DLXXXV. HERMANNUS CONRING.

Nordenſis Friſius, profeſſor Helmſtadienſis, vir eruditus, peripateticæ ſectæ addictus, magnam partem vitæ ſuæ ſtudiis dedit hiſtoricis, medica tamen nonnulla ſcripſit.

Ej. *diſp. de convulſionum natura, cauſis & curatione* Helmſtätt 1638. 4. PL.

Ej. *de difficili reſpiratione* ib. 1639. 4.

Ej. *de aquis* ib. 1639. 4. HE.

Ej. *de vitiis nutritionis libri II.* ib. 1640. 12.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1641. 4. HE.

Ej. *de epilepſia* ib. 1642. 4. *.

Ej. *de palpitatione cordis* ib 1643. 4. HE.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1644. 4. PL.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1644. 4. PL.

Ej. *de phrenitide* ib. 1645. 4. HE.

Ej. *de vita & morte* 1645. 4. HE.

Ej. *de Germanicorum corporum habitus antiqui & novi cauſis* Helmſtätt 1645. 4. 1652. 4. *. 1666. 4. L. & *nuper recudente cum adnotationibus* J. PHILIPPO BURGRAW Francof. 1727. 8. *. Cum univerſæ gentis ſimilis fuerit inſtitutio, adparet cauſam ejus in iis quæri debere, quæ toti genti communia ſint in victu, moribus &c. Proceros fuiſſe, ad ſeptem uſque pedes, non facile altioris ſtaturæ, cum ROLANDI ſepulchrum non procerius cadaver admiſerit. Certo fuiſſe candidos, oculis cæruleis, capillo flavo, prolixo. Robuſtis natos parentibus ſero veneri ſe dediſſe, inque conjugio caſtos vixiſſe, & ſuas vires conſervaſſe integriores, & pleniores filiis impertiiſſe. Cibos etiam vulgo ſalubres fuiſſe, lac potiſſimum cum pauco pane, abſque butyro. Caſei antiquitates, qui demum a. 1530. in Rhætia primum pinguis ſit paratus. Cereviſiam bibiſſe abſque lupulo, veteribus ignorato: cere-

cereviſiam vero magis quam vinum nutrire. Vitam in otio degiſſe, ſed venationi indulſiſſe; hac occaſione de concremento pituitoſo inteſtini ſimili a JUSTO LIPSIO poſt vitam ſedentariam dejecto. Frigus & nuditatem robur fibræ addidiſſe. Mutatis moribus proceritatem & alias Germanorum prærogativas amiſſas fuiſſe. Nuptiæ cum mollioribus, humilis ſtaturæ feminis, aer calidior, hypocauſtorum uſus, abundior panis uſus, de quo alimento hic multa dicuntur, veterem Germanorum conſtitutionem vitiaſſe. Panem ſecalinum alvum ſtipare, minus nutrire. Salis quotidianus uſus. Victus laxior, miſcellaneus. Qui caninam ſagacitatem a vita in deſerto tranſacta adquiſiverat, victu communi uſus idem eam amiſit. Uſu calidæ mollita corpora; hic de potu ejuſque refrigeratione, cereviſia lupulata, vino, ſpiritu vini. Spiritus vini antiquitates, inventum eſt arabum. Tabaci uſus. Vita ſtudioſa ſedentaria ærumnoſa. Inde de reliqua corporis Germanorum degeneratione quærit.

EJ. *de hermetica Ægyptiorum, vetere & Paracelſica nova medicina l. unus* Helmſtad, 1648. 4. *. & uberius cum titulo *de hermetica medicina* l. II. *Primo de omni ſapientia veterum Ægyptiorum. Altero de* PARACELSI *& chemicorum univerſa doctrina* Helmſt. 1669. 4. *cum apologetico adverſus calumnias* OLAI BORRICHI *. Doctum omnino opus, tamen deproperatius, ut ſæpe locos auctorum ex memoria citarit. Defendit, de HERMETIS temporibus & ſcriptis nihil certi exſtare, & omnino dubitari poſſe, num ejuſmodi homo unquam vixerit. Ægyptiorum medicinam exigui momenti fuiſſe: chemiam in ea gente, ſed ſeriori demum ævo, cultam. PARACELSUM ſpurium fuiſſe, agyrtam, multa compilaſſe. LULLIUM & ipſum vanum fuiſſe promiſſorem. Medicamenta alchemica arte parata nimis acria eſſe, neque abſque periculo ſumi, cum metalla a viribus vitæ non ſuperentur. In epiſcopo a magiſterio perlarum chemico eroſum ventriculum.

EJ. *de vertigine* ib. 1650. 4. HE.

EJ. *de hydrope aſcite* ib. 1650. 4. *.

EJ. *de venæ ſectione* ib. 1651. 4. & 1672. 4. BVRCKH.

EJ. *de purgatione* ib. 1652. 4. *.

EJ. *introductio in univerſam artem medicam ejuſque ſingulas partes diſputationem præſide* CONRINGIO *tuitus eſt* SEBASTIANUS SCHEFFER 1654. 4. *. faſſus maximam partem operis ex ore Præceptoris hauſtam fuiſſe. *Recuſa* eſt CONRINGII nomine *cura & ſtudio* J. C. SCHELHAMMER Spiræ 1687. 4. *& cum præfatione* F. HOFMANNI Hall. 1726. 4. *. Hiſtoria eſt & bibliotheca medica. Primum de conſtitutione & natura artis, de ſectis, de artis ortu & progreſſu. Tum hiſtoria & bibliotheca partium ſingularum, phyſiologiæ, pathologiæ, ſemeiotices, therapeutices, materiæ medicæ, botanices, pharmaceuticæ, chirurgicæ, diæteticæ, & de optimis de quaque parte ſcriptoribus. Judicia de libris: in PARACELSUM ſeverius. Plurima ejus inventa in codice duo ante ſecula ſcripto CRATONEM legiſſe.

legiſſe. Non magnum eſſe aſtrorum in corpus humanum imperium, multaque in eum ſenſum fabuloſe dicta fuiſſe, neque perpetuo ſub novam lunam epilepſiæ paroxyſmos recurrere. Ægyptios utique primos artem medicam coluiſſe. De tabulis anatomicis Helmſtadienſibus. Memoriam medicamentis non confirmari, quæ in animam nihil poſſint. GALENICAM pulſuum doctrinam nimis ſubtilem eſſe. Vix in noſtris regionibus criſes fieri, neque exſpectari debere, & vana fere eſſe, quæ de diebus crititis apud veteres leguntur. Audiendos eſſe & empiricos. Veteres bubulam refrigerandi & diſpellendi ſcopo laudabant, ſuillam ad hæmorrhagiam ex ſerpentis cujuſdam morſu. Hortorum medicorum antiquitates. In botanicis difficultas maxima orta ex antiquorum breviſſimis deſcriptionibus, nominibus variis, peregrinis regionibus. Galenum frequenter in THEOPHRASTO peccaſſe. De viribus ſtirpium per ſenſus conſtare, & per teſtimonia Græcorum. In Oriente alias eſſe eas vires, quam in noſtris frigidioribus regionibus. ANGELUM SALAM primum inter chemicos deſiiſſe ineptire: antiquiſſimum diſpenſatorium eſſe VALERII CORDI. Chemiam utilius ad medicamentorum cenſum augendum, quam ad interpretandam naturam humani corporis, adhiberi. Pro magnis compoſitionibus & pro theriaca. Utique victus ratione vitam produci poſſe. Ab aeris manifeſtis qualitatibus non multos morbos pendere, neque ex aeris notitia boni quid in medicinam redundaſſe. Inæqualis liber multa continet utilia, multa minus conſiderata, cum prælectiones ſint, quas noſter dictabat. Adjecti ſunt alii, ejuſdem argumenti variorum ſcriptorum libelli.

Nunc relecto ipſo opere video, paſſim quæ decerpſi eſſe SCHELHAMMERI, qui ſoceri opus ediderit, quod omnino enarrare debui: nunc ſoceri & generi merita non vocat ſeparare.

EJ. *de pleuritide* Helmſt. 1654. 4.

EJ. *de inflammatione hepatis* ib. 1656. 4.

EJ. *de epilepſia* ib. 1656. HE.

EJ. *de incantationis circa morbos efficacia* ib. 1659. 4.

EJ. *de incubatione in fanis deorum medicinæ cauſa olim factis* R. HENR. MEIBOM. ib. 1659. 4. *.

EJ. *de febre hectica* ib. 1659. 4.

EJ. *de ſcorbuto* ib. 1659. 4.

E. *de peſte* ib. 1659. 4. *.

FJ. *de podagra* ib. 1659. 4. HE.

EJ. *de melancholia* ib. 1659. 4. HE.

EJ. *de morbo hypochondriaco* ib. 1662. 4. *.

EJ. *commentariolus in* GALENI *l.* 13. *methodi, de ratione curandi inflammationes* Helmſt. 1663. 4. MENZ. alii 1662.

Ej. *de febre maligna, vulgo dicta Hungarica* Helmſt. 1668. 4.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1672. 4. He.

Ej. *de venæ ſectione* ib. 1672. 4. He.

Ej. *de natura & dolore dentium* ib. 1672. 4. *.

Ej. *de hæmoptyſi* ib. 1676. 4.

Ej. *de diabete* ib. 1676. 4. He.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1676. 4.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1676. 4. *.

Ej. *de inflammatione hepatis* ib. 1676. 4. *.

Ej. *de peſte* ib. 1678. 4.

Ej. *de aquis* Helmſt. 1680. lego Pl.

Libri de calido innato & igne animali dicti ſunt in B. Anat ib. 1697. 4. *.

Diſp. de fermentatione 1647. 4. & alia minus proprie huc ſpectant.

Vitam viri videas in Andreæ Froeling *Leichenpredigt* Helmſt. 1681. 4. B. Bun. in Melchioris Schmidii programmate in funere Cl. Viri Helmſt 1681. 4. B. Bun. in *Memoria poſthuma* Altdorf. 1682. 4. ita Tr. tum apud Niceron T. XX. in Jacobi Brucker *Ehrentempel teutſcher Gelehrſamkeit* dec. IV. Aug. Vind.

LIB.

LIBER NONUS.

FRANCISCUS SYLVIUS de le BOE.

§. DLXXXVI.

Franciscus Sylvius *de le* Boe.

Hanovienſis, vir nobilis, qui cum anatomicis experimentis, cum cadaverum morboſorum inciſionibus & cum Chemicæ pharmaceuticæ peritia ingenium ſyſtematicum & eloquentiam conjunxit, ut per multos annos Leidam numeroſos peregrinos ſcholaſticos in ejus gratiam confluxiſſe certum ſit. In praxi Helmontium fere ſecutus eſt, ejus tamen archæum non recepit: fermentationibus tamen plurimum tribuit, & peculiariter magis in ſucco pancreatico atque bile & morborum cauſas & vitæ alimenta invenit, morboſque acutos fere infeſto acori pariter tribuit ut Helmontius, atque alcalinis volatilibus & diaphoreticis conatus eſt ſuperare. Ejus certe clinicam felicitatem collega ipſius Lucas Schachtius ipſe laudavit. Varia ei objecta fuerunt, etiam plagium, etiam ſui ſalis volatilis oleoſi (*a*), de quibus nunc non facile eſt judicium, in medicamentis etiam minus, quæ perſæpe, & neque ab uno, neque ſubito perfecta fuerint. Opio multum, & feliciter utabatur. Morborum cauſas fere in ſolis humoribus poſuit, eorum vitia contrariis medicamentis ſuperare ſtudebat, aut aucta perſpiratione exterminare infeſtos. Hypotheſes adeo ejus praxin rexerunt. Solebat autem in editis operibus, ſed pauca edidit ipſe, hypotheſes ſuas timide & modeſte proponere, in prælectionibus autem paulo pro firmioribus tradere eadem, quæ ipſi diſcipuli plena demum cum fide propagabant. Hunc virum ſchola primum Batava, deinde paulatim univerſa Europa ſecuta eſt, in odio certe acidi, & volatilium calidorum amore, quoad Sydenhamus moderationem caloris utriuſque introduxit. Quare huic libro viri ſummi nomen præfixi.

(a) Morley *nov. morb.* p. 53. ſqq.
(b) Leonicena p. 24.

Diſputationes pluſculas edidit, practicas pauciores.

De motu animali ejuſque læſione Leid. 1637. 4. *. de convulſione, paralyſi.

Ej. *de alimentorum in ventriculo fermentatione* ib. 1659. 4.

Ej. *de variis tabis ſpeciebus* R. SIBBALDO ib. 1661. 4.

Ej. *de febribus* ib. 1661. 4. R. GOCLENIO.

Ej. *de cordis palpitatione* ib. 1667. 4. *.

Ej. & *ten* RHYNE *de dolore inteſtinorum a flatu* ib. 1668. 4.

Ej. *de opio ejuſque uſu medico* ib. 1670. 4.

Ej. *de inflammatione* ib. 1671. HE.

Ej *de iſchuria* ib. 1671. 4. HE.

Collectio diſputationum medicarum P. I. Amſterd. 1663. 16. *. fere phyſiologici eſt argumenti, ut obiter tantum conjuncta nonnunquam vitia tradat. In editione earumdem diſputationum 1670. 16. *, & in *operibus omnibus*, utique his ſubjunguntur *diſputatio de febribus prima & altera*, in quibus pulſus pro ſigno datur febris pathognomonico. Recuſæ ſunt exercitationes medicæ Jenæ 1674. Francof. 1676. 12.

Succedunt in *collectione operum de methodo medendi libri duo*, poſthumi, neque ab auctore ad finem uſque perducti. Generalia hic vitia humorum: tum ſanguinis aliena & optima conditio, & ſucci pancreatici nimius, ac nimis parcus, acor: ſic ſalivæ & muci, chyli, ſpirituum vitia Tunc ſolidarum partium morbi. Indicationes. Evacuationes variæ, medicamenta cholagoga, emmenagoga, ſudorifera, diuretica, ſialogoga, & curatio quæ ſit hydrargyro: alia evacuantia. Porro alterantia, non omiſſis, quæ lotium & quæ fæces alvinas corrigunt.

Ej. *praxeos medicæ idea nova* Leid. 1671. 12. Francof. 1671. 12. Pariſ. 1671. 12. TR. Liber II. Amſterd. 1674. 12. Venet. 1672. 8. & ut puto Hanau 1675. 8. Ipſe auctor edidit librum primum. In eo L. ad functiones læſas ſua addit conſilia, ex theoria ſua repetita, breviter & aphoriſtice fere, ut acorem corrigat & viſciditatem. Nitro jubet bilem temperare, inertiam effervescentiæ cum ſucco pancreatico ſuſcitare, primæ inteſtinali fermentationi, & ſecundæ cardiacæ ſubvenire. Gravedinem ſuccini accenſi vapore ſubito ſe curaſſe. Ut tumorem hypochondrii ingentem gummeis pilulis, atque emplaſtro ejuſdem generis (adjecto opio) diſſipaverit. Puris per vomitum & per alvum deceſſionem ſanavit vomitu moto, dato vino, cum tamen aeger unico die ad viginti uncias puris vomuiſſet. In hydropicis paracenteſin jubet continuo moliri. Acidi in lympha exceſſum cum viſcore conjunctum impedire vitalem in corde effervescentiam, hinc ſalis vola-

volatilis oleoſi vires beneficæ. In aſperæ arteriæ obſtructione utiliter vomitum conſulit ciere, maxime antimoniatis. Non ſecus corruptionem ſanguinis balſamo ſulfurato emendari. Febris frigus ab halitu acidiuſculo vitiatæ ſucci pancreatici cum bile effervescentiæ derivat. Si bilis primario peccaverit, fieri graviorem calorem, mitiorem a lympha. Inde febres ſingulæ cum ſcriptionibus. Acorem primario frangere jubet; ſed etiam continuam febrem a vitio bilis, lymphæ, ſucci pancreatici, ſalivæ fieri: tantum ut acor ſit vehementior. Febris anginoſa pro peculiari febre datur. Omnino medici eſſe officium ſubvenire ſymptomatibus, Intermittentium curationem ponit in emendando ſucci pancreatici acore, ejuſque vitioſa craſſitie diſſolvenda. Malignas febres eſſe a ſale volatili acri, eas ſudoriferis antimoniatis tolli. Monet in pituitæ viſcidæ correctione ſaccharum nocere; ſic emulſiones & conſervam roſarum in pulmonum ulcere: ipſe in priori vitio gummi amara exhibet & ſales volatiles oleoſos, quos impenſe commendat. In ictericorum cadaveribus nullam ſe ſæpe in bilis itinere obſtructionem reperiſſe, neque ſemper pallidas eſſe fæces, curari variis ſaponibus. Pororum figuras rejicit, & ex chemicis operationibus, naturæ in corpore humano functiones & labores melius explicari docet. Urina fuſca. Calculos omnes a ſpiritu nitri ſolvi, naſci ergo a glutine, non ab acore. Sudorem nimium febris epidemicæ anni 1670 conpeſcebat abſorbentibus cum opio miſtis, & laudat Diaſcordium FRACASTORII, quale ipſe emendaverit, dum opii portionem auxit. Hunc librum MARTINUS CARCEUS indicibus ornavit. Diſplicet cæterum etiam ordo, qui eſt ſecundum hypotheticas claſſes morborum ortorum a ſaliva, a ſucco pancreatico vitiatis, qui morbi nunc noſtro ævo omnibus aliis cauſis tribuuntur.

Libros II. & III. edidit *Juſtus* SCHRADERUS, invito SYLVIO, qui etiam in propria epiſtola promittit, ſe ipſum ſuum opus eſſe elaboraturum. Uti nunc coram ſunt, abſolvunt reliquos morbos in L. I. non dictos. In L. II. morbi partium facultati naturali inſervientium. Iterum ſucci pancreatii acorem volatili oleoſo ſale emendari. Epilepſiæ potiſſimum ſalia lixivioſa præſertim ad volatilitatem perducta ſubvenire. Ex vulnere nervi magni pollicis exſtinctus chirurgus, qui ipſe ſibi triſte fecit prognoſticon, neminem vitalem evaſiſſe unquam, niſi cui continuo ad nervum vulneratum oleum fervidum inſtillatum fuiſſet: dolor inde immanis & eryſipelas maximum. Catalepticus ſenex, ſtupidus, in ſomnum pronus, ut tamen adloquenti reſponderet. Vitrioli ſulphur anonymum vehementer laudat, hinc opium, cujus efficacia a ſale pendeat.

L. III. *Vitia facultatis generatricis*. Methodicos (nempe *Galenicos*) deridet, & poſt empiricos ponit. Morbi mulierum, in iis curandis potiſſimum noſter gratiam publicam iniit, quam fere opii ignorato uſui debuit. Ex brachiorum elevatione abortum facile fieri. Dolores & morbos a ſecundarum violenta avulſione minime ignoravit. Suctrix cum puerperam lacte nimio liberaret, ſaporem cinnameum vini Hippocratici in ore percepit, quod matrona biberat. Lactiferum fermentum, quod de acida natura participat. Ulcera mammæ eſſe ab acido,

Ej. *praxeos appendix opus poſthumum a* JUSTO SCHRADERO *editum.* Ipſe eſt liber IV. MERKLINI. Morbi, qui in prioribus libris deſiderantur, non tamen ut plenus morborum cenſus ſit. Icterum etiam fieri a ſpiritu volatili ad bilem admiſto. Morbi infantum: aphthæ, iterum ab acido. Suum eſſe inventum, duo tantum in rerum natura acria eſſe, ſalem acidum & alcalinum. Variolæ, iterum eas ab acido naſci: iis ſæpe tuſſes ſupervenire difficiles (non tamen ſatis diſtinguit confluentes variolas). Expellit puſtulas medicamentis ſudoriferis antimonialibus, lacte etiam ad pedes deducit. In peſte & morbis malignis ſanguinem floridiorem eſſe, eſſe ubi pulſus rarus ſit, eſſe a ſale volatili ob bilem acriorem, & acidi hic vim eſſe beneficam, ut ſalis ſpiritum dilutum. Vetum oleum tartari ſtillatitium figere ſalem volatilem. Laudes iterum antimonii, quod idem & vomitum cieat, & alvum & ſudorem pellat. Acetum ſtillatitium olei noxam frangere.

Caput de lue venerea ſeorſim Germanice prodiit, *Beſchreibung der Franzoſen-Krankheit mit* BLANCAERD'S *Anmerkungen* Leipz. 1693. B. Tig. Venenum venereum acidæ eſſe indolis. Salivam a mercurio præcipitato non nimis fixato felicius excitari, ut per mercurium corallinum: curationem eſſe in correctione ſpiritus acidi per ſpirituoſa volatilia, per oleoſa, ſapones, aromata. Ligna humorum acrimonias fortius emendare, quam quidem radices. Coactus & invitus ad ſalivationem deſcendit, præfert, quando ſufficit, ſudorem per decocta motum. Caries ut vere & ſolide curetur, requirere integri oſſis exemtionem. Inde redit noſter ad phthiſin. Ante mortem ulcera pulmonis ſiccari. Conſervam roſarum ad phthiſin non valere. Cachexia. Vomitum acidi liquoris ſucco tribuit pancreatico, neque enim potuiſſe, in exemplo, ab ingeſtis eſſe. Non alium ſalem æſtum magis temperare quam nitrum, id in aëre habitare. Infantis alvus prædura, ut tertia demum hebdomade duriſſima redderet, emplaſtro laxata. Hydropes eſſe a vaſis lacteis vel lymphaticis ruptis: rumpi plerumque propter obſtructionem. Laudes acus triquetræ nuper inventæ. Morbus hypochondriacus: fieri etiam a bile acriori & pituita acidiori, & ab efferveſcentia utriuſque humoris vitioſa. Vidit in eo malo noſter abdomen adeo non dilatatum, ut eſſet quam contractiſſimum. Arthritis; ab efferveſcentia ſibi videri naſci, eſſe tamen votum ſuum, ut medicus peritus per experientiam de hac efferveſcentia conſtituat. Fermentum febrile eſſe potiſſimum acidum ſuccum. Commiſtas ſuas mixturas in febribus intermittentibus nunquam non proficuas fuiſſe; in arthritide vero medicamenta, quæ & ſudorem pellant & urinam.

Praxis medica anglice verſa prodiit vertente GOWER Lond. 1675. 8. Oſs. 1717. 8.

Oratio de febre epidemica Lugduni Batavorum 1667. *plures adſligente.* Febris tertiana intermittens primo ſimplex, deinde duplex, ut tandem abſque intermiſſione eſſet, neque tamen continuis deberet accenſeri. Acris erat in primis viis ſaburra: potuiſſe fructus horæos immaturos in culpa fuiſſe, cum aëris tamen vitio: ſedem

ſedem & fomitem in bile inque pancreatico ſucco. Subito nonnullos interemiſſe. Pituitam incidebat acidis, etiam meracis; tum ſale volatili oleoſo, & experientiam horum auxiliorum efficaciam confirmaſſe. Subinde, non ſemper, venam oportuiſſe ſecari, quoties ſymptomata urgebant, & in regionibus calidis profuſe in febribus ſanguinem mitti. Juſcula dabat carnium.

Ej. *tractatus de affectu epidemico, qui ab Aug. M.* 1669. *ad Januarium* 1670. *in Leidenſis urbis cives ſæviit,* prodiit cum *operibus:* LINDENIUS non habet. Gravis & exitialis morbus in ditiores etiam potiſſimum ſæviit, & duas tertias primariorum incolarum partes interemit; frequentes etiam ejus fuerunt recidivæ. Non una fuit febris facies; primo febris intermittentis tertianæ ſimplicis, inde duplicis, demum triplicis, cum anxietate, nauſea, vomitu, faſtidio cibi, ſiti, ut tamen potum diu averſarentur omnes; lingua arida, mucoſa, aphthæ, etiam dyſenteria, hypochondriorum diſtentio, ſpiritus difficilis, aut ſopor, aut agrypnia, dolores vagi, motus convulſivi, maculæ, quas S. ſcorbuticas vocat, hæmorrhagiæ, tumores œdematoſi, hydrops aſcites. Per ſummos æſtus poſt frigidum ver ſecutos morbus exortus eſt, quem ab aëre fuiſſe putat. Frigus pituitam auxerat & acorem, auſtri bilem; aquarum etiam maligni vapores nocuerant. Ætiologia cujuſque ſymptomatis. Bilem temperabat leni acore; acorem ſucci pancreatici ſpiritu vini volatili, quem cum ſpiritu nitri noſter minime inſipienter amabat conponere. Vomitum movebat, ſudorem ciebat ſalibus volatilibus, anodynis & narcoticis, potiſſimum ſulfure minerali. Continuæ febris curationem per acida auſtera ſulfuris fixi, etiam opium obtinebat. Saburra primarum viarum acidularum uſu evacuanda, Spadanis etiam potiſſimum. Scorbuto ſales volatiles optime mederi. Dignus certe liber, etſi non purus hypotheſibus.

Ej. *oratio de affectus epidemici Leidenſis cauſis naturalibus, dicta Leidæ* 1670. 12. Aliud ab eo opuſculum quod modo diximus. Stragem editam recenſet, in ea etiam propriam uxorem & filiolam amiſit. Cauſam eſſe in aëris corruptione.

Ej. *theſes de medicamentis chemicis:* antimonialia eſſe fidiſſima, ea recenſet. Ita antimonii vitro ante paroxyſmum febrem intermittentem ſupprimit.

Ej. *Epiſtola apologetica adverſus* A. DEUSINGII *calumnias* ad hiſtoriam irarum inter medicos, non adeo ad praxin pertinet.

Ej. *Oratio funebris a* LUCA SCHACHT *dicta* Leid. 1674. 4. *.

Ej. *Caſus medici a* JOACHIMO MERCLINO editi. Breviſſime, ſolum fere nomen morbi, formulæ quas SYLVIUS ei oppoſuit, aliquæ tamen hiſtoriæ paulo fuſiores. Cadaverum aliquæ inciſiones: in hydropico ſcirrhus pulmonis. Uterus ſcirrhoſus. In hydropico lien paulo durior & major: pulmones undique adnexi; glandulæ conglobatæ induratæ. Inter meninges aqua. Aquam ventriculorum cerebri ſalſam fuiſſe & ſubacidam. Poſt longum morbum in veſicula fellea calculi numeroſi. Pleura decies craſſior. Pulmo purulentus. Inteſtina tenuia tota purpurea. Pulmones utrinque adhærentes. Inteſtina aqua plena, aqua in ventriculis

lis cerebri copioſa, ſubſalſi ſaporis & paulum acidi. Uterus parum ſanus, veſica ulceroſa, ſic ren & meſenterium. Caſus ſunt 160, ægrorum, qui in noſodochio publico decubuerunt.

Hæc ſunt, quæ in editione Ultrajectina 1691. 4. * edita a JOACHIMO MERCLINO tum Genevæ 1731. fol. & ut puto in Veneta 1708. fol. 1736. f. SMITH. reperiuntur. Præceſſerat editio Amſtelodamenſis 1679. 4. BEUGHEM 8. TR.

Collegium medico practicum anno 1660. *dictatum* prodiit Francof. 1664. 12. L.

Multæ inciſiones cadaverum exſtant in E. N. C. Dec. I. Ann. 4. 5.

§. DLXXXVII. VARII.

JOHANNIS MARTINI D. Prof. Archiatri Mariæ Mediceæ, *Prælectiones in librum* HIPPOCRATIS *de morbis internis* (περι των εντος παθων) Pariſ. 1637. 4.*. Opus ſcriptum a. 1575, & 1576, dictatum, & ex prælectionibus MARTINI exceptum a MARINO PIGNÆO, tum a J. LAMONIO: utroque codice uſus eſt MORELLUS. MARTINUS novam interpretationem HIPPOCRATICI operis dedit, paſſim a CORNARIANA valde diverſam, comparaverat enim codices B. Regiæ, multa correxerat & emendaverat. MORELLUS alium MARTINI in aphoriſmos codicem promittit ſe editurum. Præmiſſa eſt brevis vita MARTINI. Ipſe Græcum & latinum textum edidit, deinde adnotationes fuſas, non adeo frequenter criticas, ut CORNARIUM refutet, ſed fere collectitias, ut HIPPOCRATIS alios locos & GALENI comparet, conciliet, vocabula, etiam medicamenta ſimplicia, ex veteribus interpretetur. Paſſim monet CORNARIUM male legiſſe. Doctum opus, ſed nihil ut habeat propriæ adnotationis clinicæ.

Ej. *in* HIPPOCRATEM *de aëre aquis & locis prælectiones* Pariſ. 1646. 4.*. RAST. Pariter Græce & latine, cum commentario paraphraſtico. MORELLUS etiam edidit.

FRANCISCUS AVELLINUS: Ejus *expoſtulatio contra chymicos, qua eorum paradoxa, &c. conciliantur, expelluntur* Meſſan. 1637. 4. MONGIT.

EMANUEL MARTINEZ in Complutenſi Academia medici, *de rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam l. III.* Complut. 1637. f. C. de V.

LIBERATI de LIBERATIS *podagra politica & de dolore coxendicis, de podagrico colicis doloribus viciſſim afflicto* Rom. 1637. 8. L.

STEPHANUS VILLA. Ej. *eſt remilleto de plantas* Brugis 1637. 8.

Ej. *libro de los doſe principes de la medicina* Brugis 1637. (alii 1647.) 8. C. de V. HIPPOCRATIS, GALENI, DIOSCORIDIS, AVICENNÆ, AVERRHOIS &c.

Ej.

Ej. *eſame de Boticarios* ib. 1637. 4.

Ej. *ſimples incognitos de la medicina* ib. 1643. 4.

J. B. MAGATI *conſiderationum medicarum* T. I. Bonon. 1637. 4. 8. HOTTON.

PIERRE le SURE *Cleombrotus, ſ. de iis qui in aquis perierunt* Rom. 1637. 8. PORTAL.

JOH. SAUBERS *innocentia calculi & podagræ in innocentibus ſermone publico aſſerta* Noriberg. 1637. 4. WILL.

MALACHIAS GEIGER *margaritologia* Monach. 1637. 8.

SAM. SCHOENBORN *manuale medicinæ practicum Galenico chymicum medicamenti appropriati omnium morborum humani corporis* Dantiſc. 1637. 12. 1642. 12. Argent. 1657. 12. 1681. 12. TR. An eadem *purgantia ſecundum humores?*

AESCHATIUS MARON Ej. *ſcrutinium ingeniorum pro eis qui excellere cupiunt* Lion 1637. 4. L. ſi huc facit.

RODERICI FARVACI (FARVAQUES) *diſquiſitio medica num pilulæ dejectivæ cum cœna recte exhibeantur* Patav. 1637. 4. TR.

Ej. *ſtatuta collegii medici Bruxellenſis* Bruxell. 1650. 4.

MICHAELIS PETRI POTERII (*de la* POTERIE) *Fons chemicus* Colon. 1637. HEIST.

Ej. *viridarius hermetico philoſophicus lætum & inauditum nuncium afferens, ſ. revelatio ſecreti de conficiendo lapide philoſophico* Francof. 1622. 8.

ROBERTI MONTANI *diætema ſ. ſalubris victus ratio per controverſias digeſta* Lion 1637. 8. B. B.

THEOPHIL. RAYNAUD *tr. de ortu infantum contra naturam per ſectionem Cæſaream* Lion. 1637. 8. 1640. 8.

J. SADLER *praxis medicorum, ſ. formulæ remediorum ordine alphabetico* Lond. 1637. 8. B. BODL.

The abſtemious life of Henry WELBY Lond. 1637. 4. B. BODL. ſi huc facit.

MAXIMILIANI SANDÆI *comment. de medicis moribus & medicinis exemplare* Colon. 1637. 4.

Ej. *Theologia medica* Colon. 1638. 4. RAST.

§. DLXXXVIII. VARII.

Il pamente dottrina ſingolare di Dominico RONCHI *del condimento di ogni vianda, delle ſtagioni d'ogni animali, del far banchetti d'ogni tempo a principi* Venet. 1637. 4.

 Do-

Domenico Carduели *della theriaca da Andromaco compoſta* Meſſan, 1637. 8. Hotton.

Mart. Schmuckers *ſecretorum naturalium chymicorum & medicorum theſauriolus* Schleuſing. 1637. 8. Tr. duæ partes, & Norib. 1652. 8. 1653. 8.

Ej. *ærarium chymicum* 1686. 12. Tr.

§. DLXXXIX. Disputationes.

Pauli Moth *de pleuritide legitima* Baſil. 1637. 4. Moell.

Ej. *caſus chirurgicus* prodiit cum S. Pauli *digreſſione*.

Nic. Penzon *de catarrho* Baſil. 1637. 4. Riv.

J. Barchausen *de arthritide* Marburg. 1637. 4.

Balth. Meisner *de ſignis* Witteberg. 1637. 4. He.

Ludov. Eisenheim *de vertigine* Argent. 1637. 4. *.

J. Rod. Salzman *junior*, ſeniori pluſculis annis coævus, ut facile confundatur.

Ej. *diſp. inaugur. de pleuritide* Straſburg 1637. 4. *.

Ej. *de lycanthropia* Argent. 1649. 4. *.

Joh. Cousin & Claud *le* Vasseur *E. piſces carnibus ſalubriores* Pariſ. 1637. 4. *.

Gabr. Biard & Mich. Mare's *Non E. frigidæ potus ventriculo noxius* Pariſ. 1637. 4.

Ren Chartier & Din. Jonquet *E. victus ſanorum ægris quam belluinus ſanis βλαβερώτερος* Pariſ. 1637.

Petr. Legier & Jac. Gavois *An in febribus alterantia frequenti phlebotomiæ præferenda* Pariſ. 1637.

Nic. Colletet & Martin Akakia *E. gonorrhææ venæ cubiti ſectio* Pariſ. 1637.

Dyon. Fr. Yon & Claud. Breget *E. tollendæ plenitudini ſectio ſaphenæ* Pariſ. 1637.

J. Pietre & Mich. Mares *E. inclinante febrium intermittentium acceſſione peropportuna venæ ſectio* ib. 1637.

Petr. Yon & Franc. Paiot *E. in febre purpurea vermis aperta vena erumpens κακὸν* ib. 1637.

§. DXC. Varii.

Hoc anno amiſerunt litteræ Claudium Nicolaum Fabricium (Fabri) *de* Peiresc Senatus Aquenſis adſeſſorem, univerſæ naturæ bonarumque literarum ſtudioſum, ut ne noſtram quidem artem neglexerit. Pondera veterum & menſuras ſtudioſe comparavit: unciam Romanam fecit ad Pariſinam ut 536 ad 576; novas plantas coluit. In vita viri, quam Petrus Gassendus dedit, ſæpe recuſa, Pariſ. 1641. 4. *. Haag. 1651. 12. Quedlinburg 1706. 8. *. Anglice 1652. 8. B. Bodl. aliqua ad rem noſtram faciunt. Embryones notati veſtigiis vulnerum, quæ mater acceperat; diuturnæ graviditates. Felix deſiderium peponum in febre. Cauſa mortis in vermium cucurbitinorum inteſtino adhærentium copia. Monuit etiam, & ſuo ævo primus, ne morbi facile pro magicis & dæmoniacis habeantur. Ipſe, cum ex longo morbo obiiſſet, inciſus fuit; veſicam habuit tenerrimam & facillime lacerabilem, cum arenulis in fundo, & fungo ad urethræ oſtium, cujus is tertiam fere partem occupabat, cumque calculis renalibus. Veſicam ruptam fuiſſe, & urinam in celluloſam telam manaſſe creditum eſt.

Vita etiam alia exſtat J. Jacobo Buccardo edita, *carmen* nempe *funebre academicorum* Aix 1639. 4. & Hag. 1655. & alia nuper vita Gallice a Cl. Ricquier ſcripta.

Propius ad bonam artem ſpectat, & graviter eam adflixit, mors Johannis Vesling, Mindani, qui chirurgiæ, rei herbariæ & anatomicæ multis modis inſervierat. Practici quidem argumenti nihil edidit, conſilia tamen ejus aliqua ſunt in *curationum centuriis* a Welschio editis, inter quæ eſt hominis qui nimia venere vires diſſipaverat; altera viri, cui olfactus, guſtus, auditus perierat, & ſanguis plurimus per anum fluebat. Cauteria occipiti inurere & vertici inutile eſſe monuit.

Inter *obſervationes anatomicas & epiſtolas medicas*, quas Bartholinus Hafniæ 1664. 8. *. edidit, pluſcula, eaque pulchra huc referas. Infantem poſtridie a matris morte partu editum. Conſilium ad gonorrhœam, ad laxitatem renum. De vegetabilis cibi in vita producenda efficacia. Ad obſtructionem hepatis. Coloſtri innocentia. Pro Galeassio podagrico, pro nobili virgine hyſterica, pro venæ ſalvatellæ ſectione. Per veſicam alvi excrementa egeſta fuiſſe. Ad dyſuriam. Pleuritidem pleuræ eſſe morbum, pulmoniſque, ſi pulmo purulentus pleuræ reſponderit. Mydriaſis. Steatomata genuum. Purulentia plurium viſcerum.

In Epiſtola ad Bartholinum I. n. 48. Spigelium deſſeſſorem ſuum contra Severinum tuetur, qui venam nomine *Seile* intelligat aliam ab ea, cui id nomen Spigelius impertit.

Ej. exſtant codices poſthumi: *methodus recitandorum caſuum* quam prælegit, &

& *methodus reſolvendorum caſuum* pariter prælecta. In codicibus F. BERNARDI *Codd. Britt.* n. 3688.

J. DANIEL HORST, GREGORII fil. profeſſor Gieſſenſis.

EJ. diſſ. *prunorum uſu dyſenteriam non produci* Gieſſ. 1637. 8.

EJ. *poſitionum academicarum decades* X. Marburg. 1638. 4. *.

EJ. *manuductio ad medicinam ſtudioſæ juventuti prælecta de præcognitis* Marb. 1645. 12. TR. 1657. 12. L. Ulm. 1660. 12. L.

EJ. *de epilepſia* Marburg. 1643. 4. *.

EJ. *de dolore colico* ib. 1643. 4. *.

EJ. *decas obſervationum & epiſtolarum anatomicarum* Francof. 1656. 4. *. De abſceſſu cerebri equidem a vulnere nato, & aliud exemplum a colapho impacto; paralyſis inde unius lateris. Inciſum cadaver apoplectici: Lien nigerrimus, in arteria aorta & vena pulmonali atra materies, qualem extinctus princeps vomitu ſolebat reddere. Vermiculi circa os ethmoides principis. Renes in plurimo adipe ſepulti, ut nullos putaſſes adeſſe. Hepar prægmagnum, in veſicula fellea grumi & lapilli. Cor maximum, cum plurima aqua, valvularum ſemilunarium circumferentia oſſea. Variolæ, ut certe noſter ſcribit, in hepate, liene, pulmone & inteſtinis, ulcuſcula ut puto. In puero nuper nato conſumtum pancreas. Lien reni adnatus. Inter epiſtolas mutuæ aliquæ cum MUSSAPHIA de chocolata. Abſceſſus cerebri ſanatus. Vomitus a veneno, aut certe a putredine corrupti animalis. In THONERUM, cum aliqua animadverſione in abuſum calidorum in variolis.

EJ. *pharmacopœa Galenico chemica catholica poſt* RENODÆUM, QUERCETANUM, *alios adornata* Francof. 1651. fol. TR.

EJ. *de chirurgia infuſoria* J. DANIELIS MAJORIS *judicium* Francof. 1657. 12. TR. 1659. 12. 1665. 12. *. quæ editio nuperiores & anni 1664 epiſtolas continet. Rem novam non eſſe: non videri ſibi in moribundis hoc auxilio infuſa medicamenta novam in ſanguine efferveſcentiam excitare poſſe. Laudat neſcio quod ſuum ſulfur auri ſuffitum quod ſæpe deſideriis reſponderet.

In *act. Hafnienſ.* vol. V. T. 2. de urina aliqua.

In Ep. ad BARTH. III. 39. de abſurda ſatyriaſi virginis veſtalis.

EJ. *vita* auctore J. CHR. HOLZHAUSEN Francof. 1681. 4.

Idem edidit GREGORII HORSTII patris *opera* Nurnb. 1660. fol. & P. ZACCHIÆ *quæſtiones medico legales* Francof. 1666. fol. & L. RIVERII *opera* ib. 1674. fol.

FRANCISCI PERLÆ Calvienſis, HIPPOCRATIS COI *l. de locis in homine* Rom. 1638. 4. *. Verbola paraphraſis.

EJ. *de orientali opobalſamo nuper in theriacæ confectione adhibito & inter Romanos medicos controverſo* Rom. 1641. 16. *. Vide in *botanicis*.

HIERONYMI CORTES *ſumma medendi methodus, in qua de phlebotomia, medicis cucurbitulis, hirudinibus, earumque recto uſu, de purgatione per pharmaca, de vomitu, de dyſuria, de concoctione, de frigidæ potu, & de victu ægrotantibus exhibendo differitur. Acc. recta viſendi rogandique ægrotos ratio* Venet. 1638. 4. LIND.

JACOBI de BACK *de calculo* epiſtola exſtat in BEVERWYCKIANIS Lond. 1638 12.

CLAUDII *de la* COURVEE *oſtentum ſ. hiſtoria mirabilis trium ferramentorum notandæ longitudinis ex inſanientis dorſo & abdomine extractorum, qui ante menſes decem ea voraverat* Pariſ. 1638. 8. UFF.

EJ. *frequentis plebotomiæ uſus & cautio in abuſum thraſonum qui tanto remedio paſſim abutuntur* ib. 1647. 8. FALC.

JOSEPHUS TRULLERIUS cum SUSII *l. de ſanguinis miſſione* prolixas edidit *epiſtolas* & præfationem Rom. 1638. 12. L. ALLAT. in *apib: urb.*

IDEM reliquit MS. *pro venæſectione contra* F *hæmophobum.*

JULIUS RECALCHUS Ferrarienſis *de febre typhode* Ferrar. 1638. 8. *le* TELLIER.

EJ. *de ſimilarium corporum natura, de febre* &c.

PROSPERI CALANI *de atra bile, cordis rigore, melancholia flatuoſa* Lion 1638. 8. LIND.

JOACHIMI KOLB *ſententiæ de faciendo medico* olim ab ARNOLDO de *Villanova* in proſa ſcriptæ Altenburg 1638. 12.

EJ. *Judicium de veneficiis* in SENNERTI praxi L. VI.

Pharmacopœa Leidenſis Leid. 1638. 8. HOTTON.

MAXIMILIANI CLAUSS archiatri, *œnohydromachia, ſ vini & aquæ certamen* Oenipont. 1638. 16. *. Contra P. DREXELIUM. qui vinum ex uſibus humanis volebat exſulare; noſter vinum purum aquato præſert. Negat malignos vino ſpiritus ineſſe. De vinorum ſelectu aliqua. Valtelinenſia vina turbida eſſe & tamen ſaluberrima. Contra victum nimis tenuem; ſed neque generoſa vina proſcribi debere.

J. *de* BICKPAI *de viribus auri & argenti debite præparati* Nürnberg 1638. 8. BOECL.

LUDOV. KEPLER J. fil. a. 1638. ſcripſit *de cultrivoris.*

EJ. *methodi conciliandarum ſectarum in medicina diſcrepantium ſectio prima* Introducitur in trichotome homo, qui parvus mundus, medicinæ convenientia cum theologia, cabbala, magia naturali. Vera demonſtrans realia fundamenta phyſico chymica mathematica metaphyſica Regiom. 1648. fol. RIV.

EJ. *febris epidemica Regiomontana ſtudioſis tantum ab initio commune convictorium intrantibus exitialis, mox & extraneis moleſta, contagio quoque civibus utriuſque ſexus pernicioſa* Elbing 1650. 4. PL. Febris erat maligna. Repudiabat venæ ſectionem noſter, alvum ducebat, dabat inde cardiaca, etiam vitæ mercurium.

EJ. *diſp. de incubo* Regiom. 1644. 4. pro loco.

EJ. epiſtola ad BARTHOLINUM II.n 94. Se feliciſſimum fuiſſe in epidemico illo convictorii morbo. De medicorum in vidia.

Programma in ejus obitum prodiit.

PETRI KIRSTENII *hypotypoſis ſ. informatio medicamenti ſtudioſa perutilis aliquam.* C. PEUCERI Upſal. 1638. 8.

§. DXCI. VARII.

DUARTUS MADEIRA ARRAES Archiater. EJ. *apologia en qua ſe defende humos ſanguinos de piols dados en inflamagao di olhos complicada con gonorrhœa purulenta* Lisbon. 1638. fol.

EJ. *methodo de conocer e curar el morbo gallico dos partes* ib. 1642. 4. 2 vol. ASTR. 1683. fol. *cum commentariis* FRANCISCI HENRIQUEZ MIRANDELLA ib. 1715. fol.

EJ. *de nova philoſophia & qualitatibus occultis audita & inaudita philoſophia de Tarantula.*

PEDRO NUNNEZ medicus Complutenſis. EJ. *libro del parto humano, en el qual ſe contienen remedios utiles y uſuales para el parto dificultuoſo de las mugeres, con otros muchos ſecretos a ello pertinecientes y a las enfermidades de los ninnos* Saragoſſa 1638. 8. C. de V.

JOHAN. CORTES *apologia per la medicina* Madrid. 1638. N. C. de V.

Examen ſi en cet âge accourci nos jours peuvent être allongés & accourcis, Amſterd. 1638. 4. BOISY.

TOB.

TOB. WHITAKER *of the blood or the grape* Lond. 1638. deinde latine 1663. 8. de vini utilitate alimentaria & medica.

EDUARDS *cure of all ſorts of fever,* Lond. 1638. 4. OSB.

J. FAGES *ſickmans Glaſſe* 1638. 4. OSB.

Apothekerordnung der Stadt Heilbrunn Heilbr. 1638. 4. 1708. 4.

Der Stadt Hamburg erneuerte Apothekerordnung Hamb. 1638. 4.

§. DXCII. DISPUTATIONES.

JOACHIM SCHLANHOVIUS *de apoplexia* Marpurg 1638. 4. RIV.

HIER. BUCHHOLZ *de venenoſa contagione peſtis* Jen. 1638. 4. HENEL.

PAUL FREHER *de febre tertiana intermittente* Altdorf. 1608. 4. HE.

ACHAT CHRISTOPH ENKELMAN *de teneſmo vero* Argent. 1638. 4. *.

J. GEORG EHRHARD *de dyſenteria* ib. 1638. 4. *.

ANDR. GERNER *de angina exquiſita* ib. 1638. 4. *.

HERMAN BOLLO diſſ. XXI. *dubiorum anthopologicarum de principibus corporis humani partibus* Lipſ. 1638. 4. CARR.

ANDR. RIVINI Halenſis, *philologica de peſte* Lipſ. 1638. 4. PL. præf. J. MICHAELIS.

EJ. *agrypnia & quævis adeo vigiliæ & tota quaſi medicinæ œconomia diſcutiuntur* Lipſ. 1644. 4. HE.
Multas veterum reliquias minoris voluminis græcas edi curavit vir doctus, quas ſuo loco recenſui. Huc *veterum bonorum ſcriptorum libri & reliquiæ ſingulares de materia & re medica* Lipſ. 1654. 8. HAENEL. CASSIUM etiam & THEOPHILACTUM SIMOCATTAM edidit Lipſ. 1653. 4. & THEODORUM VINDICIANUM Lipſ. 1654. 8.

EJ. *lanx ſatura* Lipſ. 1649. 8. HAEN.

In ejus funere programma HIERONYMI KROMAIER Lipſ. 1655. 4. B. BUN.

HELFRICI SCHRODAEI *de peſte febriumque peſtilentium malignarum cura* Franecker 1638. 4. *.

CLAUD. GERMAIN & ROBERT *de* BONNAIRE *E. natura conſueta purgantia ſpernit*, Pariſ. 1638.

GERM. PREAUX & CLAUD. *le* VASSEUR *E. ad variolas ad cutem evocandas venæ ſectio.* Pariſ. 1638.

LUD.

LUD. RENOUART & DION. JONQUET *E. flatulentiæ hypochondriacorum affectuum cathartica mitiora* Pariſ. 1638.

GEORG. ARBAULT & FRANC. PAJOT *E. bis in die quam ſemel cibari ſalubrius* Pariſ. 1638.

CAR. BOUVART & MART. AKAKIA *E. ſolo medico digna chirurgia* Pariſ. 1638.

QUIRIN *le* VIGNON & ROB. *de* BONNAIRE *E. matris lac nonnihil vitioſum quolibet altero infanti ſalubrius* Pariſ. 1638.

DION. GUERIN & CLAUD. BRISET *E. phthiſi aer ſiccus* Pariſ. 1638.

PETRI *le* CONTE & STEPHAN. *le* GAIGNEUR *E. dæmones in corpus ſubeuntes nonnunquam imitatur internus calor* Pariſ. 1638.

§. DXCIII. ALBERTUS KYPER. ALII.

Boruſſus Regiomontanus, Profeſſor Leidenſis.

EJ. *epiſtola ad Fontanum* prodiit a. 1639.

EJ. *diſp. de lue venerea* Leid. 1640. 4. ASTR.

EJ. *Methodus diſcendi & exercendi medicinam* Leid. 1643. 12. *. Bibliotheca, conſilium uti juvenis in eo ſtudio proficiat, denique inſtitutionum compendium. Noſtro ævo hæc quidem Kyperiana bibliotheca non ſuffecerit. Laudat veterum legem, qua doctores medici novelli repetito coguntur profectus ſuos demonſtrare, antequam ad praxin admittantur. Laudes Leidæ, horti, noſocomii. In PLEMPIUM multa.

EJ. *inſtitutiones medicæ ad hypotheſin de circulari ſanguinis motu compoſitæ.* Amſterd. 1654. 4. *. Continent morbum, ſymptoma, ſignum, claſſes medicamentorum, morbos etiam ſolutæ unitatis, gangrænam, ſphacelum, calculum. Pars phyſices ad medicinam utilis.

EJ. *diſp. de urinarum ſignificandi vi.* Leid. 1650. 4.

EJ. *collegium medicum 26 diſputationes complectens, quæ ad inſtitutiones pertinent* Leid. 1656. 8. TR.

EJ. *anthropologia corporis humani. Acc. reſponſio ad pſeudapologema V. F.* PLEMPII. Leid. 1660. 4. *. Phyſiologia & anthropologia *non magni momenti. Reſponſio* prodierat Leid. 1657. 12.

BERNARDUS LANGWEDEL medicus Hamburgenſis.

EJ.

EJ. eſt CAROLUS PISO *enucleatus, ſ. obſervationes medicæ* PISONIS Leid. 1639. 16. *. Hamburg. 1639. 8. L. Non continet, quas nos ſolemus obſervationes vocare, ſ. peculiaria eventa ab auctore adnotata, ſed peculiares utique PISONIS opiniones, certos ſub titulos conjunctas.

EJ. *theſaurus* HIPPOCRATICUS, *ſ. aphoriſmi* HIPP. *in claſſes & titulos diſpoſiti, ſuccinctis rationibus illuſtrati* Hamburg. 1639. 12.

EJ. ſub titulo HENRICI JULII *Altenburgenſis Ariſtarchus, ſ. centuria in novitium quemdam* HIPPOCRATIS *exagitatorem* Hamburg. 164 . 4. Contra LAURENTIUM ſcriptum libellum noſtro PLACCIUS tribuit, & MOELLERUS.

EJ. HIPPOCRATIS *defenſio contra quoſcunque petulcos ejus obtrectatores* Leid. 1647. 12. MOELL. Amſterd. 1661. 12. Contra LAURENTIUM.

EJ. *narratio controverſiæ & litis de præcedentia inter* B. LANGWEDEL & G. F. LAURENTIUM *med. DD. exortæ* 1647. 4. abſque nomine MOELLER.

EJ. *colloquium Romano Hippocraticum inter Marforium & Paſquinum* Leid. 1648. 12. Amſterd. 1661. 12. (1662. MOELL.).

EJ. *apologie oder Ehrenrettung gegen* G. F. LAURENTII *Schmähkarten* Luneburg. 1649. 8. 1654. 4. *. recudente ipſo LAURENTIO.

ROBERTUS LYONNET Anicienſis, profeſſor Valentinus.

EJ. *loimographia, ſ. reconditarum peſtis & contagii cauſarum curioſa diſquiſitio, ejuſdemque methodica curatio* Lion 1639. 8. GUNZ.

EJ. *de morbis hereditariis brevis diſſertatio* Lion 1643. 4. *. Scopus eſt oſtendere, morbos cum quibus LUDOVICUS XIII fere perpetuo conflictatus eſt, fuiſſe adventitios, non hereditarios. GASTO frater ſanam vitam vixit. Cauſam malæ temperiei fuiſſe in victu ex ſaccharatis, placentis, aſſatis, vino meraco; exercitatione corporis non modica. Regem vix repetitis clyſteribus artibusque aliis a morte revocatum; in tertianam incidiſſe, medicamenta reſpuiſſe. Nerveo ſyſtemate præterea fuiſſe facile concutiendo, nimiſque mobili; in medicos adeo immorigerum, ut duo archiatri ſe munere abdicaverint. Hæc a. 1627 geſta. Ab eo tempore totam vitam regis noſter perſequitur, turbatam a febribus, dyſenteria ſaburra incocta: neque nunc, cum nunquam abſque aliqua infirmitate eſſet, magis ſe medicis præſtitit obſequioſum. In ſanguine educto lac adparuit. Ipſa præſente podagra a venatione nunquam ſe paſſus eſt avocari. Inde hemitritæa laboravit, ut tamen a ſudore moto melius habuerit. Sanguis aquoſus de alvo deceſſit, tum pus, inde diuturnus fluxus chyloſus, ingruit, & ſubinde podagra, hæmorrhoides, tuſſis longa, icterus, febris intermittens, cacochymia perpetua, bile & morali & medica dominante, & nova arthritis, & tamen cœnæ indulgebat uberiori. Paulatim abſceſſus

ſceſſus congeſtus eſt, atque purulenta per alvum deceſſerunt. Cum multo melius ſe habere videretur, acutiſſima eum febris invaſit, inde tabes manifeſta erupit, cum multa & fœtida per alvum dejectione; ſucceſſit febris hectica, alterno die gravior, & tuſſis ſicca. Cum a ſero lactis levari videretur, ceciderunt vires, pulſus defecit; HEROARDUS mortem imminere monuit. In cadavere inciſo inteſtina craſſa paſſim deraſa tunica interna nudata apparuerunt, a colo in rectum inteſtinum abſceſſus aperiebatur, per quem pus decedebat, hepar exſuccum erat, pulmo alter in pus totum conſumtus. Cæterum totus liber HEROARDI archiatrorum comitis apologia eſt.

RENATUS CHARTIER Vindocinenſis adjutus codicibus MS. regiis jam ſenex, ſuo ſumtu, & 50000 uncialium expenſa cepit edere a. 1639. editionem plenam HIPPOC. & GALENI Græce & Latine ſ. tomis 13 fol. ad quos tria volumina a morte auctoris acceſſerunt ultimumque a. 1679. Inter Tomum I. a. 1639. & ultimum a. 1679. editum aliquid eſt diſcriminis, & editio anni 1639. paulo plenior eſt. In claſſes octo omnia digeſſit, multa addidit ſua & aliorum, & verſiones alias novas, alias interpoltas, quas ob fidem aliqui elegantioribus FOESIANIS præferunt. Tunc cum *Prolegomenis* FABII PAULINI duas epiſtolas, aliam J. COSTÆI, aliam H. MERCURIALIS cum vita GALENI & cenſu operum LUDOVICI SLARANI acceſſit epitomen operum GALENI & fragmentum ineditum forte ad libros *de empiricis* pertinens. Inde claſſem phyſiologicam II, diæteticam III. pathologicam paſſim cum commentariis CRUSERII & P. CRASSI ſ. cum ineditis commentariis ſex in L. VI. populariu̇m. IV. Semeiotica cum reſtituto dubio libro *de urinis*. V. Pharmaceutica cum MERCURIALIS judicio de l. *theriacæ ad* PISONEM, & adſcriptis GALENO ll. *de ponderibus & menſuris*, & *de venæſectione, deque cucurbitulis*. VII, practica cum *parabilibus* aliiſque. Demum libri extra ordinem, & libri ſpurii, & fragmenta varia, etiam ex aliis ſcriptoribus collecta.

Ediderat idem a. 1607. *paranymphum* in creatione baccalaureorum a. 1606. dictum. Ej. exſtat etiam rarior equidem index operum GALENI, quæ latine tantum exſtant Pariſ. 1633. 4. paucarum paginarum VILLIERS.

VINCENTII RISICA *brevis hiſtoria de maligna febre* G. J. SPATAFORÆ Meſſan. 1639. 4. MONGIT.

Ej. *de peſtilente febre Panormitanam urbem obſidente oratio* Meſſan. 1647. 4. MONG.

ANDREÆ ARGOLI *de diebus criticis & de ægrorum decubitu libri duo* Patav. 1639. 4. MAZUCH. 1652. 4. L. Themata aſtrologica.

Ej. codices MS. *de diebus criticis*, *de decubitu ægrotorum*, LEO ALLATIUS recenſet *ap. urb.*

JAC. WAEL (ſic) *de ſcriptoribus Hiberniæ* Dublin 1639. 4. CARR.

J. AUREL

J. AUREL. MARIA *aphoriſmi Hippocratis diſpoſiti methodo exquiſito ordine inſtituta* Pariſ. 1639. 12. L.

J. PARISII *de podagra* Leid. 1639. 12. HOTTON.

JOEL LANGELOTT archiatri Holſatici diſp. *de dolore dentium præſide* SIM. PAULI. Hafn. 1639. 4. MOELL.

Ej. *epiſtola ad naturæ curioſos de quibuſdam in chymia prætermiſſis, qua occaſione ſecreta haud exigui momenti proque non entibus habita demonſtrantur* Hamburg. 1673. 8. & in E. N. C. dec. I. ann. 3. obſ. 169.

Ej. pluſculæ *epiſtolæ ad* BARTHOLINUM exſtant. Ita C. I. ep. 42. corticem chinæ chinæ dedit ad drachmam.

Ep. 44. ipſe a ſecunda doſi convaluit, expurgata prius colluvie.

Cent. II. n. 74. Vermis de naribus excuſſus.

C. III. Ep. 45. de meliori opii præparatione, quam valde laudat, diſſipato quod fœtet; demum meliori parte medicamenti in ſpiritu vini ſoluta.

Ej. 63. conticum granatorum laus: aperire etiam & incidere.

In E. N. C. ann. VI. VII. ad annos 1675, 1676.

Obſ. 5. femina ſana dum menſes fluebant, iis ceſſantibus febrili vexabatur paroxyſmo.

Obſ. 6. Tuſſis perpetua ſicca in principe: cum pulmonis vitio a medicis tribueretur, ſedes mali reperta eſt in ventriculo, qui in ſquamas contabeſcebat; ſanis pulmonibus.

Obſ. 9. Cephalalgia pertinax hirudinibus ad tempus admotis ſanata, cum varice venæ fruſtra tentata.

Obſ. 10. in paralyſi ſcorbutica, cum ægrotus ſudorem ſibi cieret, niger ſudor manavit, qui idem deſiit poſtquam in flavedinem degeneravit.

Obſ. 11. ex lapſu perpetuus & dirus capitis dolor, ſublatus copioſiſſimo ad aliquot libras limpidi liquoris de naribus ſtillicidio.

Obſ. 20. fabuloſa illa hiſtoria de hortulano, qui ſedecim horas erectus equidem ſub aquis vixerit, & vitæ redditus fuerit, idem de quo PECHLINUS ſcribit.

J. TILEMANNI *rariorum medicinalium adfectuum l., de affectu complicato ab ictero maxime diuturno inteſtinorum accretione decidentia oſſis xiphoidis* Marburg 1639. 4. *.

Ej. *de natura & curatione doloris nephritici* ib. 1644. 4. *.

Ej.

Ej. *Synopſis aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *facili methodo digeſtorum, cum textu aliiſque therapeuticis* Marpurg. 1644. 4. 1646. 12. 1650. 24. *. Gieſſ. 1660. 16. Frf. 1669. 16. &c.

Ej. *appendix de materia medica ad aphoriſmos therapeuticos* auct. & emendatus Marpurg 1645. 24. L. 1646. 12. TR. 1650. 24. *. Gieſſ. 1666. 12. TR. Catalogus medicamentorum ſecundum claſſes virium.

Ej. *harmonia phyſico medica de numero elementorum* Marb. 1645. 4. ſi huc facit.

Ej. TILEMANNUS *Cous h. e. Hippocratica praxis in cognitione medica affectuum tam naturalium quam præternaturalium, annorum climactericorum* &c. Ulm. 1680. 12. *. 1681. & 1682. alii. Paracelſicus, aſtrologiæ deditus, profeſſor Marburgenſis. Anatomen hic primum tradit, tunc artem thematum concinnandorum, denique medicamenta aliqua arcana.

Ej. *conſilium antepilepticum* 1650. 4.

In VALENTINI *Pandectis reſponſa* reperiuntur & TILEMANNI. Ad graviditatem evincendam non unum ſignum ſufficere, ſed omnia.

Ej. *oratio de medicinæ inſtauratione* Caſſel 1653. 4. Herbipoli 1654. 4. TR. *in* KORNMANNI *hypotypoſi Paliliorum Acad. Marburg.*

Ej. *quatuor opuſcula chymiat. mathematica ultima* 1664. 4.

MARCI MARCI *de* KRONLAND mathematici, hominis ſingularis l. *de proportione motus, ſ. regula ſphygmica ad celeritatem & tarditatem pulſuum excellens, motu ponderibus geometricis librato, abſque errore metiendum* Prag. 1639. 4. RIV.

Ej. *philoſophia vetus & nova reſtituta* Acc. 4. *de ſtatu humano præter naturam; 5, de curatione morborum* Prag. 1662. 4. TR. Francof. 1676. 4. TR. 1678. 4. TREW.

Ej *liturgia mentis, ſ. diſceptatio medico philoſophica de natura epilepſiæ, ortu & cauſis. Acc. tractatus medicus de urinæ natura, & conſilia III. medica* Ratisbon 1678. 4.

Ej. *othoſophia philoſophica, impulſus univerſalis opus poſthumum — medicis — utile* Prag. 1678. 4.

J. ELICHMANN *ep. de fatali vitæ termino* Leid. 1639. 4. inter BEVERWYCKIANAS. De ejus pilulis WORMIUS ad BARTHOLINUM Ep. I.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis 1639. 12.

PHILIP BRASSEAN *Bibliotheca Hannonica* Monſ. 1639. 4. Sic lego.

§. DXCIV. VARII.

J. FRAGOSO *della cirugia parti due* Palermo 1639. fol. *. Italice vertente BERN. GRASSA. Aliqua habet medica, de hydrope, apoplexia, morbis cerebri, hyſterica femina a mortua diſtingenda, eryſipelate aliiſque malis cutaneis, venæſectione, tympanite, de priapiſmo, quartana &c. morbo venereo. Fumigationem quæ hydrargyro fit, inunctione eſſe periculoſiorem.

J. VALENT. MAIER *conſilium febrifugum, oder Bedenken was es mit dem graſſirenden Quartanfieber für eine Beſchaffenheit habe* Hall. in Schwaben 1639. 8. BOECL.

Kurzer Bericht wie man ſich bey ieziger Zeit verhalten u. die Mittel gegen die ſchleunig einfallende Peſt gebrauchen ſoll Luneburg 1639. 8. TR.

GERBR. HAS &c. *medicinæ peſtifugæ mixturæ variæ* Gedan. 1639. 12. ſi verus eſt titulus.

ANDR. SPENHOLZ *Bericht von der grauſamen Seuche der Peſtilenz* Linz 1639. 12. TR.

EDW. MAYAMET *true relation of a ſtrange monſter or ſerpent found in the left ventricle of the heart of* JOHN PENNANT Lond. 1639. 4. TR. PL.

DE GRAY *compleat horſeman and expert farrier* Lond. 1639. fol. 1651. 4.

§. DXCV. DISPUTATIONES.

J. TAPPE prof. Helmſtadienſis *diſp. de uſu & officio lienis contra vulgarem opinionem* eſt anni 1639.

Ej. *de algore & horrore eorumque cauſis contra vulgarem opinionem* ib. 1646. 4. HENEL.

Ej. *de ictero flavo* ib. 1649. 4.

Ej. *de aſthmate* ib. 1649. BURCKH.

Ej. *de calore febrili, an ſpecie differat a nativo diſſ. I.* 1649. 4. VAT.

II. *an febris conſiſtat ex intemperie calida an ſimul ex ſicca* III. *an totum corpus humanum vel ſolum eſt, vel aliæ quædam partes ſint febris ſubjectum* 1649. 4.

Ej. *de febre quartana intermittente* ib. 1649. 4. PL.

Ej. *de angina* Ib. 1649. 4. HE.

Ej. *oratio de tabaco ejuſque uſu & abuſu* Helmſt. 1653. 4. 1660. 4. 1683. 4. 1689. 4. *. Declamatio de abuſu etiam & noxa ejus herbæ.

Ej. *de catarrho* ib. 1654. 4. Pl.

Ej. *de dolore colico* Helmſt. 1658. 4. Pl.

Ej. *de achoribus* Helmſt. 1659. 4.

Ej. *de hydrophobia* Helmſt. 1659. 4. Burkh.

Ej. *de alimentis* Helmſt. 1659. 4. Pl.

Ej. *de catalepſi* Helmſt. 1660. 4. He.

Ej. *de epilepſia ejuſque cauſis contra communem opinionem* Helmſt. 1660. 4. Pl.

Ej. *de incubo* Helmſt. 1661. 4. *.

Ej. *de ephemera* Helmſt. 1662. 4. Pl.

Ej. *de apoplexia* Helmſt. 1663. 4. He.

Ej. *de ileo* Helmſt. 1664. 6. Pl.

Ej. *de arthritide* Helmſt. 1664. 4.

Ej. *de comate & caro* Helmſt. 1668. 4. Riv.

Ej. *diſputationes de principum J. ſenſuum internorum læſionibus earumque cauſis & curationibus* Helmſt. 1676. 4.

Ej. *de hydrope aſcite* Helmſt. 1683. 4. Vitium puto ſubeſſe, nam obierat a. 1680. & annum 1688. 4. alibi lego.

Petrus Langius *de ictero* Argent. 1639. 4. *.

J. Wilhelm Hochstatt *de cachexia* Argent. 1639. 4. *.

Adam Gerner *de obſtructione lienis* Argent. 1639. 4.

Gottfr. Weidner *de morbo caſtrenſi ſ. peſte privata militum* Francof. Viad. 1639. 4. Riv.

Christoph Sanctorius *de ſcorbuto in Pruſſia jam frequenti* Regiom. 1639. 4.

Franc. Blondel & Petr. Bourdelot (archiat. Christinæ) *Non E. partium typus ηθοποιος* Pariſ. 1639.

J. Riolani & Steph. *le* Gaigneur *E. lac ſtatim a puerperio longe vetuſtiori recens natis infantibus ſalubrius* Pariſ. 1636.

Mich Toutain & Is. Renaudot *E. frugalis victus profuſo ſalubrior* ib. 1639.

Petr. *le* Tellier & Euseb. Renaudot *Non E. licet citra ſanitatis diſpendium bis in die piſcibus ſatiari* Pariſ. 1639.

Sim.

Sim. Bazin & J. *de* Montroeil *an ſecundæ menſæ ſanitati utiles?* Pariſ. 1639.

Nic. Pietre & Cl. Perrault *an diebus æſtate ferventiſſimis vinum glacie diluere innoxium?* Pariſ. 1639.

Jac. Mantel & Cl. Perrault *E. diuturno capitis artuum tumori ab obſtructione cauteria* Pariſ. 1639.

Dionys. Jonquet *E. inſanienti amore virgini venæſectio* Pariſ. 1639.

J. *le* Vasseur & Steph. *le* Gaigneur *E. criſes his ſeculis quam olim rariores* Pariſ. 1639.

Nic Matthieu & Petri Bourdelot *an curationi luis venereæ balneum?* Pariſ. 1639.

Petri Haguenot, quod nomen in arte celebre fuit, *quæſtiones XII. e medicina depromtæ* Monſpel. 1639. 4. Astruc. Reſpondit in Q. IV. *ab immoderato amplexu luem veneream non naſci.*

§. DXCVI. Godofredus Moebius.

Lauchenſis, profeſſor Jenenſis, maximum potiſſimum diſputationum numerum edidit.

Ej. *de affectu hypochondriaco* Jen. 1640. 4. He. *.

Ej. *de tertiana intermittente* Jen. 1641. 4. *.

Ej. *de mola uterina* Jen. 1641. 4. *. Poſt infantem edita mola ventriculo ovillo ſimilis, quæ alterne ſe dilataret & conſtringeret.

Ej. *de pleuritide* Jen. 1642. 4. Moell.

Ej. *de hæmorrhoidibus* Jen. 1643.

Ej. *de balneorum natura & uſu* Jen. 1644. 4. He.

Ej. *de ſcorbuto* Jen. 1644. 4. *.

Ej. *de anorexia* Jen. 1645. 4.

Ej. *de ſuppreſſione menſium* Jen. 1646. 4.

Ej. *de phrenitide* Jen. 1647.

Ej. *de mania, ſ. inſania* Jen. 1648.

Ej. *emetologia ſ. de natura & uſu vomitoriorum* Jen. 1649. 4.

Ej. *de natura & uſu clyſterum* Jen. 1649. 4.

Ej. *de rheumatico affectu* Jen. 1649. 4.

Ej. *de ſterilitate* Jen. 1650.

Ej. *de podagra* Jen. 1650.

Ej.

Ej. *de hæmorrhagia ejuſque ſpeciebus principalioribus* Jen. 1652.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1652. 4. Riv.

Ej. *de dolore capitis* ib. 1653. 4. Moell.

Ej. *de legitimo venæſectionis uſu* ib. 1654.

Ej. *de ſcirrho lienis* ib. 1655. 4. He.

Ej. *de pleuritide* ib. 1656. 4. Pl.

Ej. *de febre petechiali* ib. 1658.

Ej. *de epilepſia* ib. 1659. 4. He. Pl.

Ej. *de ſuffocatione uterina* ib. 1661. 4. He.

Ej. *de dentium ſtatu naturali & præternaturali* ib. 1661. 4. He.

Ej. *de hæmorrhoidibus cæcis & apertis* ib. 1662. 4. *.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1662. 4. He. Riv.

Ej. *de epilepſia* ib. 1664 4. *.

Epitomes inſtitutionum medicinæ ex neotericorum fundamentis Jen. 1663. 4. *. diſputationes ſunt XXVIII.

I. *de origine, definitione, diviſione medicinæ & ſectis* a. 1659.

VI. *de morbi temporibus.*

VII. *de eorum cauſis & ſex rebus non naturalibus.*

VIII. *de cauſis morborum internis.*

IX. *cauſæ & differentiæ ſymptomatum, in ſpecie facultatis vitalis & reſpirationis.*

X. *ventriculi & cordis.*

XI. *inteſtinorum, renum & veſicæ.*

XII. *ſenſuum externorum & internorum & facultatis motricis.*

XIII. *rationalis facultatis.*

XIV. *de ſignorum natura & fontibus in genere.*

XV. *ſigna ex urina.*

XVI. *ex pulſu.*

XVII. *ſigna prognoſtica, diagnoſtica.*

XVIII

XVIII. *tempus, eventus, de longitudine & brevitate morbi cognoſcenda & criſeos natura.*

XIX. *methodus tuendæ ſanitatis.*

XX, XXI. *de alimentis.*

XXII. *de methodo medendi,*

XXIII. *de medicatione præſervatoria.*

XXV. *de medicamentis cujuſque partis qualitatibus & viribus appropriatis.*

XXVI. *de digerentibus, lenientibus, purgantibus, vomitoriis, alexipharmacis.*

XXVII. *Pharmaceutica.*

XXVIII. *reſiduæ medicamentorum formulæ.*

Generalia fere & collectitia, pauciſſima cum adnotatione propria, cum eo ævo in florentiſſima academia docendorum juvenum cura fere totum profeſſorum otium ſibi poſceret.

Ej. *anatome camphoræ de ejuſdem viribus & uſu* Jen. 1660. 4.*. Calidam eſſe. Ejus præparata & vires medicæ undique collectæ.

Vita viri a Chr. Chemnizio ſcripta Jen. 1664. fol. Tr.

§. DXCVII. Josephus Donzellus.

Alii.

D. Joseph. Donzelli L. Baro *Digliola*. *De opobalſamo* & ea occaſione *de theriaca* aliquot libellos ſcripſit a. 1640. editos, & in B. botanica dictos I. 460.

Ej. *antidotario Neapolitano corretto* Neapoli 1649. 4. Topp.

Inde *Theatro pharmaceutico dogmatico ſpagirico* Napoli 1661. fol. 1676. fol. Rom. 1677. f. *. quæ editio tertia eſt, a filio Thoma aucta. Recuſum eſt etiam Venet. 1668. f. & 1763. fol. cura J. B. Capelli. Primo loco reperias *Calendarium ſanctorum medicorum;* Inde aliqua *de cultoribus chemiæ*, cui arti & ipſe addictus erat. Tunc *vita* viri; obiit a. 1666. Inde ipſum *theatrum;* operationes, ut vocant, chemicæ. Hinc medicamenta ſimplicia cum cujuſque hiſtoria naturali & medica fuſiſſima, cumque medicamentis in Italia inventis; ſic de antimonio. Compoſita varia ex opio & narcoticis, & porro ſecundum formulas, vis ſyruporum, aquarum *additamenta* non exigua. Non oportet cum noſtris conferre temporibus.

Raphael *oder Arztengel aus erſuchen eines medici* a. v. *aufgeſezt von* Abraham v. Frankenberg 1639. *jezt ans Licht gebracht* Amſterd. 1676. 4. Tr.

Drey

Drey auſerleſene Tractätlein von der Peſt, PARACELSI *cum comment.* JOB. KORNTHAUER, ROL. CAPELLUTI, & CAROLI WIDEMANN Frf. 1640. 4.

§. DXCVIII. VARII ad a. 1640.

J. IMPERIALIS Vincentinus. Ej. *muſæum hiſtoricum & phyſicum. Quorum in* 1. *l. illuſtrium virorum imagines & elogia: in altero ingeniorum naturæ, differentiæ, cauſæ*, &c. Venet. 1640. 4. Pars prima a J. A. FABRICIO recuſa eſt Hamburg. 1717. 8. & continet fere vitas breves, neque bibliographicas, nonnullas etiam medicorum. VESALIUM, ARGENTERIUM, TRISSINUM, FERNELIUM, SEPTALIUM, ALDROVANDUM &c. habet.

Ej. *Notte beriche overo is de queſiti fiſici medici* L. V. Venet. 1663. 4. FALC.

BENJAM. MUSSAPHIA *Judæi ſententiæ ſacro medicæ ex V. T. collectæ. Acc. ep. de auro potabili* (Hamburg.) 1640. 12.

Ej. *epiſtolæ* in HORSTIANIS aliquæ.

CHRISTOPH PEREZ *de* PERRERA *de puerorum ſanitate tuenda* Pintiæ 1640. 8. LIND.

J. GERHARDI *panaceæ hermeticæ ſ. medicinæ univerſalis aſſertio atque defenſio Galenico chymica. Acc. ventilatio arcanæ quæſtionis in medicina* Ulm. 1640. 8.

Ej. *decas quæſtionum phyſico chymicarum ſelectiorum & graviorum* Ulm 1643. 4. TREW.

SEBASTIANUS EGBERT *in* REMBERTI DODONÆI *praxin artis medicæ ſcholia addidit* Amſterd. 1640. 8.

J. GUNTHER (an idem p. 405.) *Theſſalus in chymicis redivivus i. e. de vanitate medicinæ chymicæ diſſ. ex* QUERCETANO, BEGUINO, CROLLIO *deducta cum refutatione* (eſt alia vox) *fermentationis Platonicæ ex iiſdem auctoribus* Frf. 1640. 4.

HIPPOLYTI GUARINONII *hydrœnogamia triumphans, ſ. aquæ vinique commubium vetuſtum, ſanctum, ſalutare, & epiſtolæ.* H. DREXELII *vano œnohydromachiæ triumphatui oppoſitum* Oenipont 1640. 8. Pro vino aquato Conf. p. 637.

J. LOCCENII *oratio funebris* PETRI KIRSTENII Upſal. 1640. obientis.

MICH. RAPHAEL SMUTZ *methodus curandi calculum* Norib. 1640. 12.

Ej. *Bericht von hizigen Fiebern* Neubrugg 1648. 8.

Ej. *apologia contra* J. ZWELFERUM *pſeudo Galenicum* Neubrug. 1671. 8.

Ej. *exorciſmus medicus ſpirituum* ZWELFERIANORUM 1673. 8.

Ej. *antitheſis gegen einen Abtrünnigen hippocratico Galenicum* 1674. 4.

Phar-

Pharmacopæa Lugdunenſis 1640. 4. RAST. Eadem quæ 1628., tum 1614.

Pharmacopæa Lillenſis Lille 1640. 4. FALC.

§. DXCIX. DISPUTATIONES.

JOACHIMI ZIMMERMAN *de dolore capitis* Regiom. 1640. 4. MOELL.

Ej. *de pulmonum ulcere* ib. 1641. 4.

Ej. *de paralyſi* ib. 1641. 4. MOELL.

Ej. *de morbis occultarum qualitatum* MOELL.

J. MASIUS *de epilepſia, ſ. morbo ſacro* Regiom. 1640. 4. MOELL.

Ej. *de dolore colico* pro receptione ib. 1640. 4. ID.

Ej. *dolore capitis* ib. 1640. 4. MOELL.

Ej. *de morbo ſacro Germanis ſchwere Noht* Regiom. 1640. 4. RIV.

J. ZEAEMAN *de aſcite* Baſil. 1640. 4. HAEN.

EMANUEL STUPANUS *viperæ & venenorum correctio* ib. 1640. 4.

J. KUEFFER *de eryſipelate* Argent. 1640. 4. *.

GUIL. STRAATENS *de erroribus popularibus & de fallacibus urinarum judiciis diſſ.* III. Ultraj. 1640. 4. & in *collectione* 1670. 8. *. Ad præſagium urinas non ſufficere, quæ in diverſis morbis ſimiles, in eodem diverſæ ſint.

HENR. WELMAN *de morbis, ſymptomatibus & cauſis inſalubribus* Groning. 1640. 4. *.

Ej. *de rebus non naturalibus in genere* ib. 1641. 4.

Ej. *febris tertiana intermittens exquiſita* ib. 1641. 4. *.

Ej. *de ſanitate, accidentibus & cauſis ſalubribus in genere* ib. 1641. 4. *.

Ej. *de ſignis medicis in genere, & de urina & pulſu* ib. 1641. 4. *.

Ej. *de criſibus* ib. 1642. 4. *.

J. MAUKISCH *de mortu* Lipſ. 1640. 4.

Ej. *de vita* ib. 1646. HE.

NIC. THOMING *de vertigine* Lipſ. 1640. 4. PL.

BALTH. WIDMACHER *de inflammatione* Witteb. 1640. 4. RIV.

GOTTFRID ACIDALIUS *de auditione læſa* Witteberg 1640. 4.

H. LEONH. BEER *de qualitatibus occultis* Lipſ. 1640. 4. HE.

ANDR. GANZLAND *de dyſenteria* Lipſ. 1640. 4. HE.

CHRISTOPH BUNKEN *de paralyſi* Lipſ. 1640. 4. HE.

 M. CHR.

M. Chr. Stargard *de univerſali affectibus corporis humani bene medendi methodo* Hafn. 1640. 4.

J. Valentin Willius *de dyſenteria* Argent. 1641. 4. *. Non puto eumdem eſſe J. V. Willi medicinæ Licentiatum, qui a. 1676. *de morbis caſtrenſibus internis* Hafn. 4. *. diſputavit.

Car. Dupré & Quint. Thevenyn *E. tumentibus puerperæ hæmorrhoidibus fluentibus lochiis venæ ſectio e cubito* Pariſ. 1640.

Petri Hommetz & Toussain Fontaine *E. quartana & arthritis medicorum opprobrium* ib. 1640.

Flor. Langlois & Eusebe Renaudot *E. epilepſiæ & melancholiæ hæmorrhoides ſalutares* ib. 1640.

Jac. Regnault & J. *de* Monstroeil *E. licet medico in morbis periculoſis periclitari* ib. 1640.

Fr. Pajot & Car. *le* Breton *E. ſcirrhus hepatis ſanabilis* ib. 1640.

J. Jac. Cousinot & Petr. Bourdelot *Non E. calculus in rene aut veſica aliquo liquore ſolvi poteſt* ib. 1640,

Petr. Seguyn & Fr. *le* Breton *E. quadrageſimæ jejunium animis corporibuſque curandis ſalubriter inſtitutum* Pariſ. 1640.

Petr. Yon & Touss. Fontaine *Non E. arabica uſtio iſchiadi convenit* Pariſ. 1640.

DC. Varii. ad a. 1640.

Andres Fernandez *de la* Fuente *diſcorſo ſopra la nieve* 1640. C. de V.

Codex MS. a. 1640. *to ſtrenghten the memory: for the dropſy: for the cough: for the ſtone* Cod. MS. Ashmole.

Joseph Couillard *in obſervations jatrochirurgiques* Lion 1640. 8. * aliqua medica habet, vermiculos per lotium egeſtos, anthracem peſtilentem prope aſperam arteriam ſanatum, in aſthmatico pulmonem undique adnatum, empyema inciſione ſanatum &c.

§. DCI. Facondinus Angelinus.

Ariminenſis. Liber, quem indico, duobus locis inſcriptus eſt a. MDCIXL. quos numeros interpreteris 1641. Solent autem ſcriptores bibliographi annum ei adſignare 1650, alii 1649. Acuti ingenii ſcriptor, neque omnino experimenti expers.

expers Hic *methodum pro venæ ſectione eligenda* dat, neque enim, quod promitit opus *de ſcopo ſectionis venæ*, prodiiſſe puto. Præter Galenicæ ſcholæ opinionem primum oſtendit, venæ ſectionem non indicari, quæ ſemper noceat ob ſpirituum jacturam, cæterum nonnunquam admitti debeat, quia minus tunc malum ſit. Venæ ſectionem evacuare humores non ex proximo ſolo, ſed ob continuitatem partium etiam ex remotis, etiam a ventriculo & ab inteſtinis, cum ab hepate trahat, hepar a ventriculo & inteſtino. Deinde deobſtruere. Præfert hanc evacuationem aliis, quando ſubito curandum eſt, & cucurbitulis aut hirudinibus, quæ nimis ſint minutæ. Iterum quando refrigerandum eſt, venæ ſectio celerius refrigerat quam lactuca & alia id genus. Revellit utique, & celeriter. Deobſtruit etiam glandulas & viſcera, non perinde tamen eodem cum commodo. Exempla emaciationis abſque phthiſi, potiſſimum etiam a gonorrhœa. Sanari poſſe cui ſanguis corruptus fuerit, & totus in febre maligna diſſolutus.

§. DCII. Thomas Bartholinus.

Senioris Caspari filius, & Finkii ex filia nepos, avi auxilio in longis peregrinationibus per univerſam eo ævo cultam Europam, ſuſtentatus eſt; juvenis ad honores cathedræ promotus, per inventa vaſa lymphatica celebris, anno, non ut Merklinus 1665, ſed 1680. anno ætatis 65 denatus, calculoſus, ſed honoratus & Regi gratioſus, inciſor, literator, collector, idem ſuo ævo ex celeberrimis medicis fuit. Praxi clinicæ peculiari cura ſe dediſſe vix putes, qui in prædio maturiori ætate multum ſibi placuerit. Incendio bibliothecæ afflictus fuit, cætera felix. Initia literariæ palæſtræ viri polygraphi facio ab anatome parentis, quam a. 1641. recuſam dedit. Inde per ipſam ſuam peregrinationem, dum varias Europæ regiones obibat, ſolebat ſubinde libellos edere aliquos, non omiſſis etiam mere chirurgicis. Huc *anevryſmatis diſſecti anatomica hiſtoria* Panorm. 1644. 4. *.

Sic *de unicorum obſervationes novas* Patav. 1641. 8. recuſæ filii auctoris cura redierunt Amſterd. 1678. 12. *. Vires alexipharmacæ & veneno contrariæ, quas Hafniæ experimento confirmatas non omnino nullas fuiſſe teſtatur. Sudorem, certe movere, quo etiam ſolutum hydropem reducit. Equi cornuti: collectio eorum quæ de cornubus unquam dicta ſunt. Ungues monſtroſi.

Diſputatio inauguralis fuit *de phrenitide* Baſil. 1645. 4.

De monſtris in natura & in arte Baſil. 1645. 4. & in *collectione orationum*.

De angina puerorum Campaniæ Siciliæque epidemica exercitatio Neapoli 1653. 8. *. Pariſ. 1646. 8. L. cum Ren. Moreau *de laryngotomia*, integer libellus. Vidiſſe ſe cerebrum pueri in limpidiſſimam aquam contabuiſſe. Poſt vulnus capitis, ut videbatur, leve, mors ex cerebri abſceſſu. Pulmonem & cor abſceſſus diu

diu ferre. In angina puerorum Meſſanæ venæ ſectionem CASTELLO non bene ceſſiſſe.

Ej. *de antiquitatum veteris puerperii ſynopſis* Hafn. 1646. 8. auctus Amſterd. 1676. 12. *. fere philologici argumenti eſt. Filius a. 1696. edidit.

Ej. *de luce animalium* libri III. Leid. 1647. 8. Hafn. 1669. 8. *. De putreſcentibus carnibus quæ lucebant.

Ej. *de cruce Chriſti hypomnemata quatuor*, 1. *de ſedili medio*, 2. *de vino myrrhato*, 3. *de corona ſpinea*, 4. *de ſudore ſanguineo* Hafn. 1651. 8.

Ej. *paralytica novi teſtamenti medico & philoſophico commentario illuſtrata* ib. 1653. 4. Baſil. 1662. 8. Lipſ. 1685. 8. TR.

Ej. *oratio in obitum* OLAI WORMII, qui amitam BARTHOLINI in matrimonio habuerat, Hafn. 1655. 4. & in operibus WORMII.

Ej. *de variolis hujus anni epidemiis* Hafn. 1656. 4. *. Utique malignæ erant, neque eo minus noſter calidis medicamentis uſus eſt. Redit in *Ciſta medica*.

Ej. *diſpenſatorium Hafnienſe* Hafn. 1658. 4. TR.

Ej. *oratio in obitum* HENRICI FUIREN Hafn. 1659. 4.

Ej. *hiſtoriarum anatomicarum centuria I. & II.* Hafn. 1654. 8. *. Haag etiam & Amſterdam, certe in titulo. Belgice *Cent.* I. II. Dordrecht. 1657. 8. Germanice vertente GEORGIO SEGER Francf. 1657. 8. Plurimi morbi memorabiles, quorum cauſa in aliquo vitio corporis per inciſionem inventa fuit. L. I. hiſt. 2, hepar in hydrope inſons. Hiſt. 11 ſubito ſuffocatus a carnis buccea. Hiſt. 19. vomitus in prægnantibus ſanguineus: hiſt. 23 urinæ incontinentia, & penis tumidus a tumore veſicæ urinariæ & recto inteſtino adnato, ſolido, in quo cellulæ, quarum aliquæ ſanguine plenæ fuerunt. Steatoma quaſi a vitio pituitæ natum veſicam compreſſerat: Hiſt. 28 hydrocephalus cum fatuitate: hiſt. 30 abſceſſus in dorſi ſpina, quem cum ligaſſent, mors ſupervenit (ſpina ut puto bifida): hiſt. 34 ſudor arenularum. H. 45 mors ſubita, cum cor ampliſſimum eſſet, auricula dextra ampliſſima, ſiniſtra vix nuci æqualis. H. 50 in hectico cor & potiſſimum caveæ dextræ latiſſimæ, ſiniſter ventriculus durior, os in aortæ principio, cordis figura, friabile, & ſiccum pericardium. H. 52 Vomitus rerum abſurdarum, fraudulentus, ut vereor. Hiſt. 60, empyema cum extus ſe offerret, apertum, pus per alvum decedens, fine funeſto. H. 64. poſt variolas & acrem dolorem capitis, vermis in cerebello niger, teſte G. PATINO. H. 68, morbus calculoſus ipſius BARTHOLINI. H. 69. pes gangrænoſus ſponte delapſus. Hiſt. 78, cornu in fronte feminæ exſtirpatum, aliud in capite omnino duodecim digitorum longitudine. Hiſt. 81, 82, macula & tumor in pede epilepticorum. Hiſt. 84, a ſomno omnino triduano a laudani granis 16 in febre continua ſalus. Hiſt. 89, in urina vermiculi. Hiſt. 93, convulſio indeque linguæ ſuperſtes paralyſis febri tertianæ finem

impoſuit. Hiſt. 94, mors matris & fetus a tumore duro uterum claudente. Hiſt. 95, triplex quartana.

Centuria II. H. 4, ſingultus quatuor annis perdurans. H. 6. in gangræna uteri carnes quaſi deceſſerunt cum lapillis. Convaluit femina, ut etiam conciperet. H. 13, cornu ex hypochondrio ovis pullulans. H. 14 phthiſis pulmonalis cum febre, ut interim corpus non tabeſceret. H. 19, calculus bifurcato ramo pelvim obſtruens, hepar plenum abſceſſibus, meſenterium totum ulceroſum, hæc in tabido. H. 28. uterus ulceroſus & gangrænoſus peramplus, cavum exiguum ſanguine coacto plenum. H. 36, ex SEVERINO gonorrhœam etiam decennalem ſe vidiſſe, ſedem in ulcere. H. 37, a nucleo diu in pulmone retento phthiſis ſanabilis. H. 39. febris lenta, cauſa mortis in pancreatis ulcere. H. 45, in URBANI VIII Papæ cordis ſiniſtro ventriculo oſſiculum & quinque lapilli veſiculæ felleæ. H. 47, ſpecies ſerpentum Braccianenſium. H. 52, urinæ ſuppreſſio funeſto 31 die eventu. Tubercula dura quaſi glaudulosa ad veſicæ exitum. H. 54, ductus cyſticus calculis plenus. Iterum ex hepate per ductus obſtructo biliario vicinos bilis & calculus in duodenum ibant. H. 59, vomicæ pectoris aliquæ ex contuſione. H. 60, ſteatoma uteri. H. 64, in hydrope, inciſo ſcroto gangræna ſupervenit. H. 65, diarrhœa & dyſenteria epidemice dominantes. H. 66, hydrops thoracis, membrana pulmonis externa ſeboſa mire craſſior. H. 67, multæ hydatides per hepar, meſenterium, lumbos porcorum. Hiſt. 68 Febris epilepſiam ſuſtulit. H. 86, inter duram & piam meningem oſſiculum. H. 92, in epilepſia lethali ſanguis coacervatus in ſuprema parte cerebri.

Ej. *Centuria* III, IV. Hafn. 1657. *Cent.* III. H. 1, cum abortu gracili mola fibroſa. H. 4, in quartana bono eventu icterus ſupervenit. H. 6, quæ prægnans credebatur, præpinguis fuit, ventriculo duro, hepate grandi, pericardio ſicco. H. 16, ſanatus qui veſicatorium ex cantharidibus per errorem devoraverat. H. 17, polypus cordis dextri, valvulis implicatus, ramis ſuis in arteriam pulmonalem protenſus. In ſiniſtra etiam auricula & in aorta longus ramoſus polypus, tum in falciformi ſinu. H. 19, lochia per alvum. H. 23, hydropico per poros abdominis aqua exſudante aliquamdiu mors dilata. H. 34, in puero calculoſo lapilli in vena emulgente, tum in renibus. H. 35, in alio calculoſo veſica multo craſſior, ren alter conſumtus, alter pure ſcatens. H 37, ſanguinis ſputum ſalutare. H. 39, ſpaſmi quotidie periodice recurrentes. H. 43, diuturna & moleſtiſſima linguæ intumeſcentia. H. 48 artuum poſt febres abſceſſus. H. 56, flamma ex ore ruſtici erupit, qui ſpiritu frumenti abutebatur. H. 60, peſtilentia Hafnienſis anni 1660. Sæpe orthoſtadii incedebant, ſe ipſos ſarcophago claudebant. H. 68, in febre maligna funeſta, ventriculus ſponte fere lacer. H. 77, dolores colici non remiſſuri, quoad tophi de alvo deceſſiſſent. H. 80, in epileptica 5 aquæ in calvaria libræ. H. 84, puellæ Groenlandicæ variolis correptæ, frigida copioſiſſime pota convaluerunt. H. 94, ſanguis in univerſis vaſis concretus; qui in memoriam revocat ſimillimi mali, quod optimum DICKIUM abſtulit,

ſtuit, poſt inſuperabiles angores & hæmorrhagias narium perpetuas. H. 98. Ramoſum pituitoſum concrementum de aſpera arteria expulſum.

Centuria IV. H. 3, Crus alterum paralyticum, idem convulſum. H. 7, vermiculi in epileptica, bicornes, lanugine obvoluti. H. 11, calculi per anum editi. H. 17, pus & ſanguis de pulmone rejectus, abſque vitio pulmonis. H. 25, hydrops ſanatus. H. 50 variolæ epidemicæ anni 1656. H. 63 bubo peſtilens ad inteſtinum perforatus, H. 64, Lapis in utero. H. 68, clyſter in ventriculum penetrans. H. 72, iterum in lotio vermes. H. 96 poſt longum morbum abſceſſus in meſenterio.

Cent. V. H. 6. Pleuritides anni 1657. H. 7, a fuſtigatione pulmo purulentus, phthiſis.

Ej. *centuria* V & VI. Hafn. 1665. 8. *. In catalogo operum lego 1660. In auricula cordis dextra late diaphragmati adnata, in corde polypus. H. 18, viro erudito ab ulcere tonſillæ tabes, mors. H. 23, ab hypercatharſi mors. H. 26, Excutia ventriculi. H. 30 maraſmus ex diabete urinæ tenuis. H. 50, hiſtoria corticis Peruviani. H. 62 ex colica icterus. H. 66, a vitro devorato & impacto magna mala. H. 82, utiliter data tinctura cantharidum in lotii ſuppreſſione.

Ej. *Centuria* VI. H. 2. In dyſentericis inciſis ulcuſcula inteſtinorum. H. 7, in febre petechiali vinum utiliter propinatum. H. 12, vomica pectoris ſponte rupta & feliciter repurgata. H. 38, Venter obſtipatus, ileon gangrænoſum & connatum. H. 40, oſſa mollia, quem morbum noſter ex primis recenſuit. H. 62, maximum apoſtema maxillæ inferioris. H. 66, clyſter tabacarius. H. 84, in hydatidibus hydropicorum ſubſtantia adipoſa. H. 91 cerebrum bovis lapideſcens.

Ej *de nivis uſu medico obſervationes variæ* Hafn. 1661 8. *. (in catal. oper. 1660). Nivis utilitates variæ. Uſus adverſus peſtem & febres ardentes in Sicilia notiſſimus, quem etiam Vallesius & Mercatus Hiſpanis commendarunt. Uſus in aqua refrigeranda; etiam medicamenta. Convenit calido ventriculo, cardiogmo a cibo, alvum movet, colicis in doloribus, tum aliis. In peripneumonia, priapiſmo, ambuſtis, ad anevryſma. In podagra laudat, quæ ſolvat arthritidem. Ad perniones. Noxæ, mala inde nata. Oculis nocet Facit bulimum. Inde bronchocele. Pectori inimica, alia mala; non debet confeſtim bibi.

Ej. *Ciſta medica Hafnienſis, variis conſultationibus, caſibus vitisque medicorum Hafnienſium referta* Hafn. 1661. 8. Magna varietas, fere ad hiſtoriam medicinæ Danicæ facientium. Cenſus profeſſorum ejus academicæ eorumque operum, inſerta paſſim opuſcula etiam vetuſta. Inſerti libelli doctorum Hafnienſium, Petri Capitanei, T. Brahe de elixirio peſtilentiali, Andreæ Krag de remediis chymicis, Conſilium pro peſte a. 1619, 1637, 1654. a Collegio medico Hafnienſi editum, tum C. Bartholini. Leges pro pharmacopœis, Henrici Custer remedia, Petri Payngk *conſ. de eryſipelate*, Tancredi Lælii *curationes. Conſilium ad morbum navalem*. Georgii Krug *ad febrem petechialem*, Collegii medici conſilium de febre maligna anni 1645. de ſcorbuto, de dyſenteria. Vita & opera Ha. Junii, J. Pratensis, J. Francisci, Corn. Hamsfort, Jacobi Bording, Petri Severini, Drudæ Thorschmeden, Andreæ Lymvici, Jac. Hasenbart, Andreæ Christierni, Gellii Sasceridis, Georgii Fuiren, C. Bartholini, Jacobi Fabricii. *Statuta ordinis. Chirurgus imperitus repreſſus.* Forenſia aliqua; lites etiam Tancredi Lælii & Tychonis Brahe de male curata uxore ſua querentis. Jalapina medicamenta nimis vehementia (cum moſcho) improbata. Ej. reſp. de homine per mercurium ſublimatum occiſo. Thomæ Payngk *medicamenta chemica ſecretiora.*

Porro Ej. Thomæ Bartholini *de diuturna graviditate* obſervatio in *collectione* Amſterd. 1662. 12.

Ej. *de pulmonum ſubſtantia & motu diatribe* Hafn. 1663. 8. *. Leid 1672. 12. Anatomici argumenti, aliqua tamen medica. Mortes ranarum ex illata pice. Pulmo frequenter & in variis morbis niger.

Ej. *Epiſtolarum medicinalium Centuria I. & II.* Hafn. 1663. 8. *. Grata varietas eſt, eorum primo, quæ longa peregrinatione ad patronos noſter ſcripſit, deinde eorum quæ diſcipuli ſuo tempore perinde alias regiones viſitantes ad Bartholinum ſcribebant; aut aliqui docti per univerſam Europam viri cum noſtro communicabant. Hactenus Bartholinus, quam ego, felicior fuit, quod ſuarum propriarum epiſtolarum exempla ſervaverit. Plurima anatomici ſunt argumenti, aliqua tamen etiam medici, & multa ad hiſtoriam literariam ejus ævi liteſque doctorum virorum pertinent. Ipſius Bartholini de Scribonio & Celso, quorum editiones Rhodius parabat. Moraeum bonum Scribonii codicem a Salmasio acceptum habere. Ep. 9. de Riverii ſumma fama florentis ad tremores medicamentis, & porro ep. 10 de academia Monſpeſſulana. Exemplum conſultationis medicorum Monſpelienſium. De carnibus noctu lucentibus multa ipſius B. multa F. Liceti, mera ratiocinia. Ep. 43 de medicis Romanis anno 1643 florentibus, ſic de medicis Neapolitanis. Ep. 49 Bezoar minerale Hier. Claramontii, & codices aliqui non maximi momenti, de manna, de curandi ratione aliqua, de vino tenui Surrentino, quod in febre bibatur. Ep. 50 conſilium de principe, ob luem veneream ſuſpecto, cum pulſatione totius lateris ſiniſtri. Ep 51 medici Meſſanenſes; frequentem hic anginam puerorum eſſe, & in parentes tranſire, qui pueros cuſtodiant. Ep. 54 de ſchola Salernitana, hactenus adhuc privilegio gaudente, ut ii juvenes, quos laurea ornaverit, per totum regnum medicinam exercere poſſint. Imputari Salernitanis, quod ſalubres ſudores cientem ſpecum Puteolanam deſtruxerint. Ep. 55 de vomitu nephritico; jam tunc enim di-

rus hoſtis docti juvenis BARTHOLINI viſceribus inſidebat, quem poſt 36 annos occidit. FERNELII epitaphium virum certe anno 52 ætatis exſtinctum teſtatur: neque tamen lapidi GOVLINUS credit. In T. II. Ep. 22 Siculos poſt medicamentum plurimam aquam frigidam dare. Ep. 53 ſe ipſum ſalubri effectu in febribus eam exhibere. Ep. 58 de gibba. Ep. 100 Ungues monſtroſi hominis.

EJ. *diſſ. nova de inſolitis partus humani viis* Hafn. 1664. 8. *. Argumenti potius chirurgici. Molarum aliqua miracula & fetus ventrales, occaſione feminæ, quæ fetum, octodecim integris annis retentum, demum per hypochondrii abſceſſum ediderat. Ipſe nunc B. omnes per alienas vias editos fetus colligit.

EJ. *de cometa conſilium medicum* Hafn. 1665. 8. *. De aſtrorum in corpus humanum influxu, credulus nimis. Mira præſagia cometarum. Fetus deformis Turcicæ mitræ in capite ſimilis. Hydrocephalus, etiam in ventriculis cerebri poſterioribus Menſium diuturna ſuppreſſio; inſania, ut pene totam vitam in balneo frigido tranſegerit, cum ſatyriaſi & pollutione perpetua.

EJ. *de medicina Danorum domeſtica diſſertationes X cum vindiciis & additamentis* Hafn. 1665. 8. *. Scopus eſt oſtendere, Daniam ferre, quod ad alendos & ad curandos cives ſufficiat. Ad diætetica & rem medicam. A cereviſia fieri, ut Dani podagræ ſint obnoxii: viciſſim ex OLAO, calculos etiam nucis mole ejicere, neque tamen Danos ex calculo laborare. Butyri utilitas. Herbæ medicæ, ſed ea ſunt alterius loci, pauca tamen decerpam. Succus roſarum expreſſus ad aſthma. Aquæ ſalutares Seelandiæ: thermæ Islandicæ. Aqua etiam acida caput petens. In febribus ſiticuloſis utilis chamæmori ſuccus, neque citro cedit. Lichenis Islandici decoctum inter purgantia. Fuſe de ſcorbuto. Ab Italis & Gallis fere inconcinne curari, frequentem tamen circa Arelatem eſſe, ob aquas putridas; ſic Raguſii, neque a medicis curari poſſe. In Norwegia curant copioſo uſu chamæmori, quo ſolo ſæpe ſublatus fuit: Baccæ eduntur, aut conditum. Veteres Norwegi Angelicæ caulibus utebantur. Plurimum ſcorbutum ſubnaſci a piſcis præpinguis *hollefisk* uſu, nullo cum admiſto ſale. Quoties ſcorbutus cum aliis morbis complicatus eſt, nunquam ii morbi ſanatur, niſi ſublato ſcorbuto. WALDEMARUS IV. podagricos pedes frigidæ immerſit. Hordeum coctum quoad molleſcat, inſeſſum fotumque dat, ad hæmorrhoides proficuum, utuntur etiam fotu & decocto lichenis muralis gypſei. Superſtitioſa multa domeſtica, etiam deteriora & noxia. Sic ceruſſa ante paroxyſmum tertianæ data, ut vomitum moveat. Multa laus veri unicornu. In Islandia viceſimo quoque anno variolæ ſæviunt. Ex alga (fuco) marina ſalem ſibi culinarem Norwegi parant, lixivum equidem. Non valde laudat theriacam, cui indigenas plantas ſubſtituit. Decocta cum Saponaria adverſus luem veneream. Coluteam ſennæ folliculis ſubſtituit. Terræ aliquæ, ſigillatæ ſimiles. Sperma ceti fumi ex cerebro balænæ *Dögling*. Grœnlandi in Daniam tranſvecti mutatis cibis, coctiſque loco crudorum ſubſtitutis, tum deſiderio ſuorum continuo contabuerunt. Lactis in podagra efficacia confirmata.

Acetaria ex tenerrimo lupulo meſenterio ſalutaria. Panis corticeus Norwegorum. A potu parciori in femina alvus dura. Cimbri ad cereviſiam tamariſcos pro lupulis addunt, laudante noſtro. OLAUS I. primus a. 1023 hominem colli apoſtemate (vel ſtruma) laborantem tactu ſanavit. Petroſelinum gravidis tamen & convulſis nocere. Puerperæ omnino debent a partu abdomen adſtringere, ut ſuffocationem avertant. Novam in regno artem medicam eſſe, neque ante annum 1400 medicum in Dania fuiſſe. Aperto ſepulchro vetuſto, auctor furti corrupto pulmone periit, cum odorem triduo integro de manibus non potuiſſet delere. Certum numerum variolarum Dani ab ægroto redimebant, inde redibant plerumque deteriores variolæ. Mors pene ſubita ab aquæ cephalicæ nimis copioſo potu. BARTHOLINUS, cum filio ob populare præjudicium venam ſecare non ſuſtineret, ſponte ad ſelibram ſanguis optimo ſucceſſu erupit, & una variolæ prodierunt. In tertiana hæmorrhagia etiam ſaluti fuit.

In *Vindiciis Danorum* varia. Non placent tamen curatio ſtomachici, cui ventriculum repoſuerunt, neque viperæ angelica fugatæ.

EJ. *Epiſtolarum medicinalium Centuria* III. & IV. Hafn. 1667. 8. *. prima epiſtola eſt anni 1660. Ipſe BARTHOLINUS in Ep. 2, hepar ſcirrhoſum vidit, cum florido corporis habitu. Ep. 5 poſt obſtructionem alvi quindecim diebus pertinacem, fæces alvi porro per ſcroti abſceſſum prodierunt. Ep. 8. de fetu Muſſipontano, de molis, quas vidit editas, de cerebro lapideo Suecico & Danico. Ep. 14, doloris in capite cum utero conſenſus. Ep. 16. Incredulo PATINO teſtem ſe dat, vitrum antimoniatum feliciter datum fuiſſe. Ep. 28 calculi ex utero rejecti. Ep. 29. in principe Auriaca a variolis peremta, abſceſſus pulmonis erat & hepatis. In infante maximus tumor carnoſus imi dorſi (ſpina, ut puto bifida). Ep. 32 medicorum aliqua excuſatio, & dignitas. Cæterum miror, cum ſuis hepatis extiſpiciis, epitaphiis &c. Cl. virum, cum ſubrueret theoriam principem ſcholarum medicarum, nulla majora odia paſſum eſſe, aliæ enim cauſæ eorum fuerunt, quibus BILSIUS, & quibus RUDBEKIUS animati fuerunt. Ep. 40 manifeſtior hernia ſpinalis. Ep. 42 ſe in ſemitertiana aliiſque malignioribus febribus inteſtina tenuia gangrænoſa reperiſſe. Ep. 60 Morbus ſuſpectus magicus, ungues, pili circumvoluti, globuli ferrei, ſtannei, ligna, omnia per vomitum rejecta. Ep. 80 iterum de ſuo calculo, a ſola aqua corticum fabarum ſe levamen percepiſſe. Ep. 86 Exempla calculorum felleorum numeroſorum. Febrium intermittentium ſedem utique eſſe in tenuioribus inteſtinis. In femina a febre maligna cum vomitu exſtincta, vidit ventriculum inflammatum, ileon inteſtinum gangrænoſum. Ep. 90 In pulmone varioloſi principis inflammatio.

Cent. IV. Ep. 6 hemicrania in nephritico. Ep. 12 Florentiæ aliqua. M. ſ. codices RUFI Epheſii poſſideri diverſos ab iis, quæ TURNEBUS edidit. Ep. 14 Emplaſtrum de cicuta in magno liene plurimi facit. Ep. 21 mors ex iſchuria die 24 poſt convulſiones. Ep. 29 a vulnere gangræna meſenterii, ſcroti, ventriculi. Ep. 33 In hydrope ſcirrhoſa durities pedum & ventris. Ep. 34 in dyſenteria cruentas de-

jectiones non nocuiſſe. Ep. 39 Agyrtæ antinephriticum ex allio medicamenta omnino non debere ſperni. Ep. 41 Metaſtaſis bubonum peſtilentium, qui ſanati ſunt utique, ſed ſucceſſerunt inſultus epileptici. A colica paralyſis, ab iſta convulſiones, iſtæ lethales. Ep. 44 Panis piſtus & buccellatus MAURITII (quis?). Rigorem calorem præcedere, & primum in febre adparere. Ep. 54 Feliciter noſter tinctura cantharidum in gonorrhœa uſus eſt. Ep. 57 Utique pus pleuriticorum per lotium & per alvum decedere. Ep. 58 Noduli in hydropici abdomine. Ep. 61 aliqui errores LINDENII: RHODII CELSUM ſe poſſidere. Ep. 65 Convulſiones ſympathicæ. Longa paralyſis in funeſtam apoplexiam terminata. Scrofulas diverſarum partium fere conjungi. Ep. 69 conſilium pro ſcorbutico. Ep. 73, utique purulenta ſputa phthiſicorum pleraque ex pulmone ſunt. Ep. 77 cui pars anterior aſperæ arteriæ convellitur. Ep. 79 de VORSTII promiſſo THEOPHRASTO. Ep. 85 de CELSO RHODII. Ep. 87 in dyſenteria vidit inteſtina rupta, lacerata, exulcerata, & diu ſuperſtes puris profluvium. Ep. 95 defendit HIPPOCRATEM adverſus G. F. LAURENTIUM.

EJ. *operum ſeries Metro reddita* a CHR. FRISIO. Hafn. 1663. 8.

EJ. *Orationes varii argumenti* Hafn. 1668. 8. * breves omnes & pleræque philologicæ. Ad medicinam *de theologiæ & medicinæ adfinitate* 1679. EJ. huc faciunt *de morte* VESLINGII, & *oratio de artis medica difficultate* 1653, *de* WORMII *exſequiis duæ*, — *de variolis* jam dicta, *de ſecundarum retentione* a 1647. *Viaticum medicum* J. H. PAULI. *In obitum* H. FUIREN 1655. *Elogium* NICOLAI BENSON. *Medici ſtudii commendatio* 1661. *Teſtimonium medici diſcedentis* — 1662, & aliud 1663. *De guttæ laudibus. Nihilum medicum.*

EJ. *de chirurgia infuſoria epiſtola* — Francf 1665. 12. cum HORSTII judiciis.

EJ. *de oculorum ſuffuſione* Hafn. 1669. 4. * ad BURRHUM

EJ. *de medicis poetis* 1669. 8. *. Ex variis Poetis excerpta, quæ ad medicinam faciunt. Cantilenæ Islandicæ, quibus dæmon ſe paſſus ſit expelli. De fectis medicis amiſſis, & ſuperſtitibus.

EJ *carmina varii argumenti* Hafn. 1669. 8. * inter ea etiam in varios medicos, VESLINGIUM, ELICHMANNUM, alios verſiculi. In aves, animalia, ſceletos.

EJ. *Oratio in obitum* J. MULENII 1669. 4. *.

EJUSDEM. *De bibliothecæ incendio ad filios* Hafn. 1670. 8. *. Jen. 1709. 8. quæ maxima noſtro calamitas accidit. Una perierunt centuriæ III epiſtolarum, VEGETIUS RHODII, CELSUS RHODII, cum codicibus, *Vaticano*, *Placentino*, *Veneto*, *Mediolaneaſi*, aliis collatus, & a THOMA ad libri V finem perductus: BARTHOLINI *anatome practica ſive corporum morboſorum*, utiliſſimum ſcriptum,

liber de morbis lymphaticis, *medicina Danica inquilina*, cujus etiam ſpecimina aliqua producit, & curatam a ſe ipſo gangrænam abſinthio cum aqua marina decocto; curatam ſpiritu frumenti cum flore paralyſeos paralyſin, curatas pleuridides hordei decocto, ſcorbutum trifolio aquatico, hydropem turionibus ſambuci. Porro perierunt *Bibliotheca anatomica*, collectanea *de pygmæis*; *apologia pro Pharmacopœa Danorum*; *de gloſſopetris melitenſibus*; *de morbis fungoſis*; *antiquitates medico neceſſariæ*; *miſcellanea*; *arcana medica*; PETRI CLAUDII UNDALINI *codex de animalibus Norwegiæ*; *Notulæ in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos*; *in* AURELIANUM *ſcholia notulis illuſtrata*; RHODII *l. de ponderibus & menſuris*; *notæ & emendationes* EJ. *in* VEGETIUM; SIMONIS PAULI *anatome crocodili*; JAC. HOLSTE *de febribus*. Una hic excuſus eſt *catalogus librorum* TH. BARTHOLINI.

EJ. *de flagrorum uſu medico* Francof. & Hafn. 1670. 8. *, cum utriuſque MEIBOMII ejuſdem argumenti libellis.

EJ. *medicus perfectus in mortem* PAULI MOTH *archiatri* Hafn. 1670. 4. *. Viri gravis & prudentis elogium, vita & peregrinationes.

EJ. *quæſtiones nuptiales* Hafn. 1670. 8. *. Ad nuptias magni illius SCHUMACHERI, qui PETRI a GREIFFENFELD nomine Daniam rexit. Aliqua ſemijocoſa, ſemiſeria. An medico in nuptiis locus ſit; ſervi medici, etiam lapides aliqui.

EJ. *de ſimplicium medicamentorum inquilinorum facultatibus cognoſcendis* Frf. 1671. 8.

EJ. *de theriaca in officina* HEERFORDI *diſſ.* Hafn. 1671. 4. *. diſſ. I. Formula. De medicamentis ſimplicibus & compoſitis, quæ theriacam ingrediuntur, deque illorum ſelectu. Antidotus MATTHIOLI.

Diſſ. II. *De theriaca in officina* J. GODOFR. BECKER Hafn. 1671. 4. *. Iterum formulæ, lis de balſamo, ejuſque bonæ notæ.

EJ. *de confectione alkermes, quam* J. G. BECKER *diſpenſare conſtituit* Hafn. 1672. 4.

EJ. *de morbis biblicis miſcellanea medica* Hafn. 1671. 8. Francof. 1692. 8. *. Breves expoſitiones locorum in S. S., qui utcunque ad medicinam faciunt, neque unice morborum, brevibus diſſertatiunculis 27. Opiniones fere aliorum exponit, & optimam lectoribus eligendam relinquit.

EJ *de viſitatione pharmacopæorum programmata duo* Hafn. 1672. 4. & 1673. 4.

EJ. *de tranſplantatione morborum* ib. 1673. 4.

EJ. *de ſanguine vetito diſquiſ. medica* ib. 1673. 8. *. Sanguinis eſu etiamnum Chriſtianis interdictum eſſe, nunquam adeo interdictum abrogatum, qui LEONIS etiam Imp. edicto iterato proſcriptus ſit.

Ej. *de peregrinatione medica* Hafn. 1674. 4. *. Ipſe magnus peregrinator, filiis ſuis & nepoti J. JACOBEO peregre abeuntibus ſua conſilia aperit. Doctorum virorum cenſus, qui eo ævo per Europam eminebant. Ut a chirurgis, etiam a pharmacopœis, a chemicis, diſcere oporteat. Italia, ad propriam Cl. viri peregrinationem, Roma, per utramque Siciliam Maltham uſque progreſſi. Salernum deſertum. Aquæ medicatæ. Singulatim docti viri Romani, Neapolitani. Alia naturæ dona, Neapolitana, ſaccharum, manna, herbæ ſpontaneæ. Siciliæ laudes, & DOMINICI SALÆ clinici inſignis. Cura valetudinis. Aquæ emendatio fere GORDONI.

In *anatome* ſæpe reformata, etiam quartum Leid. 1673. 8. *. paſſim practici argumenti aliqua intercedunt. In ovario veſicula limpida aqua plena, lapides in arteriis bronchialibus &c.

Ej. *de legendis libris diſſertationes* VII. Hafn. 1674. 8. recuſæ cura J. GERHARDI MEUSCHEN Haag 1711. 8. BUR.

Ej. *de anatome practica conſilium* Hafn. 1674. 4. *. De inciſione cadaverum morboſorum. Laudes noſodochiorum Italicorum, in quibus curandorum & incidendorum ægrotorum opportunitas plurima eſt. Balſamatio. Zootomia. Alia præſidia ad diſcendam medicinam; lectio etiam librorum, & ad eam conſilia. De Danorum ab anatome practica averſione queritur.

Varios aliorum labores edidit, LISETTI BENANCII *declarationem fraudum quæ apud pharmacopæos committuntur* Francof. 1667. 8. 1671. 8. CORNARIUM *de vita ſobria* Danice verſum Hafn. 1675. 8. MEIBOMII *de flagrorum uſu in re venerea*; J. VESLINGII *obſervationes & epiſtolas*: tum MOINICHENII, aliorum, etiam cum LYSERI editione 1665; RHODIUM *de acia atque de ponderibus & menſuris* Hafn. 1672. 4: *Catalogum & taxam medicamentorum officinalium* Hafn. 1672. 4.

Demum a. 1673. cepit edere *Acta medica & philoſophica Hafnienſia* T. I. pro anno 1671. 1672. Ad eorum actorum collectionem & ipſe ſuas ſymbolas contulit. Vol. I. obſ. 1, de balſamo & ſuccedaneis, quæ ei in theriaca ſubſtituto fuerunt.

Obſ. 4 arteriotome tentata ob dolorem immanem capitis, ſummo cum levamine.

Obſ. 5 diabetes ad 24 lb. urinæ, cum vix dimidiam bibiſſet.

Obſ. 7 mutitas ob tumorem colli & compreſſum laryngem, ſanata eo tumore remoto.

Obſ. 8 Hydrops hydaticus; ſcarifatio malleoli, abdominis paracenteſis, educta aqua viſcida; erat hydrops celluloſæ peritonæi telæ.

Obſ. 11 Equus regius, qui ob vermes in ventriculo nidulantes, ſpaſmo cynico perierat.

Obſ.

Obſ. 12 a reſecto humero tetanus etiam maxillæ.

Obſ. 13 Picem abietinam Norwegos in febre maligna dare.

Obſ. 14 Eryſipelati ſupervenit funeſtus lethargus.

Obſ. 16 ungues craſſi durique.

Obſ. 19 ſucci betulæ utilitas ad hydropem & calculum.

Obſ. 26 pro mola volatili ſceletus aviculæ.

Obſ. 33 Sphacelus cerebri in bove.

Obſ. 37 Maraſmus ſenilis apta medicatione ſuperatus.

Obſ. 39 Morbus extremus FRIDERICI III, lipothymia, anxietas, dolor lateris ſiniſtri.

Obſ. 45 In cephalalgia arenulæ de aure cum cerumine.

Obſ. 49 Morbi Feroenſium, catarrhus, febris ardens, ſcorbutus, lepra; hæc frequens.

Vol. II. anno 1673. Obſ. 3. Flatus collecti pro graviditate habiti.

Obſ. 6. In graviſſimo ſcorbuto putrido felix curatio.

Obſ. 7. Varia de hæmoptyſi. Vir qui ea ſuppreſſa deterius valebat.

Obſ. 13 Princeps morbo exſtinctus, qui pro maligna febre habitus fuerat, veſiculam in corde habuit.

Obſ. 20 a requie Nicolai infantis diuturnus ſopor, inde epilepſia. Femina quæ drachmam opii devorabat.

Obſ. 27 a ſyrupo emetico A. SALÆ alvus abſque vomitu mota.

Obſ. 28. Ab hepatis inflammatione ſingultus non compeſcendus.

Obſ. 35 a morte puerperæ ſpuma de utero prodeuns, tunc murmur, demum infans poſtridie prodiit calidus.

Obſ. 42 medici ſtudii brevis methodus & minima bibliotheca, & obſ. 42 Radix *Naput* Norwegica ad colicam laudata.

Obſ. 125 Pilula purgans per veſicam excreta.

Obſ. 126 Funeſta hæmorrhagia a numeroſis hirudinibus pedibus adhærentibus.

Porro *Act. Hafn.* vol. III. obſ. 28. In icterico hepar ingens ſcirrhoſum, ſphaceloſum. In veſicula fellis pro bile argilla. Venæ ventriculi diſtentæ poſt vomitum perpetuum, lien & pancreas ſcirrhoſum.

Obſ.

Obſ. 67 cornua duo in fronte mulieris.

Obſ. 68 Candelæ ſebaceæ fruſtum in hepate.

Ann. IV Obſ. 21. Cranium inter & cerebrum aqua cruenta, hepar durum, undique adcretum in bimulo; in veſicula pro bile materies ex nigro viridis.

Obſ. 29 Puer cum dolore purulenta mingit, ſic femina gravida, abſque malo.

Obſ. 33 Tria exempla funeſtæ in ſcorbuticis iſchuriæ: ex obſtructione renis etiam alterius, libero altero.

Obſ. 34 De urinæ ſignificatione. Nigra in febre urina ad uſque plenam remiſſionem, tum in aliis abſque malo reddita. Iſchuria expulſis duobus calculis ſublata. Pure per alvum & lotium fluente ſanata pleuritis. Mucus in urina tenuiſſimus, & ab eo mors, nullo cum calculo.

Obſ. 36 Ventriculi dolor & eroſio funeſti eventus; intus rubebat pene excoriatus, hepar duriſſimum, in veſicula bilis coagulata, in calculos abitura. In meſenterio cavitas ſero plena. Præceſſerant anxietas, alvus ſicca, vomitus.

Obſ. 42 De hortulano Holmienſi qui multis horis ſub aqua vixerat diſſertatio; noſter enim fidem narrationi adhibet.

Ann. V. Obſ. 1 Singultus diuturnus & inſanabilis.

Obſ. 3 M. AUR. SEVERINUM tophos gallicos curaſſe filis carptis in ſpeciem coni congeſtis, inconſis. Auguſtæ Vindelicorum arthriticos moxa feliciter uſos.

Obſ. 4 Conſilium medicum facultatis Hafnienſis de curanda dyſenteria Hafniæ a 1677 graſſante, adſtringentibus, calidis, terreis, ſi malignitas adfuerit, ſcordio.

Obſ. 9 Ab antimonio diaphoretico, ſollicite præparato, lipothymiæ, frigus partium extremarum, pulſus intermittens, convulſiones, tamen ut æger convaleſceret.

Obſ. 20 Quotidiana, quam habet pro duplici quartana; ſed & ſextuplex quartana.

Obſ. 21 vermiculus cum urina editus.

Obſ. 22 Illuſtris puer ſubito mortuus, ſanguine effuſo in cerebro & in pulmonibus.

Obſ. 25 In maraſmo ſcorbutico maculoſi facti ungues, bono eventu.

Obſ. 34 A cardialgia excuſſi 200 lanuginoſi vermes.

Obſ. 36 ſcriptio electarii adverſus fluorem album: longa eſt, limaturam chalybis continet, & aromatica. Bene eveniſſe additur.

Obſ. 128 Ex ſuppreſſo albo fluore carcinoma uteri funeſtum.

In *Ephemeridibus Nat. Curioſor.* etiam aliquas dedit adnotationes. Dec. I. anni 1. obſ. 37. In abſceſſu malæ oſſiculum.

Obſ. 51 hemicrania periodica.

Obſ. 52. ſanitas reſtituta, cum ſalivatio non perfecte reſpondiſſet.

Obſ. 101 mors ex pinguedine uterum comprimente.

E. N. C. Tom. II. aqua marina, cui incoctum abſinthium, ſuperata gangræna obſ. 2, & oſſiculum per urinam redditum obſ. 3.

Obſ. 162 diabetes ſive urinæ profluvium ad duodecim in diem libras, cum potu parco.

Obſ. 166 cæcitas a contortis oculis pro amauroſi habita, vomitu diſcuſſa.

Paſſim etiam aliqua ſubjicio amicorum, ſed ad BARTHOLINUM ſcripta.

J. F. TREUBLER medicus Norvegus. Ep. II. n. 15. hæmorrhagia narium compreſſa, emphyſema, inciſione facta materies prodiit purulenta, bono eventu.

Vermis de auribus eductus.

Infans variolis obſitus a morbo matris editus.

Cent. III. obſ. 17. ex abſceſſu oſſicula fetus repetito deceſſerunt, quem femina in utero retinuerat.

Ep. 55. In lue venerea ſalutaris effectus emplaſtri de mercurio cum ranis.

J. CHR. AGRICOLA Cent. II. n. 71. morbus in Anglia novus, cui ſedes circa receptaculum, cum ciborum faſtidio, doloribus inſignibus etiam mania.

PETRI SCHUMACHER (poſtea de GREIFFENFELD) Epiſt. 81. *Cent.* II. ampliſſimum abdomen puellæ, turgidum. Ep. 96. Reſtituta femina, quæ ſuſpenſa fuerat. *Cent.* III. Ep. II. Excutia ventriculi.

GASPAR SCIOPPIUS celebris ille criticus in *Cent.* I. Ep. 67. arcana aliqua chemica BARTHOLINO aperuit.

GUIDO PATIN *Cent.* IV. Ep. 33. Dyſenteria abſque febre in gangrænam abeuns.

Ep. 61. De PETRI PETIT ARETÆO qui ſub prelo ſit, de ſua ſimplici medendi ratione.

Vita viri plus ſemel prodiit, GEORGIO HANNÆO auctore Hafn. 1681. 4. B. BUNAU.

Alia oratio WILHELMI WORMII ib. 1681. 4. *.

Catalogum operum edidit ib. 1681. filius THOMAS, B. BUN.

§. DCIII. NICOLAUS TULP.

Conſul Amſtelodamenſis, inſignis clinicus, idem pro patria paratus mori, qui ut olim SCIPIO fugam meditantes cives Amſtelodamenſes a timidis conſiliis revocaverit, adque defendendam patriam excitaverit, annos nunc natus 79. Exiguus ejus liber eſt *obſervationum medicarum*, quarum in prima editione libri III, in poſterioribus quatuor numerantur. Prodierunt Amſterdam 1641. 8. *. 1652. 8. 1672. 8. *. 1716. 8. 1739. 8. *. aucta hic LUDOVICI WOOLZOGEN oratione funebri. Belgice Amſterd. 1650. 8. ab ipſo auctore verſa. Dictio maſcula, brevis & pura, abſque ratiociniis. Bona omnia, ut pauca de multis laudaſſe ſufficiat. L. I. C. 7. morbus adtonitus venæ ſectione ſuperatus. C. 8 morbus comitialis cum aphonia ſponte ſanatus, & alias per manantia capitis ulcera. C. 9, cauſa mali in eo morbo a ſiniſtra abdominis ſede adſcendebat, idem purgantibus medicamentis curatus eſt. C. 10, a vulva in alia adſcendebat. C. 13. Capitis dolor periodicus, & C. 15, ejus præſagium ex ſenſu deſcendentis mali a capite in pectus, hinc in ventriculum. C. 16 & 17, Chorea S. Viti & malleatio, hæc involuntaria, quinque menſibus continuata. C. 18, 19, imaginarii morbi. C. 20 longo a morſu canis tempore ſuccedens aquæ metus. C. 21. ſenex rabioſus, balneo eo adductus, ut ante mortem bibere poſſet. C. 22, Catochus ex amore. C. 24, hydrocephalus in puero; quinque in capite aquæ libræ repertæ, cerebrum compreſſum & deforme. C. 25, alias in dimidio capite aquæ collectio. C. 27, polypus cordis, cerebrum aqua plenum in apoplectico. Arteria aorta & vena pulmonalis polypo fartæ. C. 31, a nimio ſanguinis fervore, cruor per vomitum, per alvum, per nares ejectus, amauroſis: cum cucurbitulis, ferro candente & antimonio pugnaretur, viſus tamen non potuit redintegrari. C. 32, intolerabilis capitis dolor ſponte levatus, multo pure per nares effuſo. C. 33. dolor a capite ad pedem migrans, & viciſſim. C. 39, 40, aphonia a febre, a morbo nerveo, in femina ſputatrice. C. 42, Gula reſoluta. C. 43 qui undecim diebus in deſerto ſcopulo abſque cibo vixerunt. C. 44, morbus parum notus; tumor inter gulam & aſperam arteriam ſubnaſcens, & cibi iter intercipiens. C. 45, in femina ſimile malum gargariſmis ſuperatum. C. 48, gravis capitis dolor arteriotome ſublatus. C. 75, Cutis laxa, ut ſuper ſubjectos muſculos ad veli modum duci poſſet. C. 58, Lac ſanguini innatans de vena miſſum. C. 59. calculus ſeſcuncialis de inteſtino expulſus.

L. II. C. 2. Dolor pleuriticus a bile, ſputa flava, ſanata vena ſecta, id enim

auxilium hoc in malo neceſſarium eſſe noſter docet, etiam octies iteratum. C. 2 ſic in pleuritide puerperæ octies ſanguinem miſit animoſus. C. 3, Cum ſanguis fluere negaret, tuſſi imperata TULPIUS ejus fluentum reſtituit. C. 5, Plerumque paracenteſin pectoris in tabidis infeliciter cecidiſſe. C. 6, metaſtaſis in umbilicum, qui abſceſſit, felici eventu. C. 7, Putamen avellanæ circa caput aſperæ arteriæ hæſerat, & ſpiritum difficilem reddiderat, idem denique tuſſi ejectum eſt. C. 8 de deſiderio felici oſtreorum in marcore. C. 9. Diu abſque incommodo toleratum pectoris ulcus. C. 10 ſubito exſtinctus, qui de vomica pus egeſſerat. C. 11, Hæmoptoë triginta annorum ſuperata. C. 12, 13 polypus ramoſus de aſpera arteria ejectus eſt, C. 14 & de pulmone, iſte funeſto eventu. C. 15, hydrops pectoris, pulmone flaccido, auricula cordis adroſa. C. 19, Cordis palpitatio cum liene indurato. C. 21 bilis atra ſurſum deorſumque rejecta, funeſto eventu. C. 22 vomitus per octodecim menſes excrucians. C. 23, vomitus pituitæ intus ad caſei recentis modum albicantis, tenui involucro obductæ. C. 24 enormis halecum in gravida pica. C. 25 calculus arteriæ aortæ eam pertundens, ut nihil tamen efflueret. C. 27, pus de hepate abunde per os rejectum. C. 28, in homine hypochondriaco lien vehementer pulſans; & 30, ejus viſceris moles maxima. C. 31, ſudor ſanguineus in melancholica virgine C. 32, in hydropico jecoris abſceſſus. C. 33 Pro fetu & graviditate impoſuerunt duo tumores meſenterii, alter ulceroſus. C. 34, hydatides meſenterii. C. 35, malus effectus vini calidi in hydrope. C. 36, in eo malo icterus. C. 37, mors, cum in partu abſceſſus meſenterii ruptus fuiſſet C. 31, volvulus & nervorum funeſta contractio ab ira. C. 42, putat ſe in tænia (prima PLATERI) vidiſſe caput cum roſtello & oculo. C 46, diabetes intra aliquot menſes lethalis. C. 49, cum lotio vermis teres exiit, ruber; & 50, 51 alias numeroſi multipedes vermiculi; tum 52 capilli. C. 53 Ulcus veſicæ Spadanarum uſu curatum.

L. III. C. 1. feminæ gibboſæ miſera conditio, ut in ſitu incommodo ſolo perdurare poſſet, in genua & cubitos provoluta. C. 10, tumor inter anum & vulvam ſubnaſcens alvum oppreſſit, & veſicam, ægrotam occidit. C. 12, Ex inguine lumbricus proſerpſerat, abſceſſus tamen coaluit. C. 17, Poſt acres inteſtinorum dolores membrana inteſtini deceſſit, & C. 18 quotidie adeps. C. 24, Tabes dorſalis, non illa ex nimia venere, ſed ab acris pituitæ defluxu. C. 25, Coxæ dolor ſubnato abſceſſu ſolutus. C. 29, 30, hernia ſpinalis primum, ut putatur, hujus morbi in faſtis medicis exemplum. Lacera medulla ſpinalis, nervi per tumorem diſperſi, tumor funeſto eventu ligatus. C. 31 bilis utero circumfuſa, improbabile malum. C. 32 hydrops uteri, & 33, 34, fungus C. 42, ſudor per ſeptem annos perpetuus. C. 45, cui pulſus in dorſo manus, pollicem inter & medium dig. tangi debebat. C. 46, a ſcarifatione gangræna univerſi corporis, & 47 utriuſque pedis ſponte ſubnata, & 48 a febre. C. 49, atrophiæ brachii ſuctu cucurbitulæ ſubventum. C. 53, Poſt febrem quartanam omnimoda cibi abſtinentia. C. 55 incrementum enorme pueri quinquennis, ut 150 lb. penderet.

L. IV. C. 2, Epilepſia ex pollice pedis adſcendens. C. 4, a ſanguine humano abſorpto potius aucta. C 5, Beriberi paralyſios ſpecies, difficillimæ curationis, quam noſter calidis curavit. C. 8, membrana laryngis ſcreatu reddita. C. 10, a nimia frigidæ collutione, ut noſter putat, nervorum contractio, mens collabaſcens, & mors. C. 12, vermis de naribus excuſſus. C. 13 In eryſipelate hominis atrabilarii felix uſus hirudinum. C. 19 Palpitatio cordis, aquæ pericardii nimium. C. 30 Tuſſis decocto raparum ſanata. C. 23 Plumbea colica Pictonum, ſpiritus inde ſumma difficultas. C. 24, Singultus per duodecim dies ſub forma febris continuæ. C. 25, decocto trium pomorum colocynthidis epoto, æger vix multo oleo ſervatus. C. 26, Iſchuria undecim dierum in gravida, ſoluta calculo expulſo & abortu. C. 28, ſeroſus lumborum tumor. C. 32, Poſt quartanam febrem mors, & pancreatis ulcus. C. 39 Fetus fruſtulatim per anum excretus. C. 41 Secundæ retentæ, feliciter poſt medicamenta ejectæ. C. 43 Hydrops peritonæi, neſcio an non hic primum dictus. C. 44 Sic cornuum uteri ſ. tubarum. C. 46 Syncopalis febris a ventriculo. C. 51 Pes ſponte delabens. C. 51 Variolæ epidemicæ pernicioſiſſimæ. C. 52 Noxæ nimiæ venæ ſectionis, & C. 53. lectorum & medicorum. C. 56 Oleum ſulfuris in arthritide utile. C. 57 Caput inclinatum præciſo muſculo ſternomeſto ideo reſtitutum.

Subjecta ſunt brevia aliqua monita medica.

§. DCIV. Conradus Victor Schneider.

Profeſſor Wittebergenſis, vir doctiſſimus, magnus collector librorum, potiſſimum Italicorum, quos ſummo cum labore norat in unum ſermonem componere, ut quidquid quiſquam innumerabilium illorum ſeculi XV & XVI ſcriptorum in libris reliquiſſet, hic ſuis locis reperias.

Ej. eſt diſp. *de fluore alvi colliquativo* Witteb. 1641. 4. Riv.

Ej. *de capite diſſ. I.* Witteb. 1643. 12. *. A defectu ſuturarum catarrhos fieri ſuffocativos.

Ej. *de capite diſſ. II.* ib. 1643. 12. *. Adjecta eſt ratio medendi apoplexiæ.

Ej. *de oſſibus ſincipitis* ib. 1653. 12. * Fuſe de malis, in quibus ſincipiti ignis imponitur.

Ej. *de oſſibus temporum* ib. 1653. 12. *. Morbi aurium. Sectio temporalis arteriæ.

Ej. *l. de oſſe cribriformi, & ſenſu ac organo auditus, & morbis huc ſpectantibus, coryza, hæmorrhagia narium, polypo, ſternutatione, amiſſione odoratus* &c. Witteb. 1655. 12. *. De communicatione cerebrum inter & nares hic noſter dubitare

incipit. Sanguinem ex ſinubus cerebri per nares manare negat. Auxilia varia, etiam ſuperſtitioſa.

Ej. *de catarrhis* inſigne opus. *Liber I, quo agitur de ſpecie catarrhorum, & de oſſe cuneiformi, per quod catarrhum decurrere fingunt* Witteb. 1660. 4. *. Species catarrhi earumque nomina. Anatomica & viæ imaginariæ ſellæ pituitariæ. Noſter contra ſcholas omnes primus negat, dari aperta foramina in homine vivo, per quæ a cerebro ad palatum humores defluant, quo quidem invento optime de univerſa arte meruit, cum & receptum ab omnibus errorem deleverit, & infinitos alios pathologicos, etiam practicos, errores imis ex fundamentis ſubruerit, qui omnes huic hypotheſi innitebantur.

L. II. Cum primo prodiit, quo Galenicæ theoriæ catarrhorum perſpicue falſi evincuntur. Multum etiam hic eruditionis eſt, diligentiſſimus enim homo ad faſtidium uſque omnes priorum ſcriptorum opiniones recenſet, viaſque per quas primum in cerebro catarrhi dicebantur enaſci, deinde duram inter membranam & cranium colligi, tandem deſtillare. Duram matrem recte oſtendit, omnia hæc foramina accurate claudere, eorumque nihil quidquam eſſe apertum. Sed neque duram inter membranam & piam catarrhum colligi poſſe, neque in cerebri ventriculis, cum & experimento ejuſmodi collectio repugnet, & nimis graves morbos accerſeat. Deinde etiam ventriculos anteriores clauſos eſſe, neque inde viam in os cribroſum, atque in glandulam pituitariam patere, neque eam glandulam diverſis in animalibus molem ſequi cerebri. Porro quatuor Vesalii canales refutat, & foramina ſellæ equinæ, quæ nulla ſint, & vaſorum foramina, per quæ nihil fluat, & demum foramina oſſis cribriformis (quæ vaſa in os ipſum admittunt). Porro viam vaporum de cerebro in nares, de naribus in cerebrum refutat, qualem pro fumo tabaci nuperi admittebant. Neque per ſuturas vapores de cerebro exhalare.

L. III. *quo novi catarrhorum meatus demonſtrantur.* Witteb. 1661. 4. *. Ex ſanguine nempe catarrhos venire, non de cerebro deſcendere. Neque a cerebro eſſe ſordes aurium, lacrumas, anginas, peripneumonias, catarrhos. Calculorum etiam materiam eſſe ex ſanguine, cibo, potu. De uteri fluxu albo & rubro. Sect. II. Neque catarrhi viam eſſe per infundibulum, neque per quatuor canales, iterato demonſtrat, veramque catarrhi ſedem & ſcaturiginem eſſe pituitariam membranam, qua nares & fauces obliniuntur, & cui, neque cerebro, munus demandatum ſit generandi muci.

Breviter recenſebo reliqua, quæ ſi velis collectanea, infinita ſunt, ſi propria Schneidero, certe perpauca.

Qui parva, lapidea granula frequenter per alvum emittit. Lapis bezoardico ſimilis emollitus, ex ano feminæ ejectus. Lapis bezoar ſimilis ex equo &c.

Ita L. IV. Generalis catarrhorum curatio ad novitia dogmata & inventa

Witteb. 1661. 4. *. Fuſiſſime ex omnibus omnis ævi ſcriptoribus cauſæ catarrhorum, differentiæ, catarrhi epidemici, prognoſis mali, ſigna. Febris catarrhalis. Prognoſis. Inde curatio, in qua indicationes convellit, quas veteres ſuæ theoriæ ſuperſtruebant. Tum ipſa auxilia. Purgantia primum longa ſerie, ſimplicia, compoſita. Actio purgantis non eligit humorem, ſed expellit. Alia medicamenta. Vomitus. Venæſectio. Non placet noſtro diſtinctio catarrhi calidi & frigidi. Venæ raninæ ſectio, ſcarifatio & cucurbitulæ. Diuretica ſuis cum formulis, ſic ſudorifera, quæ craſſis etiam humoribus conferant. Opium utique ſudorem movet, & hæc cauſa eſt ciendi theriaca ſudoris. Cephalica. Thermæ, acidulæ, deſtillationes. Medicamenta alia catarrhalia: ancipitia tamen & denique vana. Magna pars materiæ medicæ: ſatis vero difficilem ſe noſter præbet. Inde ſoporifera, papaveracea, opiata, apophlegmatiſmi, ptarmica, medicamenta externa.

L. V. *de diæta catarrhorum & de ſpeciebus catarrhorum ſ. coryza, brancho, catarrho, ſuffocativo, catarrho ſtomachi.* Witteb. 1662. 4. *. Integram hic materiam cibariam reperias, cum veterum opinionibus.

L. VI. *Specialiſſimus, quo juxta Hipp. l. de glandulis & de locis in homine ſeptem catarrhi, oculorum, aurium, narium, pulmonis, ſtomachi, medullæ ſpiralis, ſanguinis.* In L. III. agitur de cerebro, quod non ſit epilepſiæ ſedes, neque in eo morbo principaliter adficiatur.

Ej. L. VI. *de arthritide, podagra, chiragra, atque de horum morborum curatione, denique anacephalæoſis qua affectu catarrhorum cephalicorum repetita magis perſpicua facultatis concincitur* Witteb. 1664. 4. *.

Ej. *de morbis capitis, cephalæis, ſoporoſis, atque de curatione. Vertigo non oritur ab inordinata circularique motu ſpirituum animalium. Cataphora non eſt ſomnus præternaturalis. Lethargus non eſt oblivio neque delirium, nec ſomnus præternaturalis. Carus non eſt paralyſis facultatis imaginatricis, nec ſomnus præternaturalis, nec apoplexia, neque hujus cauſa proxima defectus ſpirituum* ib. 1669. 4.

Ej. *de nova graviſſimorum morborum curatione, apoplexia, cujus ſedes non ſemper eſt cerebrum; lipopſychia, quæ non vitalis, ſed animalis facultatis fractæ ſymptoma eſt; paralyſi, cujus ſedes non cerebrum, non ſpinalis medulla, nec nervus ſemper eſt, veluti nec cauſa proxima defectus eſt ſpiritus animalis. Anacephalæoſes duæ, altera ad apoplexiam, altera ad paralyſin* Francof. 1672. 3. *. ſpiſſum volumen.

Ej. *de ſpaſmorum natura, ſubjecto, nec non de cauſis earum motionum ſpaſticarum, quæ aliquando in recens defunctis & in occiſis corporibus, maxime militum, deprehenduntur* Witteb. 1678. 4. *. Iterum omnes omnium hypotheſes & opiniones recenſet, & exagitat, ſpaſmorum originem ab inanitione, a repletione, a frigore, a flatu, ſcrutinio ſubjicit, priores opiniones rejicit, & de cauſa, ſede, ſubjecto

jecto mali fuſiſſime inquirit, tandem definit ſpaſmum neque de motubus ad irritabilitatem pertinentibus quærit.

Ej. *de juſtitia & æquitate naturæ* Witteb. 1646. 8. L.

Ej. *de pleuritide* ib. 1648. 4. LEHM.

Ej. *de natura recte curandæ phthiſeos* ib. 1648. LEHM.

Ej. *de hydrope* ib. 1649. LEHM.

Ej. *de iſchiade* ib. 1653. LEHM. PL.

Ej. *de phthiſi* ib. 1660. 4. *.

Ej. *de apoplexia* ib. 1662. 4. *.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1660. 4. *.

Ej. *de arthritide* ib. 1662. 4. LEHM.

Ej. *de hydrope diſſ.* ib. 1663. 4. HAENEL.

Ej. *de morbo comitiali* ib. 1664. 4. *.

Ej. *de ictero flavo* ib. 1664. 4.

Ej. *de inflammatione diaphragmatis, ſ. de paraphrenitide* ib. 1665. 4. RIV.

Ej. *de phrenitide* ib. 1666. 4. RIV.

Ej. *de angina* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de epilepſia* ib. 1667. 4. *.

Ej. *de eryſipelate, ſ. Roſa* ib. 1668. 4.

Ej. *de cachexia* ib. 1669. 4. HAEN.

Ej. *de epilepſia* ib. 1670. LEHM.

Ej. *de appetitu gravidarum* ib. 1670. 4. RIV.

Ej. *de paralyſi* ib. 1670. 4. HAEN.

Ej. *de lapide bezoar* ib. 1673. 4. PL.

Ej. *de ſpaſmo cordis contra* NIC. CHESNEAU 1675. 4. LEHMAN 1679.

Ej. *de ſpaſmorum ſubjecto contra* N. CHESNEAU ib 1675. 4. PL.

Ej. *de apoplexia, contra* N. CHESNEAU *opinionem* ib. 1676. 4. PL.

Ej. *de ſpaſmis* ib. 1676. 4. HE.

Ej.

Ej. *de ſpaſmorum cauſis & arthritide* ib. 1677. Lehm.

Ej. *de ſpaſmorum natura* cum *theſ. de epilepſia* ib. 1678. 4. He.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1679. 4. Riv.

Ej. *de ſpaſmi ſubjecto vero* ib. 1679. 4. Pl.

Ej. *de ſanguine ut de parte corporis principe ac tamquam de cauſa & ſede morborum, tandemque de via illos curandi* ib. 1679. 4. He.

Ej. *de ſpaſmo cordis* ib. 1679. Lehm.

Ej. *de peſte morborum principe* ib. 1680. 4. Pl.

Ej. *de melancholia, ſ. delirio triſti* ib. 1680. 4. Pl.

§. DCV. Varii.

J. Morelli Cabillonenſis, *de febre purpurata epidemica & peſtilente, quæ ab aliquot annis per Burgundiam & omnes fere Galliæ provincias miſere debacchatur, diſſertatio in qua de peſtilentium febrium natura, cauſis, ſignis, & curatione diſſeritur.* Lion 1641. 8. *. Morellus cominus petechialem febrem viderat, & bubonaceam peſtem. Illam *purpuratam* vocat, & veteribus notam fuiſſe vult. Non credit Herculi Saxoniæ, in tertiana exanthemata prodiiſſe. Morbi ſymptomata, dolor capitis ingens & inſigne delirium, laſſitudo, difficilis reſpiratio. Peſtem utique per contagium a milite Italo Lugdunum fuiſſe advectam; non eſſe verum ſuumque morbi genus. Dari peſtem abſque maculis, bubone & carbone, etiam levi cum febre, inque eo caſu venam cum pernicie ægri ſecari. Eſſe qui cum contagio reſtitiſſent, & abſque eo peſte correpti perierint. Cardiaca rejicit, theriacam non laudat, ſudorem quidem in peſte movet, ut tamen, quoties febris ardens adeſt, refrigerantia admiſceat. Purgantia improbat, cum etiam ſpontanea diarrhœa funeſta, & alvus ſicca ſalutaris fuerit. Cibo ægrotos non debere obrui. Bubonem evocandum eſſe veſicatorio. Febris purpurata nihilo quam peſtis mitior. Putridarum febrium commune remedium eſſe venæ ſectionem: ob ejus liberrimum uſum medicos Pariſinos noſter laudat; eam rationem mittendi ſanguinis cucurbitulis præfert.

Athanasii Kircher S. I. Germani, qui Romæ vixit, curioſi rerum naturalium & machinarum aliorumque *curioſorum collectoris,* hominis in fide adhibenda non difficilis.

Ej. *ſcrutinium phyſicomedicum peſtis, origo, cauſæ, prognoſtica, inſolentes naturæ effectus, qui ſtatis temporibus cæleſtium influxuum virtute & efficacia in epidemicis hominum animantiumque morbis eluceſcunt una cum antidotis* Rom. 1658. 4. L. Lipſ. 1679. 12. *. Origo peſtis ex putrefactione, exemplum peſtis natæ ex fœtore, quem balæna in littus Tuſcum ejecta putreſcendo ſpargebat. Antra lethifera. Mala alimenta. Experimenta, quæ bonus vir putat ſe feciſſe, vermiculi ex lunæ lumine nati, ſerpentis conciſi & in novos ſerpentes convaleſcentis: his & aliis exemplis putat ſe oſtendere, utique putredinem animalcula generare. Peſtis diverſitas. Funeſta æſtas, quæ 60000 infantes Neapoli eripuit. Peſtis inter ſutores a. 1648 Valentiæ orta, cum coriis & calceis ad reliquos cives delata. Abominabili arte propagata peſtis Mediolanenſis. Siderum malignitas, Martis potiſſimum & Saturni, qui peſtis auctores ſint. Signa imminentis peſtis, ut abundantia inſectorum: Panis aeri expoſitus continuo mucidus, & devoranti cani funeſtus. Peſtem non ex Helmontiana imaginatione oriri, non tamen cum cadavere hæſura; terrorem utique conferre ad infectionem. Variæ cauſæ ſubnaſcentis in noſtris humoribus putredinis. Monachi a lebete immundo omnes unica nocte exſtincti, quod in eum bufo irrepſiſſet. Cur peſtis nonnullis parcat, cur ædes tres quatuor tranſſiliat intactas. Vermiculi inviſibiles peſtem propagant, qui lanæ adhærent, aut pilis. Viva animalia peſtem perinde transferunt, canes etiam & feles. Nulli animali peſtis parcit. Medici contagium adferre poſſunt, exemplo proprio. Quarantana. Cura prophylactica. Peſtis princeps bubonacea, anthracina. Sudor Anglicus. Cantharidum utilitas. Spiritus vitrioli putredinis antidotus. Amuleta admittit credulus, perniciosum etiam, quod ex arſenico paratur. Bufo antidotus. Sulfur Hippocraticum (θεῖον) valde laudatum. Acetum. Demum cenſus omnium celebriorum epidemiarum peſtilentium a rerum initiis repetitus. Germanice prodiit Augſpurg. 1688. 8.

Ej. *magneticum naturæ organum, de triplici naturæ magnete, inanimato, animato, ſenſitivo* Rom. 1667. 4. maj. B. B. Amſterd. 1667. 12. *. Bonus libellus, niſi a credulitate corrumperetur. Qualitates corporum occultæ. Serpentem pileatum venena adtrahere. Lapide de Goa canis ſervatus, quem vipera ſe præſente momorderat, tum homo ictus a vipera, & a ſcorpione demum & a cane rabido demorſus. De venenis varia. Antidoti.

Henrici Regii profeſſoris Ultrajectini, de Cartesii ſecta, *diſp. de ſymptomatibus ſpecialibus* Ultraj. 1641. 4. Osb.

Ej. *de hydrophobia* Utrecht. 1645. 4. *.

Ej. *meditatio duarum virginum inflammatione & obſtructione hepatis laborantium* ib. 1652. 4. Pl.

Ej. *hygieine* ib. 1653. 4.

Ej. *fundamenta medica, ſ. medicinæ* L. IV. Utr. 1647. 4. L. 1654. 4. L. 1668. 4. L.

Ej. *praxis medica medicationum exemplis demonſtrata* ib. 1657. 4. 1668. 4. 1686. 4.

Ej. *oratio funebris in obitum* Philippi Matthæi 1690. fol.

Lego H. Regium *de peſte* Brug. 1680. 8.

J. David Lucani *pharmacopœa, in qua repoſita ſunt ſtercora & urina* Nurnb. 1641. 12. 1644. 12. L.

Pharmacopœa Bruxellenſis, Bruxell 1641. 4. 1661. fol. *acc. ſtatuta Magiſtratus Bruxellenſis, medicos, chirurgos, pharmacopœos concernentia.*

Jac. Tacquet *ſpecificatio medicamentorum pharmacopolii ſui* Hamburg. 1641. 12 Moell.

Conr. *a* Somern *de variolis & morbillis tractatus* Dordraci 1641. 8. & cum Beverwyckio, ad quem etiam epiſtolæ aliquæ Cornelii in collectione editæ ſunt.

Ej. *de curatione repetiti abortus* inter epiſtolas Roterodami excuſas 1665. 8.

Josephi Ripamonti *libri V. de peſte, quæ fuit a.* 1630. *in urbe Mediolanenſi* Mediol. 1641. 4 d'Etr.

J. Antonii Bumaldi *ſive potus* Ovidii Montalbani, *cenotaphia Cl. virorum Bononienſium* Bonon. 1641. 4.

Ej. *Bononienſium civium anathemata, ſ. Bibliotheca Bononienſis, cui acc. antiquorum pictorum & ſculptorum Bononienſium catalogus* Bonon. 1641. 24. B. Bun.

Ej. *formulario economico, erbario e medicinale* Bonon. 1654. 4. Smith.

Ej. *febrifugo Eſculapio, cioe regole piu ſicure per ſcampar da ogni contgaioſo pericolo* Bonon. 1656. 4. Cinell.

Ej. *bibliotheca botanica herbariorum ſcriptorum ſynopſis* Bonon. 1657. 16. Breviſſima.

Ej. *de impoſturis pharmacopœorum dialogus* Francof. 1667. 8. Ita lego.

Antonio Donati *de aere Ravennate* Ravenn. 1641. 4.

Cypriani Maroxa *de febribus & lue venerea* Valladolid 1641. fol. L.

Ej. *opera omnia* Lion 1668. fol.

Francisci Gibelli *de inquiſitione peſtis in genere* Utin. 1641. 4. Tr.

Pauli Vecchii *obſervationum in divinam ſcripturam* L. II. Liber I. *continent obſervationes phyſiognomicas, ſecundus obſervationes medicas, ſ. locos S. S. qui exponuntur ſecundum medica principia* Napoli 1641. 4. 2 vol. L.

J. B. Sitoni Alchemiſtæ *Jatroſophiæ miſcellaneorum pars I.* Patav. 1641. 8. Einſidlen 1669. 4. lego & 1649. 4. Colon. 1676. 4. Patav. 1723. cura J. F. Co-

grossi, de morbis etiam veterinorum agit, & de lue venerea, quæ ultima decerpta ab Astrucio non magnam de reliquo opere ſpem faciunt.

§. DCVI. Varii.

J. Giac. Boccardi *ſtoria del mangiaſaſſi* Pariſ. 1641. 4. Bur.

Christophoro Priuli *della maggioranza tra la medicina e le leggi* Venet. 1641. 8. B. Thomas.

Christophori *de* Oliva *tr. de los bannos de aqua dulce* Cæſar. Auguſt. 1641. fol. C. de V.

Cum lis inter Pariſinos, interque Monſpelienſes medicos, & potiſſimum Theophilum Renaudot verſaretur, qui gratuitam medicinam faciebat pauperibus, ad conſilia accipienda invitatis, & una praxin ſequebatur clinicam, facultas vero medica Pariſina exteros medicos ferre nollet, varia ſcripta in utramque partem prodierunt.

Reponſe de Theophile Renaudot *au libelle fait contre les conſultations charitables pour les pauvres malades* Paris 1641. 4. d'Etr.

Contra eum *defenſe de la faculté de Paris contre ſon Calomniateur* (Theophile Renaudot) Paris 1641. 4. *. Vehemens ſcriptum plenum vili adulatione Cardinalis *de* Richelieu, qui ad Regem Louis *le* Gros ſtirpis initium referat. Adverſus Renaudotum ægrotos convocantem, conſilia dantem, praxin adfectantem ex privilegio, quod ajebat Doctoribus Monpelienſibus impertitum fuiſſe. Reſiſtunt medici Pariſini, quod ſenatus conſulto, Henrici IV. ævo confirmato, ſanctum ſit, ne quis Pariſiis medicinam facere velit, præter adgregatos facultati medicos, aut certe aulæ Regiæ addictos. Se & ipſos ſingulis ſaturni diebus pauperibus conſilia impertire. Jacobum Sylvium Doctorem Monſpelienſem, Pariſiis Baccalaurei dignitatem ambiviſſe. Imperante jam Carolo VII medicos Pariſinos pharmacopolia viſitaſſe Regio juſſu. Riverium primarium medicum Regis a. 1651. urgente facultate renuntiaſſe privilegio nominandorum in quaque civitate virorum, qui pharmacopolas & chirurgos examinarent. Monſpelienſes in hiſtoria academiæ ſuæ paſſim errare.

Remarques ſur l'avertiſſement de Renaudot Pariſ. 1641. 8. Fontette d'Etr.

Avertiſſement à Theophraste *contenant les mémoires juſtificatifs des droits & privileges de la faculté de médecine* Paris 1641. 4. Tribui lego Guidoni Patino.

J. Loys *de la* Breuille *tr. de la contagion & de ſes remedes* Pariſ. 1641. 8. Bur.

W. F. *treatiſe of warm bathes* Lond. 1641. 8.

§. DCVII. Disputationes.

Gisbertus Voet *diſſ. epiſtolica de vitæ termino; acc.* Ej. *diſſ. de peſte* Utrecht. 1641. 8. L.

Martini Soers *repetitio de tertiana* Pr. V. F. Plemp. Lovan. 1641. 4.

Ej libellus adjectus *ad theſin de tertiana adverſus cujuſdam antitheſin* ib. 1642. 4. B. Bodl.

Ej. *ſtrictura in ceritum quendam controverſiæ de curanda tertianâ inter* P. Barbam & Plempium *judicium exercentem* Lovan. 1642. 4. Titulus forte vicioſus.

J. Laur. Weissenberger *de ſterilitate* Leid. 1641. 4. Riv.

J. Ering. *de arthritide Galenice & Hermetice deducta*. Witteb. 1641. 4. Riv.

Le Febvren Mahu *de peſte* Leid. 1641. Burkh.

J. Bacmeister *de apoplexia* Roſtoch. 1641. 4. Pl.

Ej. *de quartana* ib. 1658. 4. He. Riv.

Ej. *caſus laborantis podagra* ib. 1658. 4. He. Pl.

Ej. *de hydrope aſcite* ib. 1664. He.

Ej. *caſus de imbecillitate ventriculi* ib. 1667. 4. He.

Hier. Renpin *de pleuritide* Baſil. 1641. 4. Pl.

J. Schoener *de febre tertiana ſimplici* Greifswald 1641. 4.

Georg Rast *de veneno in genere* Regiomont. 1641. 4. Boehmer.

Tuss. Fontaine & Rol. Merlet *E. in medico ratio experientia potior* Pariſ. 1641.

Germ. Preaux & Gabr. de Brioude *E. vini quam aquæ potus ſalubrior* ib.

Lud. Renouard & J. *le* Prevot *E. ex ſolo pane & aqua vita ſalubris* ib. 1641.

Petr. *le* Conte & Rol. Merlet *E. pulchritudo ſanitatis effectus* ib. 1641.

Vict. Pallu & Rol. Merlet *Non E. ſoporis affectibus emetica* ib. 1641.

§. DCVIII.

J. Georg Volcamer Senior.

J. Georg Volcamer Senior, *de febre ephemera* Altdorf. 1641. 4. Pl.

Ej. *oratio in laudem* Caspari Hofmanni *ſcripta* Francof. 1680. 4.

Ej. ſunt in E. N. C. dec. I. ann. I. obſ. 214. frequens vomitus bilis per vomitum redditæ acidus.

Obſervationes de partu fœtus petrefacti. *Dec.* I. *anni* II. n. 222.

Ej. de hæmorrhagia ib. n. 223.

Ej. de infelicis bilis per crebriores vomitus rejectione n. 224.

Ej. de convulſione terribili & admiranda n. 225.

De carunculis ex ſinu virginis propendentibus exſectis n. 226.

De foramine ventriculi n. 229.

De curioſis in femina Noribergenſi n. 265.

De vermibus capitis n. 266.

Dec. I. ann. III. obſ. 265. Cum vermiculus dormienti in aurem irrepſiſſet, plurima inde mala, infuſo oleo juniperi animalculo, ejecto, ſublata. In alio forſicula irrepſerat, & ſpeciem mire multiplicaverat, inſanabili malo.

Ann. VI. VII. obſ. 71. Hypochondriacus & hecticus balneo uſus, quo reficiebatur, aliis auxiliis adhibitis, obiit. Lien marcidus 15 unc. in veſicula fellis calculi, in rene arenulæ, coſtæ, totæ cartilagineæ, cerebri pars magna oſſea.

MS. diſpenſ. Noribergenſis præparavit 1676. cujus codex MS ſupereſt Willer.

Ann. IX. IX. obſ. 17. cum veſiculoſus in juvencula hydrops eſſet, ex lapſu, ruptis veſicis, aqua effluxit, & per alvum ſalubri eventu manavit.

Obſ. 19. hydropica, cum emplaſtrum Noribergenſe plumbeum toti abdomini impoſuiſſet, deceſſerunt inde copioſæ fæces alvinæ, earumque fætor ſenſim auctus funeſtum demum eventum ſortitus eſt.

Dec. II. ann. I. obſ. 178. hydrops gelatinoſus calore & faſciis circumjectis reſolutus, ut aqua per alvum abunde decederet.

Obſ. 179 qui 1379 ſextarios aquæ Carlsbadenſis intra 79 dies biberit. Qui calidæ etiam enormen vim abſorbebat, frigidamque demum ut in lecto ſudaret, felici adverſus podagram tentamine.

Obſ. 180. in colico dolore ſenum lapathum ſanguineum feliciter dari.

Ann. II. obſ. 190. ſymptomata a mercurii dulcis granis 15 repreſſa ſumto antimonio diaphoretico.

Obſ. 191. dolor circa hepar a nimis parco potu, aſthma & mors. Funeſtus calculus felleus.

An parentis an cognominis filii eſt *Apollo* de peſte τετρατέχνης Norimb. 1678. 4.

Certius patris eſt Dec. II. ann. IV. obſ. 91. In arthritide ſubinde aliis & aliis locis ſuborti tumores manubus cedentes, redeuntes, a flatu.

Ann. V. obſ. 151. deſtillationibus obnoxia, cum aquam acriuſculam in nares injeciſſet, vehemens cum inflammatione narium dolor.

Obſ. 152. ulcera imprudenter ſanata, & bono effectu renovata.

Obſ. 153. obſtructæ in hypochondriaco nares nicotianæ uſu reſeratæ, cum largiter fluerent bonus, inde in ipſum malum effectus.

Obſ. 154. tinctura tartari dolor exemplo ſedatus.

Ann. VI. obſ. 238. a balneo tetanos, tamen ſanabilis.

Obſ. 239. Lumbago balneo ſanata.

Aliqua edidit, ut COLMENERUM *de Chocolata*, *Collegium anatomicum* SEVERINI, CABROLI *obſervationes*.

§. DCIX.

GEORG ABRAHAM MERKLIN.

Winshemienſis. Ej. diſp. *de hydrope aſcite*, Argentor. 1641. 4.

Idem videtur, etſi longo intervallo aliqua ſcripſit.

In E. N. C. dec. I. ann. I. obſ. 229. Ventriculus foramine eroſus.

Ann. VI. VII. obſ. 77. In exigua quadam operatione in halluce peracta ortus paroxyſmus epilepticus ſæpe recurrens, cum ſenſu auræ ab ea ſede adſcendentis, quæ labi cogebat miſerum, quam primum frontem adtigerat.

Ann. VIII. obſ. 48. Poſt diuturnam cephalalgiam, inter duram & piam cerebri membranam exiguus calculus repertus.

Obſ. 49. Femina, quæ oſſicula cum multa putredine ſubinde per uterum edit.

Obſ. 50. Vir calculoſus, cui lumbi atrociter dolebant. Calculus in pancreate, in meſenterio, & tres medio in pure.

Dec.

Dec. II. ann. I. obſ. 89 Virgo ex cancro mammæ tabida. In utero globulus offenſ. Cordi circumnatæ maſſulæ gelatinoſæ, hepar duris glandulis fartum.

Obſ. 90. Pariter tabida femina, cui in aorta inque cœliaca arteria ſquamæ oſſeæ.

Obſ. 95. In febre petechiali, cum deliraret ægra & floccos legeret, tamen valetudo reparata.

Obſ. 96. In febre maligna pediculi de naribus perque alvum crines equini conpacti deceſſerunt.

Obſ. 183 hydrops cyſticus, ut quidem ter interea paruit hydrops vero perſiſteret, & denique miſeram ſuffocaret. Saccus membranaceus 40 menſuris aquæ plenus. Scirrhus uteri cartilagineus.

Obſ. 184. Secundæ quadrageſimo demum die fruſtulatim expulſæ. Mireris longiſſimas formulas medicamentorum.

Dec. II ann. III. obſ. 193. Hernia, in qua inpactum inteſtinum gangrænoſum, & totum tenue inteſtinum late corruptum.

Ann. 5 obſ. 242. In femina ſcorbutica oſſium, dum gradiebatur, ſtrepitus.

Obſ. 293. ſub initia fluentium menſium redeuns ſingula cum periodo ſyncope aliquot horarum, cum perfecto frigore, calidis internis & externis tamen ſuperabilis.

Ann. VI. obſ. 218. Conceptio & felix puerperium cum menſes tamen emanſiſſent.

Obſ. 220. Hydrophobia ſponte ſubacta.

Obſ. 221. Dolor in thoracis latere dextro acerbiſſimus.

Ann. VIII. obſ. 23. Femina gravida hydropica aquæ libras 26 in peculiari ſacco gerens.

Ej. *de ortu & occaſu transfuſionis ſanguinis* Nürnb. 1679. 4. *. Monet librum jam a. 1674. ſcriptum fuiſſe. Utilitatem transfuſi ex brutis animalibus in hominem ſanguinis refutat. Qui ante nuperos de hoc auxilio cogitaverint. Pericula transfuſionis.

Ej. LINDENIUS *renovatus*, ſ. J. A. *v. der* LINDEN *de ſcriptis medicis* L. II. *addita plurium auctorum vitæ deſcriptione: atque ab a. 1662. continuati dimidio pene amplificati* Nürnb 1686. 4 *. LINDENII opus pro fundamento poſitum eſt, additæ paſſim vitæ, nonnunquam ex bonis fontibus decerptæ, tum adnotationes, quas Cl. Viri in actis Hafnienſibus & E. N. C. ediderunt. Potuiſſet forte vir Cl. errores aliquos & repetitiones correxiſſe, ipſum tamen opus mihi ſummo

ſummo ſuit uſui, quo innumeri ſcriptores, potiſſimum etiam Itali & Hiſpani raro obvii contineantur, & cujus utilitatem, qui ſimilem librum molietur, utique expertus adgnoſcet. Non addo ſolos titulos eſſe, ſolorumque librorum latine ſcriptorum & diſputationes academicas fere omitti.

Ej. *ſylloge caſuum phyſico medicinalium incantationi vulgo adſcribi ſolitorum, decurias VI. complectens, cum judiciis & curationibus* Nürnb. 1698. 4 *. 1715. 4. Subleſtæ fidei collectio, cui pro fundamento eſt pueri morbus manifeſto fabuloſus ob inſector um genera reddita, & harmoniam ranarum ventrem inhabitantium cum ranis in ſtagno canentibus, ob viperam, quæ ex alvo exiiſſe inque alvum ſe recepiſſe dicitur. Ita in D. LAEGERI morbo, nervi temporalis vulnus erat abſque magia, Multa admiſta evidenter falſa. Subjectæ ſunt diſſertationes. 1, Num monſtroſa illa excreta vere in corpore fuerint, aut a dæmone ſolum extra corpus. 2, HELMONTII tres ſuppeditentur. 3, LÆVINI FISCHER *de morbis magice inductis naturaliter curandis.* 4, diſſ. CARRICHTERI *ratio medendi morbis ab incantatione dependentibus* latine verſ. 5, *Collectio & arcana* MYLIANA *ad morbos magicos* latine verſa ex codice MS. cum plurimis formulis.

ID. edidit cum ſuis notis JOSEPHI PANDOLPHINI *de ventoſitate ſpinæ* Nürnb. 1674. 12. *.

EJ. *hiſtoriſch mediciniſches Thierbuch* Nürnb. 1714. 8. Iconem viri habet Cl. MOEHSEN.

§. DCX. DOMINICUS PANAROLUS.

DOMINICI PANAROLI Romani Med. Prof. *aerologia ov. diſcorſo dell aria* Rom. 1642. 8. SMITH.

EJ. *polycarponia ſ. variorum fructuum liber* Rom. 1647. 12. L.

EJ. *Jatrologiſmorum pentecoſtæ quinque* Rom. 1652. 4. *. Hanau 1654. 4 *. Pleræque ſunt adnotationes pathologicæ & clinicæ. Senex abſque incommodo totis tribus menſibus alvo fuit ſicca. Femina, quæ a juventute ad ſenium menſtruum ſanguinem per os rejecit. Mors ſubita ab anevryſmate ſub axilla. Caro cartilaginoſa arteriæ adnata; vena ſine pari, venæque & arteriæ intercoſtales ſanguine pleniſſimæ. Venæ duæ ab iliacis ad umbilicum tendentes varicoſæ, & demum ſubita mors a rupta vena umbilicali. In dyſentericis noſter ſanguinem ſolis in craſſis inteſtinis reperit. Abortus frequens quarti menſis, venæ ſectione occupatus. Ex corporis æſtu nimio ſanguis per vomitum & per ſeceſſum erupit ad duodecim libras: æger ſumtis quatuor ſcrupulis lapidis hæmatitis ſanatus eſt. A ſuffocatione omnes in univerſo corpore venæ mire turgidæ. Ex gonorrhœa verruca in cranio. Apoplexia ab hydatidibus ſuper corpus calloſum ſitis. Veſpillo, dum in ſepulchrum deſcendebat, periit, alter ægre ſervatus eſt. Sic quem fumus

fumus carbonum pene ſuffocaverat. Ventriculus intus in brevi morbo eroſus. Struma cartilaginea, ut vix gladio diſſecares. Vomitus chronicus albi quaſi albuminis in tartarum concreſcentis. Aquam acetoſam prope Romam ſcaturientem calculoſis nocere. Veſica paulatim dilatata, lethali eventu, tribus in exemplis. Tertianario, cum ſanatus videretur, cholera ſupervenit, ſubito funeſta. Arteriotomes auxilio ſervati phrenitici. Hypochondrio duro & pene ſaxeo laborans femina, ſola ambulatione ſanata. Cor a febre tumefactum & abſque aqua. Epilepſia valeriana, & frequenter, ſanata. Triplex tertiana. In ſene pleuritis diarrhœa ſoluta. Vomica hepatis, cum æger pro pleuritico curaretur. Cholera a melonum nimio eſu funeſta, cum plurima bile in ventriculo & inteſtinis effuſa. Phreniticus caſu oleo epoto ſanatus, cum diarrhœa ſuborta eſſet. A duplici tertiana vermium copia incredibilis in inteſtinis, ventriculo. Abſceſſus circa genu per alvum expurgatus. Ab herpete repreſſo vomitus perpetuus, & a vomitu pariter quotidiano pancreas lapideum repertum. Mors ab araneæ morſu. Pulmo alter totus conſumtus. In hominis a febre peſtilenti enecti cadavere mirus rugitus & diſtentio. Cor albidum, tomentoſum, in pleuritico. Suffocatus, cui ob anginam linguæ vena ſecta fuerat. Volvulum etiam fieri ab inteſtino tamquam fune adſtricto & convoluto: tum alius caſus, in quo inteſtinum ileon quaſi filo conſtringebatur; denique invaginatio, quam funeſtam eveniſſe vidit. Sparſa aliqua. Suppreſſio urinæ cum maximis renibus abſque alio malo (*a*). In comate vigile duæ pilæ compactæ albæ & duræ (*b*). Vermis multipes ſcreando editus, oleo exſtinctus, non anthelmintico (*c*). Mola parenchymoſa, forti membrana tecta (*d*). Lapides duri, calcarii, ex ano egeſti (*e*). De tumore in hepatis ſede aperto exierunt ad mille hydatides: & in cadavere hepar veſiculis plenum, & ſetæ quaſi capillamenta, per urinam cum calculis deceſſerunt. Hydrocephalus: a perforatione cranii mors.

Non licebit omnia recenſere. Secundam tamen addam pentecoſten. 1. Meretricem ſpongiæ ope poſſe ſe a venerea infectione tutam præſtare. Aquam acetoſam ſuadet noſter 24 demum horis elapſis bibere. Menſes in femina 56 annorum. Angina contagioſa peſtilens puerorum: noſter uſus eſt trifolii acetoſi ſucco, ſyrupo granatorum, & potiſſimum vitrioli ſpiritu. Furor uterinus impregnatione ſublatus. Omentum durum, lapidoſum. In xenodochiis dyſenteriam contagium habere. Amore potiri chloroticis puellis ſaluberrimum. Aerem Romanum pulmonibus noxium eſſe. Magna mala ab adſtringente fotu, quo femina muliebria abluebat. Arthritidem humectantibus & refrigerantibus rectius curari. Pila ſtercoris congeſta, diu in recto inteſtino reſes, tandem expulſa, cum jam halitus inciperet fœtere. Mors ab inteſtino duodeno ſtercore indurato repleto. Ante ſex menſes morbum

(a) I. 21. 40.
(b) 9.
(c) IV. 29.
(d) I. 40.
(e) V. 12.

morbum gallicum facile ſanari, non ita iis elapſis. Capucinos ſcabiem non noſſe, cutem enim ipſis indureſcere, neque eos fere, etiam in morbis, ad ſudorem perduci poſſe, morbis vero pectoris valde obnoxios eſſe. Criſes etiam ſexto & octavo die viſæ. In febribus malignis, ſyncope frondibus mali citrii cum aqua roſarum impoſitis tollitur. Magnæ laudes olei vitrioli dulcis, cujus medicamenti vires etiam in epilepſia noſter expertus ſit. Viſus a nimia venere debilis, analeptico victu & abſtinentia a venere reſtituitur. Cichorium ſylveſtre calido hepati utiliſſimum eſt. Reliquas tres Penteceſtes cogor omittere, quæ ejuſdem ſunt ſaporis, & in quibus condonare oportet aliqua minus firma, etiam ſuperſtitioſa.

Arcanorum faſciculi duo. Non adeo arcana ſunt, quam adnotationes rariores. In meretrice hydrargyrus in corpore calloſo repertus.

§. DCXI. DILECTUS LUSITANUS.

DILECTI LUSITANI Doct. Phiſ. *ocyrrhoe ſ. præſtantiſſimum morborum auxilium: de venæ ſectione copioſa methodus* Venetiis 1642. 4. *. Legi auctorem audiiſſe SAMUEL CHABIBI. Venetiis multis annis medicinam fecit, ex ipſo opere, vir non malus, etſi ſemibarbarus, cui *racontatum ſit* &c. Scopus ei eſt, hæmophobos refutare. Conditiones venæſectionis admittendæ eſſe morbum magnum & virium robor. Pueris etiam vividis & robuſtis ſanguinem mitti poſſe, ſeque ſecuiſſe in angina, variolis, morbillis, pleuritide, & ex omiſſa venæ ſectione pueros trimulis minores interiiſſe. Ita neque ſenium hic excuſare, dari enim ætate provectiores, qui ſanguinis jacturam junioribus melius ferant. Ad lunæ motus putat debere reſpici, & malas aſtrorum oppoſitiones vitari. Venetiis neque vehementem æſtum ſævire, neque nimium frigus mordere, neque ob aliquem exceſſum in aeris temperie reformidandam eſſe ſanguinis ex vena miſſionem. In Luſitania abunde ſanguinem mitti: ſexies etiam repetitam venæ ſectionem ſibi proficuam viſam. Cum tertiana recidiva moleſta eſſet, venæ ſectione malum ſubmotum. Cauſæ mittendi ſanguinis. Plenitudo, etiam cacochymia, quæ ſit aliorum a ſanguine humorum plethora: nam etiam hoc in caſu, contra AUGENIUM, ſanguinem mitti debere, tum in febri putrida. In Hiſpania tertianas non eſſe abſque periculo, & anno 1621. Hiſpali bis mille homines ab ea febre interemtos eſſe. Nimium tamen fuiſſe BOTALLUM. Sed & gravidis feminis vena ſecanda; non vero cum critico ſudore. Qui tertiana febre laborabat, ab unica venere mire debilitatus fuit: idem ipſe eveniſſe vidi. Contra BRISSOTUM, vidiſſe ſe epidemicam pleuritidem cum febre maligna complicatam, in qua vena in eodem latere ſecta nihilo plus profectum ſit. In principio omnino mali, quando nondum adultum eſt, poſſe venam in brachio oppoſito ſecari. In majori malo poſt primum diem, ſemper ſecandam in latere directo & eodem. Nimias venæſectiones Ulyſſipone facere ubertatem fatuorum. Vena frontis bono effectu in phrenitide inciditur: Turcas ſecare venam labii inferioris. Non debet triduo aut quatriduo tempus mittendi ſanguinis circum-

circumſcribi, & pro re nata multo ſerius venam recte aperiri. Gangrænas & mortes a vehementi ligatura factas vidit. Homo ex febre maligna moribundus, & lethargo oppreſſus, revixit quatuor hirudinibus ad hæmorrhoides adaptatis. Venam cephalicam non ſecari ob metum anevryſmatis, quod incurabile ſit (ſic intelligo).

J. BENEDICTI SINIBALDI Bononienſis, profeſſoris Romani, γενεανθρωπειας, *ſ. de hominis generatione decateuchon* Rom. 1642. fol. *. Francof. 1669. 4. *. Fuſa compilatio. Philtra, amoris remedia, ſalacitas nimia, morbi penis, priapiſmus, ſatyriaſis, phimoſis, teſtes occulti, frigiditas. Medicamenta aphrodiſiaca. Uteri morbi, hydrops, ejus uteri motus (imaginarius). Pollutio nocturna, tabes dorſalis, typhus cum commentario in HIPPOCRATIS locum. Menſes nimii, ſuppreſſi. ſterilitas muliebris. Molæ, monſtra. De veneris in variis morbis aut utilitate aut noxa, veteribus dicta. Febris ſpermatica a corrupto ſemine. Gonorrhœa, arthritides, vertigo, &c. ex venere natæ. Gravidarum ratio victus.

EJ. HIPPOCRATIS *antiphonon* Rom. 1650.

PETRI *de* CASTRO Avenionenſis *Il coloſtro diſcorſo.* Prodiit cum multis SCIPIONIS MERCURII editionibus. Veron. 1642. 4. ib. 1652. 4 *. Coloſtrum eſſe excrementum ſanguinis materni puri: morbi imaginarii, qui coloſtro non evacuato tribuuntur, ut epilepſia (mater puerorum), variolæ. Ut coloſtrum expurgetur medicamentis nimis compoſitis. Morbi puerorum varii, ad tuſſim ſperma ceti inclaruiſſe. Inflammatio umbilici: aures puerorum humidæ. Muti in Hiſpania loqui docentur. Variæ maculæ, coagulum. lactis nimia ubertas in ventriculo. Vermes. Relaxatio cartilaginis enſiformis, ſatyriaſis; ſtrabiſmus; ad eum ſuperandum machinula.

Videtur differre a PETRO *de* CASTRO, qui ſe Veronenſem vocat, & *de peſte* duo opuſcula reliquit, alias dicendus.

EZECHIELIS a CASTRO *ignis lambens hiſtoria medica proluſio phyſica* Veron. 1642. 8. *. Mirificus liber, ordine, digreſſionibus. Occaſione ſcripſit feminæ, cujus corpus a linteis tactum ſcintillas emittebat. Collegit ſimiles aliorum ſcriptorum hiſtorias. De Hiſpanis ea perſpicientibus quæ terra teguntur, qua ſagacitate & in Helvetia feminæ paſſim inclareſcunt, ut amiſſos terminales lapides, & imprimis aquas ſcaturientes ſub terra clariſſime perſpiciant indicentque. De morbis ex faſcino; de plica digreſſio. De vermibus aliiſque minime huc pertinentibus.

EJ. *amphitheatrum medicum, in quo morbi omnes, quibus impoſita ſunt nomina ab animalibus, raro ſpectaculo debellantur* L. III. *de homine in morbo palimbulo in pleuritide* Veron. 1646. 8. BUR.

§. DCXII. JACOBUS BONTIUS.

JACOBUS BONTIUS in Javana Batavia medicus, edidit Leid. 1642. 8. Amſterd. 1658. 12. Pariſ. 1646, libellos, qui cum libris GUILIELMI PISONIS Amſterd. 1658. fol. *. exſtant.

1. *De conſervanda valetudine ac diæta ſanis in India obſervanda.* Regio inſalubris eſt, & etiam magis æſtas pluvia. Victus rationem potius parciorem commendat, deinde animalia, olera, fructus, radices in ea regione uſu receptas percurrit. Belgice liber idem prodiit Amſterdam 1694. 8.*. *Ooſt en weſtindiſche Warande.*

2. *Methodus medendi, qua oportet in orientali India uti.* Morbi Indiæ endemii. Beriberi, ſ. tremor artuum, etiam univerſi corporis, a nocturno frigore conceptus. Balnea noſter huic malo opponit, & unctiones cum oleo, etiam naphthæ, tum decocta lignorum. Spaſmus mire frequens repentinus univerſi corporis, præter vitæ ſatellitium. Fricat, inungit, venam ſecat, calida propinat, laudanum exhibet, & contra adverſarios tuetur. Dyſenteria potiſſimum ex holothurio ſ. *meduſa* nata, quod cum *arec* potu nautis acceptiſſimo Chinenſes deſtillent. Dat continuo crocum, tum fructus acidos, ſtypticos. Periculoſus etiam eſt fluxus alvi hepaticus. Opium hic iterum dat, tum frigida, cucurbitacea. In teneſmo adſtringente fotu utitur. Cholera; iterum demum extracto croci expugnanda. Hepatis obſtructio & inflammatio: Anodyna dat, & lycoperſicon quod Mandragoram vocat, tum croci extractum. Hepatis apoſtema neceſſario incidendum. Hydrops in Java frequentiſſimus. Vehementia cathartica mitibus his præfert, & ipſum gummi guttæ. Icterus perinde familiaris, ſæpe ſubitaneus. Purgat noſter, dat curcumam. Atrophia ex meſenterii obſtructione. Hæmoptyſis & phthiſis: hic noſter valide alvum ducit, ad veterum morem. Empyema quod paracenteſin poſcit. Febres ſynochi, putridæ, rariſſimæ tertianæ: hic clyſteres, laxantia alvum tamarindinata, narcotica. Febris Timorenſis pleuritica, quæ non raro paroxyſmos obſervat & remittit. Clyſter, alvum laxantia, venæ ſectio, cucurbitulæ, etiam emetica antimonialia noſter exhibet. Cæcitas. Papulæ rubentes. Tophi, gummata & ulcera per univerſum corpus, (idem forte morbus qui *Jaws ſ. framboeſia* Sauv.). Decocta lignorum his opponit, & draſtica purgantia. Belgice cum priori prodiit, & cum P. ALPINO Pariſiis 1646. 4. Solus lib. Amſterd. 1658. 12.

EJ. *obſervationes ſelectæ ex diſſectione cadaverum ac autopſia deſcriptæ:* egregium & unicum opus, cum vix quiſquam in fervidiſſima regione cadavera tangat. Inciſiones ſunt, pleræque cadaverum morboſorum. In homine a ſpaſmo enecto ventriculi viſcida materie pleni. In phthiſico homine avulſa vidit fragmenta bronchiorum, & pulmonis particulas, quales æger exſcreabat. In dyſenteria tunica inteſtinorum deraſa; in veſicula bilis gelatinæ ſimilis. Sæpiſſime pulmonis lobum dextrum ſolum adnatum ſe reperiſſe, nunquam ſolum ſiniſtrum. Empyema cauſtico feliciter apertum. Vena cava polypoſa ſubſtantia farta. Poſt hepatis inflammationem, ejus viſceris loco ſaccus ſanie plenus, qualem æger excreverat. Dyſenteriæ ſupervenerunt ante mortem exanthemata nigra, quæ vocabant *Pfefferkörner.* Morbi peſſimi epidemici, ex corrupta fluvii aqua nati. Reliqui libelli ad botanica & ad naturalem hiſtoriam ſpectant.

§. DCXIII. VARII ad a. 1642.

SIMONIS a CAMPO *commentarii in libros* GALENI *de febrium differentiis. In l. de humoribus præter naturam ad febres.* Recognita a SIMONE a CAMPO juniori, Neapoli 1642. 4. 1647. 4. L.

ERASMI SALATI *in varios* GALENI *libros commentaria*, eadem eſſe lego, quæ ſuo nomine SIMON ACAMPUS ediderat Neapoli 1642. 4. 1647. 4. fraudem autem detexiſſe JOSEPHUM GALEANUM ERASMI diſcipulum, (MONGITORE).

ASCANII PANZARNII P. Piſani, *de indicationibus pro quantitate ſanguinis mittendi decernenda* 1642. 4. CINELLI.

VINCENTII MOLES *de morbis quorum mentio fit in ſacra ſcriptura pathologia* Madrit. 1643. 4. PL.

PETRI CORTESII *de diebus decretoriis* Panorm. 1642. 8.

CIRIGII GOMEDI *prognoſticon medicinale in a.* 1642. Brix. 1642. 12. L.

PETRI PAULI PISANI *Antidotarium ſpeciale hoſpitalis nobilis urbis Meſſanæ* Venetiæ 1642. 4.

JANI NICII ERYTHRAEI *elogia* Colon. 1642. Lipſ. 1692. 8. *. Medica etiam intercedunt, AND. BACCII, MERCURIALIS. MARSIGLIUS CAGNATUS felix medicus &c.

PETRI BARBA Archiducis FERDINANDI Archiatri, *vera praxis ad curationem tertianæ ſtabilitur, falſa impugnantur, liberantur Hiſpanici Medici a calumniis* Sevilla 1642. 4. abſque loco L. Pro cortice Chinæ Chinæ. Nempe contra ERICUM MOHY *Eburonem, cujus eſt tertianæ criſis qua* D. BARBÆ *praxis curandi tertianam & V. F.* PLEMPII *animadverſio diſcutitur & legitima tertianæ curatio exponitur* Lovan. 1642. 4.

EJ. *reſiunta de la materia de peſte* Madrit. 1648. 4. C. de V.

CHR. TRISTAN de ACUNHA *antitheſis ad repetitionem de tertiana pro medicis Iberorum* Lovan. 1642. 4. L.

PAULI GULDINII Pharmacopolæ, *onomaſticum latino Germanico Polonicum rerum ad artem pharmaceuticam pertinentium* Regiom. 1642. 4. SEG.

REINHART KONIG *oratio de academiis Europæis* Rinteln. 1642. 4. CARLS.

JACOBI MENTEL *epicriſis vindicata* Pav. 1642. 8. BUR.

EJ. *de vera typographiæ origine* Pariſ. 1650, 4.

CLAUDII CHARLES *elogium ſ. panegyrus dictus a* VICTORE PALLU ib. 1642. 8.

August. Buchneri *Panegyricus memoriæ* Dan. Sennerti *dicatus* Witteb. 1642. 4. *.

Ej. *diſſertationes academicæ*, Lipſiæ 1679. 4.

Michaelis Wagner *diſquiſitiones medicæ de morbo gallico* Herbipoli 1642. Bur.

Mævius Volchovius. Ej. *diſſ. in qua medicæ artis cum theologia concentus, illius verus ortus curſus varius & uſus perpetuus contra antiquos Romanos & novos Paracelſiſtas Weigelianos curſim demonſtrantur*, *una cum* Strigelii *dicterio*, *medice vivere eſt peſſime vivere* Greifswald. 1642. 4. L.

§. DCXIV. Varii. Alii.

Daniel Rogers *Lectures of the hiſtory of Naaman the Syrian his diſeaſe and cure* London 1642. fol.

Andre' Falconet Decanus collegii medici Lugdunenſis. Ej. eſt *moyens preſervatifs & methode aſſurée pour la parfaite connoiſſance & la guériſon du ſcorbut* Lion 1642. 8. *. & *revue & augmentée* Lion 1684. 8. Morbi ſedem eſſe lienem, ibi habitare humorem, qui auctor eſt mali, atrabilarium, ejus, quod ejus in eo viſcere locum non invenit, id per artus deponi. Glandulas ſe a. 1636 reperiſſe in meſenterio & circa ciſternam chyli ſcirrhoſas. Multum ſe tribuere radici cichorei. In cœnobio, quod nominat, ob aquas ſtagnanter nunquam non aliqui monachi ſcorbuto adfecti ægrotant. Ut caveri poſſit valetudini puerorum in *Charitatis* ædibus educatorum, fornacibus etiam & igne, & ſiccatis paludibus.

La préſence des abſens ou moyen de rendre préſent au médecin l'état d'un malade abſent, par les médecins conſultans de Paris Pariſ. 1642. *le* Tellier.

§. DCXV. Disputationes.

Roberti Wrigth *theſes inaugurales de lue venerea* Leid. 1642. 4.

J. Zeiler *de ileo*, *quem miſerere mei vocant* Lipſ. 1642. 4. Pl.

Georg Joudovyn & J. Cousin *E. hypercatharſi theriaca* Pariſ. 1642.

Cl. Perrault & J. *le* Prevot *E. a repentino timore quartanæ curatio* Pariſ. 1642.

Car. *le* Breton & Gabriel *de* Brioude *Non E. ægre parturienti ſternutatoria* Pariſ. 1642.

Mathurin Alton & J. Cousin *E. ſenibus calidus humiduſque victus* Pariſ. 1642.

Franc.

Franc. Blondel & Nic. Crespon *Non E. vena ſecanda pleuritico cruenta ſpuenti* Pariſ. 1642.

Quint. Thevenyn & Nicolai Crespon *E. apoplexiæ etiam pituitoſæ venæ ſectio* Pariſ. 1642.

Steph. *le* Gaigneur & Petr. *de* Mercennes *E. penetrabile frigus adurit.*

Nic. Heliot & Michael *du* Pont *E. medicorum vita longior, ſalubrior* Pariſ. 1642.

R. Merlet & Guil. Petit *E. ſignaturæ fœtus ab imaginatione* Pariſ. 1642.

§. DCXVI. Herman van der Heyde.

Medicus Gandavenſis, magnus clinicus. Ejus *diſcours & avis ſur les flux douloureux ſoit qu'il y ait du ſang ou point*, *ſur le cholera morbus*, *ou trouſſegalant*, *la peſte*, *les effets ſignalés de l'eau*, *la vraye guériſon ou curation de la goute*, *les fièvres tierces & quartes*, *& leurs accidens*, *& la cauſe de l'infection des Polders* Gand. 1643. 4. *. 1645. 4.

Ej. *ſynopſis diſcurſuum* 1, *ſeri lactis in fluxu torminali & maxime dyſenterico*; 2, *aquæ frigidæ incredibilis effectus*, *podagram vel ſiſtentis*, *vel demulcentis*, *iſchiadicos novellos penitus extirpantis & ſecure ſanantis vulnera*, 3. *aceti vini in præſervatione a peſte & ejus curatione aliiſque morbis venenatis*, *ut in præcautione ab hypochondriaſi præſtantiſſimæ facultates demonſtrantur*, *multis additis obſervationibus novis & neceſſariis* Gandav. 1649. 8. *. London. 1653. 8. *Diſcurſus* Gandavi. 1649. Lind.

Ad gallicum opus: non ex libris natum, eſt ſed ex ipſa natura, multo melius, quam quidem eo ſeculo ſcribebatur, paradoxum paſſim & ſcholarum opinionibus contrarium. In dyſenteria, ſeu diarrhœa cruenta cum dolore, ſerum lactis pro cibo potuque ſolum admittit; alvum rheo continuo expurgat, etiam manantibus menſibus. Serum lactis, quo utitur, pariter lacte ebutyrato frigido effuſo & ſuper lactis bullientis duplum admiſto ad lac ebutyratum ovi albumine. Idem lac ebutyratum clyſteris loco ſuadet. Quando inteſtinorum interna tunica deraſa eſt, ex decoctis pedibus ovillis eodem ſero utitur. In debilitate ex dyſenteria addit frigidis clyſteribus acetum, magno cum ſucceſſu, ex veſica vero, non ex ſiphone clyſterem infundit, cum vitium unice in ultimo inteſtino ſit. Ita anno 1624 fere 300 ægros ſanavit, etiam quando velamina inteſtinorum deceſſerant. Paucis tamen diebus ſerum lactis pro potu dat ordinario: deinde pro medicamento, ad 4 & 5 *pots*. Quando ægrum ejus potus faſtidium cepit, etiam vinum rubrum dat. Imminentem hydropem aqua Spadana avertit. Pro cibo ad excoriata inteſtina laudat pedes ovillos, abſque aqua decoctos. Opium in adulto morbo admittit, ſed in nupero utique idem improbat.

2. Ad

2. Ad choleram unicum remedium eſſe PARACELSI laudanum, aut certe opium, neque clyſteres hic convenire, neque purgantia medicamenta. Vinum dat cum ovorum vitellis & pane.

3. Peſtem non adeo funeſtam eſſe. Sibi paucos periiſſe ex multis: dediſſe ſe ſuccum citri aut omphacium; probat etiam oleum ſulphuris & *limonatam*. Non purgat alvum, neque vomitum movet. Viperas theriacæ præfert.

4 Aqua frigida curari pedes congelatos, poſt eam pedes ſapone debere ablui. Dolores arthriticos vetuſtos etiam eadem lotione diſpelli, & paralyſes frigido balneo ſanari, ſic principia inflammationum. Nihil ad podagram melius frigidæ potu, quo & avertitur paroxyſmus, & jam natus curatur.

5. Podagra calidus morbus eſt, non ut vulgo docent, frigidus. Perioſteum, cartilaginem, ligamentum, tendinem ſenſu deſtitui, dudum ante me docet. Podagram etiam per venæ ſectionem ſubito ſupprimi.

6. Febres natæ ex aquis maritimis, quæ ubi valla ſuperarunt, & late agros inundarunt, exhalant. Menſem fere Auguſtum, neque alia anni tempora valde metui. Febrem tertianam & quartanam non puram eſſe, ſed ex variis humoribus conponi. Hic noſter corticis peruviani ignarus vinum rhenanum in tertiana admittit, vomitum ciet, & clyſteres ſubdit, ut alvus libera ſit. A quartana multos ægros interimi: hic laudat cereviſiam tenuem, & in morbo contumaci pulverem algaroth. Alia febris *Polderina* latius graſſans.

Appendix I. de podagra, arthritide, hydrope; ad iſtum parce bibendum. Ad tuſſim ſe vidiſſe pomum coctum valere & paulum frigidæ. Vere ſe ex pulmone pus citra febrem vidiſſe exſcreari. Calculi (*gravelle*) novum remedium eſſe Spadanas, neque nephriticum lignum imbelle videri. Ictericos repetito purgat, ſerum lactis dat. In canis rabidi morſu ſcarifat, vulnus dilatat, cataplaſma ex allio imponit, & cauterium laudat.

In *app.* II Objectiones diluit: ſuum tamen lac non convenire fatetur, quoties alvus abſque dolore fluida eſt.

In latino opere multa prioris operis ſimilia redeunt, aliqua diverſa ſunt. Priora
nunc poſt 53 annorum praxin noſter recolit, ætiologica removet, & ratio-
cinia, practica & vires medicamentorum auget. 1. Serum lactis ab ignaris ni-
mis liberaliter propinari monet, neque fluxæ alvo convenire, a qua tormina ab-
ſunt. Frigidum ſecure dari: opiata paulum deprimit. 2. In dolore frigidæ landes
auget, ad raucedinem, ad guttam roſaceam, adverſus calculum. Ad hemicraniam
inveteratam nihil efficacius capitis in frigidam demerſione. Peſtem ſudore oppug-
nat & aceto, illo quidem per medicamenta expreſſo. Fœtorem ſaponariorum hic
nocere. Inmerſionem in frigidam ſuppurationem avertere. Pleraque reliqua ca-
dem. Anglice prodiit 1720, 8. Italice in SANCASSANI collectione pars certe,
quæ ad frigidam pertinet.

ANDREAS

ANDREAS KNEUFFEL Archiater Polonicus, Chemicus, idem puto cujus diſputatio dicta eſt. Ejus in gratiam CHRISTIANUS ARCISSEWSKI, militum belgicorum in Braſilia Præfectus, edidit Amſtelodami 1643. 8. *. *Epiſtolam de curata per* ANDREAM CNEUFFEL *podagra*, quæ Gorliz 1681. 16. *. recuſa fuit. Podagram, arthritidem, alia mala chronica noſter ſpiritu quidem vitrioli impugnabat, deinde pulvere ſtyptico minutiſſimo, & ponderoſo, cui is liquor pro vehiculo erat. Victus rationem non curabat; partem dolentem illinebat acriori ſpiritu; fonticulos jubebat ſiccare & claudere. Hic ſequitur hiſtoria morbi & curationis ipſius ARCISSEWSKII. Arthritis ita hactenus ſanata fuit, ut quotidie tres & quatuor leucas ambulando relegeret. Tuſſis ſuperfuit, & calculi veſtigium. Phænomena in ſuo corpore ſe offerentia adnotat, fæces nigras quæ ſenſim ad naturalem colorem redierunt, ut fætor tamen alienus ſupereſſet, & in urina limus argillæ ſimilis. Nodi arthritici intra tres menſes evanuerunt; ſanguis, qui inflammatorius fuerat, ejus indolis partem depoſuit. Additur VLADISLAI IV. podagrici curatio, & aliæ. Superſtitionis non parum.

EJ. *exercitatio qua* AUGUSTINI CORRADINI *calumnias & curationem in febribus acutis perſtringit, & ſuam medicinam hujus epidemiæ peſtilentis commendat.* Alethopoli 1654. 16.*. De infelici curatione CORRADINI, in puero tumore ad maxillam laborante: ſuam inde curationem febris peſtilentialis proponit, quæ fiat excitato ſudore, theriaca, accenſo ſulfure, emplaſtro magnetico impoſito.

EJ. *methodus medendi febribus peſtilentialibus & epidemicis* Argentor. 1655. 12. LIND.

EJ. pluſculæ ſunt obſervationes in E. N. C. Verum fuit & alter CNOEFFELIUS, pariter in Polonia medicus, & utriuſque vita *in l. das gelehrte Preuſſen* auctore J. GUIL. WEINREICH prodiit. Ejus, ut ex temporum ratione videtur, potius fuerint multa in E. N. C. edita, quæ tamen a prioris ANDREÆ laboribus non ſatis diſtinguo. Quare conjuncta ſuis annis reliqui.

BAPTISTÆ SPUNTONI Bormienſis, *conechidnologia, h. e. pulveris viperini diſcurſus, in quo varia medicamenta compoſita, pulveris methodus, cum ejus antiquitate a Thebanorum ſeculis. Cum ſelectorum remediorum centuria e Muſeo chirographo* FERDINANDI *ducis excerpta* Papiæ 1643. 8. *. Aliqua ad naturalem viperæ hiſtoriam. Viperas non bene a Pharmacopœis abſque alimento ſervari, ut omnino debilitari neceſſe ſit. Variæ præparationes, etiam MAURICII de NASSAU, qui ſola ſpina dorſi beſtiæ utebatur. Medicamenta viperina innumerabilia. SPUNTONI pulvis, qui fit ſtratificando viperas cum prunellæ ſale, & viginti quatuor horis in furno torrendo. Fruſtra in virgine nobili tentata viperis curatio elephantiaſeos. De inſipientia aſtrologorum & imaginario ſiderum in homines influxu. Conſtellationum hoſtilium exempla, quæ abſque malo effectu fuerunt. Vitia horoſcoporum. Formulæ medicamentum chemicorum ex ſcriptis Ducis Mantuæ.

PETRI FRANCISCI PHRYGII *commentarius in hiſtorias epidemicas* HIPPOCRATIS Lion 1643. 4. SEG. 1644. 4. 1652. 4. Paraphraſis.

HYA-

HYACINTHI JORDANI *Theorica medicinæ* S. THOMÆ *aliorumque patrum* Neapoli 1643. 4.

EJ. *de eo quod divinum aut ſuper naturale eſt in morbis humani corporis eorumque curatione. Acc. conſilium pro nobili femina rariſſimo cordis affectu laborante.* 2, *morbi* JOACHIMI JÆGER, *rari, admirandi & pluſquam ferini veneficio ſati hiſtoriæ* Francof. 1657. 4.

HIERONYMI BALDI *Medicus politico catholicus*, *ſ. medicinæ ſacræ tum cognoſcendæ, tum faciendæ idea* Genuæ 1644. 4. FALC. BUR. alii 1643. 8. GRAU, MAZUCHEL.

EJ. *theatrum naturæ jatrochymicæ rationalis* Romæ 1654. 4. *Scritt. Ligur.*

An idem eſt GERONIMO PARDO, cujus eſt *tratado del vino aguado i agua ennivada ſobre el & aphoriſmo 56 de la ſecion 7 de Hypocrates* prodiit Valladolid 1661. 4. C. de V.

GUIL. du VAL fac. Pariſ. Exdecani, *Hiſtoria monogramma, ſ. pictura linearis ſanctorum medicorum atque medicarum. Acc. auctarium de ſanctis, præſertim Galliæ, qui certos curant morbos. De plantis nomenclaturæ ſanctioris, Litaniæ, oratio ad SS. medicos & medicas* Pariſ. 1643. 4. *. RAST. Ex *legendis* & undique collecta. Medici ſancti & beati.

EJ. *hygieinicæ ſ. præſentatio licentiatorum quatuor fac. medicæ Pariſienſis.* Et Catalogus doctorum anni 1643.

Omnino idem fuerit ad annum 1612. dictus p. 629. Elogium dedit GOUJET.

MICHAELI *le* MASLE *novæ facultatis medicorum gratiarum actio pro inſtauratione ſcholarum* Pariſ. 1643. d'ETR. etiam Gallice.

Pharmacopœa Burdigalenſis Burdigalæ 1643. 4. FALC.

CAROLUS SPON, medicus Lugdunenſis vir doctus, & PATINI amicus, hoc anno SCHENKII *obſervationes* edidit, & a. 1658. opera CARDANI.

EJ. *hiſtoria morbi quo Lugduni conflictatus eſt* WOLFG. AMBROSIUS FABRICIUS Norib. 1657. 8.

EJ. *Sybilla medica* Lion 1661. 4.

ID. *mauſolea* GUIL. PATINI. PHIL. JAC SACHSII & G. FELVERI edidit in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* 4.

DANIELIS HENRICI *epitaphium* ÆGIDII STRAUCHII *jun.*

§. DCXVII. SEBASTIANUS BADUS.

SEBASTIANUS BADUS vel BALDUS Genuenſis.

EJ. *ſanguis expiatus, ſ. de ſanguine incaleſcente diſputatio cum* ALCIDIO MUNIERIO *medico Lotharingo* Genuæ 1643. B. MAZUCH.

EJ. *anaſtaſis corticis peruviani, ſ. chinæ chinæ defenſio contra ventilationes* J. JACOBI CHIFLET *gemituſque* V. F. PLEMPII Genuæ 1663. 4. *. Jam antea noſter contra PLEMPIUM ſcripſerat. Nomen, ob rationes, quas omittit, mutavit, BADUMQUE ſe dicit, qui BALDUS dictus fuerat. Romæ olim cum Cardinale de LUGO aliiſque novi corticis laudatoribus medicinam fecerat. Multa admiſcet rhetorica, bonumque librum in magnam molem diſtendit. Hiſtoria primum ortus & laudium corticis, ex literis manuſcriptis MANSONII BOLLI mercatoris Genuenſis. Naſci in regno Quito circa Loja arborem, quam utcunque deſcribit. Primum eo cortice uſam comitiſſam *de* CINCHON, proregis uxorem, cui febrienti Hiſpanus (non Indus), ignotum auxilium exhibuerit. CARDINALIS *de* LUGO hunc corticem anno 1649 ex Hiſpania in Italiam adtulit. Non valde curat Badus, qua qualitate operetur, dum ſatis certa ejus ſit efficacia. Urſiſſe ſe, ut non in ſola quartana ſed pariter in tertiana cortex adhiberetur, & felicia ſui conſilii exempla dat, etiam in notha tertiana, in qua parotis erupit: & primus denique obtinuit, ut in tertiana febre daretur. Sed etiam ad hemitritæum valere, ad febres continuas hiemales, ad catarrhos, ad rheumatiſmum, ad hypochondriacum malum. Londinenſes medicos corticis uſum rejicere miratur, cum ipſe ne in febre maligna quidem rejiceret: melius equidem priuſquam detur corpus expurgari, neque tamen multa & repetita purgatione opus eſſe. Exemplum corticis in duplici tertiana feliciſſime dati, cum malum eventum exſpectarent. Exemplum ſanati hemitritæi nulla excretione conſpicua prægreſſa. Contuſi corticis drachmas duas dat, in vino infuſi, inque tenellis ſolum vinum, cui cortex infuſus fuit, neque vult totis diebus macerari. Semel corpus evacuaſſe ſufficere. Ad CHIFLETI & PLEMPII objectiones reſponſio. Ille quidem LEOPOLDUM Infantem Hiſpaniæ citaverat, qui tertiana notha laboraverat; ea in duplicem degeneraverat, cumque febris non fideliter a cortice profligata eſſet, æger recidivam paſſus erat. Ejuſmodi recidivas noſter reponit unica corticis doſi profligari, & in quartana quam in tertiana frequentiores eſſe. Superſtitioſa aliqua. Corticem aliquoties ſpem utique fefelliſſe in gallicis, inque tabidis corporibus, in millenis vero quartanis & tertianis feliciſſime a ſe exhibitum fuiſſe. De ſpurio cortice queritur, alieni ſaporis, de quo Collegium Romanum monuerit. Corticem abſque conſpicua equidem evacuatione morbum ſolvere, eam tamen & aliorum malorum eſſe naturam. Contra teſtes a PLEMPIO productos; Inter eos archiatrum GUTIERREZ depoſitum ſenem & obliviosum fuiſſe. Copiam corticis aliquam jam a. 1632. comitem de CINCHON ſecum adtuliſſe, JOSEPHO VILLELOBEL utendum dediſſe. Teſtimonia numeroſiſſima curationum, quas cortex obtinuerit, curatorum etiam & medicorum in noſodochiis

præpoſitorum. Febrium continuarum curatarum exempla. Vim febrifugam a cortice ſolo, non a vino pendere.

Ej. *neceſſitas phlebotomiæ in exanthematibus* Genuæ 1663. 4. L.

Ej. *trattado della peſte* Genova 1656. 4. Mazuch.

Pharmacopœa Auguſtana Amſterd. 1643.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis ib. 1647.

§. DCXVIII. Varii.

Morbus epidemicus anni 1643. *The new diſeaſe with the ſignes, cauſes, remedies publiſhed by command* Oxford 1643. 4. *. Morbi epidemici hiſtoria, qui Oxonii ſævit, cum ibi Carolus I. ſedem fixiſſet. Eum morbum non valde contagioſum eſſe, pleroſque medicos & chirurgos abſque damno ægros inviſiſſe, neque valde funeſtam eſſe peſtilentiam, cum ex decem adfectis novem fere mortem evadant. Carbunculos nullos apparuiſſe, niſi nuper aliquos. Febrem eſſe petechialem, cum ſumma virium dejectione, pulſu parvo, & frequente. Curatio. Spes in calidis & alexipharmacis. Ulmariam valde laudatam ſpei non reſpondiſſe. Auctor eſt Eduardus Græves.

Requête de la Faculté de Paris contre Renaudot *& autres ſoi diſans Docteurs de Montpelier* Pariſ. 1643. 4.

Factum du procès entre Theophraste Renaudot *& les médecins de l'école de Paris* 1643. 4.

Matthiæ Amidei *Imerologia, overo diſcorſo intorno alla confectione Jacintina* Siena. 1643. 4. Falc.

§. DCXIX. Disputationes.

Christoph Mezger *de cordis palpitatione* 1643. 4. Pl.

Christ. Hasenest *de affectibus rheumatico arthriticis* Altdorf. 1643. 4. Haen.

Lud. Christian Cnop *de pleuritide* Argent. 1643. 4. *.

Andreas Wolf *de arthritide* Argent. 1643. 4. *.

Jac. Saubert *de peſte* Argent. 1643. 4.

J. Henr. Arcularius *de ſcorbuto* Argent. 1643. 4. *.

J. Cöper *de catarrho* Baſil. 1643. 4. He.

Chri-

Christoph Bauzmann *de affectione hypochondriaca* Leid. 1643. 4. Riv.

Hugon Gouraigne *diſſ. de ſanguinis miſſione* Montpel. 1643. 8. Falc. niſi error eſt integri ſeculi.

Simon *le* Legier & J. Forestier *E. bilioſi præſtantiſſimi* Pariſ. 1643.

Lancelot *de* Frades & J. Forestier *E. ſanitas firma quæ a pluribus obſervatur* ib. 1643.

Nic. Matthieu & J. Garbe *Non E. pulticula infantibus ſalubris* ib. 1643.

Petr. Hommets & Petr. Moreau *Non E. ſingulis menſibus ſemel repetita ebrietas ſalubris* ib. 1643.

Jac. Regnault & Guil. Petit *Non E. ſola gymnaſtica ſalutis tutrix* ib. 1643.

Nic. Crespon & Mich. *du* Pont *E. curandis malis amuleta* ib. 1643.

Petr. Guenault & J. Forestier *E. epilepſiæ per conſenſum aquæ Borbonienſes Archimbaldicæ* ib. 1643.

Nic. Brayer & Petr. Moreau *E. in aſſiduis febribus unum alvi profluvium* ib. 1643.

Cypr. Hybault & Cl. Tardy *Non E. ſeptenarius vi propria acutus* Pariſ. 1643.

Jac. Thevart & Andr. Guyet *Non E. dyſenteriis diuretica* ib. 1643.

§. DCXX. J. Theodorus Schenk.

Profeſſor Jenenſis. Plurimæ ejus ſunt diſputationes. *De materia turgente* Jen. 1644. 4. Lehm. recuſ. Lipſ. 1672. 4. Pl.

Ej. *de cholera* Jen. 1653. 4. Riv.

Ej. *de peripneumonia, ſputo ſanguinis & phthiſi* Jen. 1654. 4. Pl.

Ej. *de peſte* Jen. 1655. 4. Pl.

Ej. *de fonticulis* Jen. 1657. 4. Lehm.

Ej. *de gangræna & ſphacelo* Jen. 1657. 4. Lehm.

Ej. *de aphonia* Jen. 1658. 4. Pl.

Ej. *de tartaro microcoſmico* Jen. 1658. 4. Haenel.

Ej. *de inappetentia ventriculi* Jen. 1660. 4. Lehm.

Ej. *de angina* Jen. 1661. 4. *.

Ej.

Ej. *de pleuritide* Jen. 1661. 4. He.

Ej. *de palpitatione cordis* Jen. 1662.

Ej. *de melancholia* Jen. 1662. 4.

Ej. *de melancholiæ diagnoſi prognoſi & therapia in genere* Jen. 1662. 4. He. niſi eadem eſt.

Ej. *de laſſitudine* Jen. 1664. 4. Haen.

Ej. *de terra ſigillata* Jen. 1664. 4. Boehmer.

Ej. *de dyſenteria, veterum & recentiorum principiis tum cognoſcitivis, tum curativis illuſtrata* Jen. 1664. 4. Riv.

Ej. *de colica* Jen. 1664. 4.

Ej. *de cauſo* Jen. 1664. 4.

Ej. *de ſcorbuto* Jen. 1664. 4.

Ej. *methodus morbillorum & variolarum curativa* Jen. 1665. 4. *.

Ej. *de dolore capitis* Jen. 1665. 4.

Ej. *de caro* Jen. 1665. 4. Haenel.

Ej. *methodus cognoſcendi & curandi obſtructiones* Jen. 1665. 4.

Ej. *de paſſione hypochondriaca* Jen. 1666. 4. Haenel.

Ej. *ordo & methodus curandi arthritidem* 1666. 4. He.

Ej. *de phrenitide* Jen. 1666. 4. He. lego etiam 1667. Pl.

Ej. *de ophthalmia* Jen. 1667. 4. *.

Ej. *de macie puerorum, ex faſcino* Jen. 1667. 4. *.

Ej. *illuſtrium problematum circa venæ ſectionem occurrentium decades* II. Jen. 1667. 4. *.

Ej. *de tinnitu aurium* Jen. 1667. 4. Haenel.

Ej. *de ſingultu* Jen. 1667. 4. Haenel.

Ej. *methodus ſcrutandi & curandi febrem eryſipelatodem, communiter roſam* ib. 1667. 4. *.

Ej. *de malo hypochondriaco* 1668. 4. Riv.

Ej. *de malo hypochondriaco & ſcorbutico* ib. 1668. 4. ſi alia eſt.

Ej. *de crudeliſſimo & inſenſiſſimo mortalium æſtu peſtilentia* ib. 1668. 4. Riv.

Ej.

Ej. *de paralyſi* ib. 1668. 4. Haen.

Ej. *de hæmorrhagia narium* ib. 1668. 4. Haen.

Ej. *de bulimo* ib. 1669. 4. Pl.

Ej. *de imbecillitate ventriculi* ib. 1669. 4. Haen.

Ej. *de convulſione* ib. 1670. 4. Haen.

Ej. *de vermibus inteſtinorum* ib. 1670. 4. Haen.

Ej. *de arthritide* ib. 1671. 4. Pl.

Ej. *triga ſimplicium medicamentorum illuſtrium fermentantium, ſedativorum & præcipitantium* ib. 1671. 4. *.

Ej. *de diaphragmatis natura & morbis* ib. 1671. 4. *.

Ej. *de catalepſi* ib. 1671. 4.

Ej. *de ambulatione in ſomno*

Ad majore opera pertinent

Ej. *ſynopſis inſtitutionum medicinæ diſputatoriæ* ib. 1668. 4. Phyſiologia & pathologia.

Ej. *ſynopſis inſtitutionum medicinæ diſputatoriæ. Pars ſemeiotica, hygieine & Therapeutica* ib. 1671. 4. Tr.

Ej. *ſyntagma componendi & præſcribendi medicamenta, ex veterum & recentiorum ſcriptis erutum.* Lipſ. 1671. 4. *. alii 1672. 4.

Ej. *vita* auctore Frider. Bechman Jen. 1671. f. & in Wittenii collectione.

Ej. *medicinæ generalis novantiquæ ſynopſis* Jen. 1672. 4.

§. DCXXI. Mauritius Hofman.

Fürſtenaviæ natus, vir doctus, etiam inciſor, perituſque botanicus, ex ſchola Italica. Multæ ſunt ejus diſputationes.

Ej. *de cordis palpitatione* Altdorf. 1644. 4. *.

Ej. *de tumoribus præter naturam in genere* ib. 1649. 4. He.

Ej. *de purgationis medicæ viis* ib. 1652. 4.

Ej. *de ſanguine ejuſque obſervatione* ib. 1660. 4. *.

Ej. *de venæ ſectionis neceſſitate* ib. 1660. 4. *.

Ej. *de coctione alimentorum prima ſana & læſa* ib. 1662. 4. Pl.

Ej.

Ej. *de pica* ib. 1662. 4. *.

Ej. *de naturali & præternaturali lactis conſtitutione* ib. 1662. 4. *.

Ej. eſt *ſynopſis inſtitutionum medicinæ ex ſanguinis natura, vitam longiorem aut breviorem promittentis* ib. 1663. 4 Patav. 1664. 4.

Ej. *prudentiæ medicæ ex ſanguine pro ſalute mortalium agendorum rationes exponentis fundamenta* Altdorf. 1665. 8. *. 1672. 8. 1690. 8. Sanguinis diverſitas pro ætate, temperamento, victu, morbis in univerſum, malis ſingulatim. Vitia ſanguinis eorumque correctio, breviſſimæ theſes a. 1662. ſqq. diſputatæ.

Ej. *ſciagraphia morborum contagioſorum ex natura ſanguinis præcavendorum & curandorum* Altdorf 1668. 1672. 8.

Ej. *de meliceria* ib. 1670. 4.

Ej. *de naturali & præternaturali lactantium conſtitutione* 1673. 4. *.

Ej. *de rebus non naturalibus ſanguinem mutantibus*, 1. *de aere* 1679. 4. He.

Ej. *curationes morborum ex principiis circulationis ſanguinis* Tr.

Ej. *Bericht von Peſtfiebern* Nürnberg 1680.

Ej. *kurzer doch gründlicher Bericht, wie die hin u. wieder graſſirenden contagiöſen, oder anſtekenden Fieber damit ſie nicht tödlich werden mögen zeitlich zu tractiren* Sulzbach 1674. 8. Tr. Nürnb. 1680. 4. Willer.

Ej. *ſciagraphia morborum contagioſorum per 48 diſputationes familiariter propoſita ab a.* 1666. ſqq. Altdorf. 1691. 8. *. Breviſſime.

Magni Dan. Omeis *memoria* Maur. Hofmanni Altd. 1699. fol.

Ej. *vitam* J. Gottl. Kornhard dedit Berlin 1737. 4. 1738. B. Bun.

§. DCXXII. Christianus Lange. J. G. Macasius.

Langius Profeſſor Lipſienſis ex ſchola Italica prodiit. Ej. numeroſæ ſunt diſputationes.

Ej. *de abortu conſiderationes* Lipſ. 1644. 4. He.

Ej. *de morbo caſtrenſi ſ. Hungarico* Lipſ. 1649. 4.

Ej. *memoria* Henningi Schurer Lipſ. 1650. 4.

Ej. *genuina ratione acidulas Egranas uſurpandi* ib. 1651. 4.

Ej. *de facie Hippocratica* 1651. 4. He.

Ej. *thermæ Carolinæ* 1653. 4.

Ej. *de tuſſi* Lipſ. 1655. 4.

Ej. *miſcellanea medica curioſa eorumque gymnaſmata tr.* VII. ib. a. 1655. 4. ad 1657. He.

Ej. *de ſuppreſſione menſium* ib. 1656. 4. *.

Ej. *de malo literatis familiari, hypochondriaco* ib. 1658. 4. He.

Ej. *elixir proprietatis* Lipſ. 1660. 4. Menz.

Ej. *de morbillis pathologiæ animatæ ſpecimine* Lipſ. 1660. 4. *. Haenel. Contra quamcunque alvi liberationem, etiam per clyſteres.

Ej. *de angina* ib. 1661. 4. *.

Ej. *de hydrope* ib. 1661. 4.

In ejus obitum H. Kromaieri *programma* Lipſ. 1662. 4. B. Bun.

Ejus *miſcellanea curioſa medica* Lipſ. 1666. 4. 1669. 4. Francof. 1688. Continentur hac collectione contenta *Pathologia animata ſ. animadverſiones in pathologiam ſpagyricam* P. Joh. Fabri: *Miſcellanea curioſa; diſp. de morbillis; de Elixire proprietatis, de calculi humani curationem genuina, de Egranas acidulas ſalubriter uſurpandi modo; de thermis Carolinis.*

J. Georgii Macasii *de purgatione diſp.* Jen. 1644. 4. *.

Ej. *promtuarium materiæ medicæ, ſ. apparatus ad praxin medicam* L. II. *Prior de viribus medicamentorum in genere, alter in ſpecie* Francof. 1654. 8. & Jen. 1676. 4. Lipſ. 1677. 12. *. 1678. 4. Uff. Cenſus medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, ad titulos ſuos diſtributorum.

§. DCXXIII. Disputationes.

Conrad. Redeker *de dyſenteria* Leid. 1644. 4. Burck.

Everard de Ram *de pleuritide* Leid. 1644. 4.

William Emmerson *de elephantiaſi vera ſ. legitima præcipue illa ulterioris Aſiæ* Leid. 1654. 4.

Andr. Engelhard *de epilepſia* Franeker 1644. 4. He.

Dieter. Gunther *de pleuritide vera* Francof. 1644. 4. Bur.

Frid. Moeller *de pleuritica paſſione* Regiom. 1644. 4. Menz.

J. Daniel Seiler *de graviſſimo morbo chordapſo ſ. ileo* Regiom. 1644. 4.

Ahasver. Schmitzer *de pareſi ex colica* Regiom. 1644. 4. He.

Petr. August. Hofer *de apoplexia* Baſil. 1644. 4. He.

Urban. Bodineau & J. Garbe *Non E. iidem morbi eodem tempore ſemper judicantur* Pariſ. 1644.

PHILII MORISSET & PETR. *de* MERCENNE *E. paralyſis repentina ſolutio non-nunquam a natura* Pariſ. 1644.

J. CORNUTY & J. GUISSE *E. ſitis in vigore febrium tepido potu lenienda* Pariſ. 1644.

CAR. GUILLEMEAU & GUIL. PETIT *E. dyſenteriæ utraque evacuatio* Pariſ. 1644.

NIC. LANGLOIS & MICH. *du* PONT *E. hibernum aerem captare ſalubre* ib. 1644.

CLAUD. CHRESTIEN & PAUL. COURTOIS *E. plethoræ arcendæ venus* Pariſ. 1644. 4.

GUIL. PUYLON & PETR. *de* MERCENNE *E. jejunis aquæ potus* ib. 1644.

VICT. PALLU & J. GUISSE *Non E. vinum album catarrho nocet* ib. 1644.

GEORG. JOUDOUYN & CL. TARDY *E. quadrageſimali tempore carnium & ovorum eſus inſalubris* Pariſ. 1644.

GUIL. PETIT & D. D. S. YON *E. mulierum a frequenti puerperio vita brevior* ib. 1644.

HERM. *de* LAUNAY & NIC. BLANCHET *E. a frequenti partu ſenectus præceps* ib. 1644.

PHIL. HARDOUIN & JAC. *du* VAL *E. obeſi minus fecundi* Pariſ. 1644.

§. DCXXIV. VARII.

J. v. HORNE, vir cætera eximius, leviter practica adtigit. BOTALLI opera edidit; in *microtechne* aliqua huc referas, vix autem anevryſma a. 1644. excuſum.

Obſervationes Anatomicas pluſculas in *quatuor decadibus* JUSTUS SCHRADER edidit Amſterd 1674. 12. *. inciſiones cadaverum morboſorum, abſceſſus hepatis poſt febrem continuam & vomitum. In viro ſanatum ulceroſum meſenterium.

In E. N. C. ann. IV. V. dec. aliquæ CL. VIRI inciſiones reperiuntur.

LAELIUS ZACAGNINUS. EJ. ſunt *Notabilium medicinæ libri* II. *Primo de vitæ humanæ longitudine & brevitate, etiam quoad Aſtrologos incerta: an arcanis remediis poſſit prorogari; de hodiernis & antiquis hominum complexionibus; de morbis evitandis in virtute ſex rerum non naturalium.* II. Adverſus eos qui tertium teſtem dari poſſe opinantur 1644. 4. L.

LAURENTII FEALDI *tr. de epicraſi bipartitus, in quo oſtenditur epicraſin juxta Galenum non raro phlebotomiam & catharſin excludere* Pariſ. 1644. 8. ASTR.

LEONARDI

LEONARDI AGOSTI Bononienſis *l. de modo curandi infirmos.*

EJ. *repertorium de peſte* L. III. MAZUCCH.

EJ. *antimedicina cioe che agli infermi non ſi de trarre il ſangue proiber il vino ne dar medicina* Bergom. 1654. 4. In eum hominem in *epiſtolis* ad me datis ſunt animadverſiones J. STEPHANI BERNARDI.

EJ. *medico di grandi* ib. 1659. 4. Contra medicos.

ANTONII VITIGLIANI *ſcholion ad Manelphii decertationem de parte affecta pleuritidis* Rom. 1644. 8. FALC.

J. PETR. CORVINUS *de diatartari electuarii temperamento, qualitatibus, uſu, doſi dilucidatio* Meſſan 1644. 8. L.

DANIEL VERMOOST Aarſchotanus, EJ. eſt *breve apologema pro* V. F. PLEMPIO *contra dicteria* κηπουροῦ KYPERI Lovan. 1644. 4. 1654. 4. B. BODL. & cum *fundamentis medicinæ* PLEMPII conf. p. 596.

J. DAVID RULAND *pharmacopœa nova in qua repoſita ſunt pro omnibus morbis corporis humani internis & externis pro pauperibus* εὐπόριστα Nurnb. 1644. 12. B. HOTTON.

J. KRAFT *microtechne methodo diætetica* Francof. 1644. 12.

Collectio opuſculorum de Tabaco, ÆGIDII EVERARTI, J. NEANDRI, GUIL. *de* MERA, JACOBI I. *Miſocapnus*; RAPHAELIS THORII *hymnus* Utrecht 1644. 16. *. Recte negat GUILIELMUS de MERA, fumum nicotianæ accenſæ ad cerebrum uſque penetrare, etiam experimento ſuo producto; defenſor idem ejus herbæ.

§. DCXXV. VARII ad a. 1644.

MIGUEL MARTINEZ y LEACHE Pharmacopæi Tudelenſis, *de vera & legitima aloës electione juxta Meſves textum* Pamplona 1644. 12. C. de V.

EJ. *Pharmacopola donde ſe expuene las preparationes y eleciones di Meſve* Pamplon. 1650. 4. ib.

LIVIO AGRIPPA *diſcorſo ſopra la natura e compleſſione humana* Venet. 1644. 4. CARR.

VINCENTIO TANARO *economia del citadino* Bologna 1644. 4. *. &c. conf. B. Bot. I p. 468. Ad diæteticam, ut ad panem, vinum, potum varium, ad artem coquinariam.

Ad litem RENAUDOTIORUM cum ordine medico Pariſino pertinent MICHAELIS *de la* VIGNE medici, *orationes duæ adverſus* TH. RENAUDOT *& omnes medicos extraneos* Pariſ. 1644. 4. d'ETR.

Reponſe à l'examen de la Requête preſentée à la Reine par THEOPHR. RENAUDOT Paris 1644. 4. d'ETR.

Porte-feuille contenant pluſieurs Factums & memoires touchant le Procès de la Faculté de médecine entre FRANÇOIS BLONDEL &c. Pariſ. 4.

Arrêt de la Cour du Parlement contre THEOPHRASTE RENAUDOT *& les DD. en médecine des Univerſités, en faveur de la Faculté de médecine de Paris* 1644. 4.

Mémoires tirés des archives de la Faculté de médecine contre les chirurgiens & barbiers chirurgiens Pariſ. 1644. 4.

De l'union des chirurgiens jurés & barbiers chirurgiens à la charge de ſoumiſſion à la Faculté de médecine ib. 1644. fol.

JEAN DURELLE *Onomatologie chirurgique* Lion 1644. 12.*. Vocum medicarum interpretatio.

Una prodiit *tr. des contenus du petit monde.* Sic recte legi

HENRI *de* ROCHAS *examen ou raiſonnement ſur l'uſage de la ſaignée* Paris 1644. 8.

Ej. *œuvres diverſes* Pariſ. 1645. 8. *ſur les fievres* &c. niſi idem eſt.

Ej. *nouvelles démonſtrations pour connoître la cauſe des fievres intermittentes, dyſenteries, diarrhée, lienterie & tout autre flux de ventre avec leur prognoſtic & leurs remedes* Pariſ. 1645. 8. idem forte priori.

Ej. *examen ou raiſonnement ſur la cauſe de la peſte* Toulouſe 1652. 8. FALC.

. . . . CHAMBERLEN *Practice of Phyſick* London. 1644. 13.

. . . . GAFFORD *phyſical directions in time of plague* Firenze 1644. 4. MEAD.

Concerning the conſtitution of the air and how to know plague ſores and carbuncles Oxford 1644. 4. B. BODL.

JOSEPH SCHMIDT Chirurgus. Ej. *Examen phlebotomicum oder gründlicher Bericht von dem Aderlaſſen* Augſpurg 1644. 12. 1653. 12.

Ej. *Kriegsarzney* Aug. Vind 1644. 12.

Ej. *neuer medicinisch u. chirurgiſcher Feldkaſten mit einem Anhang wie die Franzoſen ohne ſalivation zu curiren* Marb. 1654. 12. *zweyte Auflage* Augſpurg. 1722. 8. *. Materia medica populo ſcripta: ſic medicamentorum tum ſimplicium tum compoſitorum cenſus, cum formula præparationis, & reliqua pharmacopœa, interni ſcopi & externi. Luem gallicam abſque hydrargyro vult curari, purgantibus validis, & panacea tartarea, quæ fit ex tartaro, & lignis ſolitis cum ſpiritu vitrioli digeſtis. Valde laudat expertum ſibi arcanum.

Ej.

Ej. *etliche Arzneyen ſo zur hizigen oder ungariſchen Krankheit zu gebrauchen ſind* Augſpurg 1653. 12. TR.

Ej. *Spiegel der Wundarzney* Ulm 1656. 4. Aug. Vind. 1675. 4.

Ej. *miſcellanea medica chirurgica* Francf. 1709. 8.

Ej. *Bericht von drey abſcheulichen u. anſteckenden Krankheiten, der Peſt, Franzoſen, u. Scharbok* Augſpurg 1667. 12. 1692. 12. Augſpurg 1702. 12. hic præfixo titulo *Beſchreibung von der Peſt.*

Ej. *von hizigen Hauptkrankheiten.* Una prodiit.

GEORG KOENIG. Ejus ſunt *orationes parentales in funere* CASPARI HOFMANNI Altdorf. 1648. 4. *. GEORGII NOESLER 1650. 4. & LUDOVICI JUNGERMANN Leipz. 1655. 4.

HENRIC. BARNSTEIN *von Tobak deſſen Wunderkraft und Arzneymittel* Erfurt 1644. 8. 1651. 8. 1677. 8.

Ej. *Beſchreibung der wunderlichen hypochondriſchen Krankheit oder von der Darmſucht* Erf. 1651. 8. *.

Ordnung und Geſetze der Colbergiſchen Apotheken u. aller Materialien u. Arzneyen Alt Stettin 1644. 4. OELRICH.

Pharmacopolii SALADINI *Argentoratenſis medicamenta* Strasburg 1644. 8. BOECLER.

§. DCXXVI. ANTONIUS DEUSING.

Meurſenſis, Profeſſor Groninganus, minime ille indoctus, Arabicæ etiam & Turcicæ linguæ peritus, cæterum non inventor, inter perpetuas lites & refutationes vitam trivit, cum SYLVIO potiſſimum: tum cum adverſariis BILSII, quem noſter tuebatur. Ad praxin pauca faciunt.

Ej. *naturæ theatrum univerſale* Harderwic. 1644. 4. ſi huc facit.

Ej. *de idea medici abſoluti ſ. quod optimus medicus idem ſit Philoſophus* Groning. 1648. 4. BOEHM.

Ej. *de boni medici officio* ib. 1648. 4. BOEHM.

Ej. *canticum Abi Alii* edidit ex *Arabico verſum*, cum l. MESVÆI *aphoriſmis* Groning. 1649. 16. *.

Ej. *ſynopſis medicinæ univerſalis, ſ. compendium inſtitutionum publicis diſputationibus ventilatum* ib. 1649. 16. *.

Ej. *idea doctrinæ de febribus publicæ ventilationi ſubmiſſa* Groning. 1655. 16.

In

In *collectione diſſ.* a. 1655. 16. editarum, eſt *diſſ. de venæ ſectione in pleuritide.*

EJ. *de morborum quorumdam ſuperſtitioſa origine ac curatione, ſpeciatim de morbo manslacht, de lycanthropia, de ſurdis ac mutis, de lapide bezoardico* Groning. 1656. 16. *. & in *collectione diſputationum ſelectarum* Groning. 1664. 16. * PL. Contra vires lapidis bezoar per experimenta pugnat. Morbus *manslacht* dicitur incommodum, quod non homines ſoli, ſed ipſa bruta animalia, a præſentia homicidæ percipiunt, cum anxietate & inquietudine, ſuperſtitioſo modo ſanabile.

EJ. *diſquiſitio de Peſte* 1. *an contagioſa*; 2. *an vitanda & quomodo illæſa charitate* Groning. 1656. 16. 1658. 16. PL.

Idem fuerit opuſculum *heilzame onderzoekinge der peſt* Amſterd. 1664. 8.

EJ. *de pleuritide vera* Groniug. 1658. 4. PL.

EJ. *hiſtoria fetus extra uterum in abdomine geniti ibique per ſex pene luſtra detenti ac tandem lapideſcentis* Groning. 1661. 16. *. Darmſtadt. 1661. 4. 1663. 4. 1669. 4. *.

EJ. *fœtus muſſipontani extra uterum geniti ſecundæ* Groning. 1662. 16.

EJ. *fœtus gemellorum partus infelicis quo gemelli ex utero in abdomen elapſi multis annis poſt per abdomen in lucem prodierunt* ib. 1662. 16. niſi error eſt in titulo.

EJ. *de ileo* ib. 1663. 4. PL.

EJ. *vindiciæ fœtus extra uterum geniti* ib. 1664. 16. Hæc conſideratio collectitia de fetubus eſt extra uterum genitis, quibus lapidea natura inducta fuit, bona fruge caſſa eſt, ſic ſecundæ, & vindiciæ, maledicentiſſimæ, adverſus BERNARDUM a DOMA.

EJ. *de hepatis intemperie & ατονια ejus, ſ. imbecillitate* ib. 1664. 4. PL.

EJ. *de ſigno febrium pathognomico* ib. 1664. 12.

In *Ep. ad* BARTH. Cent. IV. de caſu narrat, in quo poſt catharrum ſurditas & demum cæcitas ſucceſſit.

§. DCXXVII. VARII ad a. 1645.

JOHANNES SCULTETUS Senior, medicus Ulmenſis, obiit a. 1645. Cum ejus *armamentario chirurgico* poſthumo, ſæpius recuſo, præter fonticulos, venæ ſectionem, & alia cum medicina conjuncta, aliqua etiam ad luem veneream alioſve morbos pertinent. Sed potiſſimum *in centuria obſervationum* ſubjecta pluſcula clinica adque morbos internos ſpectantia occurrunt. In ove vertigo, cujus cauſa in hydatide, cerebrum inter & piam meningem, reperta eſt. Dolor dentium perio-

periodicus opio curatus. A dentitione difficili in puero tredecenni apoplexia fortis & funeſta. Angina curata, & amauroſis, hæc ſetaceo per cervicem trajecto. Empyema aliud pure per lotium decedente curatum, aliud apertione pectoris. Porus bilarius calculo obſtructus. Cancer alius coli inteſtini, alius uteri. Herpes, œdema. Hæmoptoe ex clauſo ulcere tibiæ funeſta. Poſt dolores colicos ventriculus eroſus. Tinea. Lepra Græca curata, & alia ex eſu carnium leproſarum, mercurio dulci & unguentis mercurialibus ſanata. LAMZWERDIANO auctario alius locus debetur. Editiones in chirurgicis dixi.

HENRICI FUIREN Dani, *prælectiones Baſileenſes de aſcite* Baſil. 1645. 4. * Tumorem in meſenterio vidit. Lienem & hepar alias ſana fuiſſe, alias male ſe habere. In homine orthoſtadio folliculus cordis auriculæ adfixus. J. DOMINICUM SALAM aſito homini venæ ſectione præmiſſa hydropem removiſſe.

EJ. *bibliotheca medica quam prælegerat* Hafn. 1659. 4.

In ejus *muſæo* calculi pulmonum, veſiculæ felleæ, aliquot ex cadaveribus continebantur.

In ejus *obitum* eſt T. BARTHOLINI *oratio* Hafniæ 1659. 4. B. BUN.

NICOLAUS MAGNUS *de medicis pulveribus* Hafn. 1645. 12. HOUSS.

SIMON COURTAUD *oratio de Monſpelienſi medicorum univerſitate. Simul privilegia apoſtolica & regia, & encomia de eadem univerſitate* Monſp. 1645. 4. B. BUN.

ROS . . . . *medicus medicatus* 1645. 8. OBS.

MARCELLINI UBERTE *medicina ſacra ſ. de morbis, quorum mentio fit in ſacris literis* Saragoſſ. 1645. 4. niſi vitium in anno eſt.

ALEXANDRI TADINI *Collegii medicorum Mediolanenſium privilegia, ſtatuta, ordinationes in compendium redactæ* Mediolani 1645. 4. CORTE.

N. E D. E. D. P. M. D. LAVENIUS *criticus ſ. antiqua judicationum morborum cauſa rediviva & longiſſimis obſervationibus Avenione factis confirmata* Avenione 1645. 4. FALC.

THOMAS CASTELLO OCHOA Granadenſis Calaguritanus, *de venenis* Granat. 1645. 4. C. de V.

JOSEPHUS GALEANUS Panormitanus, quem MONGITORE maximis laudibus effert

EJ. eſt *Smilasis asperæ & ſarſæparillæ cauſa* Palerm. 1645. 4. MONGIT. SEGUIER annum habet 1654.

EJ.

Ej. *orationes de medicinæ præſtantia* Panorm. 1649. 4. Mongit. 16 . 4. C. de V. Italice verſæ a Didaco *de* Mastro Neapolitano.

Idem Galenum *de ſanitate tuenda* convertit ib. 1650. 8.

Ej. Hippocratis *medicica paraphraſibus illuſtrata, ſive aphoriſmorum Hipp. ſectiones cum paraphraſi* Palermo 1650. 12. 1663. 12. 1701. 12. Mong.

Ej. *la lebbra unita al mal franceſe altro contagioſo malo in quale degli ſpeziali debbe cavarſi diſtinctioni e diviſioni* Palerm. 1656. 8. Cin.

Ej. *politica medica, ſ. apologetica Epiſtola pro leproſo eorumque quæcunque adverſus ſententiam prolatam de explorandis leproſis, latine fuerunt impugnata expurgatio* Panorm. 1651. 4. Mong.

Ej. *del cavar ſangue* Palermo 1659 12. Lin.

Sub ficto nomine Bruni Cibaldi ſcripſit *del vero metodo di conſervar la ſanità e di curare ogni morbo col ſolo uſo dell aqua vita* Palermo 1662. 12. Mong.

Ej. *diſcorſo intorno all uſo dell aqua vita, nel quale ſi dimoſtra, quali ſiano li conditioni della propoſta acqua vita.* Palermo 1667. 12. Mong.

Sub titulo Pelagii Sagapeni edidit *lettera* ... Citat eam Bruno Cibaldi in *approbatione del ſuo diſcorſo intorno all uſo dell acqua vita* Palerm. 1667. 12.

Ej. *il coffè con piu diligenza eſaminato in ordine al conſervar della ſalute di corpi umani* Palerm. 1674. 8. Mong.

Bartholomæi Horn *Vates medicus hippocraticus, ſ. commentarius in hippocratis prognoſticon* Stralſund. 1643. 8.

Barth. Moser *vitæ medicorum ſanctorum. Ejus quadriga medicinæ triumphantis* Colln. 1645. 12. B. Bur.

In *quadriga* agitur, 1°. *De origine & progreſſu medicinæ.* (ſic legi) 2°. *De honoribus & divitiis medicinæ.* 3°. *De viribus illuſtribus medicinæ.* 4°. *De medicis ſanctis.*

Facultatis Medicæ Hafnienſis *conſilium ad dyſenteriam* Hafn. 1645.

Petri Berigardi *aphoriſmi hippocratis rhythmici* Ulm 1645. 8.

P. Neucranz *auctarium pharmacopoeæ Stralſundenſis* 1645. 12. L.

Nova Editio *Codicis medicamentarii ex mandato fac. Medicæ Pariſinæ* prodiit, Decano Philippo Harduino *de ſ.* Jacques Pariſ. 1645. 4. Bur. conf. p. 439.

J. Whistler *de pædo ſplanchno cace ſ. de rachitide* Lond. 1654. Monro.

§. DCXXVIII. Varii. Alii.

Antoine Fueldez D. M. a Roudes, *Obſervations curieuſes touchant la petite verole vraye peſte des petits enfans & le bezuhar ſon antidote.* Lyon 1645. 8. *. Germanice Hanau 1656. 8. Cum puer ex variolis obiiſſet, quem noſter non potuerat ſervare, & cum parentes noſtro vehementiſſime ſuccenſerent, hæc quædam ejus eſt apologia. Variolas etiam oſſa carioſa reddere, & palati atque maxillæ ſuperioris oſſa funeſto eventu exediſſe, in alio ſternum, claviculas, ſcapulæ partem; ſuſtuliſſe in puella auditum, olfactum, brachii motum. In urbe Rhodenſium anni 1643 æſtate exſtinxiſſe pueros pene 600. Nunquam felicem eſſe variolarum exitum, quando confluunt, neque quando late corpus operiunt, neque depreſſarum, puncto in medio nigro, neque exiguarum, verrucarum ſimilium, ſiccarum. Ante eruptionem ſuadebat ſcarifationes crurum. Venæ ſectionem etiam ante annum duodecimum poſſe locum habere. Alvum non duci, niſi cogat ſaburra primarum viarum, & etiam tunc lenibus medicamentis. Valde laudat veſicatoria ad avocandas ad ambitum corporis variolas. Bezoar fuſe, non omnia poſſe. Henricum II. experimentum feciſſe in homine reo, cui poſt datum venenum bezoar propinatum eſt. Vomuit, dejecit, de ardore igneo univerſi corporis conqueſtus eſt, ſanguis exiit per aures & per os, anum, penem, & periit æger ſeptima inde hora. Rex iratus caro redemtum lapidem flammis dedit. Correa Jeſuita valde laudat lapidem de corde cervi, quo demorſos a tigride ſervaverit, moto ſudore. Laudes ſpiritus vitrioli. Hiſtoria funeſti ſibique pernicioſi caſus. Variolæ verrucoſæ erant, aliæ ſero plenæ, miſtæ petechiis, confluebant in veſicas. Sanguinis, hinc puris, acceſſit vomitus. Accuſaverunt pauxillum quid de ſpiritu vitrioli datum. Fabrica boracis ex ſapone cum butyro & lacte uſto.

Louis Ferrant *traité du Tabac en ſternutatoire* Bourg. 1645. 4. Seg.

Ej. *lettres a* Mr. Joly *où il eſt prouvé qu'il ne faut pas ſaigner les Pleuritiques au pied* Paris 1680. 12.

Michel *le* Long *Commentaire ſur les Aphoriſmes d'*Hippocrate Paris 1645. 4. Rast.

Ej. Hippocratis *præſagia brevi commentario illuſtrata, decerpto a* Galeno, Hollerio, Dureto *& aliis viris* Pariſ. 1657. 12.

Louis *de* Galtier *enchiridion manuel de traiter & guérir la maladie epidemique appellée le Pourpre & le Ticq* Paris 1645. 8. Falc.

Apologie & autres pièces concernant la Faculté de médecine de Paris Montpellier 1645. 4. 2 vol. Astr.

J. Jac. Gufferi *il biaſimo dello tabacco overo l'uſo pernicioſo di eſſe diſcorſo* Palermo 1645. 4. Mongit.

Loottri Nacattel *raccolta medica ed aſtrologica* Venet. 1645. 4. *. Nomen auctoris putes fictum eſſe. In *diſcorſo* I. agit *dell' abuſo di cavar ſangue nella fonte, collectanea.* Cardani epiſtola. Prosper Martianus *in* Hippocratem. Troili Lancetta *l. de peſte*, quem diximus. Cæsaris Cremonini *locus de*

membrorum principatu, GALENUM docet hic, dum HIPPOCRATI vult contradicere, contradicere ſibi. *Diſc.*II Aſtrologiam ad medicinam neceſſariam eſſe ex HIPPOCRATE & ARISTOTELE demonſtrat. ALEXANDRI Aphrodiſei & J. GRAMMATICI contra aſtrologiam judiciariam loca. FRACASTORIUS contra GALENUM & Aſtrologos. Criſibus nihil cum luna commune eſſe. CÆSARIS CREMONINI de meteoris contra Aſtrologiam judiciariam, Loca CICERONIS, LIVII, TACITI, & HIPPOCRATIS *de cauſis morborum.*

F. CARCANO *arte del ſtrucciaro con il modo di conoſcere e medicar falconi* Milan. 1645. 12.

BARTHOLOMÆI BONACURSII *della natura di pulſi* Bonon. 1645. 4. 1647. 4 MAZUCH.

EJ. *de humano ſero*, *ſ. de urinis l.* Bonon. 1650. 4. *. Brevis aphoriſticus l., boni ordinis, continet præſagia ex urinis varii generis. Minuit autem operis utilitatem, quod fere omnia compilatitia ſint, ut unica mihi adnotatio occurrat, de urina in peſtilentia ſanæ ſimili.

EJ. *de malis externis* Bonon. 1656. 4. L.

CONR. METSCHLER *Bezoardicum animale verum* Paſſau 1645. 12.

EJ. *diſcours ob einem Geiſtlichen erlaubt ſey die Medicin zu treiben* ib. eod. 4. THOMAS.

JAC. LUPII *Schazkammer der Natur* 1645. 12. 1681. 8. 1756. 8. LIEB.

PETRI SARTORII *Franzoſenarzt*, *oder von der Schwachheit der Franzoſen* Strasburg 1645. 8. Francof. 1658. 8. B. THOM. Fr. Leipz. 1676. 8. 1685. 8. 1688. 8. Senex clinicus hydrargyrum rejicit, ſolis decoctis lignorum utitur.

HAYS *on all food animal and vegetable* London. 1545. 8.

JOSAPHAT WENDELIN *præſervation u. Cur der rohten Ruhr* Nürnb. 1645. 8. B. Tig.

J. WEBER pharmacopœus edidit Banſæ 1645. 12. librum de peſte, etiam germanice, ſed & hungarice, niſi titulum corrupi *Amuletum Azaz rörad ad Szük ſegës oktatés a dògha Palvol* WESZPREMI.

§. DCXXIX. DISPUTATIONES.

HERMAN STEINBERGEN *de arthritide* Leid. 1645. 4. PL.

GALENUS *de* HAEN *de apoplexia* Leid. 1645. 4. HE.

DANIEL WHIST *de morbo puerili dicto Rickets* Leid. 1645. 4.

MARTIN BARDILI *de paralyſi* Baſil. 1645. 4.

MATTH. HELD *diſſ. de arthritide* Stettin 1645. 4. alii 1648.

EJ. *de apoplexia* Tubing. 1647. 4.

EJ. *de catarrho ſuffocativo* Tubing. 1647. 4.

Sed lego CAR. BARDILI *diſquiſitio theoretico practica de catarrho ſuffocativo* ib. 1645. 4. RIV.

MATH. RAMELN *de hydrope* Marburg. 1645. 4.

J. RAPP *de febre quartana* Marpurg. 1645. 4. HE.

Nonne ejuſdem *kurzer Bericht von der Natur und curation der jezigen Sucht allenthalben graſſirender Krankheit* Oſterode 1661. 4.

EJ. *die rohte Ruhr* Goslar 1666. 4. *. alexipharmaca adhibet & adſtringantur.

J. MARTIN UHL *de peſte* Altdorf. 1645. 4.

CHRISTOPH NICOLAI *de paralyſi* Altdorf. 1645. 4. *.

GEORG KRUGK reſp. BALTHASARE ZIMMERMANN *de dyſenteria* Soræ 1645. 4. MOELLER.

CHRISTIAN BUNCKEN *de febre ardente* præf. C. SCHELHAMMER Jen. 1645. 4.

MATTHÆI MEYER *catarrhologia* Argent 1645. 4. *.

PETR. MOREAU & J. HAMON *Obeſt E. polyaimia felicitati ingenii* Pariſ. 1645.

J. RIOLAN & J. MAURIN *Non E. propter motum ſanguinis in corde circulatorium mutanda* GALENI *methodus* ib. 1645.

NIC. HELIOT & ANT. MORAND *E. vinum alimentum optimum* ib. 1645.

J. VACHEROT & REGNIER *E. haurire in balneo purgantia prodeſt* ib. 1645.

CLAUD. SEGUYN & JAC. *du* VAL *E. ex pericharia quam ex ira mors citior* ib. 1645.

SIM. *le* LETTIER & LUD. *le* NOIR *E. modicus cibi medicus ſibi* ib. 1645.

ANDR. GUYET & JAC. *du* VAL *E. a lacte calculus* ib. 1645.

FR. *des* FRANCOIS & J. MAURIN *E. elephantiaſi eunuchiſmus* ib. 1645.

J. *du* CLEDAT & J. S. YON *E. ab humore pituitoſo & melancholico epilepſia ſic a bilioſo* ib. 1645.

J. FORESTIER & PETR. REGNIER *Non E. contumacibus morbis ex ſtibio purgatio* Pariſ. 1645.

§. DCXXX. Varii.

Eccardus Leichner per multos annos profeſſor Erfordienſis, anno jam 1645. contra Harveium ſcripſerat.

Ej. *gefahr und ſchädlicher Arzneymiſsbrauch in u. mit dem Exempel purgirender Arzney, wie auch des landfahrenden Schwefelbalſams* Erfurd. 1660. 8.

Ej. *de phthiſi* ib. 1661. 4. Pl. 1672. 4. & 1668. He.

Ej. eſt *ſchediaſmatum de principiis medicis ſ. de apodictica ſcholarum medicarum emendatione pentas prior pro & contra diſputata* Erford. 1664. 12. L.

Ej. *de cholera humida* Erfort. 1670. 4. Riv.

Ej. *de hyſteromania* 1671. 4. He.

Ej. *archæus ſynopticus, ſ. duodecim tabulæ de legibus Reipublicæ medicæ fundamentalibus in uſum ſtudioſæ juventutis* ib. 1674. 12.

Ej. *de mania* ib. 1674. 4. He.

Ej. *de principiis medicis Epiſtola apologetica ad illuſtre medicorum in Ac. Lipſ. Collegium contra Pſeudarchæum ſyncopticum* P. Ammanni ib. 1675. 12. *. Urget neſcio quam analyſin demonſtrativam, cujus nullum in ipſo ſcripto reperio veſtigium.

Ej. *de vertigine* ib. 1675. 4. *.

Ej. *de podagra* ib. 1675. 4. Riv.

Ej. *Epicriſis analytica ſuper undecim diſputationes medicas* Francisci Sylvii ib. 1676. 12.

Ej. *de diarrhœa quadam epidemica* ib. 1676. 4.

Ej. *de regimine gravidarum* ib. 1677. 4. Pl.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1678. 4. Riv.

Ej. *de fame canina* ib. 1680. 4. Pl.

Ej. *de emanſione menſium præternaturali* ib. 1679. 4. Pl.

Ej. *manus Dei funeſtiſſima lues peſtifera* ib. 1682. 4. Riv.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1681. 4. He.

Ej. *de menſium ſuppreſſione diſſ.* ib. 1684. 4. Riv.

Ej. *caſus matronæ hypochondriacæ* ib. 1685. 4. Riv.

Ej. *de cordis palpitatione* ib. 1686. 4. He.

Ej. *de chloroſi* ib. 1688. 4. Haenel.

Ej.

Ej. *de anaſarca* ib. 1688. 4. Tr.

Ej. *de atrociſſimo & tantum non intolerabili dentium dolore* ib. 1688.

Ej. *de melancholia hypochondriaca* ib. 1689. 4.

Ej. *de medicina univerſali* ib. 1689. 4. Haenel. Riv.

Ej. *de ventriculi naturali functione & præternaturali ejus læſione* ib. 1689. 4.

Ej. *de apoplexia* ib. 1690. 4. Il.

Ej. *de catarrho* ib. 1690. 4. He.

Ej. *de phthiſi* ib. 1690. 4. Haen.

§. DCXXXI. Varii ad a. 1646.

Mich. *de* Villena *de uſtionibus & cauteriis* 1646. 4. An idem p. 492.

J. Follini *Sylvaducenſis, tyrocinium medicæ practicæ* Colon. 1647. 12. Genev. (puto errorem eſſe).

Ej. *ſynopſis tuendæ & conſervandæ bonæ valetudinis* Colon. 1648. 12. Tr.

Ej. *ſpeculum naturæ humanæ* Colon. 1649. 12.

Nellani Glacani *curſus medicus* L. XIII. Bonon 1646. 4. 1655. 3.

Jacobi *le* Long *Bibliographia Pariſina h. e. catalogus omnium librorum Pariſiis a. 1645 excuſorum* Pariſ. 1646. 4.

Roberti Nicandri *hiſtoria memorabilis feminæ bis triennio hypochondriis laborantis* Pariſ. 1646. 8. L.

J. Coster *de dyſenteria* Regiomont. 1646. 4. Moeller.

Ej. *affectuum totius corporis humani præcipuorum theoria & praxis tabulis exhibita: acceſſit relatio medica morbi & mortis* Caroli Gustavi *Regis Sueciæ* Frf. 1663. 4. 1664. L. Tr. Lubec. 1675. 4. Tr. Improbabat curationes medici, qui febrem malignam pro ſcorbutica habuerat.

Ej. *opera medica* Lubec 1666. 4. Moeller *ex catal. Nund.*

Raymund Massac Paean Aurelianus, *ſ. de laudibus ſalubritatis cæli & ſoli Aurelianenſis, atque conſeſſus coll. medicorum* Orleans 1646. 4. Aer purus, ſolum fertile, fructus terræ ſalubres, incolæ ſani, longævi. Elogium collegii medici quinque membrorum. *Bibl hiſt. de la France.*

J. Chartier diverſus a Renato, edidit Paris 1646. 4. Palladium *de febribus.*

Ej.

Ej. eſt *la ſcience du plomb ſacré des anciens ſages ou de l'antimoine où ſont deduits ſes rares & particulieres vertus* Paris 1651. 4.

Adolphi Fomanni *acclamationes naturæ in honorem* Petri Volrahi med. D. Jen. 1646. 4.

Henrici Botteri *de ſcorbuto & de eodem epiſtola* Lubec. 1646. 4.

Ej. *epiſtola de curatione empyematis in* Gregorii Horstii *l.* Jen. 1621. 4.

Pharmacopœa Auguſtana recognita, Hermetica & Hippocratica mantiſſa locupletata Aug. Vind. 1640. fol.

§. DCXXXI. Isbrand van Diemerbroeck.

Medicus aliquandiu militaris, inde Profeſſor Ultrajectinus.

Ej. *de peſte* L. IV. Arnheim 1646. 4. Amſterd. 1665. 4. Schulze & in oper. omnibus. Hiſtoria Peſtis Neomagienſis annorum 1635 1636 1637 quam præſens obſervavit, cum notis hiſtoricis & collectaneis peramplis. Morbi primum acuti frequentes & maligniores dominati ſunt, inde in petechias, denique in peſtem exarſerunt. Valde ſæva fuit ea, & paucis pepercit quos infecerat. Nihil profuiſſe ſecluſionem & evitationem omnis cum reliquis mortalibus commercii. Fuiſſe peſtem, quæ ſine febre tota decurrerit, alias febrem ſerius ſupervenisſe. Gravidæ feminæ abortabant, peribant. Aſperiorem fuiſſe, quæ circa magnas lunæ converſiones invadebat. Sudorifera in morbi principio data profuiſſe, non ita quæ in progreſſu dabantur. Lentæ febres peſtilentes fallaces. Aviculas periiſſe in ædibus, in quibus peſtis eſſet eruptura. Symptomata ſubita, pulſus tamen nonnunquam ſano ſimilis, ſimiles urinæ. Diarrhœa pernicioſa. Maculæ, bubones, carbones. Periiſſe tamen integras familias, cum nulla ejuſmodi ſigna ſe exſtuliſſent. A terrore aut a metu non dici poſſe peſtem auctam fuiſſe. Contra putredinem; antiqua ſepulchra paſſim aperta fuiſſe, nulla cum ægrorum noxa. Mitiora principia mali fuiſſe, inde ſæviorem peſtem civibus incubuiſſe. Contagio omnino conceptam fuiſſe. Putredinem ſecundariam fuiſſe cauſam. Peſtem tamen certum eſſe morbi genus. L. II. Prophylaxis publica. Saponis pædorem utique ægrotis nocuiſſe. Abſurde Neomagi licuiſſe ſupellectilem pereuntium publice vendere. Fætorem cadaverum in templo ſepultorum utique nocuiſſe. Aeris correctio ſulfure, pyrio pulvere facta. Acetum mireris a noſtro rejici, quod aſperæ arteriæ moleſtum ſit. Cereviſiam tenuem ante Sydenhamium laudat. Vinum terrori obponit. Fonticulos profuiſſe, & in primis mali initiis antidoti ſudoriferæ doſin. Catharcticis validis cavendum, alvus leniſſimis repurganda. Fumum tabaci laudat, & radicem helenii, etiam angelicæ, maſticatam Schrevelium eodem helenio in alia peſte anni 1624 ſummo cum fructu uſum. Acetum ſolum, a pauperibus potum, rectius multos a morbo præſervaſſe, quam pretioſas antidotos Contra amuleta potiſſimum venenata, quorum noxam ipſe viderit. Vinum abſinthites laudat: in ſe ipſo tamen ſolum fumum tabaci vult ſuffeciſſe.

L. III. Curatio. Carnem aſſatam & toſtam non exſpectaſſes, quam permiſit. Venæ ſectionem certam perniciem intuliſſe; ſic purgantia & emetica; diarrhœam fere inſanabilem ſucceſſiſſe; emetica ægros exſtinxiſſe; alvum ſiccam non nocuiſſe. Sudoriferis fuiſſe pugnandum, herbis fere aromaticis & odoratis, theriaca, aqua theriacali, cornu cervi, ſulfure, bolo, etiam ſtercore recenti ovillo. Bezoar in experimentis Diemerbroeckii adverſus venena mineralia nihil potuiſſe, nihil contra peſtem. Viperarum trochiſcos parum profuiſſe. Lapidum pretioſorum nullam eſſe utilitatem. Cubiculum ægrotantis noſter diligenter claudebat, ægrum probe contegebat, ſudorem etiam calore exprimebat, ſudor erat fætidus. Plerumque ſudorem ſecundo motum ægrum juviſſe, ni juvaret, peſſimum fuiſſe ſignum. Somnum ſudantibus nocuiſſe, & fere lethalem adeidiſſe. Topica capiti admota aut plantis pedum nocuiſſe. Vomitum, etiam a natura motum, nocuiſſe, diarrhœam neceſſe fuiſſe reprimere. Apoſtematum cura.

L. IV. ægrorum hiſtoriæ, quos noſter curandos habuit, antidotis ſemper & ſudoriferis uſus, eventu fere felici. Exanthemata nigra, quæ nulla fuerant, a morte demum erupiſſe. Superſtitioſa aliqua. A bubone retrogreſſo petechiæ exitiales. Ab alio edoctus eſt in ventriculo a peſte enecti hominis carbunculum ſe vidiſſe, noluit noſter ipſe cadavera rimari. Mors a vini abſinthitis & vini ſpiritus nimio potu. Initia peſtis cum ipſe ſentiret, ſex fiſtulis fumi tabaci exhauſtis, & theriaca, naſcens malum oppreſſit, negat tamen tabaci tabernas homines tutos præſtitiſſe. Vomitus vino calido feliciter repreſſus. Periiſſe catellas, quæ puerperæ lac ſuxerant. Criſis die nono per ſudorem, cum puſtulis pruriginoſis & bubone. Carbunculi in univerſum mihi fere funeſti fuiſſe videntur, etiam cum uberiori ſudore. Exanthemata purpurea non in ipſo perioſteo fuiſſe radicata, ſed in tendine. Vaticinia aliqua credulus narrat. Sanatus tamen, cui in lingua anthrax exuperat. Pleuritis peſtifera, funeſta, & latus totum nigrum. Icterum comitem ſudore, vino calente cum aromate moto, curavit. Exanthemata ſubito in homine orthoſtadio effloruiſſe, eventu funeſto. Exanthemata nunquam non pernicioſa. Alias diarrhœam peſtilentem ſudore curavit. Vermiculi rubicundi, vomitu redditi, malo eventu. Cum parotis effloreſceret, ſecta vena ea retroceſſit, & æger periit. Vomitu a vinolentia excitato initia peſtis expugnata: ſed plura ſcopus libri non ſinit decerpere.

Ej. *de variolis & morbillis Liber ſingularis.* Diſtinguit *ſteenpocken* & *waterpocken.* Videri ſanguinem menſtruum in producendis variolis nihil poſſe, quæ anno demum octogeſimo in nonnullis erumpant. Pro venæ ſectione. Hæmorrhagiam ſpontaneam, quæ ante eruptionem ceſſat, ſalutarem eſſe. Contra eam quæ poſt eruptionem; ergo etiam venam ante eruptionem ſecari poſſe, non perinde poſt eam. Purgantia nocere, & variolas introrſum revocare. Eruptionem ſudoriferis debere adjuvari; ipſo etiam ſtercore ovillo in vino infuſo. Non debere

debere puſtulas incidi. Subjectæ ſunt aliquot hiſtoriæ morbi. Secundas variolas ſe vidiſſe, primis etiam uberiores. Periclitaſſe, quibus tertium eruperant. Periiſſe fere omnes, quibus ſanguis per vomitum, cum tuſſi, aut in lotio erupit. Aliquos obſeſſis faucibus ſuffocatos. Ruſticos ſtercore ovillo feliciter uſos. Exempla diarrhoeæ purulentæ funeſtæ. Cardui benedicti utilitas. Vena ante variolas ſecta; alvo ducta, victus ratione habita, tamen malæ variolæ & ſigna ſua relicturæ erumpunt. Venam ipſe ſecari juſſit, ſed paulo poſt calida dedit & theriacalia. A menſtruorum eruptione repreſſæ funeſto eventu variolæ. Oleo raparum veteri inuncta facie cicatrices occupatæ. Feliciſſime variolæ per univerſum corpus numeroſæ: nullæ in facie eruperunt, Croco cum facies inuncta fuiſſet, pedibus in lacte lotis, nihil diminutus variolarum in facie erumpentium numerus. Pellicula ante totum oculum poſt palpebrarum tumorem nata, ſponte delapſa eſt. Bis vidit cum variolis morbillos conjungi, alias cum magnis & rubris maculis.

Ej. *obſervationes & curationes medicæ centum.* Ecce excerpta aliqua exempla. In febre peſtilenti noſter quindecim ſanguinis uncias miſit, qui totus coagulatus erat, inteſtina clyſtere eluit; denuo venam ſecuit, ita cum critico ſudore puſtulæ rubræ felici eventu eruperunt. A terrore paralyſis, pariter a terrore ſublata, ut æger grallis carere potuerit. A lapſu hæmorrhagia narium ſæviſſima, quam cum vena inciſa non compeſceret, frigida teſtibus impoſita tandem ſuppreſſit. Lienis tumor repetita alvi expurgatione diſcuſſus. In dyſenteria bolos, calida, narcotica noſter dedit; alium ægrotum tabaci uncia in cereviſia macerata, vomitu & alvo motis, ſubito ſanavit. Floribus chamæmeli & aliis mollibus auxiliis calculi expediti. Oleum vitrioli in cereviſia vermes datum ſanaſſe viſum, etſi nulli ejecti fuerunt. Febris militaris exercitum Gallicum devaſtans, contagioſa & maligna, ut tamen decumbentium major numerus mortem evaderet. Ardor magnus & conſpicuus, magna virium dejectio & cruciatus. Diebus criticis deterius ſe habebant, vix unquam tamen judicabantur, aut imperfecte Recidione frequentes. Sanguinis miſſio repetita proderat, neque vires inde dejectæ: primum miſſus fere coagulatus, in poſterioribus miſſionibus melior manabat. Ipſe tamen noſter in febre maligna lapidem bezoar dedit. In alia febre maligna abſceſſus profundus pectoris feliciter inciſus In dyſenteria æger frigidæ feliciſſimo eventu indulſit. Lactis caprilli ſolius uſu phthiſis ſanata. A ſennæ & rhei modica doſi hypercatharſis pene funeſta. Alumine & vitrioli oleo olida anima correcta. Hæmoptyſis emollientibus & papaveraceis curata. Butyro expediti calculi, colica ſuperata, deinde aromatibus In tubicine hæmoptyſis cingulo coriaceo & cerato aromatico atque balſamico curata Succino. cum reliqua medicamenta ſpei non reſponderent, malum hyſtericum ſanatum, Cum tinea nonnullis lotionibus diſcuſſa fuiſſet, ſævi capitis dolores, & epilepſia ſucceſſerunt. In cadavere dura membrana cerebri tota rubra, etiam nigra, & niger ichor inter utramque meningem repertus. Ex nimia narium hæmorrhagia hydrops. Lues venerea in homine fumo tabaci abutente, decocto lignorum curata, ut æger tamen impotens maneret. Dolor immanis ſub ſterno a concepto frigore, curatus cerato, in quo caſtoreum & crocus. Ad ſcorbutum alumen. Febris tertiana etiam

etiam ſinapiſmo ſanata. Scropulæ a CAROLO II. curatæ. Purgantibus pilulis ſanata ſurditas.

Ej. *diſputationes practicæ de morbis capitis, thoracis & imi ventris* Utrecht 1664. 12. Caſus ſunt medici cum adnotationibus, in quibus eventa aliquanto uberius quam in prioribus recenſentur, practica eadem & abſque citationibus.

In *anatome corporis humani* paſſim aliqua ad morboſam anatomen pertinentia, ut ovaria viſcido humore plena, permagna. Vermem bombycis ſimilem ex feminæ pulmone exiviſſe; pulmonem in tabacophilis exiguum & nigrum fuiſſe.

In *app. obſ.* ad SCULTETUM obſ. 1. varia exempla habet morborum abſurdorum, quæ magicæ arti tribuebantur, & impoſturæ erant opus.

J. GEORGII GRÆVII *oratio funebris in ejus exſequiis* Utrecht 1675. 4. B. BUN.

Opera omnia prodierunt Utraject 1685. fol. *. Patav. 1688. 4. 2 vol. Genev. 1687. 1721. 4.

§. DCXXXIII. VARII.

THOMAS BROWN Medici, *Pſeudodoxia epidemica or enquiries into vulgar errors* London 1646. 1669. 4. 1672. 4. HANSEN. Germanice Francof. Leipz. 1680. 4. Belgice Amſterdam 1668. 8. Gallice Pariſ. 1732. 12. 2 vol. *. *Opera omnia* Lond. 1686. fol. Errores, quos noſter refutat, nunc quidem oblivio ipſa ſepelivit; eo vero ævo aliqua erant virorum merita, qui communi errori ſe ſuperiores oſtenderent. Cauſa errorum in univerſum. Huc ad rem noſtram multa faciunt, ad prærogativam, quam nonnullis animalibus impertire ſolent & animalium mirabiles proprietates, ſympathicas, antipathicas.

Ej. *religio medici*, quæ Lond. 1648. 8. Leid. 1644. 4. Argent. 1652. 8. prodiit vertente LEVINO NICOLAO MOLTKE, nihil huc facit, & medici alicujus religionem intelligere oportet, non medici in univerſum.

Diſcours de la réunion de la médecine & de la chirurgie Paris 1646. 8. 1684. 8.

ETIENNE BACHOT *apologie ou defenſe pour la ſaignée contre ſes calomniateurs avec une reponſe au libelle intitulé Examen ou raiſonnement ſur l'uſage de la ſaignée* ib. 1646. 8. FALC. 1648.

Ej. *quæſtiones medicæ* 1648. 12.

ARNAUD BAIE *remède contre la peſte* 1646. 12. FALC.

JEAN GESEL *prodrome . . . . . des moyens de conſerver la ſanté* Leide 1646. 8. B. THOM.

BALVARD & ALEXIS *remède contre la goutte* 1646. 4. FALC.

ALEXIS *le vrai alexarthrite ou remèdes pour les gouttes* Paris 1646. 4.

Aphoriſmes d'Hippocrate avec le Commentaire de GALIEN *traduit du Grec par* J. BRECHE *avec annotations & paraphraſe, avec les aphoriſmes de* J. DAMASCENE *& une épitome des trois livres des temperamens de* GALIEN Rouen 1646. 12. BUR.

JEAN RAMEL *choix des fleurs du grand Guidon* Rouen 1646. 12. BUR.

GIORGIO GIORDANI *practica di medicare i cavalli* Livorno 1646. 8.

H. H. J. SCHENIS *Kayſer Rudolf* II. *ſpagiriſche Haus u. Reiſapothek nebſt vielen Arzneyſtücken u. Beſchreibung der Kraft des Terpentins* Zürich 1646. 8.*. Formulæ ſunt medicamentorum eo tempore parum notorum, qualia in aula RUDOLPHI II. chemiæ amatoris in uſu erant. Varia inter ea remedia auctorum nomina exprimuntur, parandorum proceſſus dantur integri. Multa intercedunt olea ætherea.

D. JONCKTYS *van de tooverziektens* Amſterd. 1646. 8. WACHENDORF.

§. DCXXXIV.

DISPUTATIONES.

J. *van* NOORDEN *de catarrho in genere* 1646. 4. PL.

GOTTOB. SCHOBER *de cholera* Ultraject. 1646. 4. BOEHM.

PETR. VELDEN *de epilepſia* Leid. 1646. 4. PL.

PET. MEILSMA *de diarrhœa* Leid. 1646. 4. PL.

HUB. BALDI *de empyemate* Leid. 1646. 4. PL.

EWALD SCREVELIUS *de uteri ſuffocatione* Leid. 1646. 4. PL.

JEREMIAS SCHOBINGER *de indiciis, quæ ex urinis deſumuntur* Argent. 1646. 4.

EJ. *de morbo ſtrangulatorio* Baſil. 1650. 4. LEUW.

J. SIMON WOLLIMHAUS *de occultis medicamentorum ſimplicium facultatibus* Upſal 1646. 4.

ERASMI SCHMIDT *de medicinæ conſtitutione* Rinteln. 1646. 4.

ANDR. FROMMEN diſp. IX. *de generatione, corruptione, temperamento, & mineralibus* Francof. Viadr. 1646. 4. ſi huc facit.

PETR. *de* MERCENNE & LUD. *le* NOIR *Non E. a frequenti venæ ſectione hydrops* Pariſ. 1646.

MICH. *du* PONT & J. HAMON *Non E. deformitas abſque morbo* ib. 1646.

CLAUD.

CLAUD. TARDY & NIC. TOUSSAULT *E. morbis a pituita vomitus, a bile dejectio* ib. 1646.

SIMON BOUILLOT & NIC. BLANCHET *Non E. in Rheumatiſmo mochlica* ib. 1646.

SEB. RAINSSANT & J. *de* S. YON *E. perſpiratio ſanitatis vindex* ib. 1646.

PETR. GUENAULT & J. MAURIN *E. aer ſerotinus fugiendus* ib. 1646.

NICOL. BRAYER & S. HAMON *E. una bona valendi ratio mediocritas* Pariſ. 1646.

CYPR. HYBAULT & TOUSS. FOUCAULT *E. iraſci ſenibus ſalubre* ib. 1646.

JAC. *du* VAL & STEPH. BACHOT *E. medicus philoſophus* ἰσόθεος.

J. MAURIN & JAC. GAMARRE *E. heroes melancholici* ib. 1656.

CL. QUIQUEBOEUF & ANT. MORAND *E. in homine bufo generari poteſt* Pariſ. 1646.

§. DCXXXV. VARII.

VALENTINUS HENRICUS VOGLER Profeſſor Helmſtadienſis. EJ. *diſp. de ſcorbuto* Helmſt. 1647. 4.

EJ. *theſes ex univerſa medicina depromtæ* ib. 1654.

EJ. *de venenis* ib. 1661. 4. BURKH.

EJ. *diæteticorum commentarius & de vi imaginationis in peſtilentia producenda* ib. 1667. 4. L.

EJ. *de pleuritide* 1669. 4.

EJ. *de hæmorrhagia narium* ib. 1673. 4. BURKH.

EJ. *de cauſo* ib. 1673. 4. HAEN.

EJ. *de valetudine hominum cognoſcenda* ib. 1674. 4. *. Semeiotica morborum, ſed potiſſimum temperamentorum cujuſque etiam viſceris: de criſibus, quæ minus certæ ſint, & de diebus criticis; de ſignis, de pulſu, reſpiratione, excrementis, decubitu. Criſes minus certas eſſe fatetur.

EJ. *de rebus naturalibus & medicis quarum in ſcripturis ſacris mentio fit. Acc. Phyſiologia paſſionis J. C.* (ſeorſim edita 1673. 4.) Helmſt. 1682. 4.

Literarium duellum inter Salernitanos & Napolitanos medicos VINCENTII de PETRONE (PETRAGONO TOPP, PETRONE BUR.) *in quo de inteſtinorum phlegmone*

mone controvertitur caſus. Una cum MICHAELIS ROCCI *apologia & alio ejuſdem auctoris literario addito de hepatis inflammatione duello* Venet. 1647. 4. TR.

PAULI PIZZUTI *notulæ pro officio protomedicatus* Panormi 1647. 8. MONGIT.

EJ. *conſtitutiones & capitula, nec non juriſdictiones regii protomedicatus officii, cum pandectis ejuſdem reformatis & in pluribus renovatis atque elucidatis.* Has primus ediderat J. P. INGRASSIAS, easdem PAULUS in ampliorem formam redegit. Panormi 1657. 4. MONGIT.

BENEDICTI a CASTRO *certamen medicum de venæ ſectione in febre putrida & inflammatoria* Hamburg 1647. 4.

FRANCISCI CATANIA *quæſtio de purgante medicamento* Panormi 1648. 4. BUR.

MATTHIÆ MORONI *directorium medico practicum* Lion 1647. 8. 1650. 8. L. Francof. 1663. 8. Continet *Epiſtolas, conſilia, hiſtorias medicas collectas* ex ordine morborum.

ROBERTI PATIN, GUIDONIS F. *paranymphus medicus de antiquitate & dignitate ſcholæ medicæ Pariſinæ, & illuſtrioribus qui in ea claruerunt medicis* Pariſ. 1663. 8. Hic paranymphus dictus fuerat a. 1648. FONTETTE.

ANTOINE JODON *de hydrope ventriculi cum* RIVERII *ejuſdem argumenti libello* Londin 1646. 4. Pariſ. 1646. 4. La Haye 1656. 8. PAPILLON.

CAROLI *le* BRETON *oratio funebris* JOHANNIS *de* MONTROEIL Pariſ. 1647. 8. FALC.

EJ. *duæ orationes, de neceſſitate hygieines* 1648. 8. FALC.

THEOPHILI *de* GARENCIERES *Flagellum Angliæ, ſ. tabes Angliæ* Londin 1647. 4. 12.

EJ. *of the virtues and effets of the tincture of coral.* Lond. 1676. 8.

J. a CHOKIER *de* SURLET *de ſenectute, in quo illius elogia, privilegia, commoda, incommoda, & ejus producendæ ratio compendiarie explicantur* Leodii 1647. 4. BUR.

GEORGII KIRSTENII *de medicinæ dignitate & præſtantia ante* PLATONEM & PLINIUM Stettin 1647. 4.

EJ. *medicaſter, ſ. de erroribus & ineptiis medicaſtrorum* ib. 1648. 4.

EJ. *adverſaria in* J. AGRICOLÆ *comm. in* POPPIUM *darinn der falſche Gebrauch der chymiſchen Arzneyen wiederlegt wird* ib. 1648. 4. B. THOM.

EJ.

EJ. *oratio in obitum* HENRICI SCHREVII ib. 1660.

EJ *diſp. de ſymptomatibus viſus, auditus, olfactus, guſtus.*

GEORGII FRID. LAURENTII *defenſio venæ ſectionis in febre continua maligna & putrida prope pedis dextri pollicem* Hamburg 1647. 4.

EJ. *defenſio venæ ſectionis qua demonſtratur in febre acuta continua & maligna venæ ſectionem inſtitui poſſe* Hamburg 1647. HE.

EJ. *exercitationes in nonnullos minus abſolute veros Hippocratis aphoriſmos* ib. 1647. 4. ed. I. 1653. 4. *. Minime abſurde ſeligit nonnullos aphoriſmos, qui experientiæ medicorum melioris notæ contrarii ſint, ipſi demum HIPPOCRATI, & admiſcet adnotationes aut proprias, aut amicorum. Sæpe vitium eſſe ex imperfecta inductione, inde natum, quod HIPPOCRATES unico exemplo aphoriſmum ſuperſtruxerit. Non debere fidem ſuperſtitioſam HIPPOCRATI præſtari. In ſelectis aphoriſmis aliquos manifeſtos errores tradi. Sabula in urinis calculum non indicare noſter defendit, neque gravidam feminam vena ſecta abortare, vel ipſo teſte HIPPOCRATE, & ad LAURENTII experientiam. Et feminas podagra laborantes dari, & pueros. Balnea in arthritide poſſe nocere. Non impediri purgationem a diebus canicularibus. In ſanis hominibus ſanguinem cum lotio periodice fluxiſſe. Senum catarrhos non eſſe inſanabiles. Eſt ubi non undique LAURENTIUM probes.

Ob hoc opus cum B. LANGWEDEL in aſperrimam litem incidit.

Huc *neceſſaria defenſio, ſ. reſponſio ad mendacia & convicia* . . . . Hamburg 1648. 4.

Et *Proteſtatio adverſus paſquillantis calumnias* ib. 1648. 4.

EJ. ut puto, *monochordon* FORESIO LYGÆO LANGWEDELIANUM, *in quo oſtenditur* BERNARDUM LANGWEDEL *omnia ex commentariis* FORESII & LYGÆI *in ſuum theſaurum Hippocraticum tranſcripſiſſe* 4. abſque loco & anno BURKH.

EJ. *defenſio neceſſaria und apologetiſche Schuzſchrift auf* LANGWEDELS *Schmähſchriften* 1651.

EJ. *Licht u. Recht der Apologie* B. LANGWEDELS *entgegen geſezt* Lubec. 1651. 4. MOELLER.

EJ. *de notis* HIPPOCRATIS *in hiſtoriis epidemicorum repertis, & ad lucem veritatis repurgatis, cum adnotationibus paradoxis, quas auctori extorſit* DIETERICUS Lubec 1663. 4.

ANDREÆ MACKII *Antidotarium privatum* Coburg 1647. 8. L.

§. DCXXXVI. Varii.

G. Batt. Palliani (Baleani Falc) *tr. della peſtilenza in Genoa dove ſe adducono penſieri nuovi in piu materie* 1647. Genoa 1653. 4. Tr. Savonæ 1644. Carr. Sed lego etiam Giovan Tomaso Rossi *trattato della peſtilenza di Savona* 1647 4. recuſum ib. a. 1647. Genoa 1653. 4. idem ut videtur liber.

J. Batt Vicente Miguel Gil *relacion y diſcurſo de la eſſencia preſervacion y curacion de las enfermidades peſtilentes que tuevo en la Cindad de Valencia an.* 1647. Valencia 1648. 4. C. de V.

Alibi librum ſimillimi tituli lego, ſed auctore Diego Prunnonosa.

G Wiion *traité touchant la preſervation des Villes qui ſont dans l'aprehenſion de la peſte* Douai. 1647. 12. Falc.

Jean Jourdan *veritable connoiſſance du cheval, ſes maladies & remedes* Paris 1647. fol.

Ej. *le parfait cavalier* ib. 1655. fol.

Hans Schmidts *Arzneybuch* Dresden 1647. 4.

J. Drawitz *de ſcorbuto* Lipſ. 1647. 8. 1704. 8. Germanice 1658. Medicamenta aliqua propria, etiam Werlhofii approbationem merita, reliquit.

Der Stadt Baſel Apothekertax Baſel 1647. 4.

. . . . Greaves *on the roman foot and denarius* Lond. 1647. 8.

§. DCXXXVII.

Disputationes.

J. Henric Lavater *de arthritide* Baſil. 1647. 4. *.

Ludov. *de* Potter *de aſthmate* Leid. 1647. 4. Pl.

Matthæus Lookemann *de variolis & morbillis* Leid. 1647. 4. Pl.

Jac. Tetterode *de angina* ib. 1647. 4. Pl.

Matthias Steen *de hæmoptoica paſſione* ib. 1647. 4. Pl.

Henrich Crampfer *de empyemate* ib. 1647. 4. Pl.

J. Wilh. Agricola *de colica paſſione* Argent. 1647. 4. *.

Barthold Schuster *de phthiſi* Argent 1647. 4. *.

Th.

Th. Gamarre & J. *de* Montigny *Non E. Femina ens eſt imperfectum* Pariſ. 1647.

Petr. Regnier & Bertin Deuxivoye *E. parentibus jam ſenibus nati prudentiores* Pariſ. 1647.

Gui. Patin & J. *de* Montigny *E. longæ & ſecundæ vitæ tuta certaque parens ſobrietas* Pariſ. 1647.

Jac. Thevart & Jac. Gamarre *Non E. macies ex fame inſaluberrima* Pariſ. 1647.

Urb. Bodineau & Steph. Bachot *E. in febribus continuis putridis tenuis victus* Pariſ. 1647.

Franc. Piiart *E. in acutis venæ ſectionis quam purgationis uſus potior* Pariſ. 1647.

J. *de* S. Yon & J. *de* Montigny *E. inſalubrius degunt infantes alio quam ſanæ parentis lacte educati* Pariſ. 1647.

Lud. *le* Noir & Bertin Deuxivoye *E. maribus & feminis graviſſimi ex veneris abſtinentia affectus* Pariſ. 16[illegible]7.

FINIS TOMI SECUNDI.

ERRATA.

Multa acceſſerunt primo & huic ſecundo Tomo hujus Bibliothecæ ſed ea, a nundinis oppreſſus, cogor differe ad operis finem ſi unquam eam finem videri datum fuerit.

Pagina 26 l. 10 *pro* Tr. *pone* *.

—— 27 l. 12 *dele* Linden.

—— 33 ſqq. multo pleniorem catalogum editionum operum Fernelii Goulinus dedit, ſed eum ſpatiis temporis excluſus iniquis, non potero niſi ad finem Bibl. practicæ exhibere.

—— 38 l. 21 *dele* Ant. *v. der* Linden &c. & lineam ultimam.

—— 53 l. ult. Tig. 1543. 4. *.

—— 54 l. 10 *pro* Caldenberger *lege* Landenberger.

—— 68 l. 20 *pro* Andrea Palea, *lege* Angelo Palea. Libri recenſio erit in *addendis* operis.

—— 74 *pro* and *lege* a & annum 1544. 4. *adde* antiquiorem forte eſſe.

—— 77 l. antepenult. *lege* 1557. 8. *.

—— 90 de l. Wernher quære an idem ſit J. Werner p. 79 & 322.

—— 96 l. 2 ad 1550. 8. *adde* *.

—— 105 Gratarolus l. 6 *pro* morborum *lege* morum, & *adde* Urſell. 1603. 8. *.

—— 106 l. 7. *ſupra ultimam*, *dele* omnino F. Imperialis *muſæum*, quod redeat a. 1640. & ſit Johannis Imp.

Pagina 112 l. 13 *lege* 1659. 8. *.

—— 112 J. Butini titulus melior eſt, Hippocratis *aphoriſmi in ordinem digeſti, cum brevi ex* Galeno *expoſitione. Tum* Hippocratis *prænotiones cum explicatione ex eodem facta, & inſigniores* Celsi *ſententiæ.*

—— 119 *lege* Jean Lyege.

—— 121 ad Hipp. Salvianum *lege* 1558 8. *.

—— 130 *adde*, ad Ellinger oratio *de dicto* Hippocratis *medicus philoſophus* ισοθεος Jen. 1569.

Ej. *Rahtſchlag* &c. Wien 1569 4.

—— totus J. Jacob Wecker caſu omiſſus fuit, & ad finem operis addetur.

—— 137 l. 2 & 3 *ſupra imam*, *dele* Thaddæum Chaggai & Rob. Vallensem, totum utrumque.

—— 138 *dele* Spithovium.

—— 140 ad Wittichii rothe Ruhr *adde* 1606. 8.

—— 143 ad opera Capivaccii 1603. fol. *adde* *.

—— 148 *dele* J. Knobloch.

—— 150 *lege* Wolfg. de Bembis

—— 152 ad Ruland *de phlebotomia* adde 1596. 16. BB.

Pagina

P. 152 ad Ejus *de ſcarifatione* add. 1596. 16. cum priori.

Ad *Theſaurum* Rulandinum *adde* *.

—— 156 *dele* l. 3 & 4.

—— 160 *dele* Bernardinum Baldinum, qui pertinet ad p. 163.

—— 162 l. 8. ſupra imam *lege* Flaccii.

—— 168 ad Just. Arcellam *adde* *.

—— 171 ad Merc. de compoſit med. *adde* 1601. 8. *.

—— 173 l. 6. 7. ſupra imam *dele* Ellinger totum.

—— 180 l. 6. 7. ſupra imam *lege* Ekhard Hedenek *Mnemo nautica ſeptem Hippocratis aphoriſmorum* Baſil. 1585. 4. *.

—— 181 l. 1. 2. *dele* Ferrandi.

—— 188 *lege* J. Jac. Schitler & *adde* Ej. περι της κολικης διαθεσεως παρασκευη Baſil 1586. 4. *.

—— 196 *adde* ad Simonium *ſuppl.* *.

—— 200 l. 4 ſupra infimam *lege* Fenot.

—— 249 Angeli *de* Contecillis *lege* utramque editionem 1583. 8. *. & 1590 *. ad excerptum adhibitam eſſe, paulum tamen differre.

—— 261 ad Claudini conſult. & reſponſ. 1646. 4. *adde* *.

—— 268 l. 5 6 *dele* Schitler.

—— 270 *adde* J. Jasolini *rimedi naturali che ſono in iſola Iſchia Napoli* 1588. 1751. 4. *.

—— 296 ad H. Saxonia de phœnigmis L. III. *adde* *.

Pagina 298 *adde* Theod. Kentman *de exhalationibus* &c. Hall. 1591 8. *.

—— 304 l. ult. *lege* Lorisecæ.

—— 324 *dele* Thomam Phayre.

—— 325 Pons, qui de viperis cum Ludovico *de la* Grive litigavit, an fuerit idem? Certe *de la* Grive ſcripſit a. 1634. neque videtur ſerius Jacobus Pons ſcribere potuiſſe quam a. 1596., quare ſuſpicor prius etiam opus *contre les poiſons* p. 358 Claudii eſſe.

ib. *pro* varius *lege* veriorem.

—— 333 *pro* Laur. Neland *lege* Heland & huc ad p. 333. refer diſputationes p. 430. dictas.

—— 384 l. 4 ſupra infimam *pro* Tobii *lege* Tobiæ.

—— 356 *dele* Christ. Henr. Ayrer.

—— 357 J Ass. Ampsing diſſ. jatromathematica *adde* 1618. 4. *. & ad διαλεξιν 1618. 4. *.

—— 361 ad Th. Turquet *adde.* Ej. de canum morbis Phil. Tranſ. a. 193.

—— 371 C. Hofman *analyſin compoſ. Theriacæ dele*, quæ ſit Conradi Hofm.

—— 397 ad Barth. Vogter, *adde* non eſt idem qui T. I. poſterior enim ille p. 531 Fioravantum citat.

—— 403 *adde* Arn. Weickart *pharmacopæa domeſtica* Frf. 1628. 8. B. B.

—— 410 l. ult. *lege* Lorisecæ.

—— 411 *pro* Ej. *pulvis* &c. *lege* Ej. J. Jacobi *pulvis* &c.

—— 414 l. ult. *lege* Anton Camaffi.

—— 425 Valent. Rumpelt poſſet idem eſſe qui p 341.

—— 433 liber Geussii, nomine auctoris omiſſo, latinum coram eſt *.

Yyyy Pagina

K 572

Pagina 479 Caso Græfer *lege* Caspar.

—— 495 *dele* Felicem Wurz.

—— 499 *dele* Scherbum.

—— 506 J. Castellus, an idem qui de peſte ſcripſit.

—— 506 *adde* ad Ponà *Tr. de Veleni* Venet. 1643. 4.

—— 507 ad Santorello adde *de ſanitatis natura* Napoli 1643. fol *. Quatuor libris agitur de victus ratione. Auctor Scholaſticis & T. de Aquino multum uſus eſt.

Ej. *il protomedico Napolitano c. dialogo dell' autorita di eſſo* Napoli 1642. 4. d'Etr.

—— 511 *pro* Zavortiz *lege* Zaverziz.

—— *dele* Jaques Ferrand.

—— 534 *dele* Falconet totum.

—— 536 *lege* Henric. Blacvod.

—— 539 H. Hering *paraphraſis ad* Galenum *de inæquali temperie* Lion 1638.

ib. ad microcoſmum melancholicum *adde* *.

—— Lud. Hornicaeus fuerit idem famoſus Ludovicus ab Hornigk.

—— 546 *dele* Arn. Weickard.

Ad Vivianum adde *opuſculum de peſte* Venet. 1634. 8. B. Bodl. & Ej. *opera* ib. 1644. 4. Tr.

—— 547 L. v. Hornigk *Würgengel* adde *.

—— 551 *adde* Hieronymi Montechiaro *dichiarazione ſopra il ſuo bezoar minerale* Genova 1627. 4.

Ej. *compendio del ſuo pulvere* ib. 1628. 8. Mongit.

Pagina 566 Ej. J. C. Frey *centonis diffibulatio contra* Courtaud Pariſ. 1646. 8. B. Bodl.

—— 577 Durand de Monlaaxar *deleatur totus.*

—— 578 ad Locatellum *adde* Ej. *theatro d'arcani* Amſt. 1667. 8.

—— 586 Medico Arcasio ſuſpicor ſpurium eſſe titulum.

—— 594 ad H. Franzosium *adde* Ej. *pulvis viperinus expenſus* Venet. 1648. 4. Trew.

—— 600 Eisenmenger pertinet ad p. 435.

—— 601 ad Gagliardum adde *del vitto nelle febre peſtifere* Milan 1645. Mong.

—— 605 Edw. Jordan referatur ad p. 365. & Casp. Horn. ad p. 548.

—— 612 Claudii Pons tres libelli p. 325. 600. & 612. ejuſdem videntur auctoris eſſe.

—— 626 ad Conring *adde* antiquitates academicæ Helmſt. 1653. 4. *. ob hiſtoriam artis.

—— 633 *lege* Michael Poterii (Potier)

—— 637 *dele* Recalchus, qui pertinet ad p. 330 & *dele* Calanus.

—— *dele* Hering.

—— 650 *dele* Hyac. Guarinonium

—— 698 L. Zacagninus pertinet ad p. 498.

П
Новая цена
20 р
Библиотека Кишиневского Гос. медицинского института
7129 K | K 572